00067164

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-400 023.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 January, 2016

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

67164

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ANGLICANOS, GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA.

OPERA ET STUDIO D. BERNARDI DE MONTFAUCON,
Monachi Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis
ex eodem sodalitio Monachis.

EDITIO PARISINA ALTERA, EMENDATA ET AUCTA.

TOMUS QUARTUS.

V/01 4

PARISIIS,
APUD GAUME FRATRES, BIBLIOPOLAS,
VIA POT DE FER SAINT-SULPICE, N° 5.

M. DCCC. XXXVII.

225
Chatope
67164

PRÆFATIO

IN QUARTUM TOMUM OPERUM

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Jam attigimus Commentaria seu Homilias S. Joannis Chrysostomi in Scripturam sacram, quæ jure vel commentaria vel conciones vocari *possunt*, quia in illis interpretis simul et Christianæ disciplinæ doctoris agit officium. Præeunt autem cæteris Homiliæ in Genesim, quæ numero sexaginta septem totum librum absolvunt. His subjiciuntur Sermones novem in Genesim, aliquot, ut videtur, annis editi antequam totum librum interpretaretur. Hos excipiunt Homiliæ quinque in Annam matrem Samuelis, quæ olim sex fuere, sed *una earum* interiit. Agmen claudunt tres Homiliæ in Davidem et Saülem. In hæc *autem omnia quædam* hic observanda sunt.

§ I.

De numero Homiliarum in Genesim, et Antiochiæne an Constantinopoli habitæ fuerint.

De homiliis hisce non pauca disserit Photius, quæ in postremo Tomo una cum aliis ex eodem scriptore excerptis publicabuntur : interim vero hæc annotanda sunt : Photium nempe sexaginta et unam homilias in Genesim se vidisse testificari : ne autem errorem in numero inesse putemus, addit eas se habuisse tribus voluminibus, τεύχεσι, comprehensas, quorum unum viginti homilias habebat, secundum exdecim, tertium viginti quinque; unde id necessario consequitur, vel illas quas numero 67 hodie habemus homilias, olim in pauciores divisas fuisse, vel Photii exemplar non omnes in Genesim homilias complexum fuisse. Hoc postremum libentius credam : etenim omnes quas sexaginta septem numero habemus homiliæ suo gaudent exordio et fine, *incipientis* ac desinentis notam præferentibus. Ex iis autem Photius viginti septem in Quadragesima habitas dicit; cum tamen in hodiernis omnibus exemplaribus triginta duæ in Quadragesima habitæ ferantur; ac proinde certum est in duobus primis Photiani exemplaris tomis quinque homilias defuisse; nisi tamen id ex divisionis diversitate prodierit, quod ægre admiserim. Idem vero Photius subdubitare videtur Antiochiæne, an Constantinopoli hæ homiliæ habitæ fuerint. Savilius autem Photii usus auctoritate sic sententiam exprømit suam : « De loco et tempore assentior Photii conjecturis, habitas esse Constantinopoli, quod vel phrasis ipsa indicat, *ut ipse* loquitur, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀπενηνεγμένη, ut sunt pleraque ejus scripta Constantinopolitana *Antiochenis* minus accurata; et auctor ἀνώνυμος Vitæ Chrysostomi cap. 36 hunc librum in Genesim *ponit inter excepta* ὑπὸ ταχυγράφων, et annis episcopatus sui secundo et quarto, hoc est annis Christi 399, et 401.»

At κριτήριον hujusmodi *inde* sumtum, quod quæ Antiochiæ edidit Chrysostomus accuratiora sint iis, quæ Constantinopoli, admodum fallax est, ut fatetur ipse Savilius in notis p. 227. Hic vero prorsus falsum statuimus esse : nam hæ in Genesim homiliæ, quæ minus accurato, quam aliæ in utrumque Testamentum, stylo conscriptæ sunt, Antiochiæ certissime habitæ fuere. Hujus rei argumentum perspicuum suppeditat Chrysostomus initio Homiliæ 33 in Genesim p. 351. Nam causam aperiens cur Homiliarum in Genesim cursum post trigesimam secundam interpellavisset, hæc ait : Ἡ γὰρ τῆς ἁγίας ορτῆς παρουσία τὴν ἀκολουθίαν ἡμῖν διέκοψεν. Οὐδὲ γὰρ ἦν εὔλογον τὸν σταυρὸν ἡμᾶς ἑορτάζοντας τοῦ

Δεσπότου περὶ ἕτερα ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν γίνεσθαι· ἀλλ' ἐχρῆν καθ' ἕκαστον καιρὸν τὴν ἁρμόττουσαν ὑμῖν παρατιθέναι τράπεζαν. Διά τοι τοῦτο, ἡνίκα ἡ τῆς παραδόσεως ἔφθασεν ἡμέρα, τὴν ἀκολουθίαν διατεμόντες τῆς διδασκαλίας, τοῦ κατεπείγοντος γενόμενοι, ἐπὶ τὸν προδότην τὴν γλῶτταν ἐπαφήκαμεν, καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν ὑμῖν εἰς μέσον προεθήκαμεν. Εἶτα ἀναστάσεως ἡμέρας καταλαβούσης, ἀναγκαῖον ἦν τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Δεσπότου διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἑφεξῆς ἡμέραις τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν ὑμῖν παρασχεῖν διὰ τῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένων θαυμάτων, ὅτε καὶ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων ἐπιλαβόμενοι, ἐκεῖθεν ὑμῖν συνεχῆ τὴν ἑστίασιν παρεθήκαμεν, πολλὴν τὴν παραίνεσιν καθ' ἑκάστην πρὸς τοὺς νεωστὶ τῆς χάριτος ἀξιωθέντας ποιησάμενοι. Hoc est: *Nam sanctæ festivitatis adventus seriem nobis interpellavit. Neque enim par erat, ut dum crucem Domini celebraremus, de aliis sermonem vobis afferremus: mensa autem vobis apponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando venit dies traditionis, continua doctrinæ serie resecta, præsentibus quæ urgebant nos accommodantes, in proditorem linguam laxavimus: deinde de cruce aliqua in medium protulimus. Postea, illucescente Resurrectionis die, necessarium erat ut de resurrectione Domini caritatem vestram doceremus: et sequentibus diebus, per ea miracula quæ tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterum afferenda erat: quando etiam Apostolorum Acta explanare cœpimus, inde vobis continua apponentes convivia, et crebris quotidianisque admonitionibus eos, qui nuper baptismi gratiam acceperant, exhortantes.*

Homiliarum ergo in Genesim, quas in Quadragesima habuerat, cursum interpellavit, ut in hebdomada sancta de Juda et de cruce ageret, ac continenter de resurrectione, moxque de Actis Apostolorum, intermixtis admonitionibus ad eos qui nuper baptismi gratiam acceperant. Homilia vero secunda de Juda proditore Tom. II, p. 386, his verbis incipit, Ἐβουλόμην τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην πάλιν ὑποθέσεως ἅψασθαι, *Volebam de patriarcha rursus sermonem habere;* hoc est, de Abrahamo, de quo in trigesima secunda in Genesim homilia sermonem habuerat, post quam homiliam, ipso narrante, ab illo argumento abstinuit aliquantum, ut supra memoratas conciones haberet. Homiliam porro de cruce quam supra memorat an habeamus incertum est; nescimus enim an ea alterutra sit earum quas secundo Tomo edidimus. Homilia vero de resurrectione quam edidimus Tomo secundo p. 437, quæ hunc titulum habet, *contra Ebriosos et de Resurrectione;* illa, inquam, homilia eadem ipsa est quæ memoratur supra in loco illo, ex trigesima tertia in Genesim excerpto, quod sic evidenter probatur. In hac de resurrectione homilia, ubi de ebrietate multa edisserit, hæc ait num. 1: *Abstineamus ab ebrietate: non dico, abstineamus a vino, sed, ab ebrietate abstineamus; non vinum efficit ebrietatem: est enim Dei creatura; Dei porro creatura nihil efficit mali, sed voluntas maligna efficit ebrietatem.* Hæc autem verba mire consonant cum illis Concionis primæ in principium Actorum, p. 52 tertii Tomi, num. 2: *Non sunt igitur malum divitiæ, sed illegitimus earum usus est malum. Et sicut nuper de ebrietate verba faciens non vinum accusabam; quippe cum omnis creatura Dei bona sit, quæ cum gratiarum actione percipitur: sed malum usum* etc. Hæc itaque concio, ut illud, *nuper*, indicat, habita fuit paucis diebus post illam contra ebriosos et de resurrectione, id quod mirifice consonat cum illo supra allato loco ex Homilia 33 in Genesim: *Postea illucescente Resurrectionis die, necessarium erat ut de resurrectione Domini caritatem vestram doceremus: et sequentibus diebus per ea miracula, quæ tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterum afferenda erat: quando etiam Apostolorum Acta explanare cœpimus, inde vobis continua apponentes convivia, et crebris continuisque admonitionibus eos, qui nuper baptismi gratiam acceperant, exhortantes.* Inde vero quædam necessario inferenda videntur, nempe Homiliam illam contra ebriosos et de resurrectione eodem anno habitam fuisse quo dicta est Homilia de Juda proditore, triduoque post illam: alias quoque sequentibus diebus de resurrectione dictas fuisse quæ jam non exstant; atque eadem serie Homilias de Actis Apostolorum, sive de principio Actorum, quæ paucis post resurrectionem diebus haberi cœptæ sunt. Inde etiam planum est Homilias in Acta non esse illud opus in omnia Apostolorum Acta, quod in aliquo ex sequentibus Tomis edetur, quodque ad conciones Constantinopolitanas referendum est; nam illæ conciones annum fere integrum occuparunt; hæ autem decem numero tempore a Pascha ad Ascensionem intercurrente habitæ sunt. Alioquin vero idipsum clare testificatur Chrysostomus Homilia eadem prima in principium Actorum num. 3, ubi hæc legimus: *Superioribus diebus apud vos de apostolicis verbis, deque evangelicis disseruimus, cum de Juda*

verba faceremus : disseruimus et de propheticis ; hodierno die volumus de Actis Apostolorum verba facere, etc. Advertas etiam, velim in prima et tertia Homilia in principium Actorum haberi admonitionem ad illos qui nuper baptismi gratiam acceperant, ut dicitur in loco supra allato ex trigesima tertia homilia in Genesim. Perspicuum igitur est Homilias in Genesim, de Juda proditore, et in Acta sive in principium Actorum una serie eodemque anno habitas fuisse. Hæ porro Homiliæ in Acta decem numero fuere, nempe quinque in principium Actorum, quarum secundæ maxima pars interiit. Quatuor item Homiliæ de mutatione nominum in hac serie ponendæ, quia argumentum, ut videre est, sumitur ex libro Actorum, licet enim in quarta illud primæ ad Corinthios, *Paulus vocatus* etc., explicet, argumentum tamen priorum concionum ibi passim prosequitur. His homiliis adjungendus Sermo ille nonus in Genesim, ultimus nempe eorum sermonum, qui post 67 homilias priores locantur, quique ad illarum in Acta homiliarum seriem ideo pertinere potest, ut videas in Monito ad eumdem p. 687. Decem itaque Homilias in Acta tunc habitas dicere possumus.

Exploratum ergo est, ut diximus, illas homilias eodem quo illas in Genesim anno, eademque in urbe, habitas fuisse. Antiochiæ vero, an Constantinopoli habitæ fuerint, non est quod perquiramus ; quando in secundæ Homiliæ in principium Actorum exordio, perinde atque in titulo dicitur eam ἐν τῇ παλαιᾷ, in Palæa, seu in veteri ecclesia habitam fuisse : quæ Palæa celebris Antiochena ecclesia erat, ut nemo nescit. Id quod etiam probatur ex initio Homiliæ duodecimæ in Genesim, ubi ait se cursum homiliarum in hunc Scripturæ librum interpellasse, ut eos commonefaceret, qui aberant a caula Christi, et Judæos sectabantur, id est, *Judæorum jejunium jejunabant ;* nam in Quadragesima et jejunii tempore hi sermones sunt *habiti. Hujusmodi* autem morbo laborabant quidam Antiochenorum, adversus quos etiam concionem habuit Chrysostomus anno 386, cui titulus : *Adversus eos qui Judæorum jejunium jejunant.* Quamobrem cum de Constantinopolitanis nihil hujusmodi scriptum occurrat uspiam, hinc sequitur Antiochiæ has conciones dictas fuisse, quod ex supradictis jam liquido comprobatum est.

§ II.

Quo anno Homiliæ in Genesim habitæ sint.

Restat ut quæramus de anno quo hæ Homiliæ in Genesim sunt habitæ. Qua in re nos omnino hærere fatemur. Circa hanc quæstionem operose edisserit vir sagacissimus, omniumque longe accuratissimus, Tillemontius, cujus verba Latine translata referre ne pigeat.

« Quod spectat annum, quo hæ homiliæ sunt habitæ, nonnisi conjectura dicere possumus. Illas *Chrysostomus habere cœpit* Dominica jejunium præcedente, ut per Quadragesimam idem argumentum, ut verisimile est, tractaret. Secunda enim die sequenti, feria scilicet secunda et prima die jejunii, dicta fuit ; tertia, feria tertia ; quarta, die insequenti. Sicque reliquas continenter singulis diebus habitas fuisse credere est, licet id non significet Chrysostomus ; nisi forte ex occasione quadam aliud argumentum tractandum occurreret. Certum quippe est populum quotidie ad ecclesiam convenisse, Chrysostomumque singulis diebus concionatum esse. Eodem etiam in Genesim argumento pergebat Sabbato et Dominica, licet iis diebus non jejunaretur : nam undecima homilia in horum alterutro die habita fuit. Homiliæ quinta, sexta, septima, octava, nona continenter suis quæque diebus habitæ fuerunt. Neque dicere possis eas ad quinque dies jejunii secundæ hebdomadis pertinere ; nam decima in die jejunii dicta fuit », et in hebdomada quinque tantum jejunii dies erant, « et undecima Sabbato istius secundæ hebdomadis pronuntiata est. Si ergo homiliæ in Genesim singulis diebus una serie habitæ fuerint, id quod circa sex saltem priores omnino verisimile est, sexta utique feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ pronuntiata fuerit.

« In sexta homilia Chrysostomus queritur Antiochenos, nulla quotidianarum adhortationum, nulla quadragesimalis pœnitentiæ ratione habita, circi ludis interfuisse. Hi haud dubie circenses ludi eadem ipsa die celebrati fuerant ; nam in Quadragesima vespertino tempore conciones habebantur : unde consequi videtur hunc annum esse aut 395, aut 396. Kalendarium enim Romanum ludos nullos assignat initio mensis Martii. Ludi quippe Gotthici, qui a quarta Februarii ad nonam habebantur, non hic a Chrysostomo commemorantur. Verum ludi adhuc assignantur undecima Februarii, quæ anno 395

concurrit cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ, quia Pascha istius anni incidit in vigesimam septimam Martii. Annotantur etiam ludi ad ultimam Februarii, id quod ad annum 396 pertinere potest, quo, cum Pascha incideret in decimam tertiam Aprilis, vigesima nona Februarii concurrebat cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ. Ex istis vero duobus annis anteferendum ducimus annum 395, quia putamus Chrysostomum anno 396 Homilias de pœnitentia habuisse. Quibus ita constitutis, ludi circenses illi, de quibus queritur Chrysostomus homilia 41, quæ tribus post Pentecosten hebdomadibus habita est (id est forte Sabbato 4 Junii, si vere sit annus 395), illi fortasse erunt qui ad primum istius mensis diem notantur. Verum hæc non ut rem exploratam et certam damus: cum maxime ignoremus utrum hoc Kalendarium tunc temporis Antiochiæ in usu esset, nec sciamus utrum lŭdi omnes circensium cursus exhiberent. Poterant item ludi celebrari non consueto ordine. Imo etiam ludi annotantur ad duodecimum diem Februarii perinde atque ad undecimum; ita ut cum Chrysostomus absterret eos qui circo adfuerant, ne in par erratum incidant, videatur monere debuisse, sequenti die exploratum fore num monitis suis obtemperassent. Verum ii forte ludi qui duodecimo die celebrabantur non erant circenses: nam ibi Kalendarium non notam præfert c̄m̄. XXIIII. id est commissuræ XXIV, quæ videtur mihi esse nota ludorum circensium. Illa quoque nota c̄m̄. XXIIII. et c̄m̄. XII. occurrit ad nonam, vigesimam quintam, et vigesimam septimam Februarii: verum hi dies ne per totum quidem tempus quo presbyter fuit Chrysostomus in feriam sextam primæ hebdomadis Quadragesimæ incidunt. Illa nota c̄m̄. ad ultimam Februarii non ponitur, quo etiam excluditur annus 396.

« Alio item argumento abducimur ne anni 395, quem assignamus, notas esse certas putemus: quod videlicet non omnino exploratum sit sextam homiliam feria sexta habitam fuisse. Cum enim undecima Sabbato secundæ hebdomadis haud dubie dicta fuerit, ex tredecim præcedentibus diebus, incipiendo a Dominica ante Quadragesimam, in qua prima homilia habita fuit, tres certissime dies, aut concione vacui fuere, aut conciones habuere ad aliud argumentum pertinentes, vel si ejusdem argumenti fuerint, certe jam deperditas. Atqui tres illi dies nonnisi ante quintam, vel decimam vel undecimam statui possunt, quia aliæ omnes continenter et una dierum serie dictæ sunt. Ex hisce porro tribus unus saltem inter decimam et undecimam constituendus: qui enim pransi decimæ adfuerant, non feriam sextam, ut credere est, delegerant, ut jejunium solverent. »

Hactenus Tillemontius: ubi observes quanto labore ac studio, uti solet, illas temporis notas sit persequutus; quantaque prudentia a judicio absolute ferendo abstineat. Contra illam vero sententiam, quam ille hærens et subdubitans amplectitur, alii et fortasse majores possunt scrupuli proferri. Kalendarium enim illud Romanum Constantini Magni anno 325, ut fertur in titulo, editum, et a Petavio publicatum in Uranologio p. 112, incertum est an idem manserit ad usque finem sæculi quarti; imo certum videtur in multis saltem mutatum fuisse: nam secundum profanæ pluriumdeorum religionis ritum concinnatum est totum; qui impii ritus demum sub Theodosio Magno sublati sunt. Ad hæc certum videtur urbes illas orbis præcipuas, qualis erat Antiochia, suos, aut aliquos saltem sibi proprios habuisse ritus, quantum ad ludos et alia in Kalendariis adscribi solita: quo posito quid possumus ex Kalendario Romano circa Antiochenos ritus statuere? Quod vero dicitur, querimoniam Chrysostomi initio homiliæ sextæ non spectare ludos Gotthicos, id certe divinando dici videtur; quis enim scit an in ludis Gotthicis, saltem in eorum quibusdam, cursus equorum adhiberetur? At contra hujusmodi cursus totus est Chrysostomus in homilia sexta. Demum tabulas Paschales, queis omnes conjecturæ nituntur, aliquando falfaces esse probavimus in Monito ad Homilias contra Judæos Tom. I. Nec tam perspicue scimus utrum circa celebrationem Paschæ ritum Alexandrinum servarent Antiocheni. Iis omnibus itaque perpensis fateamur necesse est, incertum prorsus esse quo anno hos in Genesim sermones Antiochiæ habuerit Chrysostomus. Id unum sine dubio dicimus, magnam eorum partem in Quadragesima habitam fuisse: illamque Quadragesimam non esse anni 386, in qua octo ab his diversos sermones habuit; neque anni 387, quam pene totam in deploranda Antiochenorum ob eversas statuas calamitate absumsit.

§ III.

De stylo Chrysostomi in his in Genesim Homiliis.

Photius, cap. 172, de stylo Chrysostomi in his homiliis loquens, ait ejus dictionem istiusmodi esse, ut in iis observetur consueta Chrysostomo claritas, puritas, splendor et copia dicendi, sententiarum frequentia, et aptissimarum similitudinum abundantia, sed eas remissiore et humiliore dicendi genere scriptas; tantumque *Homiliis* seu Commentariis in Acta stylo inferiores, quantum illa in Acta Commentaria inferiora sunt Commentariis in Epistolas Pauli, et in Psalterium. Ac revera hæ homiliæ, licet magnam ubertatem, itemque solitam Chrysostomi inventionis felicitatem præ se ferant, non tamen pari *studio* accurationeque concinnatæ videntur. Hic sæpe animadvertas longissimas texi periodos, quæ *parentheses* alias super alias inductas tam frequenter exhibeant, ut principii oblitus orator sententiam imperfectam relinquat, et aliquando verbum ad σύνταξιν necessarium prætermittat. Neque vero id mirum tibi videatur, si perpendas periodos illas aliquando ita extendi, vix ut in pagina una absolvantur: in pagina, inquam, ex nostris quæ longæ latæque admodum sunt. Hinc inferas oratorem nostrum hæc concionantem non ita semper paratum meditatumque ad concionem venisse, sed multa ex tempore, ut menti sese offerebant, dixisse.

Si causam porro quæras, perpendas velim, ipsum in hac Quadragesima ad usque hebdomadis sanctæ dimidium non modo illas triginta duas priores in Genesim homilias habuisse, sed etiam alias identidem memoratas, quæ suadente quapiam temporis occasione Homiliarum in Genesim cursum interpellabant; et fortasse alias quoque habuisse ab se non commemoratas: ita ut quotidie ferme et quidem longissime concionatus sit. Id autem a viro, præsertim qui per totum annum par fere concionandi officium exsequebatur, non posse sine extemporali declamatione, saltem identidem repetita, præstari fateamur necesse est. In extemporali autem declamatione, ubi ingenium tanta pollens inventione, nova semper oranti suppeditat, quid mirum si nonnumquam contra præceptiones grammaticas peccetur, et si minor ἀκρίβεια in syntaxi occurrat. Non ingratum vero lectori fore existimo, si illarum in Genesim homiliarum per Quadragesimam habitarum ordinem, et quanto elapso temporis spatio alia aliam sequuta sit, hic perscribam; id quod etiam Tillemontius fecit.

Prima igitur homilia dicta fuit Dominico die antequam quadragesimale jejunium iniretur: secunda die sequenti, quo jejunium incipiebatur; tertia et quarta in feriis tertia et quarta: hæ continenter singulis diebus dictæ sunt. Incertum vero est utrum inter quartam et quintam aliqua dies intercesserit aut concione vacua, aut ad aliud concionandi argumentum deputata; ut ut est, quinta, sexta, septima, octava et nona *homiliæ continenter singulis sibi succedentibus* diebus dictæ sunt, partim in prima, partim in secunda *Quadragesimæ hebdomade; decima etiam in secunda hebdomade, aut feria quinta, aut sexta;* undecima in *Sabbato secundæ hebdomadis. Duodecima habita est post aliam vel alias, quæ ad diversum a Genesi argumentum spectabant.* Inter duodecimam quoque et decimam *tertiam* vel unus vel plures dies interfuerunt. Decima quarta habita est die decimam tertiam insequente; decima quinta similiter sequente die; decima sexta die item sequente; decima septima uno vel pluribus post decimam sextam diebus. Decimam septimam decima octava, nulla die interposita, sequuta est. Decima nona an continenter habita sit ignoratur, similiterque vigesima, quam diebus sequentibus, nullo interposito die, exceperunt *vigesima* prima, vigesima secunda, vigesima tertia, vigesima quarta, brevique interposito spatio, continuis diebus, vigesima quinta, vigesima, sexta, vigesima septima, vigesima octava. Vigesima nona an post vigesimam octavam, nulla interposita die, habita sit, ignoratur. Trigesima, cum magnam hebdomadem attigisset, ut ipse Chrysostomus ait; trigesima prima, et trigesima secunda, iis hebdomadis sanctæ diebus qui feriam quintam *in Cœna Domini* præcedunt.

§ IV.

De Editione LXX Interpretum qua usus est Chrysostomus, a communi aliquando diversa.

Diversas ævo Chrysostomi fuisse Editiones τῶν O, atque in diversis Ecclesiis non easdem usurpari narrat Hieronymus, Chrysostomo æqualis. « Alexandria, inquit Præfatione in libros Paralipomenon, et Ægyptus in LXX suis Hesychium laudat auctorem ; Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat ; mediæ inter has provinciæ Palæstinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se contraria varietate compugnat. » Et in Epistola ad Augustinum, quæ est in postrema Editione 74, εἰρωνικῶς loquens ait : « Vis amator esse verus LXX Interpretum? Non legas ea, quæ sub asteriscis sunt : imo rade de voluminibus, ut veterum fautorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter inveniatur liber, qui ista non habeat. » Ex his locis colligitur longe diversas inter se fuisse LXX Interpretum Editiones, illamque diversitatem peti debere ex variis Interpretum locis, nempe Aquilæ, Symmachi, Theodotionis et aliorum, quæ loca Origenes inseruerat in textum τῶν O, cum asteriscis id indicantibus. Quæ aliarum versionum particulæ in exemplaribus multis remanserunt, in aliis plures, in aliis pauciores. Præter illam diversitatis causam aliæ haud dubie fuerunt, uti solet in libris toties descriptis, toties emendatis. Indeque est quod non raro videmus a scriptoribus Græcis, et nonnumquam a Patribus, in primis vero a librariis, qui exemplaria τῶν O descripserunt, Editionem τῶν O commemorari et cum textu suo comparari, qui tamen textus est etiam τῶν O, sed multis admixtis varietatibus. Id etiam apud Chrysostomum observes, maxime vero Commentariis in Psalmos, ubi postquam sui exemplaris lectionem attulit, aliam nonnumquam affert quasi ex Septuaginta Interpretibus ; ita ut primo conspectu videatur exemplar quo utebatur Chrysostomus aliud esse, etsi exemplar illud non aliam quam Editionem τῶν O haberet ; sed ob supra memoratas causas in multis diversam ab ea quæ in Hexaplari Editione ab Origene posita fuerat. De his si plura desideres, consule Præliminaria nostra in Hexapla Origenis.

Ut ad rem veniamus, exemplar Chrysostomi in Genesim in non paucis differt ab Editione τῶν O vulgata, quæ omnium manibus circumfertur, quamque Editionem Romanam appellamus ; etsi non tantam diversitatem hic animadvertamus, quantam Homiliis in Psalmos. Varietatum autem exempla quædam hic afferre libet : minuscula certe discrimina si afferremus, longissimam texeremus præfationem, atque supervacuum laborem nullo fructu susciperemus : nam discrimina illa leviora, ut pleraque ex Antiochena illa τῶν O Editione manarunt ; ita multa alia librariorum vitio a Chrysostomi tempore inducta ; non pauca etiam ex oratore ipso vel memoriter loquente, vel Scripturæ seriem ad suam concinnante orta sunt. Satis ergo nobis erit ex præcipuis varietatibus nonnullas ad exemplum et specimen tantum afferre. Cap. 4 Gen., v. 6, LXX habent, Καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσε τῷ προσώπῳ αὐτοῦ : *Et contristatus est Cain valde, et concidit vultu suo.* Ubi Chrysostomus active : Καὶ ἐλύπησε Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ : *Et tristitia affecit Cain valde ; et concidit vultus ejus. Tristitia affecit,* supple, *Deus,* qui modo loquebatur. Alii autem Interpretes, *iratus est,* verterunt illud וַיִּחַר. Cap. 5, v. 2, hæc verba, Καὶ εὐλόγησεν αὐτούς, *et benedixit eos,* quæ in LXX habentur, et ex Hebraico expressa sunt, in Chrysostomi exemplari non exstabant ; nec dici potest illa prætermissa fuisse vel a librariis vel a Chrysostomo orante : nam quater vel quinquies repetuntur, et Chrysostomus, qui hæc minutatim explicat, non prætermissurus erat illam benedictionem, si in exemplari suo adfuisset. Aliæ identidem occurrunt variæ lectiones, sed ut plurimum leves. Genus autem varietatis aliud non raro reperitur : interpunctionis videlicet discrimen, quod tute, candide lector, inter legendum animadvertes.

Sunt et alia in quibus Chrysostomus Scripturæ textum ad seriem suam concinnavit, ut mos est concinnatoribus, ut verbi causa p. 400 locus hic, cap. 17, v. 12 : Παιδίον ὀκτὼ ἡμερῶν περιτμηθήσεται ὑμῖν, καὶ οἰκογενὴς καὶ ἀργυρώνητος, καὶ πάντες ἁπαξαπλῶς, ὡς εἶπεῖν, οἱ συνόντες ὑμῖν τὸ σημεῖον τοῦτο δέξονται. Καὶ ὅστις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ διατεταγμένῃ, ἐξολοθρευθήσεται. Hic certe multa mutavit Chrysostomus, atque Scripturæ seriem in breviorem formam redegit, neque putandum est sic in ejus exemplari scriptum fuisse.

Insignis est locus p. 579, ex capite 35, versu 16, ubi LXX habent, Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤγγισεν εἰς Χαβραθᾶ τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἐφραθᾶ. Chrysostomus vero sic habet, Ὅτε ἤγγισε τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὴν Ἐφραθᾶ, omissâ voce Χαβραθᾶ, quæ viros doctos hactenus torsit. Ego vero non ausim dicere in exemplari S. Chrysostomi non fuisse; probabile quippe est illum eam, quod non intelligeretur, omisisse. Vide quæ de hac voce diximus in *Hexaplis* nostris. Cætera iis observanda relinquimus, qui varietates Biblicas ex professo tractant.

§ V.

Quid sit centesima *a Chrysostomo memorata.*

Homilia 3 in Genesim p. 21, B, Chrysostomus de Christo loquens, ait: Οὐδὲ γὰρ καθάπερ ἐνταῦθα ἑκατοστὴν μόνον ὑπισχνεῖται δώσειν, ἀλλὰ ἑκατονταπλασίονα τῶν διδομένων: i. e. *Neque enim, quemadmodum hic, centesimam solum promittit, sed centuplo plura datis.* Centesima varie accipiebatur: erat quippe centesima auctionum, videlicet rerum in auctione venditarum centesimâ pars, quæ ærario publico vel fisco cedebat: erat quoque centesima rerum venalium quæ exigebatur: itemque centesima genus tributi. Demumque centesima usuræ genus, ἑκατοστὴ Græcis, qua qui in fœnus accipiebant, singulis mensibus centesimam partem solverent, ita ut centum mensibus sortem æquarent. Hoc vero postremum genus ἑκατοστῆς, sive centesimæ, hic intelligit Chrysostomus, ut optime conjecit Savilius. Hic enim agitur de centesima quæ promittitur; id quod de hac solum, non vero de supradictis intelligi potest: ἑκατοστὴ vero illa frequens apud Græcos erat. Hac de re vide Joh. Fredericum Gronovium *De pecunia veteri* lib. 3, cap. 15.

§ VI.

De magna Hebdomade, de die κυρίᾳ *quæ est Dominica Paschæ, et de horis inæqualibus.*

Quam nos sanctam et majorem hebdomadem vocamus, quæ est Quadragesimæ ultima, eam Antiocheni aliique magnam hebdomadem vocabant: qua de re hunc insignem Chrysostomi, p. 294, locum afferimus: Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς προσήκει, ἐπειδὴ εἰς τὴν μεγάλην ταύτην ἑβδομάδα ἐφθάσαμεν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, νῦν μάλιστα καὶ τῆς νηστείας τὸν δρόμον ἐπιτεῖναι, καὶ τὰς εὐχὰς εὐτονωτέρας ποιεῖσθαι, καὶ πολλὴν καὶ ἀκριβῆ τὴν ἐξομολόγησιν τῶν ἡμαρτημένων ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐργασίαν, ἐλεημοσύνην δαψιλῆ, ἐπιείκειαν, πραότητα, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν, ἵνα μετὰ τούτων τῶν κατορθωμάτων εἰς τὴν κυρίαν φθάσαντες ἡμέραν τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότου φιλοτιμίας ἀπολαύσωμεν. Μεγάλην δὲ καλοῦμεν τὴν ἑβδομάδα, οὐκ ἐπειδὴ πλέον ἔχει τὸ μῆκος τῶν ὡρῶν· καὶ γάρ εἰσιν ἕτεραι πολλῷ μείζους ὥρας ἔχουσαι· οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους ἡμέρας ἔχει· καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀριθμὸς καὶ ταύτῃ καὶ ταῖς ἄλλαις πάσαις. Τίνος οὖν ἕνεκεν μεγάλην ταύτην καλοῦμεν; Ἐπειδὴ μεγάλα τινὰ καὶ ἀπόῤῥητα τυγχάνει τὰ ὑπάρξαντα ἡμῖν ἐν αὐτῇ ἀγαθά. Id est: *Eodem modo quia in magnam hanc hebdomadem Dei gratia pervenimus, nunc maxime jejunii cursus nobis intendendus, et ferventiores fundendæ preces, faciendaque diligens et pura peccatorum confessio, et in bonis operibus sedulitas exhibenda, eleemosyna larga, æquitas, mansuetudo, aliæque virtutes, ut talibus ornati operibus, ubi in diem Dominicam venerimus, Domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadem, non quod longiores in ea sint horæ: sunt enim aliæ quæ multo majores horas habent; neque quod plures dies habent: est enim idem numerus in hac aliisque omnibus. Quare ergo illam vocamus magnam? Quia in illa magna quædam et ineffabilia bona contigerunt nobis.* Hic κυρίαν ἡμέραν vocat Chrysostomus diem sanctum Paschæ, ac si diceret ἡμέραν ἡμερῶν κυρίαν, *diem dominam dierum;* quam vocabant etiam Κυρίου ἡμέραν, vel κυριακὴν ἡμέραν, *diem Domini*, Dominicam diem, et κυριακὴν μεγάλην, *magnam Dominicam*: secus quam putavit vetus Interpres, qui εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν vertit *in die judicii*. Nam præterquam quod vel hic ipse locus, et alius ubi hæc vox eodem usu reperitur, suadent hic de die Paschæ agi, sic etiam vocatur Pascha in Vita manuscripta S. Theodosii Cœnobiarchæ, Ἑορτὴ ἦν καὶ ἑορτῶν ἡ πρώτη καὶ κυρία, αὐτό φημι τὸ πάσχα: et in

Vita manuscripta S. Danielis Stylitæ : Ἡμέρα μὲν ἦν κυρία τῶν ἡμερῶν, *dies erat domina dierum*, id est haud dubie Pascha.

Horas autem majores et minores necessario veteres admittebant, qui diem in duodecim et noctem in totidem partes seu horas diviserant ; unde sequebatur eas hyberno tempore minores, æstivo autem majores esse ; unde Martialis l. 12, Epigr. 1, horam æstivam sic commemorat,

Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

Virgilius autem,

Jam nox hybernas bis quinque peregerat horas.

Unde pateat, quam incertus quamque instabilis esset clepsydrarum usus, cum eadem ipsa clepsydra vix ad paucos dies posset utcumque horæ spatium indicare. Sic intelligendus itaque est Chrysostomus cum ait, in hebdomada majore loquens, esse dies qui horas majores haberent, quam ii in quibus tunc concionabatur, quod idipsum erat ac si dixisset, ineunte vere breviores esse diei horas, quam in æstate.

Circa Sermones novem illos in Genesim, qui secundum sexaginta septem homilias in hoc Tomo locantur, satis diximus in Monito ante illos sermones posito, itemque in Monito quod nono sermoni præmittitur.

§ VII.

De tempore quo habiti sunt Sermones in Annam aliique hos præcedentes.

Usu et experientia compertum est ex diuturna tractatione sæpe aliquid notitiæ accedere, et quæ primo conspectu non percipiebantur, frequentius repetita perquisitione tandem explorata evadere. Id nobis accidit dum Sermones in Annam accuratius tractaremus : in illis enim temporis quædam notæ occurrunt, quæ non ad ipsorum modo, sed etiam ad aliorum quæ præcesserant ordinem constituendum opportunæ sunt. De iis quidem aliquantum disseruimus in Monito ad Sermones in Annam, et nonnulla quæ in secundi Tomi Præfatione cum Tillemontio secus posueramus, emendare conati sumus. Verum res est majoris momenti, quam ut paucis possit verbis declarari. Ad hæc vero tarda est Tillemontii, quem tunc sequuti sumus, apud nos auctoritas, ut nonnisi accuratissima præmissa rerum perquisitione ab eo debeamus et a nostra pariter pristina sententia discedere. Locus ille Chrysostomi unde verus et temporum et concionum ordo deprehenditur, est in Sermone primo de Anna, ubi paulo post initium ille sic loquitur : Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἴσως ἐπιλέλησθε, διὰ τὸ μεταξὺ πολλὰς γεγενῆσθαι διαλέξεις ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ ἑτέρων πραγμάτων. Καὶ γὰρ ἐλθόντος τοῦ πατρὸς ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας, ἀναγκαῖον ἦν τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον συμβάντα ἅπαντα εἰπεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς Ἕλληνας ἀποτείνεσθαι, ὥστε τούτους ἀπὸ τῆς συμφορᾶς βελτίους γενομένους, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς αὐτομολήσαντας πλάνης, μετ' ἀκριβείας ῥιζῶσαι, καὶ διδάξαι οἷον μὲν ἀπηλλάγησαν σκότους, οἵῳ δὲ προσέδραμον ἀληθείας φωτί. Μετ' ἐκεῖνο πάλιν, πολλὰς ἡμέρας τῆς τῶν μαρτύρων ἀπελαύσαμεν πανηγύρεως, καὶ ἄκαιρον ἦν ἐν τάφοις μαρτύρων διατρίβοντας, τῶν τοῖς μάρτυσι πρεπόντων ἐγκωμίων ἀμοίρους ἀπελθεῖν. Ταῦτα τὰ ἐγκώμια διεδέξατο πάλιν ἡ περὶ τῶν ὅρκων παραίνεσις. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἀγροικίαν ἅπασαν τῆς πόλεως εἰδομεν ἐπιβᾶσαν, ἐβουλήθημεν, αὐτοῖς δόντες ἐφόδια ταῦτα, οὕτως αὐτοὺς ἐκπέμψαι παρ' ἡμῶν ἅπαντας. Hoc est : *Vos enim fortasse eorum estis obliti, eo quod multos interea sermones, et de aliis rebus, nos habuerimus. Nam reverso a longinqua peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in comitatu acciderant : ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui, deserto gentilium errore, sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurrissent. Post illa rursum multis diebus martyrum festivitate potiti sumus, neque tempori conveniens fuisset eos qui in sepulcris martyrum versarentur, eorum laudum quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio. Cum enim*

totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo instructos a nobis viatico censuimus dimittendos.

Hæc omnia diligenter attendenda sunt : paucis enim Chrysostomus sat longam concionum seriem texit, atque ita loquitur, ut facile sit a vero tramite aberrare, nisi magna cautio adhibeatur. *Vos enim fortasse eorum estis obliti,* inquit, eorum scilicet quæ in Quadragesima concionatus erat : de illis enim agit in toto primæ in Annam concionis exordio ; atque Quadragesimam ita proxime elapsam crederes, si ejus dicta ut primo conspectu intelligenda videntur exciperes, ut putares eum de hesterno die loqui, etsi longum effluxisset temporis intervallum, hebdomades nempe quinque a Paschate, ut mox videbitur. Pergit Chrysostomus : *Nam reverso a longinqua illa peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare quæ in comitatu acciderant.* Hic certissime notat Homiliam XXI ad populum Antiochenum, Tom. 2, p. 213, quæ est tota de reditu Flaviani, deque reconciliata Theodosii Imperatoris cum Antiochenis gratia. Hanc cum Tillemontio putamus dictam fuisse ipso die Resurrectionis Dominicæ anno 387. Illud enim initio Chrysostomus significat cum dicit, *Benedictus Deus, qui hanc vobiscum sacram solennitatem cum gaudio et lætitia multa hodie,* σήμερον, *celebrare dignatus est.* Pergit Chrysostomus : *Ac deinde cum gentilibus disputare* [*oportuit*], *ut nos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deserto gentilium errore sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurrissent.* Nempe diebus post Paschalem solennitatem sequentibus, gentiles illos confirmare conatus est, qui ex calamitate Antiochenis, tam gentilibus quam Christianis, ob eversas statuas illata, ad meliorem frugem revocati, ad Christianam fidem accesserant ; an autem una, an pluribus concionibus id egerit, incertum. Sed sive unam, sive plures, omnia amisimus. Verum hanc jacturam utcumque sarcit Chrysostomus, qui ea quæ ad gentiles dixerat in hac homilia, nec brevi sermone repetit ; subjungit postea Chrysostomus : *Post illa rursum multis diebus sanctorum festivitate potiti sumus, neque tampori conveniens fuisset eos qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio. Cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo instructos a nobis viatico censuimus dimittendos.* Hæc vero confer, sodes, cum Homilia XIX ad populum Antiochenum, Tom. 2, p. 188, cui homiliæ titulus est : Τῇ κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας, καὶ περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν, hoc est, *Dominica servatæ, ad homines agros colentes, et de vitando juramento ;* et hanc ipsam homiliam ad rusticos qui supra memorantur habitam fuisse fateberis ; contra quam ego, Tillemontio adstipulatus, in Præfatione secundi Tomi statueram, ubi Dominicam Passionis eam esse quæ in titulo τῆς ἐπισωζομένης vocatur, opinari me cum tanto viro testificatus sum. Non esse autem Dominicam Passionis, sed aliam multis post Pascha diebus occurrentem, jam certum indubitatumque videtur ; atque adeo hæc homilia non est ultra inter quadragesimales conferenda. Omnia hic quadrant ; homilia enim ad rusticos in primo sermone de Anna supra memorata post festa martyrum celebrata est, et contra juramenta erat : hæc quoque homilia XIX ad rusticos habita est, post festa martyrum, et contra juramenta. Quod autem Tillemontius duas fuisse homilias crediderit, hoc inde evenit, quod putaverit eos rusticos, qui in sermone de Anna memorantur, ex infima plebe fuisse, illos autem, qui in homilia XIX, fuisse episcopos, aut presbyteros ex longinqua regione venientes. Episcopos certe fuisse vix crediderim, presbyteros autem saltem quosdam eorum fuisse vix negari potest : illud enim prorsus indicare videntur hæc verba : Τούτων ἕκαστον ἴδοις ἄν, νῦν μὲν ζευγνύντα βόας ἀροτῆρας, καὶ ἄροτρον ἕλκοντα, καὶ βαθεῖαν αὔλακα κατατέμνοντα, νῦν δὲ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντα βῆμα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀροτριῶντα τῶν ὑπηκόων· νῦν μὲν δρεπάνῃ τὰς ἀκάνθας ἐκτέμνοντα τῆς γῆς, νῦν δὲ λόγῳ τὰς ἁμαρτίας ἐκκαθαίροντα τῶν ψυχῶν : i. e. *Horum quemque cerneres nunc quidem boves jugantem aratorios, aratrum trahentem, et profundum scindentem sulcum ; nunc autem sacrum ascendentem suggestum, et subditorum animas arantem ; nunc quidem agri spinas excidentem falce ; nunc vero sermone ex animis peccata extergentem.* Infra vero dicit : *Apud hos non sunt mulieres luxuriantes, nec vestimentorum ornatus, nec colores et fuci, sed omnis hujusmodi morum corruptio pulsa est : unde facilius quoque subditum sibi populum in modestiam deducunt.*

His certe perpensis, horum saltem partem maximam presbyteros fuisse fatendum est ; nam episcopos fuisse tunc colonos et rusticos vix crediderim. Verum etsi presbyteri fuerint, etsi etiam episcopi, hi

tamen omnino rustici erant, arantes, armenta curantes, sarculo terram sarrientes, aliaque vilissima agr ministeria exercentes, vili veste utentes; iique magno numero, ut per totum homiliæ decimæ nonæ initium videre est. Hi autem quinam alii sunt, quam ii de quibus sermone in Annam dicit, ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἀγροικίαν ἅπασαν τῆς πόλεως εἴδομεν ἐπιβᾶσαν, *Cum enim totam illam rusticorum vel agricolarum gentem in urbem ingressam cerneremus?* quid aliud significat illa ἀγροικία ἅπασα, quam οἱ ἐν ἀγροικίᾳ ζῶντες? ita enim vocantur in homilia XIX.

Jam hinc certe manifestum mihi quidem est, eamdem utrobique homiliam memorari, quæ ad agricolas habita sit, quæ anno 387, quæ post diuturnam plurimorum martyrum celebritatem, quæ de juramentis, quæ item multis post Pascha diebus dicta fuerit: nam hoc quoque necessario adjiciendum, ut mox videbitur.

Verum est quod fortasse objiciatur: in homilia quippe decima nona ait Chrysostomus, se dum martyrum festi dies celebrarentur ægrum decubuisse; at in homilia prima in Annam nulla morbi mentio, imo videtur Chrysostomus tunc temporis vel de martyribus conciones habuisse, vel saltem habere potuisse, unde inferatur illum tunc non ægritudine laborasse; utque difficultatis ratio plenior evadat, utriusque homiliæ verba referenda sunt. In Homilia itaque ad Antiochenos decima nona sic orditur: *Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus, spirituali celebritate repleti exsultastis honestis exsultationibus; vidistis aperta latera, et ilia concisa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum species; humanam vidistis naturam supernaturalia præstantem, et coronas sanguine contextas; pulchram saltastis choream, in omnem partem civitatis hoc præclaro duce vos circumagente,* τοῦ καλοῦ τούτου περιάγοντος ὑμᾶς στρατηγοῦ. *Sed nos vel invitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etsi solennitati non interfuimus, voluptatem participavimus; etsi de concione fructum non cepimus, vobiscum tamen lætitiam communem habuimus..... propterea et domi sedens gaudebam vobiscum, et morbo nondum solutus surrexi, et cucurri ad vos, ut desiderabiles facies vestras intuerer;* deinde vero de agricolarum adventu, in quorum gratiam hanc concionem contra juramenta habuit, multis edisserit; Homilia autem prima in Annam hæc habet: *Postea rursum multis diebus sanctorum festivitate potiti sumus, neque tempori conniens fuisset eos, qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio. Cum enim totam rusticorum turbam,* τὴν ἀγροικίαν ἅπασαν, *in urbem ingressam cerneremus, hos illo a nobis instructos viatico censuimus dimittendos.* Hic sane primo conspectu videtur de duplici festivitatum martyrum serie agi, quorum priori non adfuit Chrysostomus, quod ægritudine laboraret; in posteriori vero vel adfuit, et concionatus est, vel, etiamsi non concionatus sit, non morbus certe in causa fuit, cur non concionaretur; alioquin morbi excusationem attulisset, et hanc rationem dedisset, cur materiam concionis quam paraverat ad tantum tempus distulisset.

Verum si quis Chrysostomi morem probe teneat, non mirabitur eum hic morbum non tangere et eam causam silere, tum quia rem admodum recentem, ac nemini non notam ne cogitabat quidem commemorare; tum quia in præcedenti concione quæ ad rusticos seu agricolas erat, quæque priorem de Anna præcessit, morbum suum commemoraverat, neque id in hac concione repetere voluit. Certe ille non nos, qui tot sæculorum curriculo post illam concionem vivimus, alloquitur, ut minutatim omnia ignorantibus aperiat, sed Antiochenos, qui nuperrime hæc gesta viderant, nec ampliori notitia opus habebant. Alioquin vero hæc festa martyrum, quæ in diversis urbis partibus celebrabantur, impedimento semper fuissent, quo minus de hac materia, quam in prima de Anna oratione se paravisse dicit, concionaretur; non enim poterat, etiamsi bona valetudine fuisset, in festis martyrum in diversis Antiochiæ partibus celebrari solitis, aliud quam martyrum ipsorum argumentum tractare: ex duobus ergo impedimentis morbum hic reticuit, martyrumque memoriam in medium adduxit.

At cur in his diutius moramur? quando aliunde certum est concionem illam decimam nonam non potuisse Dominica Passionis haberi, ut ego pridem cum Tillemontio existimaveram: nam si illo die habita fuisset, festa illa martyrum, quæ longa serie per omnem partem civitatis, πανταχοῦ τῆς πόλεως, celebrabantur, incidissent illo anno in hebdomadem vel in hebdomades Dominicam Passionis præcedentes: in hac quippe concione illa ut jam omnino elapsa commemorat. Illa ergo martyrum festa in media Quadragesima celebrata fuissent, τοῦ καλοῦ τούτου στρατηγοῦ ὑμᾶς περιάγοντος, Hoc præclaro duce, scilicet Flaviano episcopo, Antiochenos tunc ducente. Atqui certissimum est, tunc Flavianum

episcopum Constantinopoli fuisse, nec rediisse nisi uno duobusve ante Pascha ejusdem anni diebus : qui ergo potuit Antiochenos ad festa martyrum per diversas urbis partes tunc celebrata circumducere? Quod si quis contra verisimilitudinem omnem negaverit hunc καλὸν στρατηγὸν fuisse Flavianum episcopum, is certe non negabit tunc temporis, *cum scilicet festa martyrum per urbem celebrarentur*, Joannem Chrysostomum ægrum domi *mansisse* : illud enim ipse dicit in concionis exordio. At quomodo potuit in media illa Quadragesima æger domi manere, qui per totam Quadragesimam Antiochenos, dira ob eversas Imperatorum *statuas* patientes, et graviora exspectantes consolabatur, ac continuis concionibus rem eamdem *tractabat*, ita ut etiam una ex postremis concionibus, ut ibidem fertur, decem ante Pascha diebus *dicta fuerit*?

His omnibus *perpensis*, certum indubitatumque videtur homiliam illam quæ decima nona ad Antiochenos fertur, *post* Pascha anni 387 habitam fuisse. Illam præcessere Martyrum festivitates, quibus peractis, *ad rusticos* sive agricolas, qui in urbem advenerant, hanc concionem de juramentis habuit. *Similiter*que in homilia prima de Anna post peractas multas martyrum festivitates ad rusticos concionem de juramentis habuit. Quis non videat eamdem ad rusticos de juramentis habitam homiliam utrobique commemorari? Quis nos ultra ferret, si his omnibus sic accurate examinatis eamdem rerum seriem in Quadragesima, eamdem quoque post Pascha constitueremus, martyrum festos dies multos continuos, adventum rusticorum, et concionem de juramentis ad illos habitam? Annon illa earumdem rerum repetitio tam proxime facta quid absonum et a verisimilitudine alienum præ se fert? Ille itaque ordo tenendus est qui in homilia prima de Anna enuntiatur, ut agmen ducat homilia de reditu Flaviani, quæ in die sancto Paschæ *habita* fuit; deinde sequatur concio, sive conciones, si quidem plures habitæ fuerint, *ad gentiles* qui, vi calamitatis Antiochenæ ad meliorem reducti frugem, Christianæ *fidei nomen dederant*; sub hæc festa Martyrum *multis diebus, in omnem civitatis partem*, πανταχοῦ τῆς πόλεως, celebrata sunt, domi manente ægritudinis causa Chrysostomo; demum die Dominica τῆς ἐπισωζομένης dicta fuit homilia illa ad rusticos de juramentis, quæ inter homilias quadragesimales jacet et decima nona numeratur : quæque loco movenda esse suadetur ex supradictis.

Jam quærendum restat quænam sit illa Dominica τῆς ἐπισωζομένης, quæ in titulo decimæ nonæ ad Antiochenos homiliæ memoratur : ex illa enim perquisitione fortasse novum argumentum ad eadem quæ superius probanda emerget. Dixeram in Præfatione ad Tomum secundum, et quidem post Tillemontium, videri mihi Dominicam illam τῆς ἐπισωζομένης, *servatæ*, esse Dominicam Passionis, quæ quindecim ante Pascha diebus celebratur. Id quod nulla alia permotus ratione dixi, quam quia hæc homilia inter quadragesimales semper locum habuit, tam in Manuscriptis, quam in Editis; et cum in Dominica habita fuisse testificetur vetus inscriptio, nullam aliam putabam Dominicam ad hanc concionem quadrare posse, quam *Dominicam* Passionis : et eadem de causa puto Tillemontium in eadem ipsa *Dominica dictam eam fuisse existimasse*. *Savilius autem illam Dominicam* esse eam, quam in Albis vocant, *significavit* : ac licet *non tam longe a vero aberret*, quam ego *aberravi*, ex præjudicata id tantum opinione dixisse putandus est. Leo Allatius vero *De Dominicis et hebdomadibus Græcorum* p. 1460, hæc habet : « Ascensio quoque Domini apud Cappadoces, ἐπισωζομένη, *Episozomene*, dicebatur. Erat adnotatum in manuscripto Codice Gregorii Nysseni : τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν Καππαδοκῶν ἔθει ἐπισωζομένη λέγεται ἡ ἀνάληψις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.» Vernaculo Cappadocum usu *Episozomene* dicitur Ascensio D. N. J. C. « Legiturque inter Andriantas Chrysostomi homilia, τῇ κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης, *Dominica Episozomenes*. Latinis hæc Dominica est quinta post Pascha. » Hactenus Leo Allatius, qui in quæstionem, quam agitamus, nullo modo ingressus, non potuit ex præjudicata opinione loqui. Si in hac autem Dominica habitam ad rusticos de juramentis concionem ponamus, et *illam* Dominicam τῆς ἐπισωζομένης, ut fert ipse titulus, esse Dominicam quintam post Pascha statuamus, omnia quadrabunt. Post habitam enim in die Paschæ homiliam de reditu Flaviani, Chrysostomus concionem unam vel plures habuerit ad gentiles, hinc in morbum inciderit, domique æger manserit, dum *multis diebus, et in omnem civitatis partem festa martyrum celebrarentur;* demumque instaurata utcumque valetudine, nondumque solutis morbi reliquiis, hanc ad rusticos seu agricolas concionem habuerit, Dominica quinta post Pascha, quæ Ascensionem præcedit, posteaque Sermones in Annam continenter dixerit illo ordine, quo diximus in Monito ad eosdem.

§ VIII.

De μεσοπεντηκοστῇ, *quæ vox perperam irrepserat in Sermonem quintum de Anna.*

cœlum et terram. Considera in hoc, carissime, quam admirabilis et eximius sit iste propheta. Alii enim omnes prophetæ ea dixerunt, vel quæ multis postea temporibus futura erant, vel quæ statim eventura essent : beatus autem iste, natus cum jam multa mundi transissent sæcula, ducem sortitus supernam dexteram, dignus est habitus, ut illa nobis diceret, quæ ante ortum suum omnium Dominus formaverat. Idcireo his incipit verbis : *In principio fecit Deus cœlum et terram* : quasi ad omnes nos clara voce clamet, et dicat : Num ab hominibus doceor, ut hæc loquar? Is ipse qui hæc cum non essent, fecit, ut essent, linguam meam ad isthæc enarranda impulit. Igitur obsecrò, ita auscultemus, ita nostris ratiociniis longum vale dicamus, quasi hæc non jam a Mose, sed per linguam Mosis ab ipso universorum Deo audiamus. *Ratiocinia enim hominum timida sunt*, inquit, *et incertæ cogitationes eorum*. Grato admodum animo accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur ultra quam fert mensuræ nostræ tenuitas, neve curiosius quæ supra nos sunt indagemus : id quod veritatis hostibus evenit, qui voluerunt propriis ratiociniis universa expendere, non cogitantes impossibile esse humanæ naturæ Dei opificium penitus explorare. Quid, inquam, Dei opificium, cum neque hominis, qui nobis natura cognatus est, artes penitus indagari possint? Dic enim, quæso, quomodo per metallicam artem auri natura conflatur? vel quomodo vitri puritas ex arena efficitur? Verum non habes quæ dicas. Si igitur hæc quæ ante oculos sunt posita, et quæ per Dei benignitatem humana operatur sapientia, intelligi nequeunt quæ a Deo ipso facta sunt, curiositate tua inquires, homo? Quam assequeris veniam? qua te tueberis defensione, ita insaniens, ut quæ supra naturæ tuæ captum sunt, speculeris? Dicere enim ea quæ sunt ex subjecta materia esse facta, et non confiteri, omnium Opificem ea ex nihilo creavisse, desipientiæ extremæ signum fuerit. Beatus itaque propheta iste, obturando insipientium ora, auspicaturus librum, sic cœpit : *In principio fecit Deus cœlum et terram*. Cum igitur audis, *Fecit*, nihil aliud ultra curiositas quære : sed humum

[a] Coislin. ὑπὸ τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας ὁδηγ.

[b] Coisl. ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Alii ὁ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος. Pergit Coislin. εἰς τὸ εἶναι ταῦτα πάντα παραγαγών, non male.

[c] Coislin. τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει.

[d] Aliquot Mss. καταλαβεῖν οὐ δυνατόν. Mox. πῶς ante τὰ, quod erat in Morel., deest in Coislin. et Savil. et in omnibus aliis pene Manuscriptis; ideoque expunctum fuit.

[a] Regius unus μὴ ἕτερον.

spectans, dictis fidem habe. Nam 'Deus est qui omnia facit, et in aliam formam mutat, ac secundum voluntatem suam omnia apte convertit. Et vide quantum nostræ parvitati se attemperat : nihil de invisibilibus virtutibus disserit, neque dicit, In principio fecit Deus angelos vel archangelos : non simpliciter, neque temere hanc nobis doctrinæ viam paravit. Quia enim Judæis loquebatur, qui toti præsentibus rebus inhiabant, neque spirituale quidquam animo concipere valebant, eos a sensibilibus ad cognoscendum universi Opificem inducit, ut ex creaturis Fabricatorem mundi discentes, adorarent Creatorem omnium, et non in creaturis ipsis permanerent et quiescerent. Nam cum licet hæc ita facta sint, non intermiserint ex creaturis deos facere, et divinum honorem fœdissimis brutis exhibere : in quam non amentiam incidissent, nisi tanta erga eos attemperatione fuisset usus?

Ex creaturis Creator agnoscitur.

3. Nec mireris, dilecte, quod Moses hac via incesserit, qui in principio, et in præludiis, crassioribus loquutus est Judæis : quandoquidem Paulus quoque tempore gratiæ, cum tantum prædicationis esset incrementum, disputaturus cum Atheniensibus, a visibilibus doctrinam cœpit his verbis : *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt; hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis habitat templis, nec humanis manibus colitur.* Quia enim talem eis competere sciebat doctrinam, hanc docendi viam arripuit. Ad eos enim qui suam suscipiebant doctrinam, a Spiritu ita dirigebatur, et eos ita docebat. Et ut scias hujus rei causam fuisse personarum varietatem, et auditorum crassitudinem, audi illum ipsum : ad Colossenses enim epistolam scribens, non hac ambulat via, sed aliter cum eis loquitur, et dicit: *Quia in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt, et quæ in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per illum, et in illum creata sunt.* Joannes autem tonitrui filius clamabat, dicens : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* At non sic Moses; et merito : nec enim erat consentaneum, ut solido pascerentur cibo quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodum ludimagistri pueris, qui a parentibus ipsis com-

Act. 17. 24.

Coloss. 1. 16.

Joan. 1. 3.

κύπτων, πίστευε τῷ λεχθέντι. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων, καὶ πρὸς τὸ αὐτοῦ βούλημα τὰ πάντα μεταῤῥυθμίζων. Καὶ ὅρα τῆς συγκαταβάσεως τὴν ὑπερβολήν· οὐδὲν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων διαλέγεται, [b] οὐδὲ λέγει, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς ἀγγέλους, ἢ τοὺς ἀρχαγγέλους· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ ταύτην ἡμῖν ἔτεμε τῆς διδασκαλίας τὴν ὁδόν. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαίοις διελέγετο τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις, καὶ οὐδὲν νοητὸν φαντασθῆναι δυναμένοις, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τέως αὐτοὺς ἐνάγει πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν, ἵνα ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὸν τεχνίτην τοῦ παντὸς καταμαθόντες προσκυνήσωσι τὸν ἐργασάμενον, καὶ μὴ ἐναπομείνωσι τοῖς κτίσμασιν. Εἰ γὰρ καὶ τούτου γινομένου οὐκ ἐπαύσαντο τὰ κτίσματα θεοποιοῦντες, καὶ περὶ τὰ ἀτιμότατα τῶν ἀλόγων τὸ σέβας ἐπιδεικνύμενοι, ποῦ οὐκ ἂν μανίας ἐξώκειλαν, εἰ μὴ τοσαύτῃ τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο;

Καὶ μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητὲ, εἰ Μωσῆς ταύτην [c] ἔρχεται τὴν ὁδὸν, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προοιμίοις τοῖς παχυτέροις Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, ὅπου γε καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ χάριτι, ἡνίκα τοσαύτη ἡ ἐπίδοσις γέγονε τοῦ κηρύγματος, μέλλων τοῖς ἐν Ἀθήναις διαλέγεσθαι, ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ποιεῖται πρὸς αὐτοὺς τὴν διδασκαλίαν οὕτω λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ταύτην αὐτοῖς κατάλληλον οὖσαν τὴν διδασκαλίαν, ταύτην ἦλθε τὴν ὁδόν. Πρὸς γὰρ τοὺς δεχομένους τὰ παρ' αὐτοῦ διδάγματα, οὕτως ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ὁδηγούμενος καὶ τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἡ τῶν προσώπων διαφορὰ καὶ ἡ τῶν ἀκουόντων παχύτης τούτου αἰτία γίνεται, ἄκουε αὐτοῦ, ἡνίκα πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπέστελλε, μηκέτι ταύτην ἐρχομένου τὴν ὁδὸν, ἀλλ' ἑτέρως αὐτοῖς διαλεγομένου καὶ λέγοντος· Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη. Καὶ Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς ἐβόα λέγων· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Ἀλλ' οὐχ ὁ Μωσῆς οὕτως· εἰκότως· οὐδὲ γὰρ ἦν εὔλογον τοῖς ἔτι γαλακτοτροφεῖσθαι δεομένοις στερεᾶς μεταδοῦναι τροφῆς. Καθάπερ γὰρ οἱ διδάσκαλοι οἱ παρὰ τῶν [d] γονέων τὰ παιδία δεχόμενοι τὰ πρῶτα στοιχεῖα αὐτοῖς παραδιδόασιν, οἱ δὲ παρ'

[b] Coislin. οὐδὲ γὰρ λέγει.

[c] Sic Coislin. et sex alii et Savil. In Edit. Morel. ταύτην ἔτρεχε τήν.

[d] Savil. et multi Mss. τῶν πατέρων. Morel. τῶν μητέρων, Coislin. τῶν γονέων, recte.

ἐκείνων τὰ παιδία λαμβάνοντες, τὰ τελειότερα τῶν μαθημάτων αὐτοῖς ἐνηχοῦσι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς, καὶ ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, καὶ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς πεποιήκασιν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ προοιμίων παραλαβὼν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, τὰ πρῶτα στοιχεῖα τοὺς ἀκούοντας ἐπαίδευσεν· οὗτοι δὲ παρὰ Μωσέως [a] παραλαβόντες, λοιπὸν τὰ τελειότερα παρεδίδοσαν. Τέως οὖν ἐμάθομεν τῆς συγκαταβάσεως τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι Πνεύματι φθεγγόμενος καταλλήλως τοῖς ἀκούουσιν, ἅπαντα ἐξετίθετο, πάσας ὁμοῦ τὰς δίκην ζιζανίων ἐπιφυομένας αἱρέσεις τῇ Ἐκκλησίᾳ κάτωθεν ἀνασπῶν διὰ τοῦ εἰπεῖν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Κἂν γὰρ Μανιχαῖος προσέλθῃ λέγων τὴν ὕλην προϋπάρχειν, κἂν Μαρκίων, κἂν Οὐαλεντῖνος, κἂν Ἑλλήνων παῖδες, λέγε [b] πρὸς αὐτούς· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἀλλ' οὐ πιστεύει τῇ Γραφῇ. Ἀποστράφηθι λοιπὸν αὐτὸν ὡς μαινόμενον καὶ ἐξεστηκότα. Ὁ γὰρ τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων ἀπιστῶν, ὡς καὶ ψεῦδος τῆς ἀληθείας καταγινώσκων, ποίας ἂν τύχοι συγγνώμης ποτέ; Πεπλασμένον ἔχουσιν ἐκεῖνοι [c] τὸ χρῶμα, καὶ ἐπιεικείας πρόσωπον ὑποδυόμενοι, κρύπτουσιν ἐν τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον. Ἀλλὰ σὺ μὴ ἀπατηθῇς, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα μίσησον αὐτὸν, ὅτι πρὸς μὲν σὲ τὸν ὁμόδουλον ἐπιείκειαν ὑποκρίνεται, πρὸς δὲ τὸν τῶν ὅλων [d] Δεσπότην Θεὸν τὸν πόλεμον ἤρατο, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας τρέχων οὐκ αἰσθάνεται. Ἡμεῖς δὲ τῆς πέτρας ἐχώμεθα τῆς ἀῤῥαγοῦς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πάλιν ἐπανέλθωμεν. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ὅρα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς δημιουργίας τρόπου τὴν θείαν φύσιν διαλάμπουσαν, ὡς ἀπεναντίας τῇ ἀνθρωπίνῃ συνηθείᾳ τὴν δημιουργίαν ποιεῖται, πρότερον τὸν οὐρανὸν τείνας, καὶ τότε τὴν [e] γῆν ὑποστορέσας· πρότερον τὸν ὄροφον, καὶ τότε τὸν θεμέλιον. Τίς εἶδε; τίς ἤκουσεν; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης δημιουργίας οὐκ ἂν τοῦτο γένοιτ' ἄν ποτε· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς κελεύῃ, πάντα τῷ βουλήματι αὐτοῦ εἴκει καὶ παραχωρεῖ. Μὴ τοίνυν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα περιεργαζώμεθα, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων διδηγούμενοι, θαυμάζωμεν τὸν τεχνίτην. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησὶν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται.

mendantur eruditi, prima tradunt elementa, quos pueros qui ab illis postea suscipiunt, sublimioribus et perfectioribus doctrinis imbuunt: ita et beatus Moses, et doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt. Nam Moses quidem cum primus omnium instituendam suscepisset humanam 11 A naturam, docuit auditores prima elementa: Joannes autem et Paulus iis quos a Mose acceperant, postea perfectiora tradidere. Igitur jam didicimus, quare ita se attemperaverit ad nostram tenuitatem, et eum Spiritu sancto loquentem, prout auditoribus congruebat, omnia exposuisse: simulque ille omnes hæreses, quæ sicut zizania pullulaturæ erant in Ecclesia, eradicat per hoc quod dicit: *In principio fecit Deus cælum et terram.* Unde si Manichæus ad te accesserit, dicens materiam præexistere, si Marcion, si Valentinus, si gentiles, dic illis: B *In principio fecit Deus cælum et terram.* Sed quid, si non credit ille Scripturæ? Tu posthac ipsum averseris, velut furibundum et mente captum. Nam qui omnium Opifici non credit, et veritatem mendacii arguit, qua umquam dignandus est venia? Habet ille fucatum colorem, et mansuetorum personas induit; tegitque sub ovilla pelle lupum. Sed tu ne decipiaris, imo hac ipsa de causa illum magis exosum habe, quod mansuetudinem quidem erga te conservum simulet, contra Dominum autem universorum Deum bellum gerat, et neque seipsum salutem C suam prodere animadvertat. Cæterum nos firmam teneamus petram, et ad principium iterum regrediamur: *In principio fecit Deus cælum et terram.* Attende nunc, quomodo ex ipso opificii modo divinæ naturæ dignitas enitescat; quomodo Deus præter humanum morem, suum perficiens ædificium, prius cœlum extendat, postea et terram substernat: prius culmen, et postea fundamentum. Quis tale quid vidit? quis audivit? In hominum sane operibus nihil tale umquam fuerit: sed jubente Deo, voluntati D ejus parent et cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus divina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manuducti, admiremur artificem. *Nam invisibilia ejus,* inquit, *ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur.* Rom. 1. 20.

Manichæus Marcion, et Valentinus dicebant materiam ante creatum mundum exstitisse.

[a] Colb. unus λαβόντες.

[b] De Manichæi, Marcionis et Valentini opinione circa mundi primordia vide Epiphanium ad singulos. Ibid. sic Coislin. et Savil. Alii vero πρὸς αὐτόν.

Coislin. τὸ σῶμα.

[d] Sic Savil. recte, in Morel. δεσπότην ὅλου. Mss. pene omnes nostri δεσπότην ὄν, ubi ὄν ex ΘΝ θεὸν factum est. Duo tamen Codices θεόν.

[e] Coislin. γῆν ὑποστερεώσας.

Contra eos qui dicebant terram ex subjecta materia factam.

4. Quod si veritatis hostes adhuc dicunt, non posse ex nihilo aliquid fieri, interrogemus eos : Primusne homo ex terra formatus est; an forte aliunde? Omnino dicent ac fatebuntur, quod ex terra. Dicant igitur nobis, quomodo ex terra facta sit natura carnis. Ex terra enim lutum, et lateres, et figulinum vas, et testa fieri solet : quomodo ergo natura carnis facta est? quomodo ossa, et nervi, et arteriæ, et adeps, et cutis, et ungues, et capilli, et ex una subjacente materia diversarum substantiarum qualitates? Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore nostro? Dicant nobis de pane, quo quotidie reficimur, quomodo, cum unius speciei sit, transmutetur in sanguinem, et pituitam, et bilem, et in varios humores. Et panis quidem sæpe habet colorem frumenti; sanguis autem ruber vel niger est. Si igitur hæc, quæ quotidie ante oculos versantur, numquam nobis dicere poterunt, difficilius de aliis Dei opificiis digna loquentur. Quod si post tantam demonstrationum copiam adhuc suam contentionem roborare volunt, neque nos desistemus sæpe eadem ipsis objicere, dicentes : *In principio fecit Deus cælum et terram.* Hoc enim unicum verbum sufficit nobis ad subvertendas omnes adversariorum turres, et ad revellenda ab ipsis fundamentis humana ratiocinia : atque si vellent vel sero a sua contentione desistere, possent per hoc in veritatis viam manuduci. 2. *Terra autem invisibilis erat et incomposita.* Cujus gratia, dic, quæso, cælum clarum et perfectum creavit; terram autem informem effecit? Neque hoc temere factum, sed ut, cum didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam et absolutam, nihil postea dubites: neque putes id ex potestatis imbecillitate factum. Ad hæc et alia ratione informem terram creavit. Quia enim ipsa est nutrix, et mater nostra, et ex ea facti sumus, atque educamur, ipsaque nostra patria est, et commune sepulcrum : reditus enim noster ad eam rursus est; et quia variis per eam bonis fruimur : ideo, ut ne homines ob usus necessitatem plus quam dignum est eam colerent, ostendit primum rudem et informem, ut ne beneficia terræ telluris naturæ imputes, sed ei tribuas, qui illam ex nihilo ut esset creavit. Propter hoc ait : *Terra autem erat invisibilis et incomposita.* Forte statim et ab initio

Terra patria nostra est, et commune sepulcrum.

Moralis exhortatio.

Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ λέγοντες, ἀδύνατον εἶναι ἐξ οὐκ ὄντων τι παραχθῆναι, ἐρώμεθα αὐτούς· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς ἐπλάσθη, ἢ ἑτέρωθέν ποθεν; Πάντως ἐροῦσιν, ὅτι ἐκ γῆς, καὶ συνομολογήσουσιν. Εἰπάτωσιν οὖν ἡμῖν, πῶς ἐκ γῆς σαρκὸς ἐγένετο φύσις. Ἀπὸ γῆς γὰρ πηλὸς, καὶ πλίνθος, καὶ κέραμος, καὶ ὄστρακον ἂν γένοιτο· πῶς οὖν σαρκὸς ἐγένετο φύσις; πῶς ὀστᾶ, καὶ νεῦρα, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ πιμελὴ, καὶ δέρμα, καὶ ὄνυχες, καὶ τρίχες, καὶ ἐκ μιᾶς ὑποκειμένης ὕλης διαφόρων οὐσιῶν ποιότητες; [f] Ἀλλ' οὐκ ἂν δυνηθεῖεν πρὸς ταῦτα διᾶραι στόμα ποτέ. Τί δὲ λέγω περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἡμετέρου; Περὶ τοῦ ἄρτου, οὗ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σιτούμεθα, εἰπάτωσαν ἡμῖν, πῶς μονοειδὴς ὢν μεταβάλλεται εἰς αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν, καὶ διαφόρους χυμούς. Καὶ [g] ὁ μὲν σιτόχρους πολλάκις ἐστὶ· 12
Α τὸ δὲ αἷμα πυῤῥὸν ἢ μελαν. Εἰ τοίνυν ταῦτα τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρώμενα εἰπεῖν ἡμῖν οὐκ ἂν δύναιντό ποτε, σχολῇ γ' ἂν εἴποιεν περὶ τῶν ἄλλων τοῦ Θεοῦ δημιουργημάτων. Ἀλλ' εἰ καὶ μετὰ τοσαύτην τῶν ἀποδείξεων περιουσίαν ἐπιμένοιεν τὴν οἰκείαν φιλονεικίαν κρατύνειν βουλόμενοι, ἡμεῖς μηδὲ οὕτω παυσόμεθα τὰ αὐτὰ πάλιν πρὸς αὐτοὺς λέγοντες· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τοῦτο γὰρ ἱκανὸν μόνον τὸ ῥῆμα πάντας τῶν ἐναντίων τοὺς πύργους καταβαλεῖν, καὶ πάντας τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ἐξ αὐτῶν τῶν βάθρων
Β ἀνασπάσαι· καὶ εἰ βουληθεῖεν ὀψέ ποτε τῆς φιλονεικίας ἀποσχέσθαι, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν αὐτοὺς χειραγωγῆσαι δυνήσεται. Ἡ δὲ γῆ ἦν, φησὶν, ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τὸν μὲν οὐρανὸν φαιδρὸν καὶ ἀπηρτισμένον παρήγαγε, τὴν δὲ γῆν ἀμόρφωτον ἔδειξεν; Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλ' ἵνα, ἐν τῷ βελτίονι μέρει τῆς κτίσεως μαθὼν αὐτοῦ τὴν δημιουργίαν, μηδὲν ἀμφιβάλῃς λοιπὸν, μηδὲ νομίσῃς δι' ἀσθένειαν δυνάμεως τοῦτο γενέσθαι. Ἄλλως τε καὶ δι' ἕτερον τρόπον ἀμόρφωτον αὐτὴν παρήγαγεν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴ καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ ἡμῶν ἐστι, καὶ ἐξ αὐτῆς καὶ γεγόναμεν καὶ
C τρεφόμεθα, καὶ αὐτὴ ἡμῖν καὶ πατρὶς καὶ κοινὸς τάφος γίνεται, καὶ πρὸς αὐτὴν πάλιν ἐπάνοδος, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν δι' αὐτῆς ἀπολαύομεν· ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτὴν [a] τιμήσωσι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δείκνυσί σοι αὐτὴν πρότερον ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον, ἵνα μὴ τῇ φύσει τῆς γῆς τὰς ἐξ αὐτῆς εὐεργεσίας λογίσῃ, ἀλλὰ τῷ ταύτην ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι. Διὰ τοῦτό φησιν· Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. Τάχα εὐθὺς καὶ ἐκ προοιμίων κατε-

[f] Savil. et septem Mss. ἀλλ' οὐκ ἄν. Morel. καὶ οὐκ ἄν. Sic Coislinianus, cujus lectio non spernenda.
[g] Ὁ μὲν σιτόχρους πολλάκις ἐστὶν, ὁ δὲ λευκός. τὸ δὲ αἷμα.
[a] Unus τιμήσῃ.

τείναμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν τοῖς λεπτοτέροις νοήμασί· διὸ προσήκει μέχρι τούτου στῆσαι τὸν λόγον, [b] παρακαλέσαντας ὑμῶν τὴν ἀγάπην μεμνῆσθαι τῶν εἰρημένων, καὶ ἀεὶ τούτων ἕναυλον ἔχειν τὴν μνήμην, καὶ μετὰ τῆς αἰσθητῆς τραπέζης, ἐπειδὰν ἐντεῦθεν ἐξέλθητε, παρατίθετε καὶ τὴν πνευματικὴν τράπεζαν. Καὶ λεγέτω μέν τινα τῶν ἐνταῦθα λεχθέντων ὁ ἀνήρ· ἀκουέτω δὲ ἡ γυνὴ, μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ παῖδες, διδασκέσθωσαν δὲ καὶ οἱ οἰκέται, καὶ ἐκκλησία λοιπὸν γενέσθω ἡ οἰκία, ἵνα φυγαδεύηται μὲν ὁ διάβολος καὶ δραπετεύῃ ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, καὶ ἐχθρὸς τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· ἐπαναπαύηται δὲ αὐτόθι ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, καὶ πᾶσα εἰρήνη καὶ ὁμόνοια [c] περιστοιχίζῃ τοὺς ἐνοικοῦντας. Ἐὰν γὰρ τῶν ἤδη πρότερον ῥηθέντων μνημονεύητε, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα καταβαλλόμενα προθυμότερον δέξησθε, καὶ ἡμεῖς μετὰ πλείονος [d] τῆς προθυμίας καὶ τῆς δαψιλείας ἐροῦμεν τὰ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος χορηγούμενα, ἐπειδὰν ἴδωμεν τῶν ἤδη καταβληθέντων τὴν βλάστην. Ἐπεὶ καὶ γηπόνος ὅταν ἴδῃ τὰ σπέρματα φυόμενα, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας περισκοπῶν τὰς ἀρούρας, ἑτοίμως καὶ ἕτερα καταβάλλειν ἐπείγεται.

Ἵν' οὖν προθυμοτέρους ἡμᾶς ἐργάσησθε, τῶν ἤδη ῥηθέντων ἀσφαλῆ τὴν φυλακὴν ἐπιδείξασθε, καὶ μετὰ τῶν ὀρθῶν δογμάτων περὶ τὴν τοῦ βίου ἐπιμέλειαν πολλὴν ποιήσασθε τὴν σπουδήν. Λαμψάτω γὰρ, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἵνα καὶ ὁ βίος συμφωνῇ τοῖς δόγμασι, καὶ τὰ δόγματα κηρύττῃ τὸν βίον. Πίστις γὰρ χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι, καὶ ἔργα χωρὶς πίστεως νεκρά ἐστι. Κἂν γὰρ δόγματα ἔχωμεν ὑγιῆ, βίου δὲ ἀμελῶμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῶν δογμάτων· πάλιν ἂν βίου μὲν ἐπιμελώμεθα, περὶ τὰ δόγματα δὲ χωλεύωμεν, οὐδὲ οὕτως ἔσται τι κέρδος ἡμῖν. Διὸ προσήκει ἑκατέρωθεν ἡμῖν τὴν οἰκοδομὴν ταύτην τὴν πνευματικὴν συνεσφίγχθαι· Πᾶς γάρ, φησὶν, ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ. Ὅρα πῶς οὐ μόνον ἀκούειν ἡμᾶς βούλεται, ἀλλὰ καὶ ποιεῖν, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυσθαι τὴν ὑπακοὴν, καὶ τοῦτον μὲν φρόνιμον ἐκάλεσε, τὸν τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἀκόλουθα ἐπιδεικνύμενον, τὸν δὲ μέχρι τῶν λόγων ἱστάμενον, μωρὸν ὠνόμασεν· εἰκότως. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, φησὶν, ἐπὶ τὴν

mentem vestram subtilioribus sententiis nimium torsimus; ideo hic sermonem sistere par est. Rogamus autem caritatem vestram, ut dictorum sitis memores, et semper hæc memoria teneatis: atque una cum sensibili mensa, cum hinc abieritis, apponite et spiritualem mensam. Dicat vir aliqua eorum, quæ nunc hic sunt dicta: audiat mulier, discant pueri, discant et domestici, fiatque domus ecclesia, ut effugetur diabolus, in fugam vertatur malus ille dæmon, et inimicus salutis nostræ: requiescat autem ibi Spiritus sancti gratia, et omnis pax et concordia muniat inhabitantes. Nam si eorum quæ jam dicta sunt, memores fueritis, et majore studio ea, quæ posthac seminaturi sumus, susceperitis, nos quoque majori studio atque ubertate dicemus quæ nobis suppeditabit gratia Dei, si germinare viderimus ea quæ nunc a nobis dicta sunt. Quandoquidem et agricola cum viderit semina nasci, majore alacritate arva considerat et excolit, atque alia serere gestit.

5. Ut igitur alacriores nos reddatis, jam dictorum certam custodiam demonstrate, et cum rectæ fidei dogmatibus vitam quoque vestram diligenter curate. *Luceat* enim, inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est:* ut et vita consonet fidei dogmatibus, et dogmata prædicent vitam. *Fides* enim *sine operibus mortua est,* et opera sine fide mortua sunt. Nam licet sanam teneamus doctrinam, si vitam negligamus, nihil nobis proderit doctrina: rursus, si vitæ curam diligentem gesserimus, in fidei autem placitis claudicaverimus, neque sic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo convenit utrinque ædificium hoc nostrum spirituale communiri: *Omnis* enim, inquit, *qui audit hos sermones meos, et facit eos, assimilabitur viro prudenti.* Vide quomodo non solum audire nos velit, sed etiam facere et operibus obedientiam exhibere: hunc prudentem vocavit, qui operibus sermones subsequentibus conspicuus sit: qui vero tantum ad sermones

Matth. 5. 10.

Jac. 2. 26.

Matth. 7. 24.

[b] Regii παρακαλέσαντες, et sic posuit Savilius, qui hanc notam habet: «Omnes quos inspeximus libri consentiunt, etiam Regii Lutetiæ. Grammaticæ quidem ratio postulat παρακαλέσαντας: sed tot passim occurrunt in hoc politissimo scriptore, in hoc quidem genere σολοικοφανῆ, ut nihil contra librorum consensum innovandum censeam.» At Morel. et aliquot Mss. παρακαλέσαντας habent. [Mox Savil. in textu παρατίθεσθαι, in marg. παρατίθετε.]

[c] Savil. πεῤῥιστοιχίζῃ, alii περιστοιχίζηται, et sic habet Morel.

[d] Sic Savil. In aliis τῆς προθυμίας deest.

pervenit, et non ad opera, eum stultum vocavit : *Matth. 7. 26.* merito certe : quia ille domum suam super arenam ædificavit; propterea neque ventorum vim ferre potuit, sed statim corruit. Tales enim sunt desides animæ, non solidatæ super firmam petram spiritualem : non enim de ædificio et de domo nunc est sermo, sed de anima, quæ a tentatione quavis quatitur. Nam venti, pluviæ, et fluviorum nominibus tentationes nobis subindicavit. Atexim qui constans, vigil, et sobrius est, hac ratione firmior evadit; et quanto majores intentantur afflictiones, tanto ejus virilitas et fortitudo magis augentur : deses autem et supinus, si vel tenuis quædam tentationum aura afflarit, statim vacillat, et animo concidit, non ob naturam tentationum, sed ob voluntatis infirmitatem. Quocirca oportet sobrios esse, et vigiles, et ad omnia præparatos : ut et in prosperitate modesti ac non effusi, et in afflictionibus quæ nobis infliguntur, sobrii et prudentes, perpetuas gratias referamus benigno Deo. Si sic res nostras instituerimus, multum gratiæ divinæ assequemur : poterimusque præsentem vitam secure transmittere, et in futura vita magnæ fiduciæ opes reponere : quam nobis omnibus assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ἄμμον τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ᾠκοδόμησε· διὸ οὐδὲ τὴν προσβολὴν τῶν ἀνέμων ἐνεγκεῖν ἠδυνήθη, ἀλλὰ ταχέως κατέπεσε. Τοιαῦται γὰρ αἱ ῥᾳθυμοι ψυχαί, καὶ μὴ ἐπὶ τῆς πέτρας τῆς πνευματικῆς ἐστηριγμέναι· οὐ γὰρ περὶ οἰκοδομῆς νῦν ὁ λόγος καὶ οἰκίας, ἀλλὰ περὶ ψυχῶν ἐστι τὸ εἰρημένον, τῶν καὶ ἀπὸ τοῦ τυχόντος πειρασμοῦ σάλον ὑπομενουσῶν. Τῷ γὰρ ὀνόματι τοῦ ἀνέμου, καὶ τῆς βροχῆς, καὶ τῶν ποταμῶν, τῶν πειρασμῶν ἡμῖν τὴν ἐπαγωγὴν ἠνίξατο. Ὁ γὰρ στερρὸς καὶ ἐγρηγορὼς καὶ νήφων ταύτῃ μᾶλλον ἰσχυρότερος γίνεται· καὶ ὅσῳ τὰ τῆς θλίψεως ἐπιτείνεται, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς ἀνδρείας αὔξεται· ὁ δὲ ῥᾳθυμος καὶ ἀναπεπτωκὼς, κἂν βραχεῖά τις αὔρα πειρασμοῦ προσπέσῃ, εὐθέως σαλεύεται καὶ καταπίπτει, οὐ παρὰ τὴν τῶν πειρασμῶν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῆς προαιρέσεως ἀσθένειαν. Διὸ χρὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ πρὸς πάντα παρεσκευασμένους εἶναι, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀνέσει συγκεχροτημένοι ὦμεν, καὶ ἐν ταῖς ἐπαγομέναις θλίψεσι νήφωμεν, καὶ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξώμεθα, διηνεκῶς τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμποντες τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. Ἂν οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, πολλῆς ἀπολαυσόμεθα τῆς ἄνωθεν ροπῆς, καὶ οὕτω δυνησόμεθα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀσφαλῶς διαπερᾶν, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν, πολλὴν ἑαυτοῖς προαποτίθεσθαι τὴν παῤῥησίαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA III.

ΟΜΙΛΙΑ γ'.

Gen. 1. 1. *De iis quæ supersunt dicenda in illud,* In principio fecit Deus cælum et terram, *usque* *Gen. 1. 5.* *ad illud,* Et factum est vespere, et factum est mane, dies unus.

Εἰς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἕως τοῦ, Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.

1. Thesauro cuipiam comparatur divinarum Scripturarum lectio. Nam sicut ex illo quisquis vel frustulum carpere valet, multas sibi parat divitias : ita et in sacra Scriptura, etiam in brevi dictione, ingentem sententiarum vim et immensas divitias invenire licet. Et non solum thesauro similia sunt divina eloquia, sed fonti quoque, largis perennibusque scaturienti fluentis : id quod ex rebus ipsis heri omnes didicimus. Nam ut procemia libri Geneseos incepimus, in explanando hoc dicto, *In principio fecit Deus cælum et terram,* totum tradendæ doctrinæ destinatum tempus insumsimus, et neque sic totum expedire

Θησαυρῷ τινι προσέοικεν ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσις. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖθέν τις κἂν μικρὸν ψῆγμα λαβεῖν δύνηθείη, πολὺν ἑαυτῷ τὸν πλοῦτον ἐργάζεται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ ἐν βραχείᾳ λέξει πολλὴν ἔστιν εὑρεῖν τῶν νοημάτων τὴν δύναμιν, καὶ ἄφατον τὸν πλοῦτον. Καὶ οὐ θησαυρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πηγὴν μιμεῖται τὰ θεῖα λόγια, δαψιλῆ τὰ νάματα ἀναβλύζουσαν, καὶ πολλὴν ἔχουσαν τὴν ἐπιῤῥοήν· καὶ τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν ἔργων χθὲς ἅπαντες μεμαθήκαμεν. Τῶν γὰρ προοιμίων ἀρξάμενοι τοῦ τῆς κτίσεως βιβλίου εἰς τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν ἐτελειώσαμεν, καὶ οὐδὲ οὕτως τὸ πᾶν [a] κα-

[a] Coislin. et Savil. in textu καταλαβεῖν, recte. Morel. et Savil. in marg. καταβαλεῖν.

ταλαβεῖν ἐξισχύσαμεν. Πολλὴ γάρ ἐστι τοῦ θησαυροῦ ἡ περιουσία, καὶ τῶν ναμάτων τῆς πηγῆς C ταύτης τῆς πνευματικῆς ἡ δαψίλεια. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ ἡμεῖς τοῦτο πεπόνθαμεν· καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν τὰ ἐντεῦθεν νάματα ἐξήντλησαν, καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς πάλιν τοῦτο ποιῆσαι ἐπιχειρήσουσι, καὶ οὐδὲ οὕτω κενῶσαι δυνήσονται τὸ πᾶν· ἀλλ' αὔξεται τὰ τῆς ἐπιῤῥοῆς, καὶ ἐπιδίδωσι τὰ νάματα. Τοιαύτη γὰρ τῶν ναμάτων τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις· ὅσῳ ἄν τις μετὰ δαψιλείας τὰ ἐντεῦθεν ἀρύσασθαι βουληθῇ νάματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναβλύζει, καὶ ἐπιδίδωσιν ἡ χάρις ἡ πνευματική. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶν- D τός· τὸ δαψιλὲς τῶν ναμάτων ἡμῖν ἐμφαίνων. Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τῶν ναμάτων τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις, φέρε ἕκαστος ἡμῶν τὰ ἀγγεῖα τῆς διανοίας μετὰ δαψιλείας προσενέγκωμεν, [b]ἵνα πληρώσαντες αὐτὰ, οὕτως ἐπανέλθωμεν. Ὅταν γὰρ ἴδῃ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις πόθον ζέοντα, καὶ διεγηγερμένην διάνοιαν, πλουσίαν τὴν παρ' ἑαυτῆς δωρεῖται χάριν. Ἀποστήσαντες τοίνυν ἑαυτοὺς πάντων τῶν βιωτικῶν, καὶ τὰς φροντίδας τὰς ἀκανθῶν δίκην συμπνίγειν δυναμένας, τὸν ἡμέτερον [c]λογισμὸν ἐκτέμνοντες, ὅλην ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν μεταστήσωμεν εἰς τὴν τῶν πνευματικῶν E ἐπιθυμίαν, ἵνα πολλὴν ἐντεῦθεν δεξάμενοι τὴν ὠφέλειαν, καὶ κερδάναντές τι μέγα καὶ γενναῖον, οὕτως ἐξέλθωμεν. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ὑμῖν ὁ λόγος γένηται, μικρὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ὑπομνήσωμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἵν' οὕτω, καθάπερ σῶμα ἕν, καὶ τὰ σήμερον μέλλοντα ῥηθήσεσθαι συνάψωμεν τοῖς χθὲς εἰρημένοις. Ἐδείκνυμεν γὰρ χθὲς, καθάπερ μέμνησθε, πῶς ὁ μακάριος Μωϋσῆς διηγούμενος ἡμῖν τῶν στοιχείων τούτων τῶν ὁρωμένων τὴν δημιουργίαν ἔλεγεν, ὅτι Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· [a]καὶ A ἐδιδάσκομεν ὑμᾶς τὴν αἰτίαν τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί οὕτω τὴν γῆν παρήγαγεν ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον, καὶ οἶμαι ὑμᾶς ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας κατέχειν· ἀναγκαῖον οὖν σήμερον τοῖς ἀκολούθως εἰρημένοις ἐπεξελθεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, διδάσκει ἡμᾶς ἀκριβῶς, πόθεν ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, φάσκων· Καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο [b]ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ μακά-

valuimus. Magna enim est hujus thesauri abundantia, et larga fontis hujus spiritualis fluenta. Nec mireris, carissime, si nobis hoc accidat : etiam qui ante nos fuere pro viribus suis aquas inde hauserunt, et similiter qui post nos futuri sunt idem attentabunt, neque sic totum evacuare poterunt; sed magis interim augescunt fluenta, et crescunt alvei. Hæc enim spiritualium fluminum natura est, ut eo magis scaturiant, et accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. Propter hoc et Christus dicebat : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ viventis :* quibus verbis horum fluentorum abundantiam nobis indicat. Quoniam igitur spiritualium fluentorum natura talis est, age afferamus omnes mentis nostræ vasa, ut impletis illis domum redeamus. Nam quando videt gratia Spiritus fervens desiderium, et vigilem mentem, tunc et gratiam suam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus hujus vitæ curis, et resectis iis quæ cogitationes nostras velut spinæ suffocant, ad spiritualium desiderium mentem nostram totam transferamus, ut magno inde reportato lucro, et ingenti utilitate percepta, ita hinc recedamus. Cæterum ut vobis manifestior sit sermo, pauca quædam ex hesternis dictis in memoriam caritati vestræ referemus, ut sic iis quæ heri dicta sunt, hæc nunc dicenda quasi in unum corpus conjungamus. Ostendimus enim heri, ut meministis, quomodo beatus Moses enarrans nobis horum visibilium elementorum creationem et opificium, dixerit : *In principio fecit Deus cælum et terram : terra autem erat invisibilis et incomposita :* et vos causam docuimus, quare Deus terram informem, et nullis figuris expolitam creaverit; quæ, opinor, omnia mente tenetis : necessarium est igitur nos ad ea quæ sequuntur hodie progredi. Nam postquam dixit, *Terra autem erat invisibilis ac incomposita*, nos accurate docet, unde invisibilis esset et inculta, dicens : *Et tenebræ erant super abyssum, et Spiritus Dei superferebatur super aquam.* Vide hic, quam nihil superflui admisceat beatus propheta, et quomodo non omnia partieulatim

Joan. 7. 37. 38.

[b] Coislin. *ἵνα ἀναπληρώσαντες.*

[c] Morel. et Savil. in textu *λογισμὸν ἐξελόντες*. Reg. et Savil. in marg. *λογισμὸν ἐκτέμνοντες*, quam lectionem retinendam duximus. Coislin. *λογισμὸν ἐξέχοντες*. Infra Coislin. *τὴν ὠφέλειαν καὶ τῆς ψυχῆς σωτηρίαν, καὶ κερδ.*

[a] Sic Savil. et aliquot Mss., recte, atque ita legendum esse liquet. Morel. *καὶ ἐδίδασκε μὲν ὑμᾶς*. Reg. unus *καὶ ἐδίδασκε μὲν ἡμᾶς*. Coislin. *καὶ ἐδίδασκον τὴν αἰτίαν.*

[b] Coislin. *ἐπάνω τῆς ἀβύσσου*, repetitum mendose.

narret, quæ creata sunt, sed cum docuerit nos de cælo et terra, quæ plurima in se continent elementa, prætermittat alia. Nam cum de aquarum opificio nihildum dixisset, ait : *Et tenebræ erant super abyssum, et Spiritus Dei superferebatur super aquam.* Hæc enim tegebant faciem terræ ; de tenebris loquor et abysso aquarum. Hinc didicimus, omne quod videbatur fuisse abyssum aquarum tenebris velatam, et opus habuisse sapiente Opifice, qui omnem hanc informitatem discutere, et ornatum aliquem in omnia posset inducere. *Et tenebræ*, inquit, *super abyssum, et Spiritus Dei superferebatur super aquam.* Quid sibi vult quod dicit : *Et Spiritus Dei superferebatur super aquam?* Mihi videtur hoc significare, fuisse in aquis efficacem quamdam et vitalem operationem, nec fuisse simpliciter aquam stantem et immobilem, sed mobilem, et vitalem quamdam vim habentem. Nam quod immobile, omnino inutile est; quod vero movetur, ad multa conducit.

2. Ut igitur doceret nos beatus ille propheta aquam illam magnam et ineffabilem habere vim quamdam vitalem, dicit : *Et Spiritus Dei superferebatur super aquam.* Idque non absque ratione Scriptura divina præveniendo dicit ; sed eo quod postea dictura sit nobis, animalia ex aquis istis ex præcepto Dei omnium conditoris producta fuisse, propterea auditorem hic nunc docet non sine causa aquam illam constitisse, sed ut moveretur, discurreret, et omnia alloqueret. Quandoquidem igitur diffusa erat magna universi visibilis informitas, præcepto suo Deus, optimus ille artifex, deformitatem illam depulit, et immensa lucis visibilis pulchritudo producta tenebras fugavit sensibiles, illustravitque omnia. 3. *Et dixit*, inquit, *Deus, fiat lux ; et facta est lux.* Dixit, et facta est : mandavit, et tenebræ quidem fugatæ sunt, lux autem producta. Vides ineffabilem potentiam? Verum qui errore præoccupati sunt, non attendentes dictorum consequentiam, neque audientes beatum Mosem dicentem : *In principio fecit Deus cælum et terram ;* et mox subdentem : *Terra autem erat invisibilis et incomposita,* eo quod tenebris et aquis esset obtecta ; sic enim visum fuit Domino ab initio eam producere : dicunt antea fuisse subjectam materiam, et tenebras præexstitisse. Quid

ρίου προφήτου τὸ ἀπέριττον, καὶ ὅπως οὐ πάντα κατὰ μέρος διηγεῖται τὰ δημιουργηθέντα, ἀλλὰ τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων ἡμᾶς διδάξας, καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς μνημονεύσας, τὰ ἄλλα παραλιμπάνει. Οὐδαμοῦ γὰρ εἰπὼν τῶν ὑδάτων τὴν δημιουργίαν, φησί· Καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καλύπτον τῆς γῆς τὸ πρόσωπον, τὸ σκότος λέγω, καὶ ἡ ἄβυσσος τῶν ὑδάτων. Ἐμάθομεν ἐντεῦθεν, ὅτι ἅπαν τὸ ὁρώμενον ἄβυσσος ἦν ὑδάτων σκότῳ κεκαλυμμένη, καὶ ἐδεῖτο τοῦ σοφοῦ δημιουργοῦ, ὥστε πᾶσαν ταύτην τὴν ἀμορφίαν ἐξελεῖν, καὶ εἰς εὐκοσμίαν τινὰ τὰ πάντα ἀγαγεῖν. Καὶ σκότος, φησὶν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Τί βούλεται [c]τοῦτο τὸ εἰρημένον; Πνεῦμα, φησὶ, Θεοῦ, ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Ἐμοὶ δοκεῖ τοῦτο σημαίνειν, ὅτι ἐνέργειά τις ζωτικὴ προσῆν τοῖς ὕδασι, καὶ οὐκ ἦν ἁπλῶς ὕδωρ ἑστὼς καὶ ἀκίνητον, ἀλλὰ κινούμενον, καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἔχον. Τὸ γὰρ ἀκίνητον πάντῃ ἄχρηστον· τὸ δὲ κινούμενον, πρὸς πολλὰ ἐπιτήδειον.

Ἵν' οὖν διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι τὸ ὕδωρ τοῦτο, τὸ πολὺ καὶ ἀμήχανον, τινὰ δύναμιν ἔχει ζωτικὴν, διὰ τοῦτό φησι· Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς προλαβοῦσα λέγει ἡ θεία Γραφή· ἀλλ' ἐπειδὴ προϊοῦσα μέλλει διηγεῖσθαι ἡμῖν, ὅτι καὶ ζῶα ἐκ τούτων τῶν ὑδάτων κατὰ πρόσταγμα τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ παρήχθη, διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν ἤδη διδάσκει τὸν ἀκροατὴν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὕδωρ ἦν συνεστὸς, ἀλλὰ κινούμενον, καὶ διατρέχον, καὶ τὰ πάντα [d]ἐπικλύζον. Ἐπεὶ οὖν πολλὴ κατεκέχυτο παντὸς τοῦ ὁρωμένου ἡ ἀμορφία, προσέταξεν ἀριστοτέχνης Θεὸς, καὶ τὰ τῆς ἀμορφίας διεσκεδάσθη, καὶ τὸ κάλλος τοῦτο τὸ ἀμήχανον τοῦ φωτὸς τοῦ ὁρωμένου παραχθὲν, τό τε σκότος ἀπήλασε τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὰ πάντα [e]κατηύγασε. Καὶ εἶπε, φησὶν, ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Εἶπε, καὶ ἐγένετο· ἐκέλευσε, καὶ τὸ μὲν σκότος ἐφυγαδεύθη, τὸ δὲ φῶς παρήχθη. Εἶδες δύναμιν ἄφατον; Ἀλλ' οἱ τῇ πλάνῃ προκατειλημμένοι οὐ προσέχοντες τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν εἰρημένων, οὐδὲ ἀκούοντες τοῦ μακαρίου Μωϋσέως λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τότε ἐπάγοντος· Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, διὰ τὸ σκότῳ καὶ τοῖς ὕδασι κεκαλύφθαι· οὕτω γὰρ ἔδοξε τῷ Δεσπότῃ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν παραγαγεῖν· φασὶν ὅτι προϋπέκειτο ἡ ὕλη, καὶ τὸ σκότος προϋπῆρχε. Τί ταύτης τῆς ἀνοίας χεῖρον γένοιτ' ἄν; Ἀκούεις ὅτι Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν

[c] Τί βούλεται τοῦτο τὸ εἰρημένον. Sic Morel. et omnes fere Mss. Savil. τί βούλεται ὁ φησι.

[d] Savil. et Mss. plurimi καὶ τὰ πάντα ἐπικλύζον. Morel. ἐπιβλύζον.

[e] Coislin. male παρήγαγεν.

οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο [a] τὰ ὄντα, καὶ λέγεις ὅτι προϋπῆρχεν ἡ ὕλη; Καὶ τίς ἀνάσχοιτο τοσαύτης παροινίας τῶν νοῦν ἐχόντων; Μὴ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ δημιουργῶν, ἵνα δεηθῇ τινος ὑποκειμένου, καὶ οὕτω τὰ τῆς τέχνης ἐπιδείξηται; Θεός ἐστιν, ᾧ πάντα εἶκει, λόγῳ καὶ προστάγματι δημιουργῶν. Ὅρα γὰρ, εἶπε μόνον, καὶ παρήχθη τὸ φῶς, καὶ παρεχώρησε τὸ σκότος. Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους. Τί ἐστι, Διεχώρισεν; Ἑκάστῳ ἰδίαν χώραν ἀπένειμε, κατάλληλον καιρὸν ἀφώρισε. Καὶ ἐπειδὴ τοῦτο γέγονε, τότε λοιπὸν ἑκάστῳ τὴν ἁρμόζουσαν προσηγορίαν ἐπιτίθησιν. Ἐκάλεσε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Εἶδες διαίρεσιν ἀρίστην, καὶ [b] δημιουργίαν θαυμαστὴν, καὶ πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν, λόγῳ μόνῳ καὶ ἐπιτάγματι γινομένην; Εἶδες πόσῃ τῇ συγκαταβάσει ὁ μακάριος οὗτος προφήτης ἐχρήσατο, μᾶλλον δὲ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς διὰ τῆς τοῦ προφήτου γλώττης παιδεύων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, εἰδέναι τῶν γινομένων τὴν τάξιν, καὶ τίς ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς, καὶ ὅπως ἕκαστον παρήχθη; Ἐπειδὴ γὰρ ἔτι ἀτελέστερον διέκειτο τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ οὐκ ἠδύνατο τῶν τελειοτέρων συνιέναι τὴν κατανόησιν, διὰ τοῦτο πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιαν τὴν τοῦ προφήτου γλῶτταν κινῆσαν οὕτως ἅπαντα ἡμῖν διαλέγεται. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡμετέρας διανοίας ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ συγκαταβάσει τῆς διηγήσεως, ὅρα τὸν τῆς βροντῆς υἱὸν, ὅτε πρὸς ἀρετὴν ἐπέδωκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, οὐκέτι ταύτην ἐρχόμενον τὴν ὁδὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν διδασκαλίαν ἄγοντα τοὺς ἀκροωμένους. Εἰπὼν γὰρ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, ἐπήγαγεν· Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα τὸ φῶς τοῦτο τὸ αἰσθητὸν, τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότου παραχθὲν, τὸ σκότος τοῦτο τὸ ὁρώμενον ἀπέκρυψεν· οὕτω καὶ τὸ νοητὸν φῶς τῆς πλάνης τὸ σκότος ἀπήλασε, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς πλανωμένους ἐχειραγώγησε.

Δεξώμεθα οὖν μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης τὰ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς διδάγματα, [c] καὶ μὴ ἀντιβλέπωμεν τῇ ἀληθείᾳ, μηδὲ τῷ σκότει παραμένωμεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ φῶς ἐπειγώμεθα, καὶ ἄξια τοῦ φωτὸς

hac amentia pejus? Audis Deum in principio fecisse cælum et terram, et ex nihilo quæ sunt facta fuisse, et dicis prius exstitisse materiam? Quis eorum qui mentem habent, tantam ferret insaniam? Numquid homo est Opifex ille, ut opus habeat subjecto aliquo ad demonstrandam suam artem? Deus est cui omnia cedunt, qui verbo et præcepto suo omnia condidit. Attende enim : dicit solum, et producta est lux, et abscesserunt tenebræ. 4. *Et distinxit Deus inter lucem et inter tenebras.* Quid est, *Distinxit?* Unicuique locum proprium distribuit, congruensque tempus definivit. Et postquam hoc factum est, tunc suum cuique vocabulum indidit. 5. *Vocavit* enim, inquit, *Deus lucem diem : et tenebras vocavit noctem.* Vidisti optimam distinctionem, et admirabile opificium, quod omnem rationem transcendit, uno verbo et præcepto factum? Vidisti quantum se nostrorum ingeniorum parvitati attemperaverit beatus ille propheta, imo benignus Deus per prophetæ linguam erudiendo omne hominum genus, ut sciat eorum quæ facta sunt ordinem, quis universi sit opifex, et quomodo unumquodque productum sit? Quoniam enim adhuc imbecillius erat humanum genus, quam ut perfectiora capere posset; propterea pro auditorum imbecillitate prophetæ linguam movens Spiritus sanctus in hunc modum nobis omnia edisserebat. Et ut discas illum ob mentis nostræ imbecillitatem hoc enarrationis temperamento fuisse usum, vide quomodo tonitrui filius, cum jam hominum genus ad virtutem profecisset, non jam hac via ingrediatur, sed in sublimiorem eruditionem auditorem subducat. Nam ut dixit : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;* Joan. I. 1. mox subjicit : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Ibid. v. 9. Nam quemadmodum hoc loco lux ista sensibilis præcepto Domini producta, tenebras illas visibiles abscondit : sic et lux mentalis tenebras errorum effugavit, et ad veritatem errabundos manuduxit.

3. Suscipiamus ergo gratissimo animo illa a divinis Scripturis documenta, et ne adversemur veritati, neque in tenebris maneamus : sed ad lucem properemus, operemurque digna luce et

[a] Coislin. τὰ πάντα.

[b] Coislin. δημιουργίαν θαυμάτων, male. Paulo post Colbert. λόγῳ μόνον καὶ ἐπιτάγματι.

[c] Καὶ μὴ ἀντιβλέπωμεν τῇ ἀληθείᾳ. Savil. : « Ἀντιβλέπειν, ut etiam ἀντοφθαλμεῖν, non semel apud Polybium est ἀντιστῆναι, *resistere*. Sic etiam infra Homil. 21, ante medium. » Reg. unus et Colb. unus τῷ σκότῳ. Coislin. solus τῷ σκότει παραδράμωμεν. Savil. et Morel. ut in textu. Paulo post in Reg. uno ἔργα deest.

Rom. 13. 13. die, sicut et Paulus admonet, dicens : *Sicut in die honeste ambulemus,* et ne operemur opera tenebrarum. *Et vocavit,* inquit, *Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem.* Sed quod ferme nos præterierat, necessarium fuerit iterum repetere. Nam postquam dixerat, *Fiat lux et facta est lux,* subjunxit : 4. *Et vidit Deus lucem, quod bona esset.* Vide quæso hic, dilecte, quam temperata verborum ratio. Quid igitur? An priusquam fieret lux, nesciebat eam bonam futuram; sed postquam producta fuit, ex aspectu primum Opifex pulchritudinem et bonitatem ejus productæ percepit? Et quis sanæ mentis tale quidpiam dixerit? Nam si homo qui aliquid per artem operatur, priusquam fabricetur quod vult facere, et priusquam efformet, scit usum ejus quod elaborare statuit : quanto magis omnium Opifex, qui verbo omnia ex nihilo ut essent produxit, sciebat antequam lucem faceret, eam esse bonam? Quare ergo hac dictione usus est? Demittit se, et secundum humanam consuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille propheta. Et quemadmodum homines cum aliquid magno studio elaboraverint, et finem laboribus suis imposuerint, tunc tandem per experientiam et probationem opus laudibus extollunt : ita et divina Scriptura nunc, cum se ad nostrarum aurium infirmitatem demisit, et dixit : *Et vidit Deus lucem, quod bona esset,* tunc subjecit : *Et distinxit Deus inter lucem, et inter tenebras : et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem,* et suam cuique regionem distribuit : nam ab initio cuique suos terminos præfixit, quos perpetuo absque impedimento custodiret. Id quod cuilibet, qui recte sapiat, contueri licet, quomodo ex eo tempore usque in præsens neque lux terminos suos transgressa sit, neque tenebræ suum ordinem præterierint, confusione et perturbatione quadam introducta. Sane hoc unum ingratis illis sufficere deberet, ut crederent et obedirent iis quæ a divina Scriptura dicta sunt : ita ut vel elementa imitantes, quæ cursum inoffensum perpetuo servant, dimensos terminos suos non prætergrediantur, sed agnoscant propriam naturam. Exin postquam utrique suum nomen dedit, utrumque in unum copulans dicit, 5. *Et factum est vespere, et factum est mane,*

καὶ τῆς ἡμέρας διαπραττώμεθα ἔργα, καθάπερ καὶ Παῦλος παραινεῖ λέγων· Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, καὶ μὴ ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ σκότους. Καὶ ἐκάλεσε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Ἀλλ' ὁ μικροῦ ἡμᾶς 17 A παρέδραμεν, ἀναγκαῖον τοῦτο ἐπαναλαβεῖν πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, ἐπήγαγε· Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. Θέα μοι, ἀγαπητὲ, ἐνταῦθα, πόση ἡ συγκατάβασις τῶν ῥημάτων. Τί οὖν, πρὶν ἢ γενέσθαι οὐκ ἤδει, ὅτι καλὸν, ἀλλὰ μετὰ τὸ παραχθῆναι ἡ ὄψις ἔδειξε τῷ δημιουργῷ τὸ κάλλος τοῦ παραχθέντος; Καὶ τίς ἂν εἴποι τοῦτο τῶν νοῦν ἐχόντων; Εἰ γὰρ ἄνθρωπος τέχνῃ τινὶ ἐργαζόμενος, καὶ πρὶν ἢ [a] κατασκευάσῃ τὸ ὑπ' αὐτοῦ δημιουργούμενον, καὶ πρὶν ἢ μορφώσῃ, εἶδε τὴν χρείαν, εἰς ἣν συντελεῖ τὸ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον· πολλῷ μᾶλλον ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, ὁ λόγῳ τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἤδει καὶ πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι τὸ φῶς, ὅτι καλόν. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο; Πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην συγκαταβαίνων φθέγγεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. Καὶ καθάπερ οἱ ἄνθρωποι, [b] ἐπειδάν τι μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἐργάσωνται, καὶ τέλος ἐπιθῶσι τοῖς οἰκείοις καμάτοις, τότε ἐκ τῆς δοκιμασίας καὶ τὸν ἔπαινον προσάγουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν γινομένοις· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡ θεία Γραφὴ, νῦν συγκατιοῦσα τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀκοῆς τῆς ἡμετέρας, φησί· Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλὸν, καὶ τότε ἐπήγαγε· Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους καὶ ἐκάλεσεν C ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα, καὶ ἰδίαν τινὰ χώραν ἀπένειμεν ἑκάστῳ, ὅρους τινὰς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ἑκάστῳ πηγνὺς, ὥστε εἰς τὸ διηνεκὲς τούτους ἀπαραποδίστους φυλάττειν. Καὶ τοῦτο ἔξεστι συνιδεῖν ἑκάστῳ τῶν εὖ φρονούντων, πῶς ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος οὔτε τὸ φῶς ὑπερέβη τοὺς οἰκείους ὅρους, οὔτε τὸ σκότος τὴν οἰκείαν τάξιν παρῆλθε, σύγχυσίν τινα καὶ ἀταξίαν ἐργασάμενον. Καὶ γὰρ ἱκανὸν καὶ τοῦτο μόνον τοῖς ἀγνωμονεῖν βουλομένοις πρὸς τὴν πειθὼ καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς λεγομένων [c] ἀναγαγεῖν, ὥστε μιμήσασθαι κἂν τῶν στοιχείων τὴν τάξιν, τῶν ἀπαραπόδιστον τηρούντων τὸν δρόμον, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τὰ οἰκεῖα μέτρα; ἀλλ' ἐπιγινώσκειν τὴν οἰκείαν φύσιν. Εἶτα ἐπειδὴ ἑκάστῳ τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκεν, ἀμφότερα εἰς τὸ αὐτὸ συναγαγὼν φησι· Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. Τὸ τέλος τῆς

[a] Savil. κατασκευάζῃ.

[b] Reg. unus et Coislin. ἐπειδάν τινα.

[c] Duo Mss. et Savil. ἐναγαγεῖν, et in marg. ἀγαγεῖν. Ibidem paulo superius Andreas Dounæus, referente Savilio, legendum putabat τοὺς μὴ ἀγνωμονεῖν βουλομένους. Boisius vero τοῖς μὴ ἀγνωμονεῖν βουλομένοις. Ibid. Reg. et Coislin. στοιχείων τῶν ἀπαραπόδιστον τὸν ὅρμον τηρούντων. Mox Reg. unus τὴν ἰδίαν φύσιν.

ἡμέρας καὶ τὸ τέλος τῆς νυκτὸς μίαν ἐμφαίνων ὠνόμασεν, ἵνα τάξιν τινὰ καὶ ἀκολουθίαν ἐπιστήσῃ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ μηδεμία σύγχυσις ᾖ. Ἀλλ' εἰδέναι ἔχομεν διδασκόμενοι παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, διὰ τῆς τοῦ μακαρίου τούτου προφήτου γλώττης, E τίνα μὲν κατὰ τὴν πρώτην ἐδημιουργήθη ἡμέραν, τίνα δὲ ἐν ταῖς ἄλλαις. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐστι [d]συγκαταβάσεως. Οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμος αὐτοῦ χεὶρ, καὶ ἡ ἄπειρος σοφία, καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ πάντα παραγαγεῖν. Τί δὲ λέγω, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ; Καὶ ἐν ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ. Ἀλλ' 18 ἐπειδὴ οὐ διὰ τὴν ἑαυτοῦ χρείαν [e]παρήγαγέ τι τῶν A ὄντων· οὐδενὸς γὰρ δεῖται ἀνενδεὴς ὤν· ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τινὶ, καὶ ἀγαθότητι τὰ πάντα ἐτεκτήνατο· διὰ τοῦτο κατὰ μέρος δημιουργεῖ, καὶ διδασκαλίαν ἡμῖν σαφῆ τῶν γινομένων παραδίδωσι διὰ τῆς τοῦ μακαρίου προφήτου γλώττης, ἵνα μαθόντες ἀκριβῶς μὴ προσπταίωμεν τοῖς ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν κινουμένοις. Εἰ γὰρ, καὶ τούτων οὕτω γεγενημένων, εἰσί τινες οἱ αὐτόματα λέγοντες γεγενῆσθαι πάντα τὰ ὄντα, εἰ μὴ τοσαύτῃ ἐχρήσατο τῇ συγκαταβάσει καὶ διδασκαλίᾳ, τί οὐκ ἂν ἐτόλμησαν οἱ κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν σπουδάζοντες;

Τί γὰρ ἂν εἴη ἀθλιώτερον καὶ ἀνοήτοτερον τῶν B ταῦτα λέγειν ἐπιχειρούντων, καὶ αὐτόματα φασκόντων γεγενῆσθαι τὰ ὄντα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἀποστερούντων τὴν πᾶσαν δημιουργίαν; Πῶς γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, εἰπέ μοι, τὰ τοσαῦτα στοιχεῖα, καὶ τὴν τοσαύτην διακόσμησιν ἄνευ τινὸς τοῦ κυβερνῶντος καὶ τὰ πάντα [a]κρατοῦντος ἡνιοχεῖσθαι; Καὶ ναῦς μὲν οὐκ ἄν ποτε δυνηθείη κυβερνήτου χωρὶς τὰ τῆς θαλάττης κύματα διαδραμεῖν, οὐδὲ στρατιώτης ἐργάζεσθαί τι γενναῖον μὴ τοῦ στρατηγοῦντος ἐφεστῶτος, οὐδὲ οἰκία συνεστάναι μὴ τοῦ [b]ταύτην οἰκονομοῦντος C παρόντος· ὁ δὲ ἄπειρος οὗτος κόσμος, καὶ ἡ τῶν στοιχείων τούτων διακόσμησις ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε φέρεσθαι ἠδύνατο, μή τινος ὄντος τοῦ ἡνιοχεῖν τὰ πάντα δυναμένου, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν [c]σοφίαν συνέχοντος καὶ διαβαστάζοντος ἅπαντα τὰ ὁρώμενα; Ἀλλὰ τί περαιτέρω φιλονεικοῦμεν ταῦτα δεικνύειν ἐκείνοις, ἃ, κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ τυφλοῖς δῆλα καθέστηκεν;

dies unus. Finem diei et finem noctis unum expresse nominavit, ut ordinem aliquem et consequentiam statueret visibilium, nullaque fieret confusio. Verum discamus oportet a Spiritu sancto per linguam beati hujus prophetæ, quæ primo die condita sunt, et quæ aliis. Nam et istuc ipsum clementem Deum sese attemperantem exhibet. Neque enim inops erat omnipotens illius manus et infinita sapientia, ut non posset uno die producere omnia. Quid dico, uno die? Et simplici momento poterat. Sed quandoquidem res non ob suam utilitatem produxit; neque enim ulla re opus habet; sed ob suam benignitatem et bonitatem condidit omnia: idcirco successione quadam et per partes condidit, et doctrinam nobis manifestam de rebus conditis per linguam beati hujus prophetæ tradidit, ut hæc accurate docti, non incidamus in eorum sententiam qui humanis ratiociniis moventur. Si namque, his illo modo peractis, non desunt qui fortuito res omnes factas esse asserant: si non tam attemperata docendi ratione nos dignatus esset, quid non fuissent ausi, qui adversus salutem suam quæque et dicere et facere student?

Cur Deus non omnia simul uno die produxerit.

4. Quid enim miserius et insipientius iis, qui talia dicere attentant, et affirmant res fortuito fieri, fraudantque omnem creationem divina providentia? Quo pacto enim rationi consentaneum fuerit, dic, oro, tanta elementa, et tantum ornatum absque aliquo moderatore et omnia conservante gubernari? Et navis numquam poterit absque gubernatore maris fluctus permeare, milesque nihil strenuum et egregium absque prætoris ductu et auspiciis gerit, et domus constare nequit, nisi adsit qui eam administret: mundus autem hic immensus, et elementorum illorum ornatus, fortuito et temere ferri poterit, nullo exsistente qui omnia possit moderari, et qui per suam sapientiam ea contineat et conservet? Verum quid ulterius contendimus illis probare ea, quæ et cæcis, ut in proverbio est, perspicua sunt? Attamen ne omittamus propo-

Contra eos qui omnia fortuito fieri dicunt.

[d] Coislin. *συγκαταβάσεως, καὶ γὰρ ἤρκει.*

[e] Savil. et Morel. et aliquot Mss. *παρήγαγέ τι τῶν ὄντων.* Coislin. et alii *παρήγαγε τὰ ὄντα.* Colb. *παρήγαγε τὰ πάντα.*

[a] Savil. et maxima pars Manuscriptorum *διακρατοῦντος.* Morel. et alii *κρατοῦντος.* Mox Morel. *χωρὶς ταύτης θαλ.* male. Alii ut in textu.

7. Vide iterum aliud pelagus tentationum nobis aperiri. Ut enim dixit, *Præter illa quæ extrinsecus sunt,* insinuavit prætermissa plura esse, quam quæ dicta sunt. Neque his contentus fuit, verum nos docet pressuras et conspirationes quas sustinuit, sic dicens : *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Ecce hoc bonum opus vel unicum sufficiens est, ut summus ipsi virtutum apex tribuatur : *Sollicitudo,* inquit, *omnium Ecclesiarum,* non unius, vel duarum, vel trium, sed omnium quæ in toto orbe. Nam quantam terram sol radiis suis illustrat, tantam curam et sollicitudinem habuit Paulus. Vidisti latitudinem animi? vidisti mentis magnitudinem? Jam quod subsc-

2. Cor. 11. 24. — 26.

Ib. v. 27. 28.

Pauli ærumnæ variæ.

[c] Sic omnes præter Morel. qui habet ἐν ἐρημίαις.

[a] Savil., Coislin. et alii Mss. παρανοιγόμενον. Morel. ἀναιγόμενον.

[b] Reg. unus, Coislin. et Savil. κατόρθωμα καὶ μόνον τυγχάνον, εἰς αὐτὴν ἄγον (al. ἀνάγον) τὴν ἄκραν.

quitur, omnia superiora, ut ita dicam, contegit. 2. *Cor.* 11. 29. *Quis* enim, *infirmatur*, inquit, *et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* Papæ, quantus viri hujus in filios amor et indulgentia! quanta vigilantia! quanta cura! Quæ mater sic cruciatur intra viscera filio febre laborante, et in lecto decumbente, ut beatus ille pro quovis infirmo, quocumque ille loco esset, infirmabatur, et pro scandalizatis urebatur? Considera enim, quæso, verborum latentem vim et emphasin. Non dixit, Quis scandalizatur, et ego non doleo? sed, *Uror*, inquit, intensum nobis dolorem declarans, quasi demonstraret se intrinsecus incendi et uri pro iis qui offendebantur. Scio me in magnam prolixitatem extendisse doctrinam, quamvis statueram hodie brevior esse, ut paululum a jejunii labore possitis respirare: sed nescio quomodo, ut in divitias bonorum operum hujus sancti incidi, linguam mihi quasi rapidi fluminis vis rapuit. Propterea hic finem dicendi faciens, oro caritatem vestram, ut continue illum in mente circumferatis, et subinde cogitetis, eum ejusdem nobiscum naturæ consortem, iisdem affectionibus obnoxium, opificium vile ac contemtum exercentem pellium sutorem, et in officinis frequentem, quia voluit et decrevit virtutum studio se mancipare, et idoneum se constituere receptaculum Spiritus sancti, largius quoque superna liberalitate potitum esse. Et nos item, si voluerimus quod nostrum est facere, nihil prohibebit eadem nos bona consequi. Liberalis enim est Dominus, *Tim.* 2 4. et *Vult omnes homines salvos fieri, atque ad agnitionem veritatis venire.* Dignos igitur nos ipsos exhibeamus, ac ferventi alacritate virtutem vel sero tandem apprehendamus, et affectiones nostras corrigentes, idoneos nos reddamus ad Spiritum sanctum recipiendum: quod ut mereamur, concedat gratia et benignitas Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri simul, et Spiritui sancto sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ἐξῆς δὲ ἐπαγόμενον πάλιν ἅπαντα, ὡς εἰπεῖν, τὰ εἰρημένα [c] ἀποκρύπτει. Τίς γὰρ ἀσθενεῖ, φησὶ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Βαβαὶ, πόση τοῦ ἀνδρὸς τούτου ἡ φιλοστοργία· πόση ἡ ἀγρυπνία· πόση ἡ μέριμνα. Ποία μήτηρ οὕτω διακόπτεται τὰ σπλάγχνα τοῦ παιδὸς αὐτῆς πυρέττοντος, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης κειμένου, ὡς ὁ μακάριος οὗτος ὑπὲρ τῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ ἀσθενούντων μᾶλλον ἠσθένει, καὶ ὑπὲρ τῶν σκανδαλιζομένων ἐπυροῦτο; Σκόπει γάρ μοι λέξεως ἔμφασιν. Οὐκ εἶπε, τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ λυποῦμαι; ἀλλὰ Πυροῦμαι, φησὶ, τὴν ἐπίτασιν ἡμῖν τῆς ὀδύνης δηλῶν, καὶ μονογουχὶ δεικνὺς ἐμπυριζόμενον ἑαυτὸν, καὶ καιόμενον ἔνδοθεν ὑπὲρ τῶν τὰ σκάνδαλα ὑπομενόντων. Οἶδα ὅτι εἰς πολὺ [d] μῆκος ἐξέτεινα τὴν διδασκαλίαν, καὶ ταῦτα προῤῥημένος σήμερον συστεῖλαι, ἵνα μικρὸν ἐκ τοῦ τῆς νηστείας πόνου ἀνεθῆναι δυνηθῆτε· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμπεσὼν εἰς τὸν πλοῦτον τῶν κατορθωμάτων τοῦ ἁγίου τούτου, καθάπερ ὑπὸ ῥύμης ὑδάτων σφοδροτάτης, οὕτω τὴν γλῶτταν παρεσύρην. Διὸ μέχρι τούτου στήσας τὸν λόγον, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διηνεκῶς τοῦτον ἐν διανοίᾳ περιφέρειν, καὶ τοῦτο λογίζεσθαι συνεχῶς, ὅτι τῆς αὐτῆς ἡμῖν κοινωνῶν φύσεως, καὶ τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὑποκείμενος, καὶ ἐπιτήδευμα ἔχων εὐτελὲς καὶ εὐκαταφρόνητον, καὶ δέρματα ῥάπτων, καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίου ἑστηκὼς, ἐπειδὴ ἠβουλήθη καὶ ἠθέλησε πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους ἑαυτὸν ἐκδοῦναι, καὶ ἄξιον ἑαυτὸν καταστῆσαι τῆς ὑποδοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, δαψιλεστέρας ἀπῄλαυσε τῆς ἄνωθεν φιλοτιμίας. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἐὰν βουληθῶμεν τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι, οὐδὲν τὸ κωλύον τῶν αὐτῶν ἡμᾶς ἀπολαῦσαι. Φιλότιμος γὰρ ὁ Δεσπότης, καὶ Βούλεται πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Ἀξίους τοίνυν ἑαυτοὺς κατασκευάσωμεν, καὶ μετὰ προθυμίας ζεούσης τῆς ἀρετῆς ὀψὲ γοῦν ποτε [e] ἐπιλαβώμεθα, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν τὴν διόρθωσιν ἐπιδειξάμενοι ἐπιτηδείους ἑαυτοὺς ἀπεργασώμεθα πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος ὑποδοχήν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

91 A

[c] Morel. ὑποκρύπτει, alii omnes ἀποκρύπτει.
[d] Savil. et septem Mss. μῆκος πάλιν ἐξέτεινα.
[e] Novem Mss. et Savil. ἐπιλαθώμεθα. Morel. ἐπιλαμβανώμεθα.

ΟΜΙΛΙΑ ιϚ'.

Εἰς τὰ ἀκόλουθα τῆς κτίσεως· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ἧ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Φέρε δὴ σήμερον πληρώσωμεν ἡμῶν τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῆς συνήθους ἀψώμεθα διδασκαλίας, καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν πρώην εἰρημένων συνάψωμεν καὶ τὰ μέλλοντα νῦν ῥηθήσεσθαι. Ἴστε γὰρ, ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον σπεύδοντας ἡμᾶς, καὶ βουλομένους τοῦτο ποιῆσαι, ἡ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους πρόνοια τὴν γλῶτταν ἡμῖν εἰς τὴν πρὸς ἐκείνους παραίνεσιν μετήγαγε. Ποτὲ μὲν γὰρ τοὺς νενοσηκότας τῶν ἀδελφῶν, καὶ διὰ συνηθείας πρόληψιν ἀποσχίζοντας ἑαυτοὺς τοῦ συλλόγου τούτου τοῦ πνευματικοῦ, καὶ τὴν ἡδονὴν [a] τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἡμῖν ἀκρωτηριάζοντας, διὰ τῆς πολλῆς παρακλήσεως καὶ συμβουλῆς ἐπείθομεν, μὴ ἐπὶ πολὺ χωρίζειν ἑαυτοὺς τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης, μηδὲ ἔξω τοῦ σηκοῦ τούτου τοῦ πνευματικοῦ πλανᾶσθαι, καὶ τῷ μὲν λόγῳ καὶ τῷ ὀνόματι ἡμῖν ἡνῶσθαι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Ἰουδαίοις κατακολουθεῖν τοῖς ἐπὶ τῇ σκιᾷ παρακαθημένοις, καὶ τῷ λύχνῳ προσηλωμένοις, μετὰ τὴν ἔλλαμψιν τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου· [*] ποτὲ δὲ τῶν ἐνταῦθα συλλεγομένων τοὺς ἀμυήτους παρεκαλέσαμεν ἐπιδραμεῖν τῇ κλήσει τῇ πνευματικῇ, καὶ πάντα ὕπνον, καὶ πᾶσαν ῥᾳθυμίαν ἀποτιναξαμένους, πόθῳ ζέοντι, καὶ προθυμίᾳ συντεταμένῃ ἑτοίμους ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς βασιλικῆς δωρεᾶς ἀπεργάσασθαι, καὶ σπεῦσαι πρὸς τὸν τὴν ἄφεσιν τῶν πεπλημμελημένων δωρούμενον, καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ μετὰ δαψιλείας παρέχοντα. Ἐπεὶ οὖν καὶ τῶν περὶ τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν σφαλλομένων, καὶ διὰ τῆς νομιζομένης ταύτης μικρᾶς παρατηρήσεως μεγάλα ἑαυτοὺς ζημιούντων, τὴν ἡμῖν [b] ἁρμόττουσαν πρόνοιαν ἐποιησάμεθα, καταλλήλων αὐτῶν τῷ τραύματι τὴν θεραπείαν ἐπαγαγόντες, καὶ τοῖς ἀμυήτοις τὴν πρόσηκουσαν νουθεσίαν προσηγάγομεν, ἀκόλουθον ἂν εἴη λοιπὸν, ἐπειδὴ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν νοσημάτων ἔστημεν, καὶ τὸ αὐτῶν ἐπληρώσαμεν, κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν σήμερον ἑστίασιν παραθεῖναι τὴν πνευματικήν. Ὥσπερ γὰρ πρὶν ἢ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων τὴν ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι, εἰ τὴν πρὸς ἐκείνους παραίνεσιν καταλιπόντες, τῆς ἀκολουθίας ἐχόμενοι, παρείδομεν κάμνοντας αὐτοὺς, εἰκότως ἄν τις ἡμῖν [c] μέμψαιτο

HOMILIA XII.

De iis quæ sequuntur creationem : Hic est liber generationis cæli et terræ, quando facta sunt : quo die fecit Deus cælum et terram. Gen. 2. 4.

1. Age promissum nostrum hodie impleamus, et consuetam doctrinam tractantes, dicenda nunc iis quæ supra dicta sunt contexamus. Scitis enim, nos semel atque iterum hoc facere decrevisse, et ad hoc paratos fuisse, sed curam fratrum, quam gerimus, in illorum admonitionem linguam nostram alio rapuisse. Quandoquidem interdum infirmis fratribus, quibus consuetum erat sequestrare se ab hoc spirituali conventu, et mutilare nobis sanctæ festivitatis gaudia, suasimus consulendo et exhortando, ne diutius ab ovili Christi absint, et extra caulam hanc spiritualem aberrent : nomine quidem et appellatione nobis juncti, revera autem Judæos sectantes, qui adhuc umbræ assident, lucernæque addicti sunt, postquam sol justitiæ illuxit; interdum etiam nondum initiatos, qui in cœtu aderant, hortati sumus, ut ad spiritualem vocationem accurrant, excussoque omni ignaviæ somno, ferventi desiderio, et ingenti alacritate paratos se ad suscipienda regia munera præstent, et properent ad eum qui remissionem donat peccatorum, et liberaliter innumera bona suppeditat. Itaque postquam eorum qui circa Paschæ festum errabant, quique per hanc minimi, ut putabant, momenti observationem, magnum sibi damnum inferebant, congruentem curam gessimus, idoneo adhibito vulneri medicamento, et non initiatis ea de re probe commonitis, restat ut omnibus vobis hodie spirituale paretur convivium. Nam quemadmodum si fratrum nostrorum neglecta cura, prætermissaque illorum admonitione, cœptæ seriei hærentes, ipsosque infirmantes contemsissemus, jure quispiam nos reprehendisset, utpote opportunum tempus prætercurrentes : ita nunc, quia nihil prætermissum est, quantum nostræ vires sinunt, sed verbum doctrinæ adhibuimus, pecuniam dinumeravimus, seminaque in terra hac spirituali jecimus, consentaneum est, ut

De catechumenis.

Chrysostomus circa diem paschæ conatus erat.

[a] Reg. unus *τῆς πνευματικῆς ἑορτῆς*.

[*] Hic agitur de catechumenis qui ut plurimum exeunte Quadragesima initiabantur et baptizabantur. Vide in Catechesibus Tomo secundo supra, et ultimo Tomo, ubi de catechumenis agetur.

[b] Unus Codex *ἁρμόζουσαν*.

[c] Sex Mss. *ἐμέμψατο*. Mox quatuor Mss. *οὕτως τοίνυν*

iterum in medium afferantur, quæ ex beato Mose sunt lecta, ut fructu inde collecto, domum redire liceat. Quænam igitur hæc sint, audiamus. 4. *Hic est liber*, inquit, *generationis cæli et terræ quando facta sunt : quo die fecit Deus cælum et terram*, 5. *et omne virgultum agri, antequam oriretur super terram, omnemque herbam agri, priusquam oriretur. Non enim pluerat Deus super terram, et homo non erat qui coleret terram.* 6. *Fons autem ascendebat de terra, et irrigabat universam faciem terræ.* Considera mihi rursus, obsecro, admirabilis hujus prophetæ sapientiam, imo sancti Spíritus doctrinam. Nam postquam nobis per partes enarravit creaturas omnes, et sex dierum pertractavit opera, et formationem hominis, potestatemque visibilium omnium illi concessam, nunc iterum summatim omnia repetens, inquit : *Hic est liber generationis cæli et terræ, quando facta sunt.* Operæ pretium hic fuerit inquirere, quare Scriptura librum hunc vocaverit cæli et terræ, quamvis multa alia in se contineat, et doceat nos alia plurima, nempe de justorum virtutibus tractans, de benignitate Dei, deque indulgentia, quam erga primum creatum hominem et omne humanum genus exhibuit : et de aliis multis, quæ hujus temporis non fuerit declarare. Ne mireris, dilecte : mos enim hic est sacræ Scripturæ, ut non ubique omnia particulatim enarret; sed cum ea, quæ plurima complectuntur, dicere cœperit, consideranda relinquat sequentia iis, qui studiosis auribus excipiunt ea quæ dicuntur. Et ut discas rem ita esse, id palam faciam ex his quæ nunc sunt lecta. Ecce enim in superioribus, postquam nos divina Scriptura formationem omnium minutatim docuit, nunc non omnium meminit, sed inquit : *Hic est liber generationis cæli et terræ, quando facta sunt : quo die fecit Deus cælum et terram*, et cætera.

Gen. 2.

92 A

B

C

D

ὡς τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν παραδραμοῦσιν· οὕτω νῦν, ἐπειδὴ μηδὲν παραλέλειπται τῶν εἰς δύναμιν ἡμετέραν, ἀλλὰ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον ἐποιησάμεθα, καὶ τὸ ἀργύριον κατεβάλομεν, καὶ τὰ σπέρματα τῇ γῇ ταύτῃ τῇ πνευματικῇ παρακατεθέμεθα, ἀκόλουθόν ἐστι πάλιν τὰ παρὰ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ἀναγνωσθέντα εἰς μέσον προθεῖναι, ἵνα τὸ ἐξ αὐτῶν κέρδος καρπωσάμενοι, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρήσωμεν. Τίνα οὖν ἐστιν, ἀκούσωμεν. Αὕτη ἡ βίβλος, φησί, γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ, πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ, πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι. Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Σκόπει μοι πάλιν τοῦ θαυμαστοῦ τούτου προφήτου τὴν σύνεσιν, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν διδασκαλίαν. Μετὰ γὰρ τὸ διηγήσασθαι ἡμῖν κατὰ μέρος τὰ τῆς δημιουργίας ἅπαντα, καὶ τὰ ἔργα τῶν ἓξ [a] διελθεῖν ἡμερῶν, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίαν, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτῷ πάντων τῶν ὁρωμένων, νῦν πάλιν ἀνακεφαλαιούμενος τὰ πάντα, φησίν· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο. Ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν βίβλον αὐτὴν καλεῖ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καίτοι πολλὰ ἕτερα τῆς βίβλου περιεχούσης, καὶ διδασκούσης ἡμᾶς, καὶ περὶ ἑτέρων πλειόνων, καὶ περὶ τῆς τῶν δικαίων ἀρετῆς, καὶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τῆς συγκαταβάσεως, ἣν ἐπεδείξατο περί τε τὸν πρωτόπλαστον, καὶ περὶ ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ περὶ ἑτέρων δὲ πολλῶν, ἅπερ οὐκ ἂν εἴη τοῦ παρόντος καιροῦ καταλέγειν. Μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ· ἔθος γὰρ τοῦτο τῇ θείᾳ Γραφῇ, μὴ πανταχοῦ κατὰ μέρος ἡμῖν ἅπαντα διηγεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν συνεκτικωτάτων ἀρχομένην καταλιμπάνειν τὰ ἑξῆς σκοπεῖν τοῖς εὐγνώμοσιν ἀκοαῖς δεχομένοις τὰ λεγόμενα. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἐστίν, ἐξ αὐτῶν τῶν νῦν ἀνεγνωσμένων τοῦτο δῆλον ὑμῖν καθίστημι. Ἰδοὺ γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διδάξασα ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ τὴν κατὰ μέρος ἁπάντων δημιουργίαν, νῦν οὐ πάντων μέμνηται, ἀλλά φησιν· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἑξῆς.

2. Viden' quomodo totum sermonem ad cælum et terram convertit, ex illis alia omnia nobis contenda relinquens? Cum ergo dicit cælum et terram, omnes creaturas simul comprehendit, tam eas quæ in cælo, quam quæ in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarum non omnia deinceps

Ὁρᾷς πῶς πάντα τὸν λόγον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν περιστρέφει, ἡμῖν καταλιμπάνουσα ἐκ τούτων πάντα τὰ ἄλλα συνιδεῖν; Ὅταν γὰρ εἴπῃ οὐρανὸν καὶ γῆν, πάντα ὁμοῦ συνελοῦσα εἶπε, τά τε ἐν τῇ γῇ, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς τῶν δημιουργημάτων διηγήσεως οὐ πάντα καθεξῆς λέγει,

[a] Codex unus διελθουσῶν.

ἀλλὰ τῶν συνεκτικωτάτων μνημονεύουσα, οὐκέτι καθ' ἓν ἡμῖν ἅπαντα διηγεῖται· οὕτω καὶ τὴν βίβλον πᾶσαν, εἰ καὶ πολλὰ ἕτερα περιέχει, [b] βίβλον γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς ὠνόμασεν, ἡμῖν καταλιμπάνουσα λοιπὸν διὰ τῆς τούτων μνήμης ἀναλογίζεσθαι, ὅτι πάντα ἀνάγκη ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ περιέχεσθαι τὰ ὁρώμενα, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ. Ἡ ἡμέρα, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ, πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ, πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι. Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Πολὺς ὁ ἐγκεκρυμμένος θησαυρὸς τοῖς βραχέσι τούτοις ῥήμασι· διὸ προσήκει μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ὁδηγουμένους ἡμᾶς ἀναπτύξαι τὰ εἰρημένα, καὶ κοινωνοὺς ὑμᾶς λαβεῖν τοῦ πλούτου τούτου τοῦ πνευματικοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ μέλλοντα προγινῶσκον, ἵνα μηδενὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐξῇ φιλονεικεῖν, καὶ ἀπεναντίας τῇ θείᾳ Γραφῇ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἐπιφέρειν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασι, καὶ νῦν πάλιν, μετὰ τὸ διδάξαι τῶν δημιουργηθέντων τὴν τάξιν, καὶ τί μὲν πρῶτον παρήχθη, τί δὲ δεύτερον, καὶ ὅτι τὰ ἀπὸ τῆς γῆς σπέρματα τῷ λόγῳ καὶ τῷ προστάγματι ὑπηρετουμένη τοῦ Δεσπότου ἐξέδωκεν ἡ γῆ, καὶ πρὸς τὰς ὠδῖνας διηγέρθη, οὔτε τοῦ ἡλίου πρὸς συνέργειαν δεηθεῖσα, (πῶς γὰρ τοῦ [a] μηδέπω δημιουργηθέντος;) οὔτε τῆς τῶν ὑετῶν ἐπομβρίας, οὔτε τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐργασίας· οὐδὲ γὰρ οὗτος ἦν παραχθεὶς εἰς τὸ μέσον· διὰ τοῦτο πάλιν κατὰ μέρος πάντων μνημονεύει, ἵνα τῶν ἀναισχυντεῖν ἐπιχειρούντων ἐπιστομίσῃ τὴν ἀκόλαστον γλῶτταν. Τί γάρ φησιν; Ἡ ἡμέρα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ, πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ, πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι. Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότισε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι τῷ λόγῳ αὐτοῦ καὶ τῷ προστάγματι τὰ πρότερον μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι ὑπέστη, καὶ ἅπερ οὐκ ἦν, ταῦτα ἀθρόον ἐδείκνυτο. * Ὁ χόρτος, ὁ ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενος· χόρτον δὲ ὅταν εἴπῃ, τὰ σπέρματα ἅπαντα λέγει. Καὶ περὶ τῶν ὑετῶν διδάσκουσα ἡμᾶς, πάλιν ἡ θεία Γραφὴ ἐπήγαγεν· Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν· τοῦτ' ἔστιν, οὐδέπω οὐδὲ ὑετοὶ ἄνωθεν κατεφέροντο· καὶ μετὰ τοῦτο λοιπὸν δείκνυσιν ἡμῖν, ὅτι οὐδὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐργασίας ἐδεήθη· Ἄνθρωπος γὰρ, φησὶν, οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν· μονονουχὶ

dicit, sed maxime generalia tantum commemorat, nec sigillatim enarrat : ita et librum totum, etsi multa alia contineat, librum generationis cæli et terræ appellavit, nobis ex horum commemoratione quod reliquum est computandum relinquens, necesse esse omnia in hoc libro visibilia contineri, tam ea quæ in cælo, quam quæ in terra. *Quo die*, inquit, *fecit Deus cælum et terram, et omne virgultum agri, antequam fieret super terram, et omnem herbam agri, antequam oriretur. Non enim pluerat Deus super terram, neque homo erat qui coleret illam. Sed fons ascendebat e terra, et irrigabat universam faciem terræ.* Grandis thesaurus in pauculis verbis illis reconditus est : unde magna prudentia, quæ dicuntur, juvante nos Dei gratia, congruit explicare, vosque spiritualium harum divitiarum consortes facere. Spiritus enim sanctus futurorum præscius, ut nulli posthac contendere, et ecclesiasticis dogmatibus, ex propriis ratiociniis, adversa divinis Scripturis immiscere liceat, etiam nunc denuo, postquam creaturarum ordinem docuit, et quid primum, quid secundum productum sit, et quod semina sua tellus verbo mandatoque Domini ministrans ediderit, ac producendi vim acceperit, cum neque solis cooperatione egeret, qui nondum erat, neque pluviarum humiditate, neque hominis cultura ; nam et ille nondum in medium prodierat : ideo iterum repetit particulatim omnia, ut indomitæ impudenter blaterantium linguæ compescantur. Quid enim ait? *Die quo fecit Deus cælum et terram, et omne virgultum agri, priusquam fieret super terram, omnemque herbam agri, priusquam oriretur. Non enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui coleret illam. Fons autem ascendebat de terra, et rigabat universam faciem terræ.* Hoc vult dicere, sermone et præcepto illius, quæ prius non erant, producta fuisse, et quæ non existebant, subito comparuisse. Herba est, quæ ex terra provenit : hic autem herbam dicens, semina omnia dicit. Et de pluviis docens nos iterum divina Scriptura subdit : *Non enim pluerat Deus super terram :* hoc est, nondum pluviæ desuper cadebant ; deindeque ostendit, neque hominis operatione habuisse opus : *Non* enim, ait, *erat homo qui operaretur terram :* quasi clamans et dicens posteris omnibus : Audite

Non est admiscendum quidquam adversum Scripturæ.

[b] Aliquot Mss. *βιβλίον*.

[a] Coislin. *μηδέπω δεηθέντος*.

* Χόρτος est proprie *fœnum ;* hic autem accipitur pro *herba* generatim sumpta et pro *seminibus*, ut ex serie liquet.

hæc, et discite, quomodo ab initio omnes terræ proventus sint producti, et ne terram colentium diligentiæ omnia tribuite, neque eis hos ejus partus adscribite : sed verbo et præcepto, quod a Conditore suo ad eam prolatum est. Hæc autem omnia fiunt, ut discamus terram ad edenda semina sua aliorum elementorum cooperatione non egere, sed Conditoris mandato contentam fuisse. Et quod mirandum stupendumque est, is qui nunc terram verbo ad tot semina producenda excitavit, et potentiam suam humanæ rationis captum superantem exhibuit, hanc ipsam tam gravem et tantum mundum supra dorsum suum ferentem super aquas fundavit, *Psal.* 135. 6. sicut et propheta dicit : *Qui fundavit terram super aquas.* Quæ humana ratio ad hæc pertingere possit? Nam cum homines domus ædificant, et fundamenta jacere volunt, prius fodiunt; et ubi ad profunda pervenerint, si vel parvum humorem viderint, nihil non agunt ut totum ipsum exhauriant, et sic fundamenta locent : propterea omnium Opifex omnia secus quam homines facit, ut ex hoc discas ineffabilem ejus potentiam, et, quando ipse voluerit, elementa hæc plane contrarium, quam solent, effectum ex Conditoris præcepto ostendere.

3. Et ut id quod dicitur, dilucidius vobis fiat, jam de hoc argumento aliquid disseramus, postea ad aliud transituri. Hoc enim contra aquarum naturam est, ferre corpus tam grave : et iterum contra naturam terræ, sedem suam in tali fundamento habere. Et quid miraris? In quacumque rerum creatarum scrutari volueris, invenies immensam Opificis potentiam, eumque sua voluntate gubernare omnia deprehendes. Videre enim hoc licet in igne, cui absumendi natura est : omnia enim facile domat, materiam lignorum, lapidum, corporum, et ferri : at postquam imperavit Dominus, corpora tenera *Dan.* 3. et corruptibilia non tetigit, sed illæsos pueros servavit in medio camino. Et ne mireris si corpora illorum non tetigit, sed irrationale elementum tanta moderatione obsequutum est, quantum nullus queat effari. Nam

E

94 A

B

C

βοῶσα, καὶ λέγουσα τοῖς μετὰ ταῦτα ἅπασιν, ὅτι ταῦτα ἀκούοντες μάθετε, πῶς ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα παρήχθη τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἀναδιδόμενα, καὶ μὴ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν τὴν γῆν θεραπευόντων τὰ πᾶν λογίζεσθε, μηδὲ ἐκείνοις [b] τὰς ὠδῖνας ταύτας ἐπιγράφετε, ἀλλὰ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐπιτάγματι τῷ ἐξ ἀρχῆς πρὸς αὐτὴν παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὴν γενομένῳ. Ταῦτα δὲ ἅπαντα γίνεται, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐκ ἐδεήθη τῆς τῶν ἄλλων στοιχείων συνεργείας πρὸς τὴν τῶν οἰκείων σπερμάτων ἀνάδοσιν, ἀλλ' ἠρκέσθη τῷ ἐπιτάγματι τοῦ δημιουργοῦ. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, οὗτος ὁ νῦν τῷ οἰκείῳ λόγῳ πρὸς τὴν τῶν τοσούτων σπερμάτων βλάστην αὐτὴν διεγείρας, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπιδειξάμενος, ὑπερβαίνουσαν τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν, ταύτην αὐτὴν τὴν βαρεῖαν, καὶ τὸν τοσοῦτον κόσμον ἐπὶ τῶν οἰκείων νώτων φέρουσαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐθεμελίωσε, καθὼς ὁ προφήτης φησίν, Ὁ θεμελιώσας ἐπὶ τῶν ὑδάτων τὴν γῆν. [c] Ποῖος λογισμὸς ἀνθρώπινος ἐφικέσθαι τούτων δυνήσεται; Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι οἰκίας οἰκοδομούμενοι, καὶ θεμελίους καταβάλλειν βουλόμενοι, πρότερον διασκάπτοντες, καὶ εἰς τὸ βάθος κατιόντες, κἂν μικρὰν νοτίδα ἴδωσι, πάντα ποιοῦσιν, ὥστε πᾶσαν αὐτὴν ἐξαντλῆσαι, καὶ οὕτω τοὺς θεμελίους καταβαλεῖν· διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς ἀπεναντίας τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἅπαντα δημιουργεῖ, ἵνα μάθῃς καὶ ἐκ τούτων αὐτοῦ τὴν ἄφατον δύναμιν, καὶ ὅτι, ἐπειδὰν βουληθῇ, καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα [a] τὰ ἐναντία τῇ οἰκείᾳ ἐνεργείᾳ ἐπιδείκνυται, τῷ ἐπιτάγματι τοῦ δημιουργήσαντος ὑπηρετούμενα.

Καὶ ἵνα σαφέστερον ὑμῖν γένηται τὸ λεγόμενον, τέως ἐπ' αὐτοῦ τοῦ προκειμένου τὸν λόγον γυμνάσωμεν, καὶ τότε καὶ ἐφ' ἕτερον μεταβησόμεθα. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ ἐναντίον ἐστὶ τῇ φύσει τῶν ὑδάτων, τὸ οὕτω βαρὺ σῶμα φέρειν· καὶ τῇ γῇ πάλιν ἐναντίον τὸ ἐπὶ τοιούτῳ θεμελίῳ τὴν ἕδραν ἔχειν. Καὶ τί θαυμάζεις; Κἂν γὰρ ἐφ' ἑκάστου τῶν γενομένων διερευνῆσαι βουληθῇς, εὑρήσεις τοῦ δημιουγήσαντος ἄπειρον τὴν δύναμιν, καὶ ὅτι τῇ οἰκείᾳ βουλήσει ἡνιοχεῖ πάντα τὰ ὁρώμενα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ πυρός ἐστιν ἰδεῖν γινόμενον· τὸ γὰρ δαπανητικὴν ἔχον ἐνέργειαν, καὶ πάντων περιγινόμενον, καὶ πᾶσαν ὕλην λίθων, καὶ ξύλων, καὶ σωμάτων, καὶ σιδήρου μετ' εὐκολίας καταναλίσκον, ἐπειδὴ προσέταξεν ὁ δημιουργὸς, σωμάτων ἁπαλῶν καὶ φθαρτῶν οὐχ ἥψατο, ἀλλ' ἀβλαβεῖς τοὺς παῖδας διεφύλαττεν ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ τῶν σωμάτων αὐτῶν οὐχ ἥψατο, ἀλλ' εὐταξίαν τοσαύτην ἐπεδείξατο τὸ ἄλογον στοιχεῖον

[b] Quatuor Mss. *τὰς ὠδῖνας ταύτης.*

[c] Coislin. *ποῖος λόγος, ἢ νοῦς ἀνθρώπινος.* Infra sex Mss. *καταβάλλειν.* Morel. *καταβαλεῖν.*

[a] Quinque Mss. et Coislin. *τὰ ἐναντία τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν.* Morel. *τῇ οἰκείᾳ ἐνεργείᾳ.*

σην οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν. Οὐδὲ γὰρ ταῖς ὁριξὶν ἐλυμήνατο, ἀλλ' ἐκύκλου μὲν αὐτοὺς, καὶ εἶχεν ἔνδον· καθάπερ δὲ ὑπακοὴν πληροῦσα ἡ τοῦ πυρὸς οὐσία, καὶ Δεσπότου ἐπιτάγματι ὑπηρετουμένη, ἀκεραίους καὶ ἀβλαβεῖς [b] διεφύλαττε τοὺς θαυμαστοὺς ἐκείνους παῖδας, καὶ ὥσπερ ἐν λειμῶνι καὶ παραδείσῳ βαδίζοντες, μετὰ τοσαύτης ἀδείας ἐπὶ τῆς καμίνου διῆγον. D Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι οὐκ ἦν ἐνέργεια πυρὸς τὸ ὁρώμενον, διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης οὐ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ ἐπέδησεν, ἀλλ' ἀφεὶς μένειν τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν καυστικὴν, τοὺς ἰδίους θεράποντας ἀνωτέρους τῆς ἐκ τούτου βλάβης εἰργάζετο. Ἀλλ' ἵνα μάθωσι καὶ [c] οἱ ἐμβαλόντες, ὅση τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ἡ δύναμις, ἐπ' ἐκείνων μὲν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐπεδείκνυτο τὸ πῦρ· καὶ τὸ αὐτὸ ἐκείνους μὲν περιέστελλεν ἔνδον, τούτους δὲ ἔξω ἑστῶτας κατέφλεγε E καὶ ἀνήλισκεν. Εἶδες πῶς, ὅταν ὁ Δεσπότης βούληται, ἕκαστον τῶν στοιχείων πρὸς τὴν ἐναντίαν μεθίστησιν οὐσίαν; Δημιουργὸς γάρ ἐστι καὶ Δεσπότης, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον θέλημα ἅπαντα οἰκονομεῖ. Βούλεσθε καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων πάλιν ἰδεῖν τὸ αὐτὸ τοῦτο γινόμενον; Καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα τὸ πῦρ τῶν μὲν ἔνδον ὄντων ἀπέσχετο, καὶ ἐπελάθετο τῆς οἰκείας ἐνεργείας, ἐπὶ δὲ τῶν ἔξω τυγχανόντων τὰ ἑαυτοῦ ἐπλήρου, οὕτω καὶ τὰ ὕδατα ὀψόμεθα τοὺς μὲν ὑποβρυχίους ἐργαζόμενα, ἑτέροις δὲ ὑποχωροῦντα, ὥστε ἀβλαβῶς 95 αὐτοὺς διελθεῖν. Ἀναμνήσθητέ μοι νῦν τοῦ Φαραὼ A καὶ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἑβραίων, ὅπως ἐκεῖνοι μὲν διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Δεσπότου, τοῦ μεγάλου Μωϋσέως προηγουμένου, καθάπερ ἐπὶ ξηρᾶς, οὕτω διέβαινον διὰ τῆς θαλάσσης τῆς ἐρυθρᾶς· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι μετὰ τοῦ Φαραὼ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἐλθεῖν ὁδὸν βουληθέντες, ὑποβρύχιοι γενόμενοι κατεποντίζοντο. Οὕτως οἶδε καὶ τὰ στοιχεῖα αἰδεῖσθαι [a] τοὺς τοῦ Δεσπότου θεράποντας, καὶ τὴν οἰκείαν ὁρμὴν ἔσω κατέχειν. Ἀκούσωμεν· ὅσοι θυμώδεις, ὅσοι ὀργίλοι, ὅσοι ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν διὰ ῥᾳθυμίαν ἁλισκόμενοι τὴν ἑαυτῶν προδίδομεν σωτηρίαν, καὶ μιμησώμεθα τῶν ἀλόγων τούτων στοιχείων B τὴν τοσαύτην ὑπακοὴν, ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι. Εἰ γὰρ τὸ πῦρ, τὸ οὕτω δαπανητικὸν, τὸ οὕτω σφοδρὸν, σωμάτων φθαρτῶν καὶ οὕτως ἁπαλῶν ἀπέσχετο, ποίας ἂν τύχῃ συγγνώμης ἄνθρωπος, μὴ βουλόμενος τὸν ἑαυτοῦ χαλινῶσαι θυμὸν διὰ τὸ ἐπίταγμα τοῦ Δεσπότου, καὶ τὴν ὀργὴν τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἐκβαλεῖν; Καὶ τὸ δὴ [b] μεῖζον, ὅτι πῦρ ταύτην ἔχον τὴν οὐσίαν,

ne capillis quidem illorum nocebat, sed circumibat illos, et intra se continebat: ignis autem substantia tamquam obedientiam exhibens, et Domini mandato serviens, illæsos et inactos servabat admirabiles illos pueros, qui quasi in prato et horto ambulantes, tanta securitate in camino versabantur. Et ne quis putaret visibilem illum ignem operatione carere, idcirco benignus Dominus illius efficaciam non impedivit: sed vim illam urendi illæsam servavit, et servos suos illa superiores fecit, ut nullo modo læderentur. Cæterum ut scirent qui pueros injecerant, quanta esset omnium Dei potentia, in illos ignis suam operationem exercuit; ita ut ille ipse ignis eos intus circummuniret, ipsos autem qui foris erant ureret et consumeret. Vidisti quo pacto Dominus quando vult, elementa omnia in contrariam mutet essentiam? Opifex enim est et Dominus, et pro sua voluntate omnia dispensat. Vultis et in aquis idipsum videre factum? Nam sicut ignis hic iis qui intus erant nihil nocebat, sed illis parcebat, oblitus suæ operationis; in eos autem qui foris erant sæviebat more suo: sic et aquas videbimus alios quidem submergere, aliis autem cedere, ita ut absque damno transeant. Recordamini hic Pharaonis et Ægyptiorum, atque populi Hebræorum, quomodo hi ad *Exod. 14.* mandatum Domini, magno Mose duce, per mare Rubrum quasi per aridam transierunt: Ægyptii autem, qui eamdem viam cum Pharaone ire volebant, aquis obruti submersi sunt. Ita solent elementa revereri servos Domini, et a suo se continere impetu. Audiamus nos, quotquot feroces et iracundi, et aliis affectionibus ob nostram ignaviam impliciti nostram salutem pessumdamus, et imitemur tantam horum elementorum ratione carentium obedientiam, nos qui ratione insigniti sumus. Nam si ignis, qui ita edax, ita vehemens, corporibus corruptibilibus et tam teneris pepercit, quam meretur veniam homo, suum refrenare furorem propter mandatum Domini, et iram ergæ proximum e pectore suo eliminare nolens? Et quod majus est, ignis tantam urendi vim habens, suam operationem non ostendit; homo autem, mansuetum animal, rationale et benignum, contraria suæ naturæ

Elementa servos Dei reverentur.

[b] Coislin., Savil. et quatuor alii διεφύλαξε. Morel. διεφύλαττε. Mox iidem ἐπὶ τῆς καμίνου. Morel. ἐν τῇ καμίνῳ.

[c] Savil. et octo Mss. οἱ ἐμβάλλοντες, et paulo post ἐπιδείκνυται.

[a] Colbert. unus τοὺς τοῦ θεοῦ θεράπ. Ibid. Savil. Rej. unus et Coislin. ὁρμὴν ἔσω.

[b] Sic omnes fere præter Morel. qui habet τὸ δὴ θαυμαστόν.

facit, et negligentia mores suos in ferinos vertit. Idcirco et divina Scriptura, propter affectiones illas interturbantes, irrationabilium et ferarum nomina iis qui ratione insigniti sunt imponit; interdum canes ob impudentiam et impetum vocat, dicens: *Canes muti, non valentes latrare;* interdum ob libidinem equos: *Nam equi emissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat;* interdum vero asinos, ob stupiditatem et ruditatem: *Comparatus est* enim, inquit Scriptura, *jumentis insipientibus, et similis factus est illis;* aliquando etiam leones et pardos vocat, ob rapacitatem et aviditatem; aliquando item aspides, ob fraudulentiam: *Venenum,* inquit, *aspidum sub labiis eorum;* nonnumquam serpentes et viperas, ob latens venenum et malitiam, sicut et beatus Joannes clamabat, dicens: *Serpentes, progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere a ventura ira?* insuper et alia affectionibus respondentia nomina imponit, ut sic vel tandem confusi ad suam aliquando redeant nobilitatem, et suo generi confœderentur, affectionibusque suis divinas leges præferant, quibus sese delinquendo permiserunt.

Isai. 56. 10. *Jer.* 5. 8. *Psal.* 48. 13. *Psal.* 139. 4. *Matth.* 3. 7.

4. Sed nescio quomodo a sermonis impetu abreptus ad hæc digressi simus. Age nunc ad institutum redeamus; et videamus quidnam etiam aliud nos docere velit beatus ille propheta. Nam ut dixit, *Hic est liber generationis cœli et terræ*, progressus ultra, narrat iterum diligentius hominis formationem. Et quia superius breviter dixerat: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*, nunc dicit: 7. *Et formavit Deus hominem, pulverem de terra, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Magnum est quod hic dicit, et stupore plenum, humanamque transcendens mentem: *Et formavit*, inquit, *Deus hominem, pulverem* accipiens *de terra.* Sicut de omnibus creaturis visibilibus dicebam universorum Opificem omnia præter humanæ naturæ morem agere, ut per hoc ineffabilis ipsius monstretur virtus: ita et in hominis formatione inveniemus nunc factum. Vide enim quomodo super aquas terram fundavit, id quod citra fidem humana ratio non

τὸ καίειν λέγω, τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν οὐκ ἐπεδείξατο, ὁ δὲ ἄνθρωπος, τὸ ἥμερον ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιεικὲς, τὰ ἐναντία τῇ οἰκείᾳ φύσει διαπράττεται, καὶ διὰ ῥᾳθυμίαν εἰς τὴν τῶν θηρίων ὠμότητα ἑαυτὸν C ἐξάγει. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία Γραφὴ πρὸς τὰ πάθη τὰ ἐνοχλοῦντα οὕτω καὶ τὰς τῶν ἀλόγων προσηγορίας, πολλαχοῦ δὲ καὶ τῶν θηρίων τοῖς λόγῳ τετιμημένοις ἐπιτίθησι· ποτὲ μὲν κύνας καλοῦσα διὰ τὸ ἀναίσχυντον καὶ ἰταμόν· Κύνες γὰρ, φησὶν, ἐνεοὶ, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν· ποτὲ δὲ ἵππους διὰ τὸ λάγνον· Ἵπποι γὰρ θηλυμανεῖς ἐγένοντο, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον χρεμετίζοντες· ποτὲ δὲ ὄνους, διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην [c] καὶ τὴν ἄνοιαν· Παρασυνεβλήθη γὰρ, φησὶ, τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· ποτὲ δὲ λέοντας καὶ παρδάλεις, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ πλεονεκτικόν· ποτὲ δὲ ἀσπίδας, διὰ τὸ δολερόν· Ἰὸς γὰρ, φησὶν, ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐ- D τῶν· ποτὲ δὲ ὄφεις καὶ ἔχεις, διὰ τὸν ἰὸν καὶ τὴν πονηρίαν, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ἐβόα, λέγων· Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; [d] καὶ ἕτερα δὲ κατάλληλα τοῖς πάθεσιν ὀνόματα ἐπάγει, ἵνα κἂν οὕτως αἰδεσθέντες ὀψέ ποτε πρὸς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπανέλθωσι, καὶ σπείσωνται πρὸς τὸ ὁμογενὲς, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους προτιμοτέρους ἡγήσωνται τῶν οἰκείων παθῶν, οἷς διὰ ῥᾳθυμίαν ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν.

Ἀλλ' οὐκ οἶδα, πῶς ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ῥύμης εἰς ταῦτα ἐξέβημεν. Φέρε δὴ λοιπὸν ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ E προκείμενον, καὶ ἴδωμεν τί καὶ ἕτερον σήμερον ἡμᾶς διδάξαι βούλεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. Εἰπὼν γὰρ, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, προϊὼν διηγεῖται ἡμῖν πάλιν ἀκριβέστερον τὴν τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίαν. Καὶ ἐπειδὴ ἀνωτέρω συντόμως εἶπε, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, νῦν φησι, Καὶ ἔπλασεν 96 A ὁ Θεὸς [e] τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Μέγα τὸ εἰρημένον, καὶ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον, καὶ ὑπερβαῖνον διάνοιαν ἀνθρωπίνην· Καὶ ἔπλασε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν κτισμάτων τῶν ὁρωμένων ἁπάντων ἔλεγον, ὅτι ἀπεναντίας τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ἅπαντα διαπράττεται ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἵνα καὶ διὰ τούτου ἡ B ἄφατος αὐτοῦ δύναμις δειχθῇ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου διαπλάσεως εὑρήσομεν νῦν γεγονός. Ὅρα γὰρ, τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐθεμελίωσεν, ὅπερ οὐ χωρεῖ δέξασθαι λογισμὸς ἀνθρώπινος ἄνευ πίστεως,

[c] Omnes fere καὶ τὴν ἄνοιαν. Morel. καὶ διὰ τὴν ἄνοιαν.
[d] Coislin. καὶ ἕτερα πολλὰ κατάλληλα.
[e] Ita Regii Mss. et Colb. atque sic legitur in Bibliis. Savil. et Morel. τὸν ἄνθρωπον λαβὼν χοῦν. Vocem λαβὼν postea subinde Chrysostomus narrationi suæ inserit, sed non ut biblicam puto.

καὶ τὰς οὐσίας δὲ πάσας ἐπειδὰν βουληθῇ, καθάπερ ἀπεδείξαμεν, ἐναντία τῇ οἰκείᾳ ἐνεργείᾳ παρασκευάζει διαπράττεσθαι. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς πλάσεως τοῦ ἀνθρώπου νῦν ἡμῖν ἐμφαίνει γεγονὸς ἡ θεία Γραφή. Ἔπλασε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς λαβών. Τί λέγεις; Χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον; Ναὶ, φησὶ, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε γῆν, ἀλλὰ, Χοῦν, ὡς ἂν εἴποι τις, αὐτῆς τῆς γῆς τὸ λεπτότερον καὶ ἀτιμότερον. Μέγα σοι καὶ παράδοξον εἶναι δοκεῖ τὸ εἰρημένον· ἀλλ' ἐὰν νοήσῃς τίς ὁ δημιουργὸς, οὐκέτι ἀπιστήσεις τῷ γινομένῳ, ἀλλὰ θαυμάσεις καὶ προσκυνήσεις τοῦ δημιουργοῦντος τὴν δύναμιν. Ἐὰν δὲ μέλλῃς πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν σῶν λογισμῶν ταῦτα περιεργάζεσθαι, εἰκός γε κἀκεῖνό σε εἰς ἔννοιαν λαβεῖν, ὅτι ἀπὸ γῆς σῶμα οὐκ ἂν γένοιτό ποτε, ἀλλ' ἢ πλίνθος, ἢ ὄστρακον, σῶμα δὲ τοιοῦτον οὐκ ἂν γένοιτο. Ὁρᾷς ὅτι ἐὰν μὴ καὶ δύναμιν εἰς ἔννοιαν λάβωμεν τοῦ δημιουργοῦντος, καὶ τοὺς οἰκείους λογισμοὺς τοὺς πολλὴν τὴν ἀσθένειαν προβεβλημένους κατευνάσωμεν, οὐ δυνάμεθα τῶν εἰρημένων τὸ ὕψος δέξασθαι; Τῶν γὰρ τῆς πίστεως ὀφθαλμῶν δεῖται τὰ λεγόμενα, καὶ ταῦτα μετὰ πολλῆς τῆς συγκαταβάσεως καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἡμετέραν οὕτω ῥηθέντα. Καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ εἰπεῖν, Ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν, ἀνάξιον Θεοῦ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς [a]καὶ τὸ ἀσθενὲς τὸ ἡμέτερον οὕτω ταῦτα διηγεῖται ἡ θεία Γραφὴ, ἡμῖν συγκαταβαίνουσα, ἵνα ταύτης ἀξιωθέντες τῆς συγκαταβάσεως, ἀνελθεῖν πρὸς τὸ ὕψος ἐκεῖνο ἰσχύσωμεν. Καὶ ἔπλασε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Τέως οὐ μικρὰ ἡμῖν ἐντεῦθεν τίκτεται, ἐὰν νήφειν βουλώμεθα, ταπεινοφροσύνης διδασκαλία. Ὅταν γὰρ ἐννοήσωμεν, πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα, κἂν μυριάκις τὰς ὀφρῦς ἀνασπάσωμεν, [b]συστελλόμεθα, ταπεινούμεθα, τὴν οὐσίαν ἑαυτῶν ἀναλογιζόμενοι, μετριάζειν παιδευόμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Θεὸς, κηδόμενος ἡμῶν τῆς σωτηρίας, οὕτως ὡδήγησε τοῦ προφήτου τὴν γλῶτταν πρὸς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ πᾶσαν παρέδωκε τῶν ὁρωμένων, μὴ ἀγνοῶν τῆς οἰκείας οὐσίας τὴν σύστασιν μεγάλα φαντασθῇ, καὶ ὑπερβῇ τοὺς οἰκείους ὅρους· διὰ τοῦτο ἐπαναλαμβάνουσα διδάσκει καὶ τὸν τρόπον τῆς συστάσεως, καὶ τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν, καὶ ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος παρήχθη, καὶ πῶς παρήχθη. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ ταύτην τὴν διδασκαλίαν, καὶ μετὰ τὸ γνῶναι, ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς

capit: et quomodo quandocumque voluerit, sicut ostendimus, ut omnes substantiæ contraria ipsarum naturæ agant efficit. Simili modo et in hominis formatione nunc nobis quid factum sit divina Scriptura declarat. *Formavit Deus*, inquit, *hominem, pulverem* accipiens *de terra.* Quid dicis? Acceptone de terra pulvere formavit hominem? Etiam, inquit, et non simpliciter, nec quamlibet fortuito terram dicit, sed *Pulverem*: quasi si quis dicat, tenuissimum et vilissimum quod est in terra. Magnum tibi et admirabile videtur quod dictum est: verum si cogites quis opifex, neutiquam fidem habere facto recusabis, sed miraberis et adorabis Conditoris potentiam. Quod si hæc secundum cogitationum tuarum imbecillitatem emetiri volueris, et curiosius explorare, par est ut tibi in mentem veniat, ex terra corpus (humanum) numquam fieri, sed vel laterem, vel testam, et non tale corpus. Viden' nos, nisi potentiam Conditoris attenta mente considerare voluerimus, et nostras rationes tam imbecilles reprimamus, non posse dictorum capere sublimitatem? Nam quæ dicuntur, fidei oculis indigent, suntque ob nostram infirmitatem multa verborum attemperatione descripta. Quandoquidem istuc ipsum quod inquit: *Formavit Deus hominem, et inspiravit,* indignum Deo fuerit: sed propter nos, et propter infirmitatem nostram hæc sic narrat Scriptura, ad nostram se tenuitatem demittens, ut tanta familiaritate dignati, ad fastigium illud ascendere possimus. *Et formavit,* inquit, *Deus hominem, pulverem* accipiens *de terra.* Hinc si sapere volumus, non parva nobis humilitatis oritur doctrina. Nam cum cogitaverimus, unde constitutionis suæ initium natura nostra susceperit, etiamsi sexcenties supercilia surrigamus, reprimimur, humiliamur, et substantiæ nostræ rationem perpendentes, modestiam discimus. Ideo enim Deus, cui tanta salutis nostræ cura, ad nostri eruditionem prophetæ linguam sic direxit. Quippe cum superius dixisset divina Scriptura, *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum,* dedit illi omnium visibilium potestatem, ut ne ex suæ constitutionis ignorantia altos spiritus assumeret, præscriptosque limites transiret: superiora repetens Scriptura docet formationis ejus originem, et unde ac quo-

[a] Sic Savil. ex Mss., et Coislin., qui postremus habet καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἡμετέραν. Morel. καὶ τὸ ἀσθενὲς τὸ ἡμέτερον τοῦτο διηγεῖται.

[b] Savil. et novem Mss. καταστελλόμεθα. Morel. συστελλόμεθα.

modo primus homo productus sit. Nam si post hanc doctrinam, qua agnovit se e terra habere originem, ex qua semina, et cætera animalia, quamvis formatio, animæque substantia incorporalis multo excellentior per benignitatem Dei concessa sit : per hanc enim accepit quod rationalis sit, et omnibus aliis imperet : si, inquam, licet hæc doctus, serpentis deceptione parem aliquam cum Deo æqualitatem imaginatus est is qui de terra formatus : si priori narratione contentus fuisset beatus hic propheta, et nisi repetitis omnibus diligenter nos docuisset, in quam non incidissemus insaniam?

5. Itaque plurimum ad erudiendum nos conducit scire unde substantia nostra primum originem acceperit. *Et formavit*, inquit, *Deus hominem, pulverem* accipiens *de terra, et insufflavit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Quoniam hominibus loquebatur, aliter quam more nostro audire non valentibus, hac verborum simplicitate et crassitudine usus est ; et ut doceat nos quo pacto formatum illum de terra, benignitas Domini rationalem animæ essentiam habere voluerit, per quam animal hoc absolutum et perfectum fieret. *Et inspiravit*, inquit, *in faciem ejus spiraculum vitæ.* Vitalem ait operandi efficaciam ei, qui de terra formatus est, spiraculum datum esse, et hæc fuit constitutio substantiæ animæ. Unde subdit : *Et factus est homo in animam viventem.* Ille formatus, inquit, et de pulvere susceptus, inspiratus spiraculo vitæ, *Factus est in animam viventem.* Quid est, *In animam viventem?* Hoc est, efficaciter operantem, habentem corporis membra ipsius operationibus servientia ipsiusque voluntati obtemperantia. Cæterum nescio quomodo nos eum subverterimus ordinem, et tanta fuerit nequitiæ accessio, ut ipsam cogamus carnis concupiscentiis obsequi, et eam, quæ utpote domina aliis præesse et imperare debebat, e solio deturbatam, carnis voluptatibus parere cogamus, ignorantes ipsius nobilitatem, et quantam præ ista eminentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem : et expende tecum, quis esset ille antequam inspiraretur a Domino spiraculum vitæ, et fieret in animam viventem. Inanimis nempe imago, operatione carens, et

ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως, ἐξ ἧς τὰ σπέρματα, ἐξ ἧς τὰ ἄλογα ζῶα, εἰ καὶ ἡ διάπλασις, καὶ τῆς ψυχῆς ἡ οὐσία ἡ ἀσώματος πολλὴν αὐτῷ [a] τὴν προεδρίαν διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κεχάρισται· διὰ γὰρ ταύτην καὶ τὸ λογικὸς εἶναι, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἐδέξατο· εἰ τοίνυν καὶ ταῦτα μαθὼν, διὰ τὴν παρὰ τοῦ ὄφεως ἀπάτην ἰσοθεΐαν ἐφαντάσθη ὁ ἐκ γῆς πλασθείς· εἰ τῇ πρώτῃ διηγήσει ἠρκέσθη ὁ μακάριος οὗτος προφήτης, καὶ μὴ ἐπαναλαβὼν πάντα μετὰ ἀκριβείας ἡμᾶς ἐδίδαξε, ποῦ οὐκ ἂν μανίας ἐξωκείλαμεν;

Ὥστε μέγιστον ἡμῖν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φιλοσοφίας τὸ μαθεῖν πόθεν ἐξ ἀρχῆς τὴν σύστασιν τῆς οὐσίας ἐσχήκαμεν. Καὶ ἔπλασε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Ἐπειδὴ ἀνθρώποις διελέγετο οὐ δυναμένοις ἑτέρως ἀκοῦσαι, ἢ ὡς ἀκοῦσαι ἡμᾶς δυνατὸν ἦν, οὕτω τῇ παχύτητι τῶν λόγων κέχρηται, καὶ ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι τοῦτον τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα ἡ φιλανθρωπία τοῦ Δεσπότου ἐβουλήθη καὶ ψυχῆς οὐσίαν ἔχειν λογικὴν, δι' ἧς τὸ ζῶον τοῦτο ἄρτιον καὶ τέλειον ἀπεδείκνυτο. Καὶ ἐνεφύσησε, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Ζωτικὴν, φησὶν, ἐνέργειαν τὸ ἐμφύσημα ἐχαρίσατο τῷ ἐκ γῆς πλασθέντι, καὶ τοῦτο ἐγένετο [b] σύστασις τῆς οὐσίας τῆς ψυχῆς. Ἐπήγαγε γοῦν, Καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ἐκεῖνος ὁ πλασθεὶς, ὁ ἀπὸ τοῦ χοὸς, δεξάμενος τὸ ἐμφύσημα τὴν πνοὴν τῆς ζωῆς, Ἐγένετο, φησὶν, εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Τί ἐστιν, Εἰς ψυχὴν ζῶσαν; Ἐνεργοῦσαν, ἔχουσαν ὑπηρετούμενα τὰ μέλη τοῦ σώματος ταῖς αὐτῆς ἐνεργείαις, καὶ τῷ βουλήματι αὐτῆς ἑπόμενα. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμεῖς ἀντεστρέψαμεν τὴν τάξιν, καὶ τοσαύτη γέγονεν ἡ τῆς κακίας ἐπίτασις, ὡς ταύτην ἀναγκάζειν τοῖς τῆς σαρκὸς βουλήμασιν ἑξακολουθεῖν, καὶ, τὴν ἐν τάξει δεσποίνης ὀφείλουσαν προκαθῆσθαι καὶ ἐπιτάττειν καταβιβάσαντες ἀπὸ τοῦ θρόνου, ὑπακούειν ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς καταναγκάζομεν, ἀγνοοῦντες αὐτῆς τὴν εὐγένειαν, καὶ ὅση ταύτης ἡ προεδρία τυγχάνει. Ἐνόησον γάρ μοι τὴν τάξιν τῆς διαπλάσεως, καὶ λογίζου πρὸ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Δεσπότου, ὅπερ αὐτῷ γέγονεν εἰς πνοὴν ζωῆς, [c] καὶ ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν, τί ἦν ὁ πλασθείς. Ἁπλῶς εἰκὼν ἄψυχος, καὶ ἀνενέργητος, καὶ εἰς οὐδὲν χρήσιμος, ὥστε τὸ πᾶν καὶ τὸ εἰς τοσαύτην αὐτὸν τιμὴν ἀγαγὸν, ἐκεῖνό ἐστι

[a] Sic Savil. et omnes fere Mss. recte. Morel. προεδρίαν. Infra Coislin. μαθὼν ὑπὸ τῆς τοῦ ὄφεως ἀπάτης.

[b] Colbert. unus σύστασις τῇ οὐσίᾳ.

[c] Illud, καὶ ἐγένετο εἰς πνοὴν [sic enim variant] ζῶσαν, in quibusdam deest. [Savil. parenthesibus inclusit.] Alius habet εἰς ψυχὴν ζῶσαν, quæ est utique vera lectio [quam in marg. affert Savil.].

τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγονὸς εἰς αὐτὸν ἐμφύσημα. Καὶ ἵνα τοῦτο μὴ ἐκ τῶν τότε γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν νῦν καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμβαινόντων κατίδοις, ἐννόει μοι μετὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἔξοδον τὸ σῶμα τοῦτο πῶς ἀηδὲς καὶ ἀτερπὲς φαίνεται· καὶ τί λέγω ἀηδὲς καὶ ἀτερπές; πῶς φευκτὸν, δυσωδίας ἐμπεπλησμένον, [a] πάσης ἀμορφίας πεπληρωμένον, τὸ πρὸ τούτου, ἡνίκα τὴν ψυχὴν εἶχεν ἡνιοχοῦσαν, φαιδρὸν, χαρίεν, πολλῆς τῆς εὐμορφίας ἐμπεπλησμένον, πολλῆς τῆς συνέσεως πεπληρωμένον, πολλὴν ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐνέργειαν. Ταῦτα δὴ πάντα ἐννοοῦντες, καὶ λογιζόμενοι [b] τὴν εὐγένειαν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῆς διαπραττώμεθα, μηδὲ καταῤῥυπαίνωμεν αὐτὴν ταῖς ἀτόποις πράξεσι, καθέλκοντες αὐτὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ὑποταγὴν, καὶ περὶ τὴν οὕτως εὐγενῆ, καὶ τοσαύτης ἠξιωμένην προεδρίας, οὕτως ἀσυμπαθεῖς γινόμενοι, καὶ ἀγνώμονες. Διὰ γὰρ τὴν ταύτης οὐσίαν ἡμεῖς οἱ σώματι συμπεπλεγμένοι, ἐὰν βουληθῶμεν, δυνησόμεθα, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς ἡμῖν συνεφαπτομένης, ταῖς ἀσωμάτοις ἁμιλλᾶσθαι δυνάμεσι, καὶ ἐν γῇ βαδίζοντες ὡς ἐν οὐρανῷ διάγοντες, οὕτω πολιτεύεσθαι, καὶ μηδὲν ἐκείνων ἔλαττον ἔχειν, ἀλλὰ τάχα κατά τι καὶ πλέον· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ὅταν γὰρ εὑρεθῇ τις [c] μετὰ τὸ σώματι φθαρτῷ συμπεπλέχθαι, τὰ αὐτὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι πολιτευόμενος, πῶς οὐ πλείονος ἀξιωθήσεται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς, ὅτι καὶ ταῖς ἀνάγκαις τοῦ σώματος ὑποκείμενος ἀκέραιον τῆς ψυχῆς [d] τὴν εὐγένειαν διετήρησε; Καὶ τίς ἂν δυνηθείη, φησὶ, τοιοῦτος εὑρεθῆναί ποτε; Εἰκότως ἀδύνατον ἡμῖν τὸ πρᾶγμα νενόμισται διὰ τὸν πολὺν τῆς ἀρετῆς αὐχμόν. Εἰ δὲ βούλει μαθεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο τῶν ἀδυνάτων, ἐννόησόν μοι ἐξ ἀρχῆς μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς εὐαρεστήσαντας τῷ Δεσπότῃ, τὸν μέγαν [e] Ἰωάννην ἐκεῖνον, τὸν τῆς ἀτείρας υἱὸν, τὸν τῆς ἐρήμου πολίτην, Παῦλον τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον, καὶ πάντα τῶν ἁγίων τὸν ὁρμαθὸν, οἱ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἐτύγχανον, ταῖς αὐταῖς ἀνάγκαις τοῦ σώματος ὑποκείμενοι, καὶ μηκέτι λοιπὸν ἀδύνατον εἶναι τὸ πρᾶγμα νόμιζε, μηδὲ ὀκνηρότερος γίνου περὶ τὴν ἀρετὴν, τοσαύτας λαβὼν τὰς ἀφορμὰς παρὰ τοῦ Δεσπότου πρὸς τὸ μετ' εὐκολίας [f] αὐτὴν ἀσπάσασθαι. Καὶ γὰρ εἰδὼς ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν τῆς προαιρέσεως, καὶ τὸ εὐόλισθον, μεγάλα φάρμακα ἡμῖν κατέλιπε, τὴν ἐκ τῶν Γραφῶν ἀνάγνωσιν, ἵνα ταῦτα

98 A

B

C

D

ad nihil utilis; ita ut totum illud quod in tantum honorem ipsum provexit, nihil aliud sit, quam spiraculum illud a Deo inspiratum. Cæterum ut hoc non solum ex iis quæ tunc facta sunt, sed et ex iis quæ nunc quotidie contingunt videas, cogita tecum quomodo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuave et injucundum apparet: et quid dico, insuave et injucundum? quam horrendum, quam fœtidum, et deformitate plenum, quod antea cum ab anima regeretur, jucundum, gratum admodumque formosum erat, multa plenum prudentia, et ad bona opera magna dexteritate præditum. Hæc utique omnia cogitantes, ac nobiscum reputantes quanta sit animæ nostræ nobilitas, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis servitutem eam subjugemus, ne tam nobilem, tantaque dignitate sublimem, sic crudeliter et immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiam nos qui corpore involuti sumus, si velimus, possumus cum incorporeis virtutibus, adjuvante nos divina gratia, certare, et in terra ambulantes, quasi in cælo vivere, et nihil minus quam illæ habere; imo forte aliquid amplius: quomodo autem, ego dicam. Quando enim quis inventus fuerit corruptibili hoc corpore circumdatus, ita vitam agens ut supernæ illæ virtutes, quomodo non propensiorem Dei gratiam sortietur, quia corporis necessitatibus obnoxius, incorruptam animæ nobilitatem servavit? Ecquis umquam, dices, poterit inveniri talis? Merito impossibilis nobis hæc res videtur, quorum virtus admodum exigua. At si vis discere non esse hoc impossibile, cogita, oro, omnes justos, qui Domino ab initio usque ad præsens tempus placuerunt, magnum illum, et infecundæ filium, et eremi civem Joannem, Paulum quoque magistrum orbis, et omnem sanctorum numerum, qui eamdem quam nos naturam habuere, iisdem corporis necessitatibus obnoxii, et ne ultra impossibile esse opus existimes, neque segnior sis ad virtutem, ad quam facile amplectendam tantas a Domino nactus es occasiones. Sciens enim benignus Dominus nostræ voluntatis infirmitatem, et ad labendum proclivitatem, magna nobis medicamina in

Possumus Joannem Baptistam et Paulum imitari.

[a] Coislin. καὶ πάσης ἁμαρτίας πεπληρωμένην.

[b] Sic Savil. et sex Mss., atque ita legit Interpres. Morel. et alii τὴν ἐνέργειαν.

[c] Duo Mss. μετὰ τῷ, male. Savil. μετὰ τό. Morel. μετὰ τοῦ.

[d] Sic Savil. et Coislin. atque ita legit Interpres. Morel. et alii τὴν ἐνέργειαν.

[e] Sic Savil. et duo Mss. Alii Ἠλίαν pro Ἰωάννην. Interpres utrumque legerat, ita ut Joannes hic vocaretur Helias. Sic etiam tres Mss. Ἠλίαν ἐκεῖνον Ἰωάννην.

[f] Sic Savil. Novem Mss. Morel. vero αὐτὴν ἐπισπάσασθαι.

sacrarum Scripturarum lectione reliquit, ut ea subinde vulneribus nostris imponentes, et vitam illorum beatorum virorum ante oculos proponentes, ad æmulandum provocemur, et virtutem non negligamus, sed fugiamus peccatum, et omnia faciamus, ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus : quod nobis omnibus concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, imperium, et honor in sæcula sæculorum. Amen.

[a] ἐπιθέντες ἑαυτοῖς συνεχῶς, καὶ τοὺς βίους ἀναλογιζόμενοι τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων ἀνδρῶν, εἰς ζῆλον ἐναγώμεθα, καὶ μὴ ἀμελῶμεν τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ φεύγωμεν κακίαν, καὶ πάντα ποιῶμεν, ὥστε μὴ ἀναξίους ἑαυτοὺς καταστῆσαι τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XIII.

99 A

ΟΜΙΛΙΑ ιγ'.

Gen. 2. 8. Et plantavit Dominus Deus paradisum in Edem ad orientem, et posuit illic hominem quem formavit.

Καὶ ἐφύτευσε [a] Κύριος ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασεν.

1. Videns vestrum inexplebile desiderium, et multam aviditatem, mentemque attentam, nec non omnes ad spiritualem hanc doctrinam advolantes ; quamvis valde sim meæ inopiæ mihi conscius; frequenter tamen et quotidie inopem et tenuem hanc mensam vobis proponere studeo, confidens vos desiderio flagrantes, majori alacritate quæ dicuntur suscepturos esse, quandoquidem et in sensibilibus eduliis videre potest quivis hoc contingere. Urgente namque convivarum appetitu, etiamsi paupercula mensa sit, et inops is qui convivio excipit, magna tamen cum voluptate ii apposita absumunt; contra si minor epulantium fuerit appetitus, etiamsi sumtuosum fuerit epulum, et varia copiosaque edulia, nullum inde commodum, cum nemo sit qui appositis uti queat. Hic autem, quia gratia Dei alacres et famelici ad spiritualem mensam accedetis, et ipsi magno desiderio dicimus, scientes, nos sobriis auribus divinas hasce narrationes apponere. Quoniam et agricola, qui pinguem et fertilem agrum invenit, postquam omnia quæ sui officii erant præstitit, ac terram sulcavit, aratrum duxit, spinasque eduxit, tunc largiter seminat, bonaque spe fultus, quotidie germen exspectat seminis, quod terræ fecunditati commisit, ad terræ feracitatem attendens, ad multo majorem jacto semine

[c] Sic Savil. et aliquot Mss. Morel. *μετέλθωμεν*. Paulo post Coislin. *τὴν τιμωρίαν εἰσδέχεται*.

[a] Mss. multi et Coislin. *καταδικάζω*. Morel. *καταδικάσω*.

ἀπάτη τούτων σοι αἴτιος γεγένηται. Διὰ τοῦτο Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Τὰς ὠδῖνας ἐνταῦθα αἰνίττεται καὶ τὸν πολὺν κάματον ἐκεῖνον, ὃν ὑπομένειν ἀνάγκη, καθάπερ φορτίον ἐν μησὶ τοσούτοις τὸ βρέφος [b] βαστάζουσαν, καὶ τὰς κατὰ μέρος φυομένας ἐντεῦθεν ἀλγηδόνας, καὶ τῶν μελῶν τὸν διασπασμὸν, καὶ τὰς ὀδύνας ἐκείνας τὰς ἀφορήτους, ἃς ἐκεῖναι μόναι ἴσασιν αἱ διὰ τῆς πείρας ἐλθοῦσαι.

dolores, multiplicemque illum laborem, quem ferre necesse est: nempe tot mensibus, velut sarcinam infantem gestare, et sentire singulares, quæ inde oriuntur, ærumnas, membrorum distorsionem, et intolerabiles illos dolores quos solæ illæ sciunt, quæ expertæ sunt.

Ἀλλ' ὅμως τοσαύτην ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς παρέσχε μετὰ τῶν λυπηρῶν τὴν παραμυθίαν, ὡς ἰσόρροπον εἶναι τὴν διὰ τὸ τεχθὲν βρέφος εὐφροσύνην τῶν * ὠδίνων ἐκείνων τῶν ἐν τοσούτοις μησὶ τὴν γαστέρα διακοπτουσῶν. Αἱ γὰρ τοσοῦτον πόνον ὑπομένουσαι, καὶ οὕτως ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων σπαραττόμεναι, καὶ ὡς εἰπεῖν πρὸς αὐτὴν τὴν ζωὴν ἀπαγορεύουσαι, μετὰ τὸ τεκεῖν καὶ τῆς ἀπὸ τῶν καμάτων εὐφροσύνης ἀπολαῦσαι, πάλιν ὥσπερ ἐπιλαθόμεναι τῶν γεγενημένων ἁπάντων ἑαυτὰς ἐκδιδόασι πρὸς τὴν τῶν τέκνων γονὴν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ οὕτως οἰκονομήσαντος πρὸς σύστασιν τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας. Ἡ γὰρ ἐλπὶς ἀεὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κούφως ποιεῖ φέρειν τὰ παρόντα λυπηρά. Καὶ τοῦτο ἴδοι τις ἂν καὶ τοὺς ἐμπόρους ὑπομένοντας, καὶ μακρὰ πελάγη διαπερῶντας, καὶ ναυαγίων ἀνεχομένους, καὶ πειρατῶν, καὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς κινδύνους ἐκείνους πολλάκις καὶ διαμαρτόντας τῆς προσδοκίας, καὶ μηδὲ οὕτως ἀποστάντας, ἀλλὰ πάλιν τῶν αὐτῶν ἁπτομένους. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν γηπόνων [c] ἐστὶν εἰπεῖν· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ὅτε βαθεῖαν αὔλακα ἀνατέμωσι, καὶ πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς γῆς ἐπιδείξωνται, καὶ δαψιλῆ τὰ σπέρματα καταβάλωσι, πολλάκις αὐχμοῦ γενομένου ἢ ἐπομβρίας, ἢ πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τῶν δραγμάτων ἐρυσίβης κατενεχθείσης, τῆς ἐλπίδος διήμαρτον· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται, ἀλλὰ πάλιν τοῦ καιροῦ καταλαβόντος, ἅπτονται τῆς γεωργίας. Καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου εὕροι τις ἂν ἐπιτηδεύματος γινόμενον. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ [a] ἡ γυνὴ καὶ αὐτὴ πολλάκις μετὰ τοὺς πολλοὺς μῆνας ἐκείνους, μετὰ τὰς ὠδῖνας τὰς ἀφορήτους, μετὰ τὰς νύκτας τὰς ἀΰπνους, μετὰ τὸν τῶν μελῶν διασπασμὸν, μικρᾶς τινος περιστάσεως γενομένης, πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ τὸ βρέφος ὠθήσασα ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον, ἢ μεμορφωμένον μὲν, οὐκ ἄρτιον δὲ, οὐδὲ ὑγιὲς, ἢ καὶ νεκρὸν πολλάκις, μόλις τὸν κίνδυνον διέφυγε, καὶ ὅμως ὥσπερ ἐπιλαθομένη τούτων ἁπάντων, τῶν αὐτῶν ἀνέχεται, καὶ τὰ αὐτὰ ὑπομένει. [b] Καὶ τί λέγω τὰ αὐτά;

8. Verumtamen doloribus tanta solatia simul admiscuit benignus Deus, ut ferme conferendum sit gaudium, quod ex nato puero habetur, cum doloribus illis qui tot mensibus ventrem dissecant. Nam quæ tantum laborem ferunt, totque dolorum cruciatibus discerpuntur, ut pene de ipsa vita desperent; postquam pepererint, et doloribus fuerint solutæ, lætitiaque frui cœperint, iterum quasi oblitæ laborum omnium, filiorum generationi operam dant: sic dispensante benigno Deo, ut hominum servetur genus. Semper enim futurorum bonorum spes id efficit, ut præsentia incommoda levius ferantur. Id quod in negotiatoribus quis viderit, qui ingentia maria transeunt, naufragia ferunt, et piratas, ac post pericula multa, quibus illorum spes frustratur, neque sic tamen desistunt, sed iterum eadem attentant. Hoc etiam de agricolis possemus dicere: etenim et illi cum profunde secuerint terram, et diligenter excolucrint, ac largam sementem jecerint, sæpe aridate vel immodicis pluviis, vel tandem quando manipuli colligendi, rubigine superveniente, spe sua excidunt: verumtamen neque illi sic desistunt; sed iterum ut tempus appetierit, agriculturam exercent. Atque in quibuscumque studiis et artibus hoc obvium est. Sic mulier quoque et ipsa sæpe post tot menses illos, post intolerabiles dolores, post noctes insomnes, post membrorum distensiones, parvo quodam casu incidente, licet ante statutum tempus partum abortiverit informem, et nondum lineamentis figuratum; vel formatum quidem, non integrum autem, neque sanum, vel etiam sæpe mortuum, vix e periculis elapsa: attamen quasi oblita horum omnium, eadem quæ antea fert et tolerat. Et quid dico eadem? Sæpe cum fetu nato commori eas contingit, et neque hoc cæteras terret, neque persuadet ut rem fugiant: tantam Deus tristibus illis inse-

Spes boni futuri mala levat præsentia.

145 A B D E

[b] Iidem βαστάζουσαν. Infra Colb. τὰς ὠδῖνας ἐκείνας.

* [Savilium secuti sumus. Morel. et Montf. ὀδυνῶν... διακοπτόντων.]

[c] Quidam Mss. ἐστὶν ἰδεῖν.

[a] Morel. ἡ γυνὴ. καὶ γὰρ αὐτὴ. Alii ut in textu.

[b] Quidam Mss. et Savil. καὶ τί λέγω; πολλάκις. Mox aliquot Mss. καὶ ἀνέστησε φυγεῖν.

vit voluptatem simul et lætitiam. Propter hoc dicebat: *Multiplicans multiplicabo ærumnas tuas et gemitum tuum; in doloribus paries filios.* Hoc etiam Christus dicebat discipulis suis, monstrans tam doloris magnitudinem, quam
Joan. 16. lætitiæ excellentiam: *Mulier quando parit,*
21. *tristitiam habet, quoniam venit hora ejus:* deinde volens nobis declarare quomodo tristia simul e medio tollantur, gaudium autem et lætitia succedant, inquit: *Quando autem pepererit puerum, non jam memor est afflictionis, propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Vidistis providentiam et curam nostri eximiam? vidistis pœnam admonitionis plenam? *In doloribus paries filios.* Deinde, *Ad virum tuum conversio tua, et ipse dominabitur tui.* Quasi se defendens apud mulierem hæc dicit benignus Deus. Ego, inquit, ab initio honore parem te formavi, et ejusdem dignitatis in omnibus participem, et sicut viro, ita et tibi omnium principatum concredidi: cæterum quia abusa es honoris dignitate, subjicio te viro, *Et ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.* Quia relicto eo qui dignitate par, et cujus naturæ particeps, et propter quem formata es, familiaritatem cum serpente mala illa bestia habere, et ejus accipere consilium voluisti: proptera posthac illi te subjicio, et illum dominum tuum assero, ut illius scilicet dominium agnoscas: et quia nescivisti imperare, disce bene parere. *Ad virum* enim *tuum,* inquit, *conversio tua, et ipse dominabitur tui.* Melius est ut tu sub illo sis, et illum dominum habeas, quam libere et cum potestate vivens per præcipitia feraris. Nam et equo utilius est freno regi, et composite progredi, quam sine illo per præcipitia ferri. Itaque considerans quid tibi sit utile, ad illum te habere volo conversionem: sicut corporis est caput sequi, et dominium ejus suaviter agnoscere. Scio vos dictorum copia fatigari; sed excitemini aliquantulum oro, ne imperfectum judicium relinquamus, neque relicto adhuc judice sedente discedamus: siquidem ferme ad finem pervenimus.

9. Videamus itaque quid post sermonem mulieri factum, viro dicat, et quam illi pœnam infligat. 17. *Adæ autem dixit: Quia audisti*

Πολλάκις καὶ συναποθανεῖν τῷ τεχθέντι συνέβη, καὶ οὐδὲ τοῦτο τὰς λοιπὰς ἐσωφρόνισε καὶ ἀνέπεισε φυγεῖν τὸ πρᾶγμα· τοσαύτην ὁ Θεὸς ἐγκατέσπειρε τοῖς λυπηροῖς τὴν ἡδονὴν ὁμοῦ καὶ τὴν εὐφροσύνην. Διὰ τοῦτο ἔλεγε, Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ C τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ Χριστὸς διαλεγόμενος τοῖς μαθηταῖς καὶ δεικνὺς καὶ τῆς ὀδύνης τὸ μέγεθος καὶ τῆς εὐφροσύνης τὴν ὑπερβολὴν, ἔλεγεν· Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· εἶτα παραστῆσαι ἡμῖν βουλόμενος ὅπως τὰ μὲν τῆς λύπης ἀθρόον ἐκποδὼν γίνεται, τὰ δὲ τῆς χαρᾶς καὶ τῆς εὐφροσύνης διαδέχεται, φησίν· Ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκέτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Εἶδες κηδεμονίαν ὑπερβάλλουσαν; εἶδες τιμωρίαν νουθεσίας πεπληρωμένην; Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Εἶτα, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ D ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Μονονουχὶ ἀπολογούμενος πρὸς τὴν γυναῖκα ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ταῦτά φησιν, ὅτι ἐγὼ μὲν ἐξ ἀρχῆς σε ὁμότιμόν σε ἐδημιούργησα, καὶ τῆς αὐτῆς ἀξίας ἐν ἅπασιν αὐτῷ κοινωνεῖν ἠβουλήθην, καὶ ὥσπερ τῷ ἀνδρὶ, οὕτω καὶ σοὶ τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἐνεχείρισα· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἐχρήσω εἰς δέον τῇ ὁμοτιμίᾳ, διὰ τοῦτό σε ὑποτάττω τῷ ἀνδρὶ, Καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Ἐπειδὴ καταλιποῦσα τὸν ὁμότιμον, καὶ τὸν τῆς αὐτῆς σοι φύσεως κοινωνοῦντα, καὶ δι' ὃν ἐδημιουργήθης, τῷ πονηρῷ θηρίῳ τῷ ὄφει εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν ἠβουλήθης, καὶ τὴν E παρ' ἐκείνου δέξασθαι συμβουλήν· διὰ τοῦτό σε λοιπὸν τούτῳ ὑποτάττω, καὶ τοῦτόν [c] σου κύριον ἀποφαίνω, ὥστε τὴν τούτου δεσποτείαν ἐπιγινώσκειν, καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔγνως ἄρχειν, μάθε καλῶς ἄρχεσθαι. Πρὸς τὸν ἄνδρα σου γὰρ ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Βέλτιόν σε ὑπὸ τοῦτον εἶναι, καὶ ὑπὸ τὴν τούτου δεσποτείαν τυγχάνειν, ἢ ἀδείας ἀπολαύουσαν καὶ ἐξουσίας κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι. Ἐπεὶ 146 καὶ ἵππῳ λυσιτελὲς ἂν γένοιτο χαλινὸν ἔχειν, καὶ εὐ- A τακτα βαδίζειν, ἢ ἄνευ τούτου κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι. Τὸ συμφέρον τοίνυν σκοπῶν τὸ σὸν, πρὸς τοῦτόν σε ἔχειν τὴν ἀποστροφὴν βούλομαι, καὶ καθάπερ σῶμα κεφαλῇ ἕπεσθαι, καὶ τὴν δεσποτείαν μεθ' ἡδονῆς ἐπιγινώσκειν. Οἶδα ὅτι ἀπεκάμετε πρὸς τὸ μῆκος τῶν εἰρημένων· ἀλλὰ διεγέρθητε μικρὸν, παρακαλῶ, μὴ ἀτέλεστον τὴν δίκην καταλίπωμεν, μηδὲ ἀφέντες ἔτι τὸν δικαστὴν καθήμενον ἀναχωρήσωμεν· καὶ γὰρ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος λοιπὸν ἀπηντήκαμεν.

Ἴδωμεν τοίνυν τί μετὰ τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ἄνδρα φησὶ, καὶ ποίαν καὶ τούτῳ τιμωρίαν ἐπάγει. Τῷ δὲ Ἀδὰμ εἶπεν, ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός B

[c] Quidam Mss. σοι κύριον.

σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Ἐν λύπαις φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ φάγῃ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ. Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Μεγάλη καὶ ἄφατος καὶ ἐντεῦθεν δείκνυται ἡ περὶ τὸν ἄνθρωπον [a] τοῦ Δεσπότου κηδεμονία· ἀλλ' ἀκούσωμεν ἀκριβῶς ἕκαστον τῶν εἰρημένων. Τῷ δὲ Ἀδὰμ εἶπεν, ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ C ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες. Ἐπειδὴ ἤκουσας, φησὶ, τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ τῆς ἐμῆς ἐντολῆς προετίμησας τὴν παρ' ἐκείνης συμβουλὴν, καὶ οὐκ ἠβουλήθης τοῦ ξύλου τοῦ ἑνὸς τούτου μόνου ἀποσχέσθαι οὗ ἐνετειλάμην σοι μὴ φαγεῖν· μὴ γὰρ πολλῶν σε [b] ἀπέχεσθαι ἐκέλευσα; Ἑνὸς μόνου, καὶ οὐδὲ τούτου ἠνέσχου, ἀλλ' ἐπιλαθόμενος τῶν ἐμῶν ἐντολῶν ἐπείσθης τῇ γυναικί· διὰ τοῦτο μαθήσῃ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, ὅσον εἰργάσω κακόν. Ἀκουέτωσαν ἄνδρες· ἀκουέτωσαν γυναῖκες· οἱ μὲν ἵνα μὴ ἀνέχωνται τῶν πονηρὰ συμβουλευουσῶν· αἱ δὲ ἵνα μὴ τοιαῦτα συμβουλεύωσιν. Εἰ γὰρ D οὗτος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τὴν αἰτίαν μεταγαγὼν, οὐδεμιᾶς ἠξιώθη συγγνώμης, ποίαν ἄν τις ἀπολογίαν σχοίη λέγων, ὅτι διὰ τὴν γυναῖκα τὸ καὶ τὸ ἥμαρτον, καὶ τὸ καὶ τὸ ἔπραξα; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπὸ τὴν δεσποτείαν γέγονε τὴν σὴν, καὶ κύριος αὐτῆς ἀπεφάνθης, ἵνα ἐκείνη σοι κατακολουθῇ καὶ μὴ ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶν ἕπηται. Ἀλλ' οὖν ἔστιν ἰδεῖν πολλάκις τὸ ἐναντίον συμβαῖνον, καὶ τὸν ἐν τάξει κεφαλῆς εἶναι ὀφείλοντα, οὐδὲ τῶν ποδῶν τὴν τάξιν ἐπέχοντα· καὶ τὴν ἐν τάξει ποδῶν οὖσαν, ταύτην ἐν τάξει κεφαλῆς καθισταμένην. Δι' ὃ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ταῦτα πάντα προορῶν ἐβόα· Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα E σώσεις; ἢ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; Ἀλλ' ὅμως καὶ ὁ ἀνὴρ πολλὴν τὴν φυλακὴν ἐπιδεικνύσθω, ὥστε τὰ ὀλέθρια συμβουλεύουσαν ἀποσείεσθαι, καὶ ἡ γυνὴ ἔναυλον ἔχουσα τὴν τιμωρίαν ἣν ἐδέξατο ἡ Εὔα τὴν ὀλεθρίαν ἐκείνην συμβουλὴν εἰσαγαγοῦσα τῷ ἀνδρὶ, μὴ τολμάτω τοιαῦτα συμβουλεύειν, μηδὲ μι- 147 μείσθω τὴν Εὔαν, ἀλλὰ τῷ ὑποδείγματι σωφρονιζέ- A σθω κἀκεῖνα συμβουλευέτω, ἃ καὶ αὐτὴν καὶ τὸν ἄνδρα πάσης ἀπαλλάξει κολάσεως καὶ τιμωρίας. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Τῷ δὲ Ἀδὰμ, φησὶν, εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες. Ἐπειδὴ,

vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, de quo mandavi tibi, ut ex eo solo non comedas, de illo ipso comedisti; maledicta terra in operibus tuis. In ærumnis comedes illam omnibus diebus vitæ tuæ. 18. *Spinas et tribulos tibi producet, et comedes fœnum agri.* 19. *In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo, donec revertaris tu in terram, de qua sumtus es: quia terra es, et in terram abibis.* Plurima et ineffabilis etiam hoc loco ostenditur Domini erga hominem providentia et cura: sed audiamus diligenter unumquodque dictorum. *Adæ autem dixit: Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, de quo præceperam tibi, ut ex eo solo non comedas, de illo ipso comedisti.* Quoniam, inquit, audisti mulierem tuam, et comedisti de ligno, et consilium illius meo mandato pluris fecisti, et noluisti ab unico hoc ligno abstinere, de quo solo præcepi tibi ne comederes: num tibi præcepi ut a multis abstineres? Ab uno solo, et neque ab illo abstinuisti, sed oblitus mandatorum meorum, mulieri obtemperasti: idcirco re ipsa disces, quantum malum sis operatus. Audiant viri, audiant mulieres, et illi quidem, ut ne ferant eas mala consulentes; hæ autem, ut ne talia consulant. Nam si hic culpa in mulierem rejecta, nullam veniam assequutus est, qualem quis haberet veniam, dicens: Propter uxorem hoc et hoc peccavi, et hoc et hoc feci? Ea enim de causa sub tua potestate facta est, et dominus ejus pronuntiatus es, ut illa tibi pareat, et non caput pedes sequatur. Verum non raro videmus contrarium usu evenire, ut is qui suo ordine caput esse deberet, neque pedum ordinem servet: et ea quæ in pedum loco est, in caput constituatur. Idcirco et beatus Paulus magister orbis hæc omnia prævidens, clamabat: *Unde namque scis mulier, an virum sis salvatura? aut qui scis vir, an uxorem sis salvaturus?* Verumtamen viri est, ut diligenti opera male consulentem repellat: mulier vero semper in memoria retineat supplicium, quod Evæ irrogatum est, quæ pestiferum illud consilium viro suggesserat: ne audeat talia consulere, neque imitetur Evam: sed illius exemplo prudentior fiat, et talia consulat, quæ ipsam et virum omni supplicio liberatura sint. Porro ad institutum redeamus. *Adæ autem dixit Deus: Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno,*

Uxores viris parere debent.

1. Cor. 7. 16.

[a] Τοῦ Δεσπότου deest in quibusdam Mss.

[b] Alii ἀπέχεσθαι ἐπέταξα. Alii ἀποσχέσθαι ἐκέλευσα. Paulo post alii δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὅσον.

de quo præcepi tibi de eo solo ne comederes, de illo ipso comedisti. Quoniam, inquit, tam negligens fuisti in observando mandato meo, neque timor te coercuit, neque præcedens interminatio calamitatis esum consequuturæ tibi quidquam profuit, sed in tantam nequitiam pervenisti, ut neque ab unico hoc ligno tibi temperaveris, tametsi tot et tantis tibi frui liceret: ideo *Maledicta erit terra in operibus tuis.* Vide benignitatem Domini, quomodo serpentem punit, quomodo item et rationale animal. Illi enim dixit: *Maledictus tu de terra:* hic autem non sic; sed quid? *Maledicta terra in operibus tuis.* Et merito. Nam quia propter hominem producta est, ut ille posset frui iis quæ ex ea nascuntur: ideo iterum propter hominem peccantem maledictum ei inditur: quia maledictum terræ eveniens, hominis securitati et quieti obest, *Maledicta,* inquit, *terra in operibus tuis.* Exin ut discamus quid sit, *Maledicta,* subdit: *In doloribus comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ.* Vide unamquamque pœnam in sæcula durantem, ut non solum illis id utile sit, sed et posteri iisdem rebus doceantur, unde illis hæc supplicia sunt invecta: *In doloribus,* inquit, *comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ.* Postea diligentius docens maledicti speciem et doloris causam, subdit: *Spinas et tribulos tibi producet.* Ecce maledicti monimenta. Spinas, inquit, et tribulos proferet terra: itaque multis laboribus et ærumnis operandum tibi, et omni tempore cum tristitia vivere te curabo, ut hoc tibi frenum sit, ne quid supra dignitatem de te sentias: sed continuo cogites tuam ipsius substantiam, neque feras ut posthac sic decipiaris. *Et comedes fœnum agri. In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo.* Animadverte quo pacto post inobedientiam omnia contigerint contraria priori vitæ conditioni. Ego quidem, inquit, cum in hunc te mundum produxi, volebam te degere absque doloribus, laboribus, sudoribus, et ærumnis, et omni felicitate frui, neque corporalibus necessitatibus obnoxium esse, sed ab omnibus illis vacuum in omni libertate versari. Quia vero non profuit tibi tanta securitas, eapropter et terræ maledicam, ita ut absque satione et aratione non proferat suos fructus, sicut antea: sed et cum

φησὶ, τοσαύτῃ ῥᾳθυμίᾳ ἐχρήσω περὶ τὴν φυλακὴν τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης ἐντολῆς, καὶ οὔτε ὁ φόβος, οὔτε τὸ προλαβόντα με διαστείλασθαι τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι ὑμῖν ἀπὸ τῆς βρώσεως, [a]ὠφέλησέ τι, ἀλλ' εἰς τοσαύτην κακίαν ἐξώκειλας, ὡς μὴ δυνηθῆναι μηδὲ τοῦ ἑνὸς ἀποσχέσθαι ξύλου μετὰ τὴν τοσαύτην ἀπόλαυσιν· διὰ τοῦτο Ἐπικατάρατος ἔσται ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότου, πῶς μὲν τὸν ὄφιν τιμωρεῖται, πῶς δὲ τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον. Ἐκείνῳ γάρ φησιν, Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως. Ἀλλὰ τί; Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Καὶ εἰκότως. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸν ἄνθρωπον παρήχθη, ἵνα οὕτως ἀπολαύειν δύνηται τῶν ἐξ αὐτῆς ἀναδιδομένων, διὰ τοῦτο πάλιν διὰ τὸν ἄνθρωπον ἁμαρτόντα ταύτῃ τὴν κατάραν ἐπιτίθησιν· ἐπειδὴ ἡ εἰς αὐτὴν κατάρα πάλιν τοῦ ἀνθρώπου ἐλυμαίνετο τῇ ἀνέσει καὶ τῇ ἀδείᾳ, Ἐπικατάρατος, φησὶν, ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Εἶτα, [b]ἵνα μάθῃς τί ἐστιν, Ἐπικατάρατος, ἐπήγαγεν, Ἐν λύπαις φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Ὅρα ἑκάστην τιμωρίαν τῷ αἰῶνι παρεκτεινομένην, ἵνα μὴ μόνον αὐτοὶ κερδάνωσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ εἰς τὸ ἑξῆς μέλλοντες γίνεσθαι δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων διδάσκωνται, πόθεν αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας ταύτης ἐπήχθη· Ἐν λύπαις, φησὶ, φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Εἶτα ἀκριβέστερον διδάσκων τῆς κατάρας τὸ εἶδος, καὶ τῆς λύπης τὴν αἰτίαν, ἐπήγαγεν· Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. Ἰδοὺ τῆς κατάρας τὰ ὑπομνήματα. Ἀκάνθας, φησὶν, ἐκδώσει καὶ τριβόλους· ὥστε πολὺν τὸν πόνον καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ἐργάσασθαι, καὶ μετὰ λύπης πάντα τὸν χρόνον διάγειν σε ποιήσω, ἵνα τοῦτο χαλινός σοι γένηται [c]τοῦ μὴ ὑπὲρ ἀξίαν φαντάζεσθαι, ἀλλὰ διηνεκῶς ἔχῃς ἐννοεῖν τὴν σαυτοῦ οὐσίαν, καὶ μηδέποτε ἀνάσχῃ τοιαῦτα ἀπατηθῆναι. Καὶ φάγῃ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ. Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου. Ὅρα πῶς ἀπεναντίας τῆς προτέρας διαγωγῆς τὰ μετὰ τὴν παρακοὴν ἅπαντα αὐτῷ ἐπήχθη. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, παραγαγών σε εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἠβουλήθην ἄνευ λύπης καὶ μόχθων καὶ ταλαιπωρίας καὶ ἄνευ ἱδρώτων διάγειν σε, καὶ ἐν ἀπολαύσει εἶναι καὶ εὐημερίᾳ, καὶ μηδὲ ταῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι, ἀλλὰ πάντων τούτων ἀπηλλάχθαι, καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ [d]πάσῃ τυγχάνειν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ὤνησέ σε ἡ τοσαύτη ἄδεια, διὰ τοῦτο καὶ τὴν γῆν καταράσομαι, ὥστε μὴ ἄσπαρτά σοι καὶ ἀνήροτα, καθάπερ πρότερον, τὰ ἐξ αὐτῆς ἀναδιδόμενα παρέχειν,

[a] Ὠφέλησέ τι deest in Morel., sed in aliis legitur. Mox quidam Mss. et Savil. *μὴ δύνασθαι εἰς τοσαύτην κακίαν.* Savilius ex conjectura *βλακείαν*, cui lectioni congruere videtur Interpres Latinus vetus, qui vertit *mollitiem.*

[b] Quidam Mss. *ἵνα μάθωμεν.*

[c] Reg. unus *τοῦ μὴ τὰ ὑπέρ.*

[d] Πάσῃ deest in Reg. uno.

ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τοῦ μόχθου καὶ τῆς ταλαιπωρίας, καὶ λύπαις σε διηνεκέσι [a] καὶ ἀθυμίαις περιβαλῶ, καὶ μετὰ ἱδρώτων πάντα σε κατορθοῦν παρασκευάσω, ἵνα τούτοις πιεζόμενος ἔχῃς διδασκαλίαν διηνεκῆ τοῦ μετριάζειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐπιγινώσκειν. Καὶ τοῦτο οὐ πρὸς ὀλίγον οὐδὲ πρὸς βραχὺν χρόνον ἔσται, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῆς ζωῆς χρόνῳ παρεκταθήσεται· Ἐν ἱδρῶτι γὰρ τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Μέχρις ἐκείνου ταῦτα ὑπομενεῖς, ἕως ἂν τὸ τέλος τῆς [b] ζωῆς σοι ἐπαχθήσεται, καὶ εἰς ἐκείνην διαλυθῇς, ἐξ ἧς καὶ ἐπλάσθης. Εἰ γὰρ καὶ σώματός σοι φύσιν ἐχαρισάμην διὰ τὴν ἐμαυτοῦ φιλανθρωπίαν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἀπὸ γῆς ὄν, γῆ πάλιν ἔσται. Γῆ γὰρ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ἵνα γὰρ μὴ ταῦτα γένηται, διὰ τοῦτο εἶπον, μὴ ἅψησθε [c] τοῦ ξύλου, εἰπών, ὅτι Ἧ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Οὐ γὰρ ἐβουλόμην τοῦτο· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ ἅπαντα γεγένηται, σὺ δὲ σαυτῷ ταῦτα προεξένησας, ἐπὶ μηδένα ἕτερον τὴν αἰτίαν [d] ἔπαγε, ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ ῥᾳθυμίᾳ πᾶν ἐπίγραφε. Ἀλλὰ πάλιν ἡμῖν ἕτερον ζήτημα ἐντεῦθεν τίκτεται, ὅπερ, εἰ βούλεσθε, συντόμως διαλύσαντες τὸ τηνικαῦτα καταπαύσομεν τὸν λόγον. Εἶπε, φησίν, ὁ Θεός· Ἧ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· δείκνυνται δὲ ζήσαντες μετὰ τὴν παρακοὴν, καὶ τὸ τῆς βρώσεως μετασχεῖν, πολλῶν ἐτῶν ἀριθμόν. Τοῦτο δοκεῖ μὲν ἁπλῶς τοῖς ἐπιπολαίως ἐντυγχάνουσι τοῖς ἐγκειμένοις ἔχειν ζήτησίν τινα· εἰ δέ τις εὐγνωμόνως τὴν ἀκοὴν ὑπόσχοιτο, σαφὲς ἔστι τὸ εἰρημένον καὶ οὐδεμίαν τῷ προσέχοντι ζήτησιν ἔχον. Εἰ γὰρ καὶ πολὺν ἐτῶν χρόνον ἔζησαν, ἀλλ' ὅμως ἀφ' ἧς ἤκουσαν τὸ, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, καὶ τὴν ἀπόφασιν ἐδέξαντο τοῦ θανάτου, καὶ θνητοὶ γεγόνασι, καὶ ἐξ ἐκείνου ἂν τις εἶπεν αὐτοὺς τεθνηκέναι. Τοῦτο οὖν καὶ ἡ Γραφὴ αἰνιττομένη εἶπεν, ὅτι Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀπόφασιν δέξεσθε τοῦ *θνητοὶ λοιπὸν εἶναι. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἀνθρωπίνων, ἐπειδὰν ἀπόφασίν τις δεξάμενος τοῦ πάντως τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, εἶτα εἰς τὸ δεσμωτήριον [e] ἐμβληθῇ, κἂν ἐπὶ πολὺν χρόνον διαμένῃ, οὐδὲν ἄμεινον τῶν νεκρῶν καὶ τεθνηκότων διάξει, τῇ ἀποφάσει τεθνηκώς· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι, ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐξ ἧς τὴν ἀπόφασιν ἐδέξαντο τῆς θνητότητος, εἰ καὶ πολὺν

148 A multo labore, molestiis, et ærumnis, afficiam te, doloribus, et continuis fatigationibus : efficiam item ut nihil promoveas absque sudoribus; ut his exercitatus, perpetuam doctrinam habeas modeste agendi, tuamque ipsius naturam agnoscendi. Neque hoc ad modicum et breve tempus erit, sed omni tempore vitæ durabit : *In sudore* enim *faciei tuæ vesceris pane tuo, donec revertaris tu in terram, de qua sumtus es : quia terra es, et in terram abibis.* Hæc sustinebis usque ad finem vitæ tuæ, et donec in illam resolvaris, ex qua formatus es. Nam quamvis tibi B corporis dederim naturam ob meam bonitatem, ipsum tamen hoc corpus ex terra existens, iterum erit terra. *Terra* enim *es, et in terram abibis.* Enimvero ut ne hæc fierent, dixi, *Ne comedatis de hoc ligno : quocumque enim die comederitis, morte moriemini.* Non enim hoc volebam : sed quia eorum quæ ad me attinebant, nihil intermissum est : tu autem te ipsum in hæc conjecisti, ne in alium causam retuleris, sed tuæ ipsius desidiæ totum abscribito. Jam denuo alia nobis quæstio hinc nascitur, qua, si placuerit, breviter absoluta, finem sermonis hic faciemus. C Dixit, inquit, Deus : *Quocumque die comede-* Gen. 2. 17. *ritis ex eo, morte moriemini :* multorum autem annorum numero ostenditur vixisse illos post inobedientiam, et cibi vetiti esum. Et quæstio quidem aliqua esse videtur, iis qui a superficie salutant divinas Literas : at si quis æquo animo aures adhibeat, manifestum est quod dicitur, neque quæstio fuerit attendenti. Nam licet multos annos vixerint, attamen a quo tempore audierunt: *Terra es, et in terram abibis,* et sententiam acceperunt mortis, mortales fuerunt : et ex illo tempore fuerunt perinde, ac si quis illos dicat D mortuos fuisse. Hoc igitur et Scriptura significans, dixit, *Quocumque die comederitis, morte moriemini :* hoc est, sententiam accipietis, mortales posthac vos futuros. Sicut enim in humanis judiciis, quando quis sententia lata ut capite mulctetur, iterum in carcerem conjicitur, licet ibi multo tempore agat, nihil melius tamen habet defunctis et mortuis, utpote jam per sententiam mortuus : eodem modo et hi, ab eo die a quo mortalitatis sententiam acceperunt, tametsi

[a] Καὶ ἀθυμίαις abest a Reg. uno. Savil. male ῥᾳθυμίαις.

[b] Quidam Mss. et Savil. ζωῆς σου. Infra duo Mss. γῆ πάλιν γίνεται.

[c] Quatuor Mss. et Savil. τοῦ ξύλου φήσας ὅτι.

[d] Sic quinque Mss. Savil. ἄπαγε. Morel. ἐπάγαγε. Alius μέταγε. Infra Savil. et multi Mss. διαλύσαντες τὸ τηνικαῦτα κατ. Alii ἐνταῦθα κατ.

[*] [Savil. θνητοὺς λ. εἶναι ὑμᾶς.]

[e] Morel. βληθῇ. Alii ἐμβληθῇ.

longo tempore duraverint, nihilominus sententia mortui erant. Scio me copiosiore sermone et longiore doctrina usum : ideo quia per gratiam Dei, pro nostris viribus omnia in medium prolata sunt, et his quæ lecta sunt finem imposuimus, nunc sermonem contrahamus.

Epilogus homiliæ.

10. Possent quidem et alia proferri, et iterum monstrari inflictam hinc pœnam, et mortalitatem in nos inductam, multam abyssum habere divinæ misericordiæ : sed ne multitudine dictorum mentem vestram obruamus, age, obsecremus vos, ut cum hinc abieritis, ne in conventicula insipientium vos conferatis, neque intempestivæ nugacitati vacetis, sed apud vos intelligite et cum aliis colligite quæ dicta sunt, et in memoriam referte, quidnam judex responderit, quid rei pro se dixerint, et quomodo Adam culpam in uxorem transtulerit, illa in serpentem, quomodo item Deus etiam hunc punierit, et pœnam illi toto sæculo duraturam inflixerit, gravemque in illum indignationem declaraverit, atque ex hoc ostenderit suam erga deceptos curam. Ex eo enim quod decipientem sic ultus est, intelligitur ab eo deceptos eos fuisse, qui Deo valde grati erant, et pro quibus multum sollicitus fuerat. Dein mementote supplicii mulieris, et pœnæ quæ illi inflicta est, imo potius admonitionis, et sic quoque recordemini quæ sint Adæ dicta, sententiamque hanc animo repetite, *Terra es, et in terram abibis*. Hinc obstupescite ineffabilem Dei misericordiam, quod nos, qui ex terra sumus, et in terram dissolvemur, si voluerimus virtutem amplexari, et vitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona, quæ paravit et promisit diligentibus se, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Gratias igitur multas Domino nostro debemus pro tot talibusque beneficiis : et ea nequaquam ex memoria dimittendo, per bona opera, et diligenti malorum fuga ipsum mitigemus, ac propitium nobis reddamus. Quomodo enim non ingrati prorsus animi signum fuerit, si ipse quidem, cum Deus sit et immortalis naturæ, non refugiat assumere mortalem et terrestrem nostram substantiam, ut et ab antiqua morte nos liberet, supra cælos evehat, paterno consessu honoret, et ab omni cælesti exercitu adorari curet : nos autem contraria

1. Cor. 2. 9.

διήρκεσαν χρόνον, ἀλλὰ τῇ ἀποφάσει τεθνήκασιν. Οἶδα ὅτι πολλὰ τὰ εἰρημένα καὶ ἐξ πολὺ μῆκος ἡμῖν ἐξετάθη τὰ τῆς διδασκαλίας· διὸ ἐπειδὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι κατὰ δύναμιν ἡμετέραν ἅπαντα εἰς μέσον ὑμῖν προθέντες τέλος ἐπεθήκαμεν τοῖς ἀναγνωσθεῖσι, συστείλωμεν ἐνταῦθα τὸν λόγον.

Ἐνῆν μὲν γὰρ καὶ ἕτερα προσθέντας δεῖξαι πάλιν καὶ ταύτην αὐτὴν τὴν τιμωρίαν τὴν ἐπαχθεῖσαν, καὶ τὸ θνητοὺς γενέσθαι πολλὴν ἔχουσαν ἄβυσσον φιλανθρωπίας· ἀλλὰ ἵνα μὴ τῷ πολλῷ πλήθει καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν, φέρε, παρακαλέσωμεν 149 ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἐξελθόντας μὴ [a] εἰς ἀνονήτους συλλόγους ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι, μηδὲ εἰς φλυαρίας ἀκαίρους, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοὺς συνιέντας μετ' ἀλλήλων συλλέγειν τὰ εἰρημένα, καὶ εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτοὺς ἄγειν, τί μὲν ὁ δικαστὴς ἀπεκρίνατο, τί δὲ οἱ ὑπεύθυνοι ἀπελογήσαντο, καὶ πῶς [b] ὁ μὲν ἐπ' ἐκείνην τὴν αἰτίαν μετήγαγεν, ἐκείνη δὲ ἐπὶ τὸν ὄφιν, καὶ πῶς καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσατο, καὶ ὅτι διηνεκῆ καὶ τῷ παντὶ αἰῶνι συμπαρεκτεινομένην αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγε, καὶ σφοδρὰν τὴν κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν ἐποιήσατο, καὶ διὰ τούτου δεικνὺς τὴν πρὸς τοὺς ἀπατηθέντας κηδεμονίαν. Δι' ὧν γὰρ τὸν ἀπατήσαντα οὕτως ἠμύνατο, δῆλον ὅτι εἰς τοὺς πάνυ αὐτῷ περισπουδάστους τὴν ἀπάτην εἰργάσατο. Εἶτα ἐντεῦθεν μνημονεύσατε τοῦ ἐπιτιμίου τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς κολάσεως τῆς ἐπαχθείσης αὐτῇ, μᾶλλον δὲ τῆς νουθεσίας, καὶ οὕτω τὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ εἰρημένα μνημονεύσαντες, καὶ τῆς ἀποφάσεως εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες, Ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, ἐντεῦθεν ἐκπλάγητε τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ὅτι ἡμᾶς τοὺς ἐκ τῆς γῆς ὄντας, καὶ εἰς γῆν διαλυομένους, εἰ βουληθείημεν ἀρετὴν μετελθεῖν, καὶ κακίαν φυγεῖν, τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιοῦν ἐπηγγείλατο τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς ἠγαπηκόσιν αὐτὸν, [c] ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Χάριν τοίνυν πολλὴν ὀφείλομεν ἡμῶν ὁμολογεῖν τῷ Δεσπότῃ ὑπὲρ τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν, καὶ μηδέποτε λήθῃ ταῦτα παραπέμπειν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων καὶ τῆς πολλῆς τῶν φαύλων ἀποφυγῆς, τοῦτον ἐξιλεωσώμεθα καὶ εὐμενῆ ἡμῖν καταστήσωμεν. Πῶς γὰρ οὐ πάσης τοῦτο ἀγνωμοσύνης δεῖγμα, εἰ αὐτὸς μὲν, Θεὸς ὢν καὶ ἀθάνατος, τὴν φύσιν ἀναλαβέσθαι τὴν θνητὴν ἡμῶν καὶ γήϊνον οὐσίαν οὐ παρῃτήσατο, καὶ τῆς ἀρχαίας νεκρώσεως ἀπαλλάξαι, καὶ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ταύτην ἀναβιβάσαι, καὶ τῇ πατρικῇ συνεδρίᾳ τιμῆσαι, καὶ ὑπὸ πάσης τῆς οὐρανίας στρα-

[a] Savil. et aliquot Mss. εἰς ἀνονήτους, Morel. εἰς ἀνοήτους. [Mox Savil. συνιόντας.]

[b] Savil. ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὴν γυναῖκα μετ.

[c] In octo Mss. et uno Savilii hæc bene multa, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, usque ad hæc, tribus ante finem Homiliæ versibus, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς, desiderantur. Ibid. sequimur Savilium et duos Codices, qui hoc modo claudunt, et ita legit Interpres.

τιᾶς προσκυνεῖσθαι καταξιῶσαι, ἡμεῖς δὲ τὰ ἐναντία τούτῳ ἀνταμεῖψαι οὐ κατηδέσθημεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀθάνατον ψυχήν, ὃς ἄν τις εἴποι, τῇ σαρκὶ προσκολλήσαντες, γήϊνον αὐτὴν καὶ νεκρὰν καὶ ἀνενέργητον γενέσθαι κατεσκευάσαμεν; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ οὕτως ἀγνώμονες ὦμεν περὶ τὸν τοσαῦτα ἡμᾶς εὐηργετηκότα, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ νόμοις ἑπόμενοι, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καὶ εὐάρεστα ὄντα διαπραττώμεθα, ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀξίους ἡμᾶς ἀναδείξῃ· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

illi retribuere non erubescamus, sed et immortalem animam, quasi dixerit quis, carni agglutinatam, terrenam et mortuam, et nihil operari valentem, evadere curemus? Obsecro, ne sic fiat, ne sic ingrati simus erga tantum benefactorem nostrum: sed illius præceptis obedientes, quæ ipsi grata sunt et probantur, operemur: ut et nos æternis bonis dignos efficiat: quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

150

ΟΜΙΛΙΑ ιη'. A

HOMILIA XVIII.

Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ * Ζωὴ, ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ζώντων. Καὶ ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν.

Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Vitam, quia ipsa est mater omnium viventium. Et fecit Dominus Deus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas et induit illos. Et ait Deus: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis. *Gen.* 3. 20. —22.

Εἴδετε χθὲς δικαστοῦ φιλανθρωπίαν; εἴδετε ἐξέτασιν ἀγαθότητος γέμουσαν; εἴδετε τιμωριῶν διαφοράν; πῶς μὲν ὁ διὰ τῆς ἀπάτης ὑποσκελίσας ἐτιμωρήθη, πῶς δὲ ἡ τοῖς ὑποσκελισθεῖσιν ἐπαχθεῖσα τιμωρία πολλὴν δείκνυσι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν; εἴδετε πόσης ἡμῖν ὠφελείας γέγονεν ὑπόθεσις τὸ παραστῆναι τῷ δικαστηρίῳ, καὶ ἰδεῖν ὅπως προεχώρησεν ἡ ἐξέτασις; Ἔγνωμεν γὰρ, ὅσων τε καὶ ἡλίκων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν ὅ τε Ἀδὰμ, ἥ τε Εὔα, διὰ τῆς παραβάσεως τῆς δοθείσης ἐντολῆς, γυμνωθέντες τῆς δόξης ἐκείνης τῆς ἀφάτου, καὶ τῆς ζωῆς τῆς οὐδὲν ἔλαττον [a]σχεδὸν ἐχούσης τῶν ἀγγέλων. Εἴδομεν τὴν ἀνεξικακίαν τοῦ Δεσπότου, ἐπαιδεύθημεν ὅσον κακόν ἐστι ῥᾳθυμία, καὶ ὅπως καὶ τῶν ἤδη ὑπηργμένων ἀγαθῶν γυμνοὺς καὶ ἐρήμους ἡμᾶς ἐργάζεται, καὶ ἐν πολλῇ καθίστησι τῇ αἰσχύνῃ. Διὸ, παρακαλῶ, νήφωμεν, καὶ τὰ ἐκείνων πτώματα ἡμῖν γενέσθω φάρμακα, καὶ ἡ ἐκείνων ῥᾳθυμία ἡμῖν γενέσθω ἀσφαλείας ὑπόθεσις· ἐπειδὴ καὶ μείζων ἡ τιμωρία τοῖς εἰς τὸ ἑξῆς τὰ αὐτὰ πλημμελοῦσιν, ὅσῳ μηδὲ τοῖς ὑποδείγμασι σωφρονέστεροι γενέσθαι ἠβουλήθησαν. Οὐδὲ γὰρ οἱ μετὰ ταῦτα τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις ἁμαρτάνοντες τὴν αὐτὴν εἰσπράττονται δίκην. Καὶ τοῦτο συντόμως μαθεῖν ἔξεστιν ἀπὸ τοῦ σοφοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, τοῦ μακαρίου Παύλου φημὶ, λέγοντος·

1. Vidistis heri Judicis benignitatem? vidistis examen bonitate refertum? vidistis supplicium diversitatem? quomodo punitus sit dolosus ille supplantator, quomodo etiam deceptis pœna sit inflicta, quæ magnam Dei præ se ferret benignitatem? vidistis quomodo nobis commodorum occasio fuit, assistere tribunali, et videre quomodo processerit examen? Cognovimus enim, quantis seipsos bonis mandati transgressione privarint Adam et Eva, nudati gloria illa ineffabili, et vita non inferiore quam angelica. Vidimus patientiam Domini, didicimus quantum malum sit desidia, quomodo et præsentibus spoliet, et magna ignominia afficiat. Idcirco, obsecro, sobrii simus, fiantque nobis illorum lapsus remedia, et illorum desidia securitatis causa: quandoquidem major pœna est eorum qui post illos peccant, et eo major quod exemplis emendare se nolint. Non enim qui postea eadem peccant quæ primi, in eamdem pœnam incident. Id quod breviter ab orbis doctore sapientissimo, beato Paulo inquam, discere possumus, qui dicit: *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege etiam peribunt: et quicumque in lege peccaverunt, per legem* *Rom.* 2. 12.

* [Savil. addit Εὔα, ὅπερ ἐστὶ ζωὴ cett. Et sic infra S. Chrys. Cum Montf. consentiunt O'.]

[a] Σχεδὸν deest in Morel. sed habetur in cæteris omnibus. Infra ἀγαθῶν post ὑπηργμένων deest in Morel., sed cætera exemplaria sic.

judicabuntur. His verbis significat, non eamdem luituros pœnam eos qui ante legem, et eos qui post legem peccaverint. Gravius enim punientur qui post legem datam peccaverint. Nam *Quicumque sine lege peccaverunt, etiam sine lege peribunt :* proficiet illis ad leviorem pœnam, quod legis doctrina et adminiculo caruerint. *Et quicumque sub lege peccaverunt, per legem et judicabuntur*. Isti, inquit, quia et legem habuerunt magistram, et neque sic emendati sunt, sed eadem quæ illi peccaverunt, graviorem quoque pœnam dabunt. Sed audiamus quæ hodie sunt lecta. 20. *Et vocavit,* inquit, *Adam nomen uxoris suæ, Eva, id quod est vita, quia ipsa mater omnium viventium.* Vide divinæ Scripturæ diligentiam, quomodo neque hoc præterit, sed docet nos, Adamum etiam mulieri nomen imposuisse. *Vocavit*, inquit, *nomen uxoris suæ Eva, id est vita : quia ipsa mater est omnium viventium :* hoc est, ipsa est origo eorum qui ex illa sunt futuri, radixque et fundamentum sequentis generationis. Dein postquam docuit nos quomodo mulieri impositum nomen fuerit, iterum ostendit nobis Dei bonitatem, quæ non despexit eos qui a se creati erant, in tanta nuditate et ignominia versantes. 21. *Et fecit,* inquit, *Dominus Deus Adæ et uxori illius vestes pelliceas, et induit illos.* Sicut misericors pater filium habens bona indole præditum, et omni cura educatum, et fruentem omnibus deliciis, veste nitida. ac sericis amictum, paternisque opibus secure utentem, cum viderit eum nimia prosperitate in malitiæ præcipitium prolapsum, privat illis omnibus, et suæ potestati subjicit, veste spoliat, ac vili servilique amictu illum induit, ne omnino nudus sit et turpis : ita et benignus Deus, quoniam Adam et Eva indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo et nitido, quo amiciebantur, et quod nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat, nudavit illos omni illa gloria et fruitione, qua ante gravem hanc ruinam gaudebant : multamque erga illos in tantam perniciem lapsos exhibens miserationem, vidensque magno pudore circumfusos, consiliique inopes, ne nudi essent, et indecore se gererent, vestes ipsis pelliceas facit, eosque contegit. Tales enim sunt diaboli machinationes : si quando

Gravior pœna manet eos qui post legem peccant.

Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· D καὶ ὅσοι [b] ἐννόμως ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ τὴν αὐτὴν δώσουσι δίκην οἱ πρὸ τοῦ νόμου, καὶ οἱ μετὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ βαρυτέρας ὑποστήσονται τιμωρίας οἱ μετὰ τὴν τῶν νόμου δόσιν ἁμαρτάνοντες. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, τουτέστιν, ἡμερωτέραν αὐτοῖς ποιεῖ τὴν τιμωρίαν τὸ μὴ ἔχειν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου διδασκαλίαν τε καὶ βοήθειαν. Καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὗτοι δὲ, φησὶν, ἐπειδὴ καὶ τὸν νόμον ἔσχον διδάσκαλον, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐσωφρονίσθησαν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις ἥμαρτον, μείζονα καὶ τὴν [c] δίκην τίσουσι. Ἀλλ' ἀκούσωμεν E καὶ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων. Καὶ ἐκάλεσε, φησὶν, Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὔα, ὅπερ ἐστὶ ζωὴ, ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ζώντων. Ὅρα τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, πῶς οὐδὲ τοῦτο παρῆκεν, ἀλλ' ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὅτι καὶ τῇ γυναικὶ προσηγορίαν ὁ Ἀδὰμ ἐπέθηκεν. Ἐκάλεσε γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὔα, ὅπερ ἐστὶ ζωὴ, ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ζώντων· τουτέστιν, 151 αὕτη ἀρχὴ ἐστι πάντων τῶν ἐξ αὐτῆς ἐσομένων, καὶ A ῥίζα καὶ θεμέλιος τῆς μετὰ ταῦτα γενεᾶς. Εἶτα μετὰ τὸ διδάξαι ἡμᾶς τὴν ἐπιτεθεῖσαν τῇ γυναικὶ προσηγορίαν, πάλιν δείκνυσιν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, ὅπως οὐ περιορᾷ ἐν τοσαύτῃ αἰσχύνῃ καὶ γυμνότητι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθέντας. Καὶ ἐποίησε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Καθάπερ γὰρ πατὴρ εὔσπλαγχνος παῖδα [a] ἔχων εὐγενῆ, καὶ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνατρεφόμενον, καὶ τρυφῆς ἁπάσης ἀπολαύοντα, καὶ ἑστίᾳ λαμπρᾷ κεχρημένον, καὶ σηρικὰ ἱμάτια περιβεβλημένον, καὶ μετὰ ἀδείας τῇ περιουσίᾳ καὶ τῷ πλούτῳ κεχρημένον τῷ πατρικῷ, ὁρῶν ὕστερον ἀπὸ τῆς ἀνέσεως ταύτης τῆς πολλῆς εἰς B κρημνὸν κακίας ἐξοκείλαντα, πάντων ἐκείνων ἀποστερήσας καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐξουσίᾳ ὑποτάξας, καὶ τῆς ἐσθῆτος γυμνώσας, ἱμάτιον εὐτελὲς αὐτῷ πολλάκις καὶ δουλικὸν περιτίθησιν, ὥστε μὴ πάντῃ γυμνὸν εἶναι καὶ ἀσχημονεῖν· οὕτω δὴ καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ἐπειδὴ ἀναξίους ἑαυτοὺς κατέστησαν τοῦ λαμπροῦ ἐκείνου καὶ φαιδροῦ ἐνδύματος, τοῦ περιστέλλοντος αὐτοὺς, καὶ [b] παρασκευάζοντος ἀνωτέρους εἶναι τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν, γυμνώσας αὐτοὺς τῆς δόξης ἐκείνης ἁπάσης, καὶ τῆς ἀπολαύσεως, ἧς πρότερον μετεῖχον, πρὶν ἢ πεσεῖν τὸ πτῶμα τοῦτο τὸ χαλεπὸν, C πολὺν περὶ αὐτοὺς τὸν οἶκτον ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐλεῶν αὐτοὺς τῆς ἐκπτώσεως, καὶ ὁρῶν πολλὴν τὴν

[b] Sex Mss. et Savil. ἐν νόμῳ.
[c] Quidam Mss. et Savil. δίκην ὑποστήσονται.
[a] Quatuor Mss. ἔχων εὐειδῆ.
[b] Alii κατασκευάζοντος.

ἀσχημοσύνην περιβεβλημένους, καὶ οὐκ εἰδότας, [c] ὅ τι καὶ πράξουσι, πρὸς τὸ μὴ γυμνοὺς εἶναι καὶ ἐνασχημονεῖν, χιτῶνας αὐτοῖς ἐργάζεται δερματίνους καὶ ἀμφιέννυσι. Τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ διαβόλου μηχανήματα· ἐπειδὰν γὰρ εὕρῃ τοὺς αὐτῷ πειθομένους, διὰ τῆς βραχείας ἡδονῆς ὑποσκελίσας, καὶ εἰς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν βυθὸν [d] καταγαγὼν, καὶ πάσης αἰσχύνης καὶ ἀτιμίας πληρώσας, ἀφίησι κεῖσθαι κάτω, ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς ὁρῶσιν. Ἀλλ' ὁ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν κηδεμὼν, ὁρῶν αὐτοὺς ἐν ἀμηχανίᾳ πολλῇ, D οὐδὲ οὕτω περιιδεῖν ἀνέχεται, ἀλλὰ σκέπην αὐτοῖς ἐπινοεῖ, διὰ τῆς εὐτελείας τοῦ ἐνδύματος δεικνὺς αὐτοῖς οἷων ἑαυτοὺς κατέστησαν ἀξίους ἐνδυμάτων. Καὶ ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Ὁρᾶ πόση τῆς θείας Γραφῆς ἡ συγκατάβασις. Ἀλλ' ὅπερ πολλάκις εἶπον, καὶ νῦν λέγω· θεοπρεπῶς ἅπαντα νοῶμεν, καὶ τὸ Ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, προσέταξεν, νοῶμεν. Ἐκέλευσε χιτῶνας δερματίνους αὐτοὺς [e] περιβαλέσθαι ὑπόμνημα διηνεκὲς τῆς παρακοῆς.

enim aliquos invenerit qui sibi pareant, eos voluptate quadam modica supplantatos, et in profundum malitiæ projectos, omnique confusione et ignominia plenos, jacere relinquit, miserabile omnibus qui illum vident spectaculum. At animarum nostrarum Curator, videns illos in tantis difficultatibus, in hoc statu positos non despicit, sed velamentum illis excogitat, per vestem vilem ostendens qualibus se vestimentis dignos fecerint. *Et fecit Dominus Deus Adæ et uxori illius vestes pelliceas et induit illos.* Vide, quæso, quantam sermonis humilitatem nobis attemperat divina Scriptura. Sed quod sæpe dixi, id et nunc dico : omnia ita intelligamus, sicut par est de Deo intelligi. Verbum *Fecit* accipe pro eo quod est, imperavit ut essent. Jussit enim tunicis pelliceis vestiri in perpetuam inobsequentiæ memoriam.

Quomodo vestes pelliceas primo parenti et uxori fecit Deus.

Ἀκουέτωσαν οἱ πλουτοῦντες, οἱ ἐντρυφῶντες τοῖς τῶν σκωλήκων νήμασι, καὶ τὰ σηρικὰ περιβαλλόμενοι, καὶ μανθανέτωσαν πῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἔκ προοιμίων παιδεύων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, ἐπειδὴ διὰ τὴν παράβασιν τῷ ἐπιτιμίῳ τοῦ θανάτου γέγονεν ὑπεύθυνος ὁ πρωτόπλαστος, ἐχρῆν δὲ ἱμάτιον αὐτῷ περιτεθῆναι τὸ τὴν αἰσχύνην καλύπτον, δερματίνους αὐτοῖς ἐποίησε χιτῶνας, διδάσκων ἡμᾶς φεύγειν τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον βίον, καὶ μὴ τὸν ἀνειμένον καὶ βλακείας γέμοντα μεταδιώκειν, ἀλλὰ τὸν αὐστηρὸν μᾶλλον ἀσπάζεσθαι. 152 A Ἀλλ' ἴσως ἀχθόμενοι πρὸς τὰ λεγόμενα οἱ πλουτοῦντες ἐροῦσι· τί οὖν; δερματίνους ἡμᾶς χιτῶνας κελεύεις περιβαλέσθαι; Οὐ τοῦτο λέγω· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκείνοις τοῖς χιτῶσιν ἐκέχρηντο· ὁ γὰρ φιλάνθρωπος Δεσπότης ἀεὶ ταῖς προλαβούσαις εὐεργεσίαις ἑτέρας προστίθησιν. Ἐπειδὴ γὰρ λοιπὸν ὑπευθύνους ἑαυτοὺς κατέστησαν ταῖς σωματικαῖς ἀνάγκαις, τῆς ἀπαθείας ἐκείνης καὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς ἀποστερηθέντες, μετὰ ταῦτα ᾠκονόμησεν, ἀπὸ τῶν ἐρίων τῶν προβάτων τὰ ἐνδύματα τοῖς ἀνθρώποις κατασκευάζεσθαι, οὐδενὸς ἑτέρου ἕνεκεν, ἢ ὥστε σκέπην γενέσθαι, καὶ μὴ τὸ λογικὸν τῶν ζῴων κατὰ τὸ αὐτὸ B τοῖς ἀλόγοις ἐν γυμνότητι καὶ ἀσχημοσύνῃ διάγειν. Ἡ τοίνυν τῶν ἱματίων περιβολὴ ὑπόμνησις ἡμῖν γενέσθω διηνεκὴς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐκπτώσεως, καὶ τῆς τιμωρίας διδασκαλία, ἣν διὰ τὴν παρακοὴν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐδέξατο. Λεγέτωσαν τοίνυν ἡμῖν οἱ τοσαύτῃ κεχρημένοι τῇ φαντασίᾳ, ὡς μηδὲ εἰδέναι

2. Audiant opulenti, et qui luxuriant in vermium textilibus, ac vestiuntur sericis, discantque quomodo ab initio humanam docens naturam benignus Dominus, quia propter transgressionem pœnæ mortis reus erat primus homo, opusque habebat veste quæ pudorem tegeret, pelliceas ipsi fecit vestes : quo docuit nos, ut mollem et dissolutam vitam fugiamus, neque inertem et remissam sectemur, sed magis austeram amplexemur. Sed forte gravatim ferentes hæc divites, dicent : Quid igitur? an pellibus vestiri nos jubes? Non hoc dico : nam neque illi perpetuo usi fuerunt his vestibus ; benignus enim Dominus prioribus semper beneficiis recentiora quædam superaddit. Nam postquam sese corporalibus necessitatibus obnoxios fecere, et a dolore vacua et angelica vita exciderunt, dispensavit Deus, ut ex ovium velleribus homines indumenta sibi pararent, non alia de causa, quam ut tegumentum habeant, et ne rationale animal hoc non secus ac bruta in nuditate et dedecore vitam degat. Itaque vestium amictus continuum nobis sit monimentum, quo memores simus, quantis bonis exciderimus, et discamus quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis qui tanto utuntur apparatu, ut jam usum lanæ prorsus nosse nolint, sed serico vestiantur, eoque insaniæ pervenere, ut aurum vestibus intexant : in primis

Luxus in vestibus tempore Chrysostomi.

[c] Savil. et alii ὅ τι καὶ πράξουσι. τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ, omissis intermediis.

[d] Aliquot Mss. καταβαλών.

[e] Alii περιβεβλῆσθαι.

enim mulieres huic mollitiei deditæ sunt : Quare, dico, obsecro, corpus ita ornas, et gaudes ejuscemodi amictu? non cogitas pro magno supplicio, propter transgressionem, tegmen hoc excogitatum esse? Et quare non audis Paulum dicentem : 1. *Tim.* 6. 8. *Habentes victum et amictum, illis contenti erimus?* Vides unius dumtaxat rei habendam esse curam : videlicet, ne corpus nudum sit, sed ut tegatur, nec amplius de varietate vestium esse nos sollicitos oportet. Cæterum ad sequentia veniamus. 22. *Et dixit Dominus Deus : Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, ad sciendum bonum et malum. Et nunc ne forte extendat manum suam, et accipiat de ligno vitæ, et comedat, et vivat in sæculum.* 23. *Et emisit illum Dominus Deus ex paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumtus erat.* Hic quoque vide quam idoneis infirmitati nostræ verbis utatur Deus. *Et dixit,* inquit, *Dominus Deus : Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ad sciendum bonum et malum.* Vidisti quanta dictionis humilitas? Hæc autem, ut decet, digne de Deo intelligamus. Vult enim per hæc verba in memoriam referre, quomodo decepti fuerint a diabolo per serpentem. Quandoquidem ille dicebat, *Si comederitis, eritis ut dii,* et spe potiendæ æqualitatis cum Deo cibum hunc sumere ausi sunt. Atque hac de causa Deus iterum illos monere volens, ut sentirent quam graviter essent lapsi per inobedientiam et deceptionem, inquit : *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.* In tantum ruborem hoc verbum injicit, ut transgressorem graviter tangere valeat. Ideo, inquit, contemsisti mandatum meum quod æqualem te Deo fore putares? Ecce factus es quod exspectasti : imo non quod exspectasti, sed qualem te fieri dignum erat. *Ecce,* inquit, *Adam factus est quasi unus ex nobis, ad sciendum bonum et malum.* Hoc enim fallax diabolus dicebat per serpentem, *Aperientur oculi vestri, eritisque sicut dii, scientes bonum et malum. Et nunc ne forte extendat manum et tangat lignum vitæ, et comedat, et vivat in æternum.* Vide, oro, hic misericordiam Domini. Oportet enim quod dictum est diligenter scrutari, ut nihil eorum quæ in fundo sunt abscondita, latere nos queat. Cum Deus Adamo mandatum daret, λοιπὸν τὰ ἀπὸ τοῦ ἐρίου τῶν προβάτων ἐνδύματα, ἀλλὰ τὰ σηρικὰ [a] περιβαλλόμενοι, καὶ εἰς τοσοῦτον ἐξοχείλαντες μανίας, ὡς καὶ χρυσίον συνυφαίνειν τοῖς ἐνδύμασι· μάλιστα γὰρ τὸ τῶν γυναικῶν γένος ταύτην ἡμῖν ἐπιδείκνυται τὴν βλακείαν· τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τούτοις τὸ σῶμα καλλωπίζεις, καὶ χαίρεις τῇ ἐντεῦθεν περιβολῇ, καὶ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι ἀντὶ μεγίστης τιμωρίας διὰ τὴν παράβασιν ἡ σκέπη αὕτη ἐπενοήθη; Διὰ τί γὰρ μὴ ἀκούεις Παύλου λέγοντος· Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα; Ὁρᾷς ὅτι ἑνὸς μόνου δεῖ φροντίζειν, τοῦ μὴ γυμνὸν εἶναι τὸ σῶμα, [b] τοῦ σκέπεσθαι μόνον, μηκέτι δὲ καὶ περὶ διαφορᾶς ἐσθῆτος φροντίδα ποιεῖσθαι. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἔλθωμεν. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. Καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. Ὅρα πάλιν Θεοῦ συγκατάβασιν. Καὶ εἶπε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. Εἶδες πόση τῆς λέξεως ἡ ταπείνωσις; Ταῦτα δὲ ἅπαντα θεοπρεπῶς νοῶμεν. Βούλεται γὰρ ἐνταῦθα διὰ τῶν ῥημάτων τούτων τῆς ἀπάτης ἡμᾶς ὑπομνῆσαι, ἣν ἠπατήθησαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου διὰ τοῦ ὄφεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν ἐκεῖνος, ὅτι Ἐὰν φάγητε, ἔσεσθε ὡς θεοὶ, καὶ ἰσοθείας ἐλπίδι τῆς βρώσεως κατετόλμησαν· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς πάλιν ἐντρέψαι αὐτοὺς βουλόμενος, καὶ εἰς αἴσθησιν ἀγαγεῖν τῶν ἐπταισμένων, καὶ τῆς παρακοῆς τὸ μέγεθος δεῖξαι, καὶ τῆς ἀπάτης τὴν ὑπερβολὴν, φησίν· Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Μεγάλη τοῦ ῥήματος ἡ ἐντροπὴ, καθικέσθαι δυναμένη τοῦ παραβάντος. Διὰ τοῦτο, φησὶ, κατεφρόνησας τῆς ἐντολῆς τῆς ἐμῆς [c] ἰσοθείαν φαντασθείς; Ἰδοὺ γέγονας ὃ προσεδόκησας· μᾶλλον δὲ οὐχ ὃ προσεδόκησας, ἀλλ' ὅπερ ἧς ἄξιος γενέσθαι. Ἰδοὺ, φησὶ, γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. Τοῦτο γὰρ ὁ ἀπατεὼν διάβολος αὐτοῖς ἔλεγε διὰ τοῦ ὄφεως, ὅτι Διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. Καὶ νῦν μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα, καὶ ἅψηται τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅρα μοι ἐνταῦθα φιλανθρωπίαν Δεσπότου. Δεῖ γὰρ μετὰ ἀκριβείας [a] διερευνῆσαι τὸ εἰρημένον, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς λαθεῖν δυνηθῇ τῶν ἐν τῷ βάθει τούτῳ κεχρυμμένων. Ἡνίκα τὴν ἐντολὴν ἐδίδου τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, οὐδενὸς

[153]

[a] Alii *περιβεβλημένοι*. [Mox Savil. *γὰρ* uncis inclusit.]

[b] Savil. et alii *τοῦ σκέπεσθαι αὐτὸ μόνον*.

[c] *Ἰσοθείαν φαντασθείς*, hæc desunt in Morel. sed habentur in Savil. et aliquot Mss.

[a] Sic Savil. et Morel. Coislin. vero *διερμηνεῦσαι*. Tres Mss. *ἐρευνῆσαι*.

ἑτέρου ἀποσχέσθαι αὐτὸν προσέταξεν, ἢ μόνον τοῦ ξύλου, οὗ τῆς βρώσεως κατατολμήσας τὸ ἐπιτίμιον τοῦ θανάτου ἐδέξατο· ὅπερ ἐντελλόμενος αὐτῷ ὥρισεν, εἰ παραβαίη, περὶ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου οὐδὲν διαστειλάμενος. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, καὶ ἔστι συνιδεῖν, ἀθάνατον αὐτὸν ἐδημιούργησεν, ἐξῆν αὐτῷ, εἴπερ ἐβούλετο, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐκείνου μεταλαμβάνειν, δυναμένου διηνεκῆ τὴν ζωὴν αὐτῷ προξενεῖν· διόπερ οὐδεμίαν ἐντολὴν περὶ ἐκείνου δέχεται.

Εἰ δέ τις βούλοιτο περίεργος ὢν ζητεῖν, διὰ τί ξύλον ζωῆς ἐκαλεῖτο, μανθανέτω μὴ πάντα μετὰ ἀκριβείας τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἀκολουθοῦντα δύνασθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα κατοπτεύειν. Ἔδοξε γὰρ τῷ Δεσπότῃ, ἵνα γυμνασίαν ἔχῃ ὑπακοῆς καὶ παρακοῆς ὁ ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος ἐν τῷ παραδείσῳ διάγων, καὶ τὰ δύο ταῦτα ξύλα ἐκεῖ ἀναδεῖξαι, τὸ μὲν τῆς ζωῆς, τὸ δὲ, ὡς εἰπεῖν, τοῦ θανάτου. Ἡ γὰρ τούτου βρῶσις καὶ ἡ παράβασις τῆς ἐντολῆς τὸν θάνατον αὐτῷ ἐπήγαγεν. Ἐπεὶ οὖν τούτου μετασχὼν θνητὸς γέγονε, καὶ ταῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις λοιπὸν ὑπεύθυνος, καὶ ἀρχὴν ἔλαβε τῆς ἁμαρτίας ἡ εἴσοδος, δι' ἣν καὶ ὁ θάνατος ὑπὸ τοῦ Δεσπότου συμφερόντως ᾠκονομήθη, οὐκέτι λοιπὸν ἀφίησιν ἐν τῷ παραδείσῳ τὸν Ἀδὰμ, ἀλλ' ἐξελθεῖν ἐκεῖθεν προστάττει, δεικνὺς, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον τοῦτο [b] ποιεῖ, ἢ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν περὶ αὐτόν. Καὶ ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς, ἀναγκαῖον αὐτὰ πάλιν ἀναγνῶναι τὰ ῥήματα τῆς θείας Γραφῆς. Καὶ νῦν, φησὶ, μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα, καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, πολλῆς ἀκρασίας δείγματα παρέσχε διὰ τῆς ἤδη δοθείσης ἐντολῆς, καὶ θνητὸς γέγονεν, ἵνα μὴ πάλιν, φησὶ, κατατολμήσῃ καὶ τούτου τοῦ ξύλου ἐφάψασθαι τοῦ τὴν ζωὴν παρέχοντος τὴν διηνεκῆ, καὶ μέλλῃ ἀθάνατα ἁμαρτάνειν, βέλτιον αὐτὸν ἐντεῦθεν [c] ἔξω βληθῆναι· ὥστε κηδεμονίας μᾶλλον ἦν ἡ ἀγαναχτήσεως ἡ ἐκβολὴ τοῦ παραδείσου. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· καὶ τιμωρούμενος οὐκ ἔλαττον ἢ εὐεργετῶν τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐνδείκνυται, καὶ τὴν τιμωρίαν δὲ ἕνεκεν νουθεσίας ἡμῖν ἐπάγει. Ὡς εἴγε ᾔδει ἡμᾶς μὴ χείρους γενομένους τῷ ἀτιμωρητὶ ἁμαρτάνειν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐτιμωρήσατο· ἀλλὰ προανεστέλλων ἡμῶν τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον πρόοδον, καὶ τὴν πονηρίαν ἐκκόπτων τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω, τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος τιμωρεῖται· ὃ δὴ καὶ νῦν πεποίηκε. Κηδόμενος γὰρ τοῦ πρωτοπλάστου, ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου αὐτὸν προσέταξε. Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. Ὄρα μοι

beas, neque naturam agnoscas : cur adversus illum ad bellum te instruis, qui nulla te injuriam affecit? quid item habes quod parentibus objicias, quos tanta mœstitia affligere deliberas, et auctor esse terribilis tragœdiæ, ut primus eis violentam hanc mortem ostendas? Has illis mercedes reddis tuæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitium impulit? An dicere potes benevolentiam Domini erga illum, ipsum adversum te arrogantem reddidisse? Nonne præcavens ob hanc sanguinariam tuam mentem subjecit illum tibi, et tuæ potestati subdidit, et dixit, *Quia ad te conversio illius, et tu ipsius dominaberis?* Nam hoc de fratris subjectione accipiendum est. Sunt enim aliqui dicentes, de sacrificio ab eo oblato Deum talia dixisse : *Ad te conversio,* inquit, scilicet doni *illius, et tu ipsius dominaberis* : id est, eo frueris. Et ideo utrumque sensum dixi, relinquens vestræ prudentiæ, id quod dictis magis congruum videtur, eligendum. Mihi enim videtur de fratre esse dictum. *Et factum est, cum essent ipsi in campo, surrexit Cain contra Abel fratrem suum, et occidit illum.* Horrendum facinus, periculosi ausus, abominabile opus, irremissibile peccatum, efferatæ animæ propositum. *Surrexit,* inquit, *contra Abel fratrem suum, et occidit illum.* O abominabilem manum! o dexteram miserabilem! imo non manum oportet vocare abominabilem et miserabilem, sed mentem cui membrum servivit. Dicamus igitur sic, o audacem mentem, et abominabilem et miserabilem! et quidquid dici potest, non satis dicetur. Quomodo non obtorpuit ejus manus? quomodo potuit ponere gladium, et infligere plagam? quomodo non avelavit a corpore anima? quomodo valuit operari tam nefandum facinus? quomodo non inflexa est, et Cain non mutavit sententiam? quomodo non cogitavit naturam? quomodo non consideravit, antequam adoriretur nefas; operis finem? quomodo sustinuit post facinus, videre corpus fratris spiritum efflantis et palpitantis super terram? quomodo potuit videre mortuum et humi projectum, et a spectaculo non statim dissolutus est? Nam cum nos post tot annorum numerum, cum quotidie morientes videmus, quamvis naturali morte, et

ἡ μανία; τίς ἡ λύσσα; Ἔστω, πηρωθεὶς τὸν λογισμὸν οὐδένα λόγον ποιῇ τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως, οὔτε τὴν φύσιν αὐτὴν ἐπιγινώσκεις· ἀλλὰ τί πρὸς τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα οὕτως ἐξεπολεμώθης; τί καὶ τοῖς γονεῦσιν ἔχων ἐγκαλεῖν [c] τοσαύτην αὐτοῖς κατήφειαν περιβαλεῖν βουλεύῃ, καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τοῦ φοβεροῦ τούτου δράματος, καὶ πρῶτος τὸν βίαιον τοῦτον θάνατον αὐτοῖς ὑποδεῖξαι; Ταύτας αὐτοῖς ἀποδίδως τὰς ἀμοιβὰς τῆς ἀνατροφῆς; Ποία τοῦ διαβόλου μηχανὴ εἰς ταύτην σε τὴν πρᾶξιν παρώρμησε; Μὴ γὰρ ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι ἡ εὔνοια [d] τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου, ἡ περὶ αὐτὸν, ἐπαρθῆναι αὐτὸν ἐποίησε κατὰ σοῦ; Οὐχὶ προλαβὼν διὰ ταύτην σου τὴν φονικὴν γνώμην ὑπέταξεν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν εἶναι πεποίηκε, καὶ εἶπεν, ὅτι Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις; Καὶ γὰρ περὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ὑποταγῆς τοῦτο ἐκλαμβάνειν δεῖ. Εἰσὶ γάρ τινες λέγοντες, ὅτι περὶ τῆς θυσίας τῆς προσενεχθείσης παρ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν διελέχθη τὰ τοιαῦτα, ὅτι Πρὸς σὲ, φησὶ, ἡ ἀποστροφὴ [e] αὐτοῦ, τοῦ δώρου, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, σὺ αὐτοῦ ἀπολαύσεις. Διὰ τοῦτο οὖν ἀμφότερα εἰπὼν καταλιμπάνω τῇ ὑμετέρᾳ [f] συνέσει, ἵν' ὅπερ ἂν ὑμῖν ἀκολουθότερον φανῇ, δέξησθε καὶ αὐτοὶ τοῦτο. Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ εἰρῆσθαι τοῦτο. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κὰϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Φοβερὰ ἡ πρᾶξις, ἐπικίνδυνον τὸ τόλμημα, μυσαρὰ ἡ ἐπιχείρησις, ἀσύγγνωστον τὸ ἁμάρτημα, τεθηριωμένης ψυχῆς ἡ γνώμη. Ἀνέστη, φησὶν, ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὦ μιαρᾶς χειρός· ὦ δεξιᾶς ἐλεεινῆς· μᾶλλον δὲ οὐ τὴν χεῖρα ἐλεεινὴν δεῖ καλεῖν καὶ μιαρὰν, ἀλλὰ τὴν γνώμην, ᾗ καὶ τὸ μέλος ὑπηρετήσατο. Εἴπωμεν τοίνυν οὕτως· ὦ γνώμης τολμηρᾶς, καὶ μιαρᾶς, καὶ ἐλεεινῆς, καὶ ὅπερ ἂν εἴποι τις, οὐδὲν ἄξιον ἐρεῖ. Πῶς οὐκ ἐνάρκησεν αὐτοῦ ἡ χεὶρ; πῶς ἠδυνήθη [a] κατασχεῖν τὸ ξίφος, καὶ τὴν πληγὴν ἐπαγαγεῖν; πῶς οὐκ ἀπέπτη τοῦ σώματος ἡ ψυχή; πῶς ἴσχυσεν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὸ ἀνόσιον τοῦτο τόλμημα; πῶς οὐκ ἐπεκάμφθη, καὶ μετέβαλε τὴν γνώμην; πῶς οὐκ ἔλαβεν ἔννοιαν τῆς φύσεως; πῶς οὐκ ἐλογίσατο πρὸ τῆς ἐπιχειρήσεως τὸ τέλος τοῦ γινομένου; πῶς ἤνεγκε μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἰδεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφοῦ σπαῖρον ἐπὶ τῆς γῆς; πῶς ἴσχυσε θεάσασθαι σῶμα νεκρὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρριμμένον, καὶ οὐ διελύθη εὐθὺς ἀπὸ τῆς θέας; Εἰ γὰρ ἡμεῖς μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν, καθ' ἑκάστην

[a] Reg. unus et Coislin. τοσαύτῃ αὐτοῖς κατηφείᾳ. Mox Coislin. τοῦ φοβεροῦ τούτου πράγματος.

[d] Quatuor Mss. et Savil. τοῦ κοινοῦ δεσπότου.

[e] [Αὐτοῦ addidimus e Savilio.]

[f] Συνέσει, ὅπερ ἂν ὑμῖν καταλλήλως τοῖς εἰρημένοις φανῇ· κατὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ τὸ τοιοῦτον δέξασθε. ἐμοί. Sic quidam Mss.

[a] Regius unus καταγάγεῖν τὸ ξίφος.

ἡμέραν ὁρῶντες τοὺς τελευτῶντας, καὶ ταῦτα οἰκεία τελευτῇ τῆς ζωῆς μεθισταμένους, καὶ οὐδαμόθεν ἡμῖν προσήκοντας [b] κατακλώμεθα, κἂν ἐχθρὸς ᾖ καταλύομεν τὴν ἔχθραν· πολλῷ δὴ μᾶλλον τοῦτον εἰκὸς ἦν διαλυθῆναι, καὶ ἀθρόον ἀφεῖναι τὴν ψυχὴν, ὁρῶντα τὸν πρὸ μικροῦ διαλεγόμενον, ἀδελφὸν τὸν ὁμομήτριον, τὸν ὁμοπάτριον, τὸν τὰς αὐτὰς αὐτῷ λύσαντα ὠδῖνας, τὸν τὴν παρὰ Θεοῦ εὔνοιαν ἐπισπασάμενον, ἐξαίφνης ἄπνουν καὶ ἀνενέργητον κείμενον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς σπαίροντα.

Ἀλλ' ἴδωμεν πάλιν καὶ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην D πρᾶξιν, καὶ μετὰ τὸ τολμῆσαι τοῦτο τὸ πάσης συγγνώμης ἀπεστερημένον, πόσῃ κέχρηται συγκαταβάσει καὶ φιλανθρωπίᾳ ὁ τῶν ἁπάντων Θεός. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν. Αὐτὸ τοῦτο μόνον πόσης ἐστὶν ἀγαθότητος, τὸν τὰ τοιαῦτα ἐργασάμενον ἀποκρίσεως ἀξιῶσαι; Εἰ γὰρ ἡμεῖς πολλάκις τοὺς ὁμογενεῖς βδελυττόμεθα, ἐπειδὰν ἴδωμεν τοιοῦτόν τι τόλμημα ἐργασαμένους· πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἐκπλήττεσθαι δεῖ τοσαύτῃ τῇ ἀνεξικακίᾳ κεχρημένον, καὶ μάλα εἰκότως. Ἰατρὸς γάρ ἐστι, καὶ πατὴρ φιλόστοργος· καὶ ὡς μὲν ἰατρὸς πάντα ποιεῖ καὶ πραγμα- E τεύεται, ὥστε τοὺς ἐν χαλεπαῖς ἀῤῥωστίαις τυγχάνοντας πρὸς ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν· ὡς δὲ πατὴρ φιλόστοργος τοὺς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν διὰ ῥᾳθυμίαν προδεδωκότας βούλεται διὰ τῆς πατρικῆς φιλοστοργίας εἰς τὴν προτέραν ἀγαγεῖν εὐημερίαν. Ἐπεὶ οὖν πολὺ τῆς ἀγαθότητός ἐστιν αὐτοῦ τὸ μέγεθος, βούλεται καὶ πρὸς τὸν τὰ τοιαῦτα τετολμηκότα πολλὴν τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν· 164 Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Πολλὴ καὶ ἄπειρος ἡ A ἀνεξικακία τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἠγνόει ἠρώτα, ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεποίηκεν· οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν [a] τὸ αὐτὸ εἰπεῖν. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνον ὁρῶν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς γυμνότητος κρυπτόμενον ἠρώτα, Ποῦ εἶ; οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ παῤῥησίας αὐτῷ ἀφορμὰς διδοὺς, ὥστε διὰ τῆς ὁμολογίας τοῦ πταίσματος ἀπονίψασθαι τὸ πλημμέλημα (τοῦτο γὰρ ἔθος αὐτῷ, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὴν ὁμολογίαν ἀπαιτεῖν παρ' ἡμῶν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ συγχώρησιν παρέχειν)· ἐρωτᾷ καὶ νῦν τὸν Κάϊν, καί φησι, Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Ἄγνοιαν προσποιεῖται ὁ B φιλάνθρωπος Δεσπότης, ἵνα διὰ τῆς ἐρωτήσεως παρασκευάσῃ τὸν τὰ τοιαῦτα εἰργασμένον ἐπιχθῆναι πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ πλημμελήματος, καὶ δυνηθῇ συγγνώμης τινὸς ἴσως καὶ φιλανθρωπίας ἐπιτυχεῖν. Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Τί οὖν ὁ ἀγνώμων καὶ ἀναίσθητος, ὁ ἰταμὸς καὶ ἀναίσχυντος; Δέον ἐννοῆσαι ὅτι οὐκ ἀγνοῶν ἐρωτᾷ, ἀλλὰ τὴν παρ' αὐτοῦ [b] ἀπαι-

sanguine nihil nobis junctos, viribus destituimur, et si inimicus sit, inimicitiarum finem facimus: quanto magis hunc disperire par erat, et statim emittere animam, cum videret fratrem, qui paulo antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitum, ejusdem uteri partu editum, Deo singulari benevolentia acceptum, subito absque spiritu et operatione jacentem, et super terram palpitantem?

2. At videamus post nefarium illud facinus, et post flagitium nulla venia dignum quanta iterum indulgentia quantaque benignitate omnium Deus utitur. 9. *Et dixit Deus ad Caïn.* Idipsum vel solum quantæ bonitatis fuerit, quod eum qui tanta facinora commiserit, colloquio dignetur? Nam cum nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quando viderimus eos tale quoddam facinus perpetrasse: multo magis bonum Deum mirari par est tanta utentem tolerantia: et jure merito. Medicus enim est, et clementissimus pater: et sicut medicus nihil non facit ut qui gravi morbo laborant, ad sanitatem reducantur: et sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatem suam per ignaviam amisere, paterna indulgentia ad pristinam felicitatem restituere cupit. Proinde quia immensæ bonitatis est, iterum benignitatem suam illi, qui talia fuerat ausus, ostendere vult. Dicit enim illi: *Ubi est Abel frater tuus?* Multa et immensa Dei patientia est. Non enim interrogat quasi ignoret, sed idipsum agit, quod et patri illius fecerat: nihil enim obstat, quin idem denuo dicatur. Nam quemadmodum illum, cum se præ pudore nuditatis tegeret, rogabat: *Ubi es?* non *Gen.* 3. 9. ignorans, sed fiduciæ occasiones illi præbens, ut per confessionem peccati delictum ablueret (hunc enim morem habet, ut ab initio a nobis peccatorum exigat confessionem, et veniam præbeat): ita et nunc rogat Cain, et inquit: *Ubi est Abel frater tuus?* Ignorantiam simulat benignus Dominus, hac interrogatione eum, qui talia commiserat, præparans, ut ad peccati confessionem adduceretur, possetque veniam forte et misericordiam assequi. *Ubi est Abel frater tuus?* Quid igitur ad hæc ingratus, stupidus, temerarius et impudens? Cum cogitandum esset Deum non ignarum rei interrogare, sed ab ipso confessionem criminis exigere, et nos docere, num-

[b] Mss. quinque κατακλώμεθα, συστελλώμεθα. κἂν.

[a] Savil. et Reg. unus τὰ αὐτὰ εἰπεῖν.

[b] Sic Savil. et alii. Morel. ἀπαιτῶν ἀπολογίαν, perperam.

quam causa non examinata sententiam contra fratres nostros esse ferendam, et in mentem revocare consilium Domini, qui hunc illius conatum reprimens, et conscius etiam antequam res eveniret, quid ille haberet in animo, remediis ad præveniendum usus est : cum oportuisset his omnibus cogitatis, finem facere insaniæ, dicere quid factum, ostendere medico ulcus, et accipere ab illo pharmaca : ille iterum auget vulnus, et ulcus gravius reddit. *Et dixit*, inquit, *Nescio*. Vide responsi impudentiam. Num homini loqueris, quem forte decipere posses ? Nescis, infelix et miser, quis est qui tibi loquitur ? non cogitas, ipsum ob bonitatem magnam interrogare, occasionem quamdam invenire cupientem, per quam suam tibi declaret humanitatem, et ut postea tentatis a se omnibus, nullam habeas defensionem, utpote qui pœnæ teipsum obnoxium constituas ? *Et dixit*, inquit, *Nescio. Num custos fratris mei sum ego* ? Cogita hic conscientiæ accusationem et quomodo qui conscientia impellebatur, ut ita dicam, nec postquam dixit, *Nescio*, finem dicendi fecit, sed subdidit: *Num custos fratris mei sum ego ?* tantum non seipsum redarguens. Atenim si ex consequenti abstergeretur, secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis te esse oportebat. Hoc enim natura decrevit, et oportet eos qui ex eodem utero nati sunt mutuo esse custodes. Quod si hoc nolebas, et noluisti custos esse fratris : quare ergo illius interfector es factus, et eum qui te nulla affecit injuria occidisti, et putasti nullum fore qui te de hoc reprehensurus esset? Sed expecta, et videbis accusatorem tuum fore eum qui interfectus et prostratus jacet, et te viventem et ambulantem, clara voce accusaturum.10. *Et dicit Deus: Quid feciſti hoc ?* Magna hujus verbi recondita vis est, et emphasis. Quare, inquit, hoc operatus es? quare admisisti nefarium hoc facinus, abominabile opus, factum inexpiabile, insaniam intolerabilem, cædem novam et stupendam, jam primum in hominum vitam tua dextera invectam? cur fecisti hoc tam magnum, tam terribile, quo non est peccatum aliud gravius? *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Num homo sum, inquit, qui solam illam vocem audiam, quæ per linguam profertur? Deus sum, qui possum et per sanguinem audire clamantem, et humi prostratum. Ecce

Accusatio conscientiæ quam gravis.

τῶν ὁμολογίαν, καὶ ἡμᾶς παιδεύων μηδέποτε πρὸ τῆς ἀποδείξεως καταψηφίζεσθαι τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθεῖν τῆς τοῦ Δεσπότου συμβουλῆς, καὶ ὅτι τούτην αὐτοῦ τὴν ἐπιχείρησιν ἀναστέλλων, καὶ εἰδὼς καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ κίνησιν, προφυλακτικοῖς ἐχρήσατο φαρμάκοις· δέον ταῦτα πάντα ἐννοήσαντα μέχρι τούτου στῆσαι τὰ τῆς μανίας, καὶ εἰπεῖν τὸ γεγονὸς, καὶ δεῖξαι τῷ ἰατρῷ τὸ ἕλκος, καὶ δέξασθαι τὰ παρ' αὐτοῦ φάρμακα· ὁ δὲ πάλιν ἐπιτείνει [c] τὸ τραῦμα καὶ τὴν νομὴν τῶν ἑλκῶν βαρυτέραν ἐργάζεται. Καὶ εἶπε, φησὶν, οὐ γινώσκω. [d] Ὅρα ἀποκρίσεως ἀναίδειαν. Μὴ γὰρ ἀνθρώπῳ διαλέγῃ, ὃν ἴσως καὶ παραλογίσασθαι δυνατὸν ἦν; Οὐκ οἶδας, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, τίς ἐστιν ὁ πρὸς σὲ διαλεγόμενος; οὐ λογίζῃ, ὅτι διὰ πολλὴν ἀγαθότητα πυνθάνεται, βουλόμενος ἀφορμήν τινα εὑρεῖν, δι' ἧς τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρωπίαν, καὶ ἵνα λοιπὸν τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἅπαντα ἐπιδειξαμένου, μηδεμίαν ἔχῃς ἀπολογίαν τῇ τιμωρίᾳ σαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας; Καὶ εἶπε, φησὶν, οὐ γινώσκω. Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μού εἰμι ἐγώ; Ἐνόει μοι ἐνταῦθα τοῦ συνειδότος τὴν κατηγορίαν, καὶ ὅπως ὠθούμενος, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως οὐκ ἔστη μέχρι τοῦ εἰπεῖν, Οὐ γινώσκω, ἀλλ' ἐπήγαγε, Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μού εἰμι ἐγώ; μονονουχὶ ἑαυτὸν ἐλέγχων. Καίτοι εἴ σοι κατὰ ἀκολουθίαν ἅπαντα ἐπέπρακτο, καὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἐχρῆν σε καὶ φύλακα εἶναι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σωτηρίας. Τοῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐπέτρεπε, καὶ ἔδει τοὺς τὰς αὐτὰς λύσαντας ὠδῖνας, ἀλλήλων φύλακας εἶναι. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἐβούλου, μηδ' ἤθελες εἶναι φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ, τίνος ἕνεκεν [d] καὶ σφαγεὺς ἐγένου, καὶ τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα ἐφόνευσας, καὶ ἐνόμισας μηδὲ τὸν ἐλέγχοντα ἔχειν; Ἀλλ' ἀνάμεινον, καὶ ὄψει αὐτόν σου κατήγορον γινόμενον τὸν ἀνῃρημένον, καὶ νεκρὸν κείμενόν σου τοῦ ζῶντος καὶ βαδίζοντος λαμπρᾷ τῇ φωνῇ [e] κατηγοροῦντα. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, τί ἐποίησας τοῦτο; Πολλὴ καὶ τοῦ ῥήματος ἡ ἔμφασις. Τίνος ἕνεκεν, φησὶ, τοῦτο διεπράξω; τί ἐποίησας τοῦτο τὸ ἀνόσιον τόλμημα, τὸ μιαρὸν ἐπιχείρημα, τὴν πρᾶξιν τὴν ἀσύγγνωστον, τὴν μανίαν τὴν ἀφόρητον, τὸν φόνον τὸν καινὸν καὶ ξένον, καὶ πρῶτον τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ εἰσενεχθέντα διὰ τῆς σῆς δεξιᾶς; τί ἐποίησας τοῦτο τὸ μέγα καὶ φοβερὸν, τὸ μὴ ἔχον ἑτέραν ὑπερβολὴν ἁμαρτήματος; Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρὸς μὲ ἐκ τῆς γῆς. Μὴ γὰρ ἄνθρωπός εἰμι, φησὶν, ἐκείνης μόνης τῆς φωνῆς τῆς διὰ γλώττης προφερομένης ἀκούων; Θεός εἰμι δυνάμενος καὶ δι' αἵματος ὑπακούειν βοῶντος, καὶ χαμαί που κάτω κειμένου. Ἰδοὺ

[c] Morel. τὰ τραύματα. Alii τὸ τραῦμα.

[d] Quinque Mss. καὶ φονεύς. Mox unus τὸν ἔλεγχον ἔχειν.

[e] Savil. et tres Mss. καταβοῶντα.

χὰρ πόσον ἵπταται τοῦ αἵματος τούτου ἡ φωνὴ, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν, καὶ παρατρέχειν τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς ἀνωτέρω δυνάμεις, καὶ παρ' αὐτὸν ἵστασθαι τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν, καὶ τὴν σὴν μιαιφονίαν [a] ἀποδύρεσθαι, καὶ τῆς ἀνοσίας πράξεως κατηγορεῖν. Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρὸς μὲ ἐκ τῆς γῆς. Μὴ γὰρ, φησὶν, εἰς ξένον καὶ ἀλλότριον τὴν παρανομίαν ταύτην εἰργάσω; Εἰς τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν, τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα. Ἀλλ' ἴσως ἡ παρ' ἐμοῦ εὔνοια τὸν φόνον αὐτῷ τοῦτον ἔτεκε, καὶ μὴ δυνάμενος ἐμοὶ μάχεσθαι, εἰς ἐκεῖνον τὸν ἀκάθεκτον θυμὸν [b] ἐξεκένωσας. Διά τοι τοῦτο C τοιαύτην ἐπάξω σοι τιμωρίαν, ὡς μηδὲ λήθῃ παραδοθῆναι τὸ τολμηθὲν, καὶ τὴν διὰ τοῦτο ἐπενεχθεῖσάν σοι τιμωρίαν, ἵνα τὰ εἰς σὲ γενόμενα σωφρονισμὸς γένηται τοῖς μετὰ ταῦτα ἅπασι. Καὶ νῦν, ἐπειδὴ τοῦτο εἰργάσω, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγες τὰ κακῶς σοι δόξαντα, καὶ ὑπὸ τοῦ φθόνου τοῦ πολλοῦ εἰς τὸν φόνον ὥρμησας, Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς.

Ὁρᾷς τῆς κατάρας τὴν διαφορὰν, ἀγαπητέ; Μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς, ἀλλ' ἐκ τοῦ μεγέθους τῆς κατάρας ἐννόει τοῦ τολμήματος τὴν ὑπερβολήν. [c] Καὶ ὅσῳ D μεῖζον τοῦτο τὸ ἁμάρτημα τῆς παραβάσεως τοῦ πρωτοπλάστου, ἐκ τῆς διαφορᾶς τῆς κατάρας ἔξεστι τῷ βουλομένῳ συνιδεῖν. Ἐκεῖ μὲν γάρ φησιν, Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν [d] τὴν κατάραν ἐξέχεε, τὴν κηδεμονίαν τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπιδεικνύμενος· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἡ πρᾶξις ὀλεθρία, καὶ τὸ τόλμημα παράνομον, καὶ τὸ ἐπιχείρημα ἀσύγγνωστον, αὐτὸς τὴν κατάραν δέχεται· Ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, σὺ ἀπὸ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ αὐτὰ σχεδὸν τῷ ὄφει εἰργάσατο, καθάπερ ὀργάνῳ ὑπηρετησαμένῳ τῇ τοῦ διαβόλου γνώμῃ, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος διὰ τῆς ἀπάτης τὴν θνητότητα εἰσήγαγεν· οὕτω καὶ οὗτος ἀπατήσας τὸν ἀδελφὸν, καὶ εἰς τὸ E πεδίον ἐξαγαγὼν, τὴν δεξιὰν ὥπλισε κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸν φόνον εἰργάσατο. Διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐκείνῳ ἔλεγεν· Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῆς γῆς· οὕτω καὶ τούτῳ, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ εἰργάσατο. Ὥσπερ γὰρ ὁ διάβολος ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας κινούμενος, καὶ οὐ φέρων τὰς ἀφάτους εὐεργεσίας τὰς εἰς τὸν ἄνθρωπον γεγενημένας ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοι- 166
μίων, ἀπὸ τοῦ φθόνου ἐπὶ τὴν ἀπάτην ὥρμησε [a] τὴν A
τὸν θάνατον εἰσάγουσαν· οὕτω καὶ οὗτος θεασάμενος εὐνοϊκῶς τὸν Δεσπότην πρὸς τὸν ἀδελφὸν διακείμενον, ἀπὸ τοῦ φθόνου ἐπὶ τὸν φόνον ὥρμησε. Διό φησι πρὸς αὐτόν· Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς. Κατηραμένος ἔσῃ, φησὶ, καὶ αὐτῇ τῇ γῇ ἐκείνῃ, [c] Ἣ ἔχανε τὸ

quousque volat vox sanguinis hujus, usque in cælum a terra ascendit, et prætercurrens cælum, cæloque superiores virtutes, regio solio assistit, et tuum deplorat homicidium, ac nefarium hoc scelus accusat. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Num, inquit, in alienum et hospitem iniquitatem hanc patrasti? In fratrem tuum, illum qui nulla te injuria affecerat, sævisti. Sed forte benevolentia mea hanc illi cædem peperit, et cum non posses mecum pugnare, in illum effudisti furorem tuum indomitum. Eapropter talem tibi pœnam inferam, ut audax istud facinus oblivioni tradi non possit; et quæ in te fiunt, omnibus posthac sequuturis castigatio et admonitio sint. *Et nunc*, quia hoc fecisti, et malam voluntatem ad effectum deduxisti, et per invidiam cædem commisisti, *Maledictus tu de terra.*

3. Vides maledictionis differentiam, dilecte? Ne igitur inconsideranter hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine flagitii immanitatem expende. Nam quanto majus sit peccatum hoc prævaricatione primi hominis, ex maledictionis varietate scire volenti licet. Illic enim inquit: *Maledicta terra in operibus tuis*: et in terram *Gen. 3. 17.* effusa est maledictio, ostensa sua in hominem cura: hic vero quia opus perniciosum, facinus iniquum, et inexpiabile flagitium, ipse maledictum excipit: 11. *Et nunc maledictus*, inquit, *tu de terra.* Nam quia ferme eadem egit quæ serpens, et quasi organum servivit diaboli sententiæ, et sicut ille fraude mortalitatem introduxit: sic et hic deceptum fratrem et in campum eductum armata in illum manu occidit. Propter ea sicut illi dixit, *Maledictus tu inter omnes* *Gen. 3. 14.* *bestias terræ*: sic et huic, qui eadem quæ ille operatus fuit. Nam sicut diabolus, odio et invidia motus, non ferens tot ineffabilia beneficia, quæ in hominem ab initio collata sunt, invidia ad deceptionem exstimulatus est, quæ mortem induceret: ita et hic Dei erga fratrem suum benevolentiam magnam videns, ex invidia ad homicidium prosiliit. Idcirco dicit illi: *Et nunc maledictus tu de terra.* Maledictus, inquit, eris, et terræ illi, *Quæ aperuit os suum, ut sanguinem fratris tui de manu tua exciperet.* Et terræ illi, inquit, eris maledictus, quæ sus-

[a] Savil. et Reg. unus ἀποδύρασθαι.
[b] Duo Mss. ἐκένωσας.
[c] Duo Mss. καὶ ὅτι ὅσον μείζω.
[d] Colb. unus τὴν κατάραν ἐξέτεινε.
[a] Reg. unus et Savil. τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον.

tinuit tali sanguine irrigari, qui cum tanta abominatione a tam impia manu effusus est. Dein Scriptura divina maledictionem interpretans, manifestius dicit : 12. *Quando operatus fueris terram, non adjiciet ut det tibi robur suum.* Magna pœnæ species, et grave indignationis pondus. Laborem quidem, inquit, sustinebis, et quæ tu facere potes, omnia facies, et operaberis terram tali sanguine inquinatam: nullum autem metes fructum tam multorum laborum, sed inutilis erit tibi omnis labor quem feceris. Neque hic finis erit pœnæ, sed et *Gemens et tremens eris super terram.* Rursus et hoc maximum est supplicii genus, perpetuo gemere ac tremere. Quia enim, inquit, abusus es robore corporis, et membrorum viribus, propter hoc continuum hunc tremorem et motum tibi infero, ut non solum ipse habeas jugem admonitionem et memoriam hujus nefasti sceleris : sed ut et omnes qui te viderint, viso te, quasi clara illis voce personante, discant ne talia audeant, ut pe similia patiantur: et pœna tua alios doceat omnes, ne ultra tali sanguine terram polluant. Propterea non brevi te morte plectam, ut ne factum oblivioni tradatur ; sed vitam morte graviorem sustinere te curabo, ut per hæc discas qualia perpetraveris. 13. *Et dixit Cain Domino: Major est causa mea, quam ut dimittar ego.* Magnum aliquid, et saluti nostræ plurimum utile hic, si attenti fuerimus, licebit addiscere. *Et dixit Cain : Major est causa mea, quam ut dimittar ego.* Ecce absoluta confessio. Tale tantumque est, inquit, peccatum quod commisi, ut non possim accipere veniam. Ecce, dicet aliquis, confessus est, et cum magna accuratione confessus est : sed nihil inde lucri, dilecte: intempestiva enim confessio est. Hoc enim facere oportebat tempore congruenti, quando adhuc impetrari poterat a Judice misericordia. Memores nunc estote ejus quod paulo ante dixi, nempe in terribili illo die et in tribunali, in quo nulla personarum acceptio, fore ut unusquisque nostrum ob peccata pœnitentia ducatur, videns et ante oculos habens terribilia illa tormenta, et inevitabiles pœnas, sed nullam inde habiturus utilitatem, tempore de-

Pœnitentia

stitutus. Pœnitentia enim, priusquam pœna infe-

στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ τῆς χειρός σου. Καὶ αὐτῇ τῇ γῇ ἔσῃ, φησὶ, κατηραμένος, τῇ ἀνασχομένῃ τοιούτῳ αἵματι ἀρδευθῆναι τοσούτου μύσους πεπληρωμένῳ, καὶ ὑπὸ χειρὸς οὕτως ἀνοσίας ἐκχεομένῳ. Εἶτα ἑρμηνεύουσα ἡ θεία Γραφὴ σαφέστερον τὴν κατάραν, φησίν· [b]Ὅτε ἐργᾷ τὴν γῆν, καὶ οὐ προσθήσει τὴν ἰσχὺν αὐτῆς δοῦναί σοι. Μέγα τιμωρίας εἶδος, καὶ πολὺς ὄγκος τῆς ἀγανακτήσεως. Τὸν μὲν πόνον, φησὶν, ὑπομενεῖς, καὶ τὰ σαυτοῦ ἅπαντα ἐπιδείξῃ, καὶ ἐργάσῃ τὴν γῆν τοιούτῳ αἵματι μολυνθεῖσαν· οὐ καρπώσῃ δέ τινα αἴσθησιν τῶν πολλῶν πόνων ἐκείνων, ἀλλ' ἀνόνητος ἔσται σοι [c]πᾶς ὁ κόπος, ὃν ἂν ἐπιδείξῃ. Καὶ οὐ μέχρι τούτου τὰ τῆς τιμωρίας στήσεται, ἀλλὰ καὶ Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. Πάλιν καὶ τοῦτο μέγιστον τιμωρίας εἶδος, τὸ διηνεκῶς στένειν καὶ τρέμειν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσω, φησὶ, τῇ ἰσχύϊ τοῦ σώματος, οὐδὲ [d]τῇ τῶν μελῶν εὐεξίᾳ, διὰ τοῦτο διηνεκῶς σοι τὸν σάλον καὶ τὸν τρόμον ἐπιτίθημι, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸς ἔχῃς ἀδιάλειπτον νουθεσίαν, καὶ ὑπόμνησιν τῆς ἀνοσίας πράξεως ταύτης, ἀλλ' ἵνα καὶ πάντες οἱ εἰς σὲ βλέποντες, διὰ τῆς ὄψεως, καθάπερ διὰ φωνῆς τινος λαμπρᾶς βοώσης, μανθάνωσι μὴ τὰ τοιαῦτα τολμᾷν, ἵνα μὴ τὰ τοιαῦτα πάθωσι, καὶ ἡ εἰς σὲ τιμωρία διδάσκαλος ἅπασι γένηται, μηκέτι τοιούτῳ αἵματι τὴν γῆν μολῦναί ποτε. Διά τοι τοῦτο οὐδὲ σύντομόν σοι τὴν τελευτὴν ἐπάγω, ἵνα μὴ λήθῃ παραδοθῇ τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ ζωὴν θανάτου βαρυτέραν ὑπομένειν σε ποιῶ, ἵνα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μάθῃς οἷα [e]ἐτόλμησας. Καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς Κύριον· μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Μέγα τι καὶ σφόδρα λυσιτελὲς πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ἔξεστιν ἐντεῦθεν καταμαθεῖν, ἐὰν βουλώμεθα προσέχειν. Καὶ εἶπε Κάϊν, μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Ἰδοὺ ὁμολογία ἀπηρτισμένη. Τοιοῦτον γάρ ἐστι, φησὶ, τὸ ἁμάρτημα τὸ παρ' ἐμοῦ γεγονὸς, ὡς μὴ δύνασθαι συγχώρησιν δέξασθαι. Ἰδού, φησὶν, ἐξωμολογήσατο, καὶ ἐξωμολογήσατο μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· ἀλλ' οὐδὲν τὸ κέρδος, ἀγαπητέ· ἄκαιρος γὰρ ἡ ἐξομολόγησις. Τοῦτο γὰρ ἐχρῆν ποιῆσαι ἐν τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, ὅτε δυνατὸν ἦν καὶ τῆς παρὰ τοῦ δικαστοῦ τυχεῖν φιλανθρωπίας. Μνημονεύσατέ μοι νῦν ὧν πρὸ μικροῦ ἔλεγον, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν, καὶ τὸ κριτήριον ἐκεῖνο τὸ ἀδέκαστον, καὶ ἡμῶν ἕκαστος μεταγνώσεται ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, ὁρῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ φοβερὰ ἐκεῖνα κολαστήρια, καὶ τὰς εὐθύνας τὰς ἀπαραιτήτους· ἀλλ' οὐδεμίαν ἕξει τὴν

[b] Sex Mss. et Savil. ὅτι ἐργᾷ.

[c] Coislin. πᾶς ὁ κόματος ὄν.

[d] Reg. unus τὴν τῶν μελῶν εὐεξίαν. Infra Reg. unus et Savil καὶ ὑπόμνησιν τῆς ἀνοσιουργίας ταύτης. Mox Coislin. εἰς σὲ ὁρῶντες, ἵνα.

[e] Reg. unus et Savil. τετόλμηκας. Mox Savil. et Colb. unus μείζων ἡ ἁμαρτία μου. Morel. et alii ἡ αἰτία μου, et sic legitur in textu biblico.

ἄγησιν, προδεδομένος ὑπὸ τοῦ καιροῦ. Ἡ γὰρ μετάνοια πρὶν τὴν τιμωρίαν ἐπαχθῆναι καιρὸν ἔχει, καὶ ἰσχὺν ἄφατον. Διὸ παρακαλῶ, ὅτε δυνατὸν ἐνεργῆσαι τὸ θαυμαστὸν τοῦτο φάρμακον, τότε τὴν παρ' αὐτοῦ ὠφέλειαν καρπωσώμεθα, καὶ ὡς ἔτι ἐσμὲν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας ἰατρείαν ἑαυτοῖς ἐπάγωμεν, μαθόντες ἀκριβῶς ὡς οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τότε μεταγινώσκουσι, μετὰ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον, καὶ τὸν τῶν παλαισμάτων καιρὸν ἀναιρεθῆναι.

ratur, tempus habet, et ineffabilem vim. Proinde obsecro, cum adhuc efficax est mirificum hoc pharmacum, commoda et fructum inde percipiamus, et cum adhuc sumus in præsenti vita, pœnitentiæ mediçamen nobis apponamus, sciéntes liquido, nihil tunc nobis pœnitentiam profuturam, cum solutum fuerit spectaculum, et tempus certaminum ablatum. ante pœnam 167 A

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. [a]Δέον γὰρ ἡνίκα ἠρωτᾶτο παρὰ τοῦ Δεσπότου; Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; τότε ὁμολογῆσαι τὸ πλημμέλημα, καὶ προσπεσεῖν, καὶ δεηθῆναι, καὶ συγγνώμην [b]αἰτῆσαι· ὁ δὲ τότε μὲν τὴν ἰατρείαν ἀπεπέμψατο, νυνὶ δὲ, μετὰ τὴν ἀπόφασιν, μετὰ τὸ λαβεῖν τέλος ἅπαντα, μετὰ τὸ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν κατηγορίαν ὑπὸ τοῦ αἵματος γενέσθαι τοῦ κειμένου, ἐξομολογεῖται, καὶ οὐδὲν ἐντεῦθεν κερδαίνει. Διὸ καὶ ὁ προφήτης ἔλεγε· Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. Καὶ οὗτος τοίνυν, εἰ προέλαβε τὸν τοῦ Δεσπότου ἔλεγχον, ἴσως ἂν ἠξιώθη τινὸς φιλανθρωπίας διὰ τὴν ἄπειρον τοῦ Δεσπότου ἀγαθότητα. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἁμάρτημα, κἂν σφόδρα μέγα ᾖ, νικῶν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐὰν ἡμεῖς ἐν καιρῷ τῷ δέοντι τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν συγγνώμην αἰτῶμεν. Καὶ εἶπε Κάϊν· μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Ἱκανὴ ἐξομολόγησις, ἀλλ' ἄκαιρος. Καὶ εἶπεν, Εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, καὶ ἔσομαι στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔσται, πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με. [c]Ὅρα πῶς ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα, καὶ διὰ τὴν ἀκαιρίαν, καὶ διὰ τὸ προδεδόσθαι ὑπὸ τοῦ καιροῦ οὐδεμίαν τὴν ἰσχὺν κεκτημένα. Καὶ εἶπεν, Εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, καὶ ἔσομαι στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔσται, πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με. Εἰ τῇ γῇ, φησὶν, ἐπικατάρατόν με ἐποίησας, καὶ αὐτός με ἀπεστράφης, καὶ τοσαύτῃ τιμωρίᾳ παρέδωκας, ὥστε στένειν καὶ τρέμειν, οὐδὲν τὸ κωλύον λοιπὸν τὸν ἐν τούτοις ὄντα, καὶ γυμνωθέντα τῆς παρά σου ῥοπῆς ὑπὸ τοῦ τυχόντος ἀναιρεθῆναι. Εὐεπιχείρητος, φησὶν, ἔσομαι παντὶ τῷ βουλομένῳ με ἀνελεῖν. Οὔτε γὰρ αὐτὸς ἰσχύω ἀντιστῆναι διαλελυμένα τὰ μέλη περιφέρων, καὶ πανταχόθεν σαλευόμενος· καὶ τὸ εἰδέναι ἅπαντας, ὅτι τῆς σῆς ἐγυμνώθην ῥοπῆς, παρασκευάσει τὸν βουλόμενον ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν τὴν ἐμὴν ὁρμῆσαι. Τί οὖν ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Δεσπότης; Καὶ εἶπεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός· οὐχ οὕτω. Μὴ νομίσῃς, φησὶ, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἔξεστι τῷ

4. Verum ad institutum redeamus. Oportebat tunc cum interrogaretur a Domino, *Ubi est Abel frater tuus?* confiteri peccatum, et procidere, et orare, et veniam petere; ipse vero tunc quidem medicinam rejecit, nunc autem, post sententiam, post finem omnibus impositum, postquam clara voce accusatus est a sanguine in terra jacentis, confitetur, nihilque inde lucrifacit. Unde propheta dicebat: *Justus sui ipsius accusator in principio sermonis.* Et hic quoque, si prævenisset Domini reprehensionem, omnino misericordiam consequutus fuisset, propter immensam Domini benignitatem. Nullum enim est peccatum, quantumcumque grave sit, quod illius misericordiam vincat: modo tempore debito pœnitentiam agamus, et veniam petamus. *Et dixit Cain: Major est causa mea, quam ut dimittar ego.* Sufficiens confessio, sed intempestiva. Et dixit: 14. *Si ejeceris me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram; et erit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Vide quam miserabilia verba, tum quia intempestiva, tum quia tempore elapso nullum fructum afferrent. Et dixit: *Si ejeceris me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram; et erit, omnis qui me invenerit, interficiet me.* Si in terra, inquit, maledictum me fecisti et ipse me aversaris, tantæque pœnæ tradidisti me, ita ut gemam et tremam, nihil prohibebit postea, quin quisquis in me vel fortuito inciderit, me eo in statu positum et tua ope nudatum interficiat. Facile invadere me poterit, inquit, si quis interficere volet. Neque enim ipse obluctari potero, tam dissoluta membra circumferens, et undique commotus: insuper et hoc, quod sciant omnes tua me ope destitutum, eum qui velit, ut ad cædem meam prosiliat, incitabit. Quid ergo misericors et bonus Dominus? 15. *Et dixit illi Dominus Deus: Non sic.* Ne putes, inquit,

Prov. 18. 17. B C D E

[a] Savil. δέον γὰρ τοῦτο ἡνίκα.

[b] Colb. unus αἰτῆσαι· ἀλλὰ τότε μέν.

hæc ita fieri. Neque enim licebit cuique volenti te occidere, sed ex diuturniore vita tua et major inde tibi dolor erit, et relinquam te posteris generationibus magistrum, ut tui spectaculum illis sit admonitio et castigatio, nullusque exemplum tuum sequatur. *Et dixit Dominus Deus : Non sic. Omnis qui occiderit Cain, septem ultiones solvet.* Fortassis multa sunt quæ dixi, et multam corpori molestiam attulimus. Sed quid faciam ? Quia video vestram in audiendo aviditatem, et ingens desiderium, reliqua etiam persequar, et pro viribus meis interpretabor. Quid est, *Septem ultiones solvet ?* Sed iterum vereor ne dictorum multitudine memoriam eorum quæ dicta sunt obruam, et videar vobis fastidium afferre : sed si non fatigamini, sustinete, et hoc absoluto contextu, sermonem finiemus. *Et dixit illi Dominus Deus : Non sic. Omnis qui occiderit Cain, septies ultiones solvet. Et posuit Dominus Deus signum in Cain, ne omnis qui inveniret illum occideret.* Hoc timuisti, inquit, ne occiderere? Confide, hoc non erit. Nam quisquis hoc facere attentaverit, septuplici pœnæ se faciet obnoxium : et idcirco signum tibi impono, ut nullus ignorans interfecto te, pœnis illis se obnoxium faciat.

5. Sed par est ut manifestius vos doceam, quomodo qui Cain occidit septem pœnarum reus sit. Vos precor, attendite. Nam si nunc, sicut et in superioribus diebus sæpe caritati vestræ diximus, cum jejunii tempus est, et tanta tranquillitate fruimur, et liberati sumus a cogitationibus quæ mentem nostram perturbant, non summa diligentia addiscimus quæ in divinis Scripturis continentur, quando ea aliis temporibus discere poterimus? Ideo oro, et precor, et supplico, et quasi genua vestra contingo, intenta mente his quæ dicuntur auscultemus, ut fructu aliquo nobili et præcipuo accepto, domum postea redeamus.

Septem ultiones in Caino quæ?

Quid igitur est, *Septem ultiones solvet ?* Primum quidem septenarius numerus de multitudine dicitur in divina Scriptura : id quod sæpe in Scripturis occurrit, ut, *Sterilis peperit septem :* et similia. Conjectare autem hic licet peccati magnitudinem, et ipsum non unum peccatum commisisse, sed septem, quorum quodvis per se magna pœna luendum. Igitur quomodo hæc numerabimus? Primum invidet fratri, quod Deo sit gratus : quod si solum adfuisset,

1. *Reg.* 2. 5.

βουλομένῳ σε ἀνελεῖν, ἀλλὰ τῇ παρατάσει τῆς ζωῆς σου καὶ σοὶ πλείονα τὴν ὀδύνην ἐργάσομαι, καὶ διδάσκαλον καταλείψω ταῖς εἰς τὸ ἑξῆς γενεαῖς, ἵνα ἡ σὴ θέα σωφρονισμὸς αὐτοῖς γένηται, [c] καὶ μηδεὶς τῇ σῇ γνώμῃ κατακολουθήσῃ. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· οὐχ οὕτω. Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. Τάχα πολλὰ τὰ εἰρημένα, καὶ πολὺν τῷ σώματι τὸν κάματον προεξενήσαμεν. Ἀλλὰ τί πάθω; 168 A Ὁρῶν γὰρ ὑμῶν τὴν φιληκοΐαν καὶ ἀκμάζοντα τὸν πόθον ἐπιδεικνυμένην, βούλομαι καὶ τοῖς λειψάνοις ἐπεξελθεῖν, καὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν ἑρμηνεῦσαι. Τί ἐστι τὸ, Ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει; Ἀλλὰ πάλιν δέδοικα μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καὶ τὴν μνήμην καταχώσωμεν τῶν εἰρημένων, [a] καὶ προσκορεῖς ὑμῖν νομισθείημεν. Ἀλλ' εἰ μὴ ἀπεκάμετε, ἀνάσχεσθε, καὶ διαλύσαντες τὸ προκείμενον οὕτω καταπαύσομεν τὸν λόγον. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός· οὐχ οὕτω. Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. Καὶ ἔθετο Κύριος ὁ Θεὸς σημεῖον τῷ Κάϊν, τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν πάντα τὸν εὑρίσκοντα αὐτόν. B Τοῦτο δέδοικας, φησὶ, τοῦ μὴ ἐναιρεθῆναι; Θάρσει, ὅτι οὐκ ἔσται τοῦτο. Καὶ γὰρ ὁ τοῦτο πεποιηκὼς ἑπτὰ τιμωρίαις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσει· διά τοι τοῦτο καὶ σημεῖον ἐπιτίθημί σοι, ὥστε μηδένα ἀγνοήσαντα, καὶ ἀνελόντα σε, ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ταῖς τοιαύταις τιμωρίαις καταστῆσαι.

Ἀλλὰ σαφέστερον ὑμᾶς προσήκει διδάξαι, πῶς ἑπτὰ τιμωρίαις ὑπεύθυνος γίνεται ὁ τὸν Κάϊν ἀνελών. Ἀλλὰ προσέχετε, παρακαλῶ. Εἰ γὰρ μὴ νῦν, καθάπερ ἐν ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις εἰρήκαμεν πολλάκις πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὅτε νηστείας καιρὸς, καὶ τοσαύτης γαλήνης ἀπολαύομεν, καὶ ἀπηλλαγμένοι C τῶν λογισμῶν τῶν ταραττόντων ἡμῶν τὴν διάνοιαν, τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐγκείμενα κατανοήσωμεν μετὰ ἀκριβείας, πότε δυνησόμεθα ταῦτα μαθεῖν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ; Διὸ παρακαλῶ, καὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ, μονονουχὶ καὶ τῶν γονάτων ὑμῶν καθάπτομαι, μετὰ συντεταμένης διανοίας τοῖς λεγομένοις προσέχωμεν, ἵνα καρπωσάμενοί τι γενναῖον καὶ ὑψηλὸν, οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθωμεν. Τί οὖν ἐστι τὸ, Ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει; Πρῶτον μὲν ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς ἐπὶ πλήθους λαμβάνεται ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ τοῦτο πολλαχοῦ εὕροι τις ἂν [b] οὕτω κείμενον, ὡς τὸ, Στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. D Αἰνίττεται δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα τοῦ τολμήματος τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι οὐχ ἕν ἐστι τὸ ἁμάρτημα τὸ παρ' ἐκείνου γεγονὸς, ἀλλ' ἑπτὰ ἁμαρτήματα, καὶ μεγάλην ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι τὴν τιμωρίαν ὤφειλεν ὑποσχεῖν. Πῶς οὖν αὐτὰ ἀπαριθμησόμεθα; Εἰ τοῦτο λογισόμεθα,

[c] Quatuor Mss. et Savil. καὶ μηδεὶς ἐξ αὐτῶν τῆς.

[a] Unus καὶ προσκορὴς ὑμῖν γένωμαι.

[b] Reg. unus, Colbert. unus et Savil. οὕτως εἰρημένον. Alius οὕτως ἑρμηνευόμενον.

πρῶτον, ὅτι ἐβάσκηνε τῷ ἀδελφῷ διὰ τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ· ὅπερ καὶ μόνον προσὸν ἱκανὸν ἦν αὐτῷ τὸν ὄλεθρον ἐπαγαγεῖν· δεύτερον, ὅτι τὸν ἴδιον ἀδελφόν· τρίτον, ὅτι δόλον ἔῤῥαψε· τέταρτον, ὅτι τὸν φόνον ἔπραξε· πέμπτον, ὅτι τὸν ἀδελφὸν ἐφόνευσεν· ἕκτον, ὅτι πρῶτος [c]τὸν φόνον εἰργάσατο· E ἕβδομον, ὅτι τὸν Θεὸν ἐψεύσατο. Παρηκολουθήσατε τοῖς ῥηθεῖσιν, ἢ βούλεσθε ἄνωθεν αὐτὰ πάλιν ἀπαριθμησώμεθα, ἵνα εἰδῆτε πῶς ἕκαστον τούτων καὶ μόνον ἱκανὸν ἦν τῆς μεγίστης αὐτὸν ἀξιῶσαι τιμωρίας; Τίς γὰρ ἂν ἀξιώσειε συγγνώμης τὸν βασκήναντα τῷ ἀπολαύοντι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίας; Ἰδοὺ μία καὶ μεγίστη καὶ ἀσύγγνωστος ἁμαρτία. Πάλιν αὕτη μείζων δείκνυται, ὅταν ἀδελφὸς ᾖ ὁ βασκαινόμενος, καὶ μηδὲν ἠδικηκώς. Ἰδοὺ καὶ αὕτη πάλιν οὐχ ἡ τυχοῦσα 169 ἁμαρτία. [a]Τρίτη πάλιν, ὅτι δόλον ἔῤῥαψεν ἀπατήσας A τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἑλκύσας εἰς τὸ πεδίον, καὶ οὐδὲ αὐτὴν τὴν φύσιν αἰδεσθείς. Τέταρτον ἁμάρτημα αὐτὸς ὁ φόνος, [b]ὃν εἰργάσατο. Πέμπτον, ὅτι ἀδελφὸν ἐφόνευσε τὸν τὰς αὐτὰς αὐτῷ λύσαντα ὠδῖνας. Ἕκτον, ὅτι πρῶτος τοῦ φόνου τὸ εἶδος εἰσήνεγκεν. Ἕβδομον, ὅτι ἐρωτώμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ, ψεύσασθαι ἐτόλμησεν. Ὁ τοίνυν, φησὶν, ἀνελεῖν σε ἐπιχειρήσας, ἑπτὰ τιμωρίαις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσει. Μὴ τοίνυν δείδιθι τοῦτο. Ἰδοὺ γὰρ καὶ σημεῖον ἐπιτίθημί σοι, ὥστε μηδένα τῶν εὑρισκόντων σε ἀγνοῆσαι. Ἡ γὰρ πάσης τῆς ζωῆς σου πάρεσις, λυσιτελὴς ἔσται ταῖς μετὰ ταῦτα B γενεαῖς, καὶ ὅπερ μόνος μηδενὸς παρόντος ἔπραξας, τοῦτο μαθήσονται πάντες ὁρῶντές σε στένοντα καὶ τρέμοντα, καὶ μονονουχὶ βοῶντα διὰ τοῦ τρόμου τοῦ σωματικοῦ, καὶ πᾶσι [c]διαλεγόμενον, καὶ λέγοντα· μηδεὶς ἕτερος τοιαῦτα τολμήσῃ, οἷάπερ ἐγὼ, ἵνα μὴ τοιαύτην [d]δέξηται τιμωρίαν.

Ταῦτα ἀκούοντες, ἀγαπητοὶ, μὴ ἁπλῶς παρατρέχωμεν τὰ εἰρημένα, μηδὲ τοῦτο μόνον σκοπῶμεν, εἰ καθ' ἑκάστην ἐνταῦθα συνερχόμενοι πνευματικῆς τραπέζης ἀπολαύομεν· οὐδὲν γὰρ ὄφελος τῆς ἀκροάσεως μόνης ἄνευ τῆς διὰ τῶν ἔργων ὑπακοῆς. Ἀλλ' C ἐννοοῦντες πόθεν εἰς ταύτην τὴν ἀσύγγνωστον καὶ χαλεπὴν ἁμαρτίαν συνήλασεν ἑαυτὸν ὁ Κάϊν, καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ φθονῆσαι τὸν μηδ' ὅλως αὐτὸν ἀδικῆσαί ποτε ἐπιχειρήσαντα, τὴν τοιαύτην εἴσπραξιν, μᾶλλον δὲ ἀναίρεσιν εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τετόλμηκε, μὴ τὸ κακῶς παθεῖν φεύγωμεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ κακῶς ἑτέροις διατεθῆναι. Ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὄντως ὁ κακῶς πεπονθὼς, ὁ τὸν πλησίον ἑαυτοῦ κατεργάζεσθαι βου-

ad accersendum illi exitium suffecisset; secundo, frater fratri suo invidet; tertio, fraudes consuit: quarto, cædem opere implet; quinto, fratrem occidit; sexto, primus mortem operatus est; septimo, Deo mentitus est. Num assequuti estis dicta, an vero vultis ut ea iterum recenseamus, quo sciatis quomodo unumquodque per ea sufficiebat, ut maxima plecteretur pœna? Nam quis vel venia dignaretur alteri invidentem, quod Dei benevolentia frueretur? Ecce unum maximum et inexpiabile peccatum. Deinde hoc majus ostenditur, quia frater erat cui invidebat, et nulla illum prorsus injuria affecerat. Ecce et hoc quoque non vulgare peccatum est. Jam tertium, quod dolos nexuit, decepto et in campum allecto fratre, neque ipsam naturam reveritus. Quartum peccatum ipsa erat cædes, quam perpetravit. Quintum, quod fratrem occidit eodem ex utero prognatum. Sextum, quod primus cædis specimen introduxit. Septimum, quod rogatus a Deo, mentiri illi ausus est. Dicit igitur: Qui te occidere tentaverit, septem maximis pœnis seipsum reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim et signum in te pono, ita ut nullus qui te invenerit ignoret. Nam ista in toto vitæ tuæ decursu nervorum resolutio futuris generationibus utilis erit: et id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discent omnes qui te gementem et trementem videbunt, et quasi per corporis tremorem clamantem, et omnibus dicentem: Nullus talia audeat, qualia ego, ut ne in eamdem pœnam incidat.

6. Hæc audientes, dilecti, quæ dicta sunt non inconsideranter prætercurramus, neque hoc solum spectemus, ut huc quotidie conveniendo spirituali mensa fruamur: nulla enim solius auditus utilitas fuerit, nisi adsit obsequentia per opera. Sed cogitantes unde in hoc inexpiabile et grave peccatum Cain seipsum impulerit, ut per invidiam in proprium fratrem, qui nihil ipsi mali intulerat, ita sæviret, imo ipsum occideret, ne fugiamus adversa et mala pati, sed potius caveamus ne aliis mala per nos inferantur. Ille enim vere malo afficitur, qui proximo suo nocere tentat. Et ut verum hoc esse scias, vide hic, Moralis epilogus.

[c] Duo Mss. et Savil. τὸν θάνατον εἰργάσατο.

[a] Reg. unus et Savil. τρίτην πάλιν.

[b] Coislin. ὃ εἰργάσατο, καὶ ἡ μανία εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφόν. Infra idem ὅτι πρῶτος τὸν φόνον καὶ τὸν βίαιον θάνατον εἰσήγαγεν, ἕβδομον.

[c] Septem Mss. διαλεγομένου καὶ λέγοντος, μηδείς.

[d] Coislinianus Codex in hæc verba homiliam claudit, ἵνα μὴ τοιαύτην δέξηται τιμωρίαν. εὐχαριστήσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τῷ ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ θεῷ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεί etc. Cætera omnia desunt.

obsecro, quis est qui mala patitur, an qui occidit, vel qui occiditur? Manifestum quod qui occidit. Etenim occisus ille usque ad nostra tempora ore omnium decantatur, prædicatur et coronatur ut veritatis primus testis: sicut dicit et
Hebr. 11. 4. beatus Paulus: *Mortuus Abel adhuc loquitur.* Sed qui occidit, etiam tunc vitam agebat miserabiliorem quam ullus homo, et postea ab omnibus male audit, ut abominabilis Deo, et ut maledictus a divina Scriptura traducitur; et hoc quidem in præsenti vita, quæ simul intercidet:
Rom. 2. quæ autem in futuro sæculo utrique occurrere
Apoc. 20. debeant, cum unicuique pro suo opere reddet justus Judex, quis sermo dicere posset, vel quæ bona, vel quæ mala? Nullus, nullus plane, neque jucunda, neque tristia narraverit. Enimvero Abelem quidem in regno cælorum, et perpetuis habitaculis, patriarcharum, prophetarum atque apostolorum chori et omnium sanctorum congregatio suscipient simul in perpetuum regnaturum, cum Rege Christo Jesu, unigenito Dei Filio et Deo: hunc autem, Cain inquam, gehenna ignis aliaque immortalia omnia tormenta excipient, ut crucietur in infinita sæcula et cum illo omnes qui similia egerunt, et maxime in eos qui posthæc turpissimis affectionibus capti sunt, quanto major pœna a Domino omnium pronuntiatur. Audi enim beatum Paulum dicentem:
Rom. 2. 12. *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*: hoc est, leviorem ferent pœnam, eo quod non habuerint legem quæ minaretur et corrigeret: *Et quicumque in lege peccaverunt, per legem quoque judicabuntur.* Hi autem, inquit, qui eadem faciunt quæ illi, et legis adminiculum habuere, graviores et intoleraliliores sustinebunt cruciatus. Et merito: quia neque lex, neque quod alios tot malis objectos viderint, modestiores et meliores eos reddiderit. Quocirca obsecro, ut vel saltem nunc aliorum correptionibus nosipsos emendemus, et vitam nostram corrigamus ad Domini obedientiam, illius obtemperantes legibus: ut neque livor, neque invidia, neque corporalis amor, neque hujus vitæ gloria et potentia, neque ventris voluptas, neque alia quædam absurda concupiscentia dominetur animæ et rationi nostræ: sed expurgati ab omni cœno, voluptateque temporali, et vale dicto omnibus fœdissimis absurdis-

λόμενος. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ὅρα μοι ἐνταῦθα, τίς ἐστιν ὁ κακῶς πεπονθὼς, ὁ ἀνελὼν, ἢ ὁ ἀναιρεθείς; Δῆλον ὅτι ὁ ἀνελών. Διὰ τί; [a]Ὅτι ὁ μὲν ἀναιρεθεὶς καὶ μέχρι τοῦ νῦν ᾄδεται παρὰ τοῖς ἁπάντων στόμασι, καὶ ἀνακηρύττεται, καὶ στεφανοῦται, ὡς τῆς ἀληθείας πρωτόμαρτυς, καθάπερ φησὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· Ἀποθανὼν Ἄβελ ἔτι λαλεῖ. Ὁ δὲ ἀνελὼν καὶ τότε μὲν ἐλεεινότερον πάντων ἀνθρώπων βίον ἔζη, μετὰ δὲ ταῦτα παρὰ πάντων ταῖς κατηγορίαις βάλλεται, καὶ ὡς βδελυκτὸς παρὰ τῷ Θεῷ καὶ κατηραμένος ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς παραδείγματίζεται· καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ παρόντι καὶ συγκαταλυομένῳ βίῳ· τὰ δὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἁπάντῃσαι ἀμφοτέροις ὀφείλοντα, καὶ καταλλήλως ἑκάστῳ τῆς ἑαυτοῦ πράξεως ἀπολαβεῖν παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, τίς λόγος παραστῆσαι δυνήσεται, ἢ τὰ ἀγαθὰ, ἢ τὰ ἐναντία; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, οὔτε τὰ χρηστὰ, οὔτε τὰ λυπηρά. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον μὲν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ αἰώνιοι σκηναὶ, καὶ οἱ χοροὶ πατριαρχῶν, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, [c]καὶ πάντων τῶν ἁγίων ὅμιλος ὑποδέξονται συμβασιλεύσοντα εἰς αἰῶνας ἀτελευτήτους τῷ βασιλεῖ Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ τοῦ Θεοῦ μονογενεῖ Υἱῷ καὶ Θεῷ· τοῦτον δὲ ἡ γέεννα τοῦ πυρὸς καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἀθάνατα βασανιστήρια διαδέξονται εἰς αἰῶνας [a]ἀπεράντους τιμωρούμενον, μετὰ καὶ πάντων τῶν τὰ παραπλήσια αὐτῷ πεπραχότων, καὶ μάλιστα τοὺς μετὰ ταῦτα τοῖς αἰσχίστοις πάθεσιν ἁλόντας, ὅσῳ καὶ μείζων ἡ τιμωρία παρὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου ἐκφέρεται. Ἄκουε γὰρ τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· [c]Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· τουτέστιν, ἐλαφροτέραν ὑποστήσονται τὴν τιμωρίαν, διὰ τὸ μὴ [b]ἔχειν ἔλεγχον τὴν ἐκ τοῦ νόμου ἀπειλήν τε καὶ διόρθωσιν· Καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὗτοι δὲ, φησὶν, οἱ καὶ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ νόμου βοήθειαν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις πεπραχότες, βαρυτέρας καὶ ἀφορητοτέρας ὑπομενοῦσι καὶ τὰς κολάσεις. Καὶ μάλα εἰκότως· ὅτι οὔτε ὁ νόμος, οὔτε τὸ [c]ἑτέρους ἰδεῖν τοσούτοις κακοῖς ὑποβληθέντας σωφρονεστέρους αὐτοὺς ἢ ἐπιεικεστέρους ἀπειργάσατο. Διὸ παρακαλῶ, κἂν γοῦν ἀπὸ τοῦ νῦν τοῖς ἑτέρων παιδεύμασι σωφρονίσωμεν ἑαυτοὺς, καὶ τὸν βίον τὸν ἑαυτῶν ἰθύνωμεν πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου ὑποταγὴν, τοῖς αὐτοῦ ὑπείκοντες νόμοις· καὶ μήτε φθόνος, μήτε βασκανία, μήτε ὁ τῶν σωμάτων ἔρως, μήτε ἡ τοῦ παρόντος βίου δόξα τε καὶ δυναστεία, μήτε ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονὴ, μήτε ἄλλη τις ἄτοπος ἐπιθυμία κατακυριευέτω ἡμῶν τῶν ἐν τῇ ψυχῇ λογισμῶν· ἀλλ' ἐκκαθάραντες ἑαυτοὺς

[a] Colb. unus καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀγίων.

[a] Aliqui τιμωρούμενον, καὶ πάντας τοὺς τὰ παραπλήσια τούτῳ πεπραχότας.

[b] Sex Mss. et Savil. ἔχειν ἔλεγχον τήν. Morel. ἐλέγχοντα.

[c] Sex Mss. et Savil. ἑτέρους εἰδότας. Morel. ἑτέρους ἰδεῖν.

ἀπὸ πάσης ὑλύος καὶ τύρβης βιωτικῆς, καὶ πολλὰ χαίρειν εἰπόντες τοῖς αἰσχίστοις καὶ ἀτοπωτάτοις πάθεσι πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν ἐπειχθῶμεν, [d]καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

simisque affectionibus, ad beatam illam vitam, et ineffabilia illa bona, quæ Deus se diligentibus præparavit, festinemus: quæ omnibus nobis concedantur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[e]ΟΜΙΛΙΑ κ'.

HOMILIA XX.

Ἐξῆλθε δὲ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Ναϊδ κατέναντι Ἐδὲμ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Egressus est autem Cain a facie Dei, et habitavit in terra Naid e regione Edem, *et reliqua*. *Gen.* 4. 16.

Φέρε πάλιν τῆς ἀκολουθίας σήμερον τῶν ἀνεγνωσμένων ἁψάμενοι, ἐντεῦθεν ὑμῖν τὴν διδασκαλίαν παραθῶμεν, καὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ μακαρίου Μωϋσέως τὴν συνήθη διάλεξιν πρὸς ὑμᾶς ποιησώμεθα, μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν τοῦ Πνεύματος λογίων, ἅπερ διὰ τῆς τούτου γλώττης ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ θεία χάρις. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ὑμῖν γένηται ὁ λόγος, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τῶν ἤδη ῥηθέντων, καὶ ὅπου τὴν διδασκαλίαν κατελύσαμεν, ἵνα ἐκεῖθεν αὐτὴν σήμερον ἀναλαβόντες, οὕτω [f]τῆς ἀρχῆς τῶν ἀνεγνωσμένων ἁψώμεθα. Ἴστε γὰρ ὅτι τὴν κατὰ τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ ὑπόθεσιν κινήσαντες ἐδείκνυμεν ἐξ αὐτῶν τῶν γεγενημένων, καὶ ἐξ ὧν ἕκαστος τὰς 171
θυσίας αὐτῶν προσήνεγκε τῷ Δεσπότῃ, ὅπως ἔγκειται τῇ ἡμετέρᾳ φύσει ἡ γνῶσις τῶν πρακτέων καὶ τῶν μὴ πρακτέων, καὶ ὅτι αὐτεξουσίους ἡμᾶς εἰργάσατο ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, καὶ πανταχοῦ ἀπὸ τῆς γνώμης τῆς ἡμετέρας ἢ κατακρίνει, ἢ στεφανοῖ (ἀπὸ γὰρ ταύτης τοῦ μὲν ἀπόβλητος γέγονεν ἡ θυσία, τοῦ δὲ τὰ δῶρα προσεδέχθη), καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ὑπὸ βασκανίας κινηθεὶς ὁ Κάϊν ἐπὶ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ὥρμησε, καὶ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην πρᾶξιν, βουλομένου τοῦ Θεοῦ ἐκκαλέσασθαι αὐτὸν εἰς ἐξομολόγησιν τῶν ἡμαρτημένων, οὐδὲ οὕτω τὸ φάρμακον τῆς ἰατρείας ἐδέξατο, ἀλλὰ τῷ μυσαρῷ ἐκείνῳ φόνῳ τὸ ψεῦδος συνάψας τὴν χαλεπὴν ἐκείνην τιμωρίαν ἐπεσπάσατο, καὶ γυμνὸν καὶ ἔρημον ἑαυτὸν κατέστησε τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, ὑπόδειγμα σωφρονισμοῦ πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα προκείμενος, καὶ διὰ τῆς ἀποφάσεως, ἧς ἐδέξατο, παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει διαλεγόμενος, καὶ μονονουχὶ βοῶν καὶ λέγων· μηδεὶς

1. Age iterum hodie in manus sumentes quæ in serie lecta sunt, inde vobis doctrinam apponamus, et solitum ex libris beati Mosis colloquium habeamus, imo ex sancti Spiritus eloquiis quæ per prophetæ linguam divina gratia nos docuit. Sed quo manifestior sermo noster sit, operæ pretium fuerit, ut in memoriam vobis referamus, ubi doctrinam nuper absolverimus, ut eadem hodie repetita, de nunc lectis dicere incipiamus. Scitis enim nos argumentum de Cain et Abel narravisse, ostendentes tam ex iis quæ facta sunt, quam ex iis de quibus obtulerunt Domino sacrificia, quomodo faciendorum et non faciendorum agnitio naturæ nostræ insita sit, et omnium Opificem nos liberi arbitrii fecisse, atque ubique vel coronare, vel condemnare secundum animi nostri propositum (ob hoc enim sacrificium Cain repudiatum fuit, dona vero Abel accepta), atque inde invidiam ortam Cainum in cædem fratris exstimulasse, qui et post impium facinus, volente Deo ipsum provocare ad confessionem peccatorum, neque sic remedium sanitatis accepit, sed scelesto homicidio mendacium conjunxit, et gravem illam pœnam sibi conciliavit, supernaque gratia se nudavit posteris in correctionis exemplum propositus, atque ad sententiam in se acceptam, omni hominum generi loquitur, quasi clamans et dicens: Ne tale quid ullus vestrum umquam audeat, ne in similes incidat pœnas. Vidistis Domini benignitatem, quomodo sua in illum pœna non

[d] Reg. unus καὶ ἀπολάβωμεν τὰ ἀπόῤῥητα.

[e] Hæc Homilia tota deest in Colbert. Codice num. 362. Ibid. aliquot Mss. et Coislin. hunc scripturæ textum Homiliæ XX præfigunt: Καὶ ἔγνω Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν Ἐνὼς (sic) καὶ ἦν οἰκοδομῶν πόλιν. Ἐνὼς sic legitur semper in hac homilia in Coislin. et Savil. et in aliis quibusdam.

[f] Reg. unus τὴν ἀρχὴν τῶν ἀναγνωσθέντων ποιήσωμεν, et ibidem Ἄβελ ὑπόμνησιν κινήσαντες.

ipsum solum castigare, sed per ipsum simul posteros omnes omnino fugiendum esse tam temerarium facinus docere voluit? Age nunc sequentia attingamus, et videamus quid hodie nobis narret beatus ille propheta, Spiritus sancti afflatu eruditus. Nam postquam a Domino sententiam Cain accepit, 16. *Egressus est*, inquit, *a facie Dei*. Quid est, *Exiit a facie Dei?* Hoc est, nudatus est præsidio Dei, propter abominabile et perniciosum facinus. *Et habitavit in terra Naid, e regione Edem.* Narrat nobis divina Scriptura locum in quo postea habitavit, et docet quomodo et hic non procul a paradiso versatus sit, ut e regione illius exsistens, continuo memor esset tum eorum quæ patri suo ob prævaricationem contigerant, tum magnitudinis eorum quæ ipse perpetraverat, propter quæ tanta sibi neque patris correptione emendato, pœna irrogata est. Et verò locus ille in quo habitavit perpetua memoria fuit, non illi soli, sed et sæculis posteriobus, ob tremorem et motionem. Nomen enim Naid Hebraica dictio est, et vertitur commotio. Itaque ut crimen illius perpetuo notum esset etiam a loco, quasi in columna ærea scriptum, illic eum collocavit. Deinde inquit: 17. *Et cognovit Cain uxorem suam: et cum concepisset, peperit Enoch.* Mortales deinceps facti homines, merito de filiorum successione curam habebant. Sed forte dixerit aliquis: Quomodo, cum Scriptura nusquam alterius mulieris meminerit, dicit quod Cain habuerit uxorem? Ne mireris, dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligenter facit; sed scriptura divina cavens ne quid superfluum proferat, singulos viros commemorat, non omnes tamen, sed brevius nobis narrat dicens, quod generaverint filios et filias, et mortui sint. Verisimile igitur est Evam filiam peperisse post Cain et Abel, quam in uxorem acceperit Cain. Nam quia initia erant, debebatque augeri humanum genus, sorores ut ducerent, concedebatur. Et ideo hæc nobis conjectanda relinquit Scriptura, et hoc solum narrat dicens: *Et cognovit Cain uxorem suam, et cum concepisset, peperit Enoch. Et erat ædificans*

Cur habitet Cain e regione Edem.

πρὸς τὸν τῶν ὀνομάτων κατάλογον ἀφορῶντες, καὶ ἐξεπιπολῆς τοῖς ἀνεγνωσμένοις προσέχοντες νομίζουσι μηδὲν πλέον ἔχειν τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἢ ἁπλῶς ὀνομάτων εἶναι προσηγορίας· ἐγὼ δὲ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς μὴ ἁπλῶς παρατρέχειν τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κείμενα. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἐνταῦθα γεγραμμένων ἐστὶν, ὃ μὴ πολὺν νοημάτων πλοῦτον ἔχει· ἐπειδὴ γὰρ Πνεύματι θείῳ ἐνηχούμενοι ἐξέθεντο οἱ μακάριοι προφῆται, διὰ τοῦτο ἅτε Πνεύματι γεγραμμέναι πολὺν ἔχουσιν ἐγκεκρυμμένον θησαυρόν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ὀνομάτων νῦν ἐπαγγέλλομαι ὑμῖν δεικνύναι πολὺν ἐγκεκρυμμένον πλοῦτον νοημάτων. Οὐδὲ γὰρ συλλαβὴ, οὐδὲ κεραία μία ἐστὶν ἐγκειμένη παρὰ τῇ Γραφῇ, ᾗ μὴ πολὺς [a] ἐναπόκειται θησαυρὸς ἐν τῷ βάθει. Διά τοι τοῦτο προσήκει ἡμᾶς ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χάριτος ὁδηγουμένους, καὶ τὴν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔλλαμψιν δεξαμένους, οὕτως ἐπιέναι τὰ θεῖα λόγια. Οὐδὲ γὰρ σοφίας ἀνθρωπίνης δεῖται ἡ θεία Γραφὴ πρὸς τὴν κατανόησιν τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἀποκαλύψεως, ἵνα τὸν ἀληθῆ νοῦν τῶν ἐγκειμένων καταμαθόντες πολλὴν ἐκεῖθεν δεξώμεθα τὴν ὠφέλειαν. [b] Εἰ γὰρ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι τὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων συντελούμενα γραμματεῖα πολλάκις τῷ χρόνῳ διαφθαρέντα, ὑπὸ τοῦ ἐγκειμένου χρόνου τῷ προοιμίῳ τοῦ γραμματείου, καὶ ἀπὸ μιᾶς [c] συλλαβῆς πολλὴν ἔσχε τὴν ἰσχύν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν θείων Γραφῶν τῶν Πνεύματι ἁγίῳ συγκειμένων τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν, μόνον ἐὰν νήφωμεν, καὶ μὴ ἁπλῶς παρατρέχωμεν, ἀλλὰ συντείνοντες ἡμῶν τὸν λογισμὸν κατοπτεύσωμεν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας, καὶ μὴ χείρους γινώμεθα τῶν περὶ τὰ αἰσθητὰ τοσαύτην τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνυμένων. Καὶ γὰρ οἱ τὴν μεταλλικὴν γῆν ἀνορύττοντες οὐ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἵστανται, ἀλλ' [d] ἐπειδὰν πολὺ βάθος κατέλθωσι, καὶ καταλαβεῖν δυνηθῶσι τοῦ χρυσίου τὰ ψήγματα, μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς εὐτονίας τῆς γῆς χωρίζουσι, καὶ μετὰ τὸν πολὺν ἐκεῖνον πόνον, βραχεῖάν τινα τῶν πόνων εὑρίσκουσι παραμυθίαν· καὶ ὅμως εἰδότες ὅτι ἐλάττονα τῶν πόνων καρποῦνται τὴν ὠφέλειαν, πολλάκις δὲ καὶ μετὰ τὴν πολλὴν ἀγρυπνίαν καὶ τὸν κάματον, καὶ τῆς προσδοκίας διήμαρτον, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται, ἀλλὰ τῇ ἐλπίδι τρεφόμενοι, τῶν πόνων αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσιν. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνοι περὶ τὰ φθαρτὰ καὶ ἐπίκηρα, ἔνθα καὶ ἀδηλία πολλὴ, τοσαύτην ἐπιδείκνυνται τὴν σπουδὴν, πολλῷ μᾶλλον προσήκει ἡμᾶς ὅπου καὶ ὁ πλοῦτος ἀναφαίρετος, καὶ ὁ

dem, multos nominum catalogum respicientes et lectionis superficiei hærentes, putare nihil amplius in dictis, quam mera nomina esse : ego autem vos omnes obsecro, ne simpliciter ea quæ in Scripturis sacris contenta sunt transeatis. Nihil enim hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat divitias : quandoquidem divino Spiritu afflati prophetæ loquuti sunt, ideo utpote a Spiritu scriptæ ingentem in se continent thesaurum. Et ne mireris quod in hac nominum enumeratione multas latentesque divitias sententiarum vobis me ostensurum pollicear. Neque enim vel syllaba, vel apiculus est in sacris Literis, in cujus profundo non sit grandis quispiam thesaurus : proinde par est nos divina gratia ductos, et Spiritu sancto illustratos eloquia divina adire. Neque opus habet divina Scriptura hominum sapientia, ut intelligatur, sed revelatione Spiritus, ut hausto inde vero sensu, magnum nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in sæcularibus negotiis scripta, quæ ab hominibus conficiuntur, sæpe tempore corrupta, a tempore initio instrumenti notato, et ab una syllaba, multum momenti habent : multo magis hoc in Scripturis divinis a Spiritu sancto compositis invenitur, modo sobrii simus, et non temere prætergrediamur : sed intenta mente diligenter omnia consideremus, et non negligentiores simus aliis qui tanto studio in sensilibus utuntur. Enimvero qui metalla effodiunt, non in superficie manent, sed cum profunde admodum descenderint, et auri ramenta nancisci potuerint, magno labore et sedulitate ea a terra separant, postque multum illum laborem, brevem aliquam laborum inveniunt consolationem ; verumtamen licet hi sciant, se utilitatem percepturos laboribus non respondentem, sæpeque etiam post tot vigilias et labores, exspectatione sua frustratos esse, neque sic desistunt, sed spe aluntur, et sensu laboris carent. Quod si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus, incertis, et caducis, multo magis decet nos, ubi divitiæ auferri nequeunt, et thesaurus absumi non potest, et spe non aberratur, par vel majus studium adhibere, ut hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitaque ineffabili benignitate Dei, gratias agentes Domino nostro, ejus nobis favorem conciliemus, et diaboli reti-

[a] Reg. unus ἐναπόκειται πλοῦτος ἐν τῷ.

[b] Εἰ γὰρ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι etc. multa desunt in Coislin. quæ plus quam dimidiam paginam efficiunt.

[c] Alii συλλαβῆς πολλάκις πολλήν.

[d] Sic Savil. et septem Mss. Morel. ἐπειδὰν εἰς πολὺ βάθος. Unus Mss. ἐπειδὲν εἰς βάθος.

bus non illaqueemur. Age ergo prolatis in medium iis quæ nunc lecta sunt, diligenter singula perscrutemur: ut solita refocillati doctrina, sic
Cap. 5. domum iterum recedatis. 1. *Iste est liber generationis hominum,* inquit, *die quo fecit Deus Adam, secundum imaginem Dei fecit illum; 2. masculum et feminam fecit illos. Et nominavit nomen eorum Adam, die quo fecit illos.* Attende, obsecro, prophetæ hujus admirabilis sapientiam; imo sancti Spiritus doctrinam. E Ab illo enim, ut sæpe dictum est, afflatus, nobis hæc omnia loquitur: et linguam quidem prophetæ commodavit, gratia autem Spiritus sancti per illam omnia humanum genus manifeste docet. Vide ergo quomodo ad originem sermonem reducit, et superiora iterum resumit. Quare, et qua de causa? Quia vidit eos qui tunc erant, magna præ se ferre ingrati animi signa, nec meliores fieri ex iis quæ primo parenti acciderant, sed in idem malitiæ profundum præcipitari. Nam cum is qui ex illo natus erat statim concitante invidia ad fratricidium ruisset, et ideo gra- 182
vissimam pœnam tulisset, sicut superius carita- A
tem vestram docuimus: ac posteri ejus nihil ea castigatione profecissent, sed in majoribus se malis involvissent, sicut audivistis heri, Lamech nempe peccatum suum uxoribus enarrantem, pœnamque adversus se decernentem: quia paulatim vidit increscere malitiam illorum quasi malum humorem per totum corpus se diffundentem, sistit malitiæ impetum, et generationes illas, quæ ex Cain usque ad Lamech, ne memoria quidem dignatur: sed quasi principium quoddam ducens, et luctum Adæ et Evæ demulcere B
volens, in quem illos injecerat fratricida, armata contra Abel dextra: sic narrationem orditur, et inquit: *Iste est liber generationis hominum, die quo fecit Deus Adam, secundum imaginem Dei fecit illum; masculum et feminam fecit illos: et nominavit nomen eorum Adam, die quo fecit illos.*

2. Considera quomodo iisdem verbis usus fue-

θησαυρὸς ἀδαπάνητος, καὶ διαμαρτεῖν οὐκ ἔνι, [c]τὴν ἴσην καὶ πλείονα σπουδὴν ἐπιδείκνύσθαι, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, καὶ καταμαθόντες τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, εὐγνώμονές τε γενώμεθα περὶ τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, καὶ τὴν ἐκεῖθεν εὔνοιαν ἐπισπασάμενοι, ἀχείρωτοι καταστῶμεν ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσι. Φέρε οὖν τὰ πρόσφατον ἀναγνωσθέντα εἰς μέσον προθέντες, διερευνησώμεθα μετὰ ἀκριβείας ἕκαστον, ἵνα τῆς συνήθους ἀπολαύσαντες διδασκαλίας, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρήσητε. Αὕτη ἡ βίβλος, φησί, γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς*. Καὶ ἐπωνόμασε [f]τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδὰμ, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν αὐτούς. Θέα μοι τοῦ θαυμαστοῦ τούτου προφήτου τὴν σύνεσιν· μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν διδασκαλίαν. Ἐκεῖθεν γὰρ ἐνηχούμενος ἅπαντα ἡμῖν φθέγγεται· καὶ τὴν γλῶτταν μὲν οὗτος ἐδάνεισεν, ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος χάρις πάντα σαφῶς διὰ τούτου τὴν ἡμετέραν διδάσκει φύσιν. Σκόπει τοίνυν πῶς εἰς ἀρχὴν τὸν λόγον ἀνήγαγε, καὶ ἄνωθεν, ὡς εἰπεῖν, πάλιν τὴν διήγησιν ποιήσασθαι βούλεται. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τοὺς ἤδη γεγονότας πολλὴν τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπιδειξαμένους, καὶ μηδὲ τοῖς εἰς τὸν πρωτόπλαστον γεγενημένοις σωφρονισθέντας, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν τῆς κακίας κατενεχθέντας· ὅ τε γὰρ ὑπ' αὐτῶν τεχθεὶς εὐθέως διὰ βασκανίαν εἰς ἀδελφοκτονίαν ὥρμησε· διὸ καὶ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην τὴν χαλεπωτάτην ἐδέξατο, καθὼς φθάσαντες ἐδιδάξαμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· εἶτα πάλιν οἱ μετ' ἐκεῖνον, οὐδὲ τῇ τούτων τιμωρίᾳ σωφρονισθέντες, χείροσι κακοῖς ἑαυτοὺς περιέβαλον, καθάπερ ἠκούσατε χθὲς τοῦ Λάμεχ τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν διηγουμένου ταῖς ἑαυτοῦ γυναιξὶ, καὶ καθ' ἑαυτοῦ τὸ ἐπιτίμιον ὁρίζοντος· ἐπεὶ κατὰ μικρὸν εἶδεν αὐξανομένην αὐτῶν τὴν κακίαν καθάπερ ῥεῦμα πονηρὸν μέλλον κατὰ παντὸς διατρέχειν τοῦ σώματος, ἵστησι τῆς κακίας τὴν φοράν, καὶ τὰς γενεὰς ταύτας λοιπὸν τὰς ἐκ τοῦ Κάϊν μέχρι τοῦ Λάμεχ γενομένας οὐδὲ μνήμης ἀξιοῖ, ἀλλ' ὥσπερ ἀρχήν τινα ποιούμενος, καὶ τὸ πένθος τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας παραμυθήσασθαι βουλόμενος, ᾧ περιβαλεῖν αὐτοὺς ἐτόλμησεν ὁ ἀδελφοκτόνος, τὴν δεξιὰν ὁπλίσας κατὰ τοῦ Ἄβελ, οὕτως ἄρχεται τῆς διηγήσεως, καί φησιν· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδὰμ, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν αὐτούς.

Σκόπει πῶς τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι κέχρηται, ὡς καὶ

[c] Quinque Mss. τὴν ἴσην ἡμῖν, male.

* Vide Præf. Tomi hujus § IV.]

[f] Quatuor Mss. τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

ἐν προοιμίοις, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι ὡς ἀδοκίμους γενομένας τὰς γενεὰς ἐκείνας οὐδὲ μνήμης λοιπὸν ἀξιοῖ, ἀλλ' ἐκ τοῦ νῦν τεχθέντος, τοῦ Σὴθ λέγω, τῆς γενεαλογίας ἄρχεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθῃς, ὅσος τῷ Θεῷ λόγος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ ὅπως ἀποστρέφεται τοὺς φονικὴν ἔχοντας τὴν γνώμην. Ὡς γὰρ μηδὲ παραχθέντων λοιπὸν ἐκείνων εἰς τὸν βίον, οὕτως αὐτῶν τὴν γνώμην παραλιμπάνει, δεικνὺς ἡμῖν, ὅσον D ἐστὶ κακία ζαλεπὸν, καὶ ὅτι ἑαυτοῖς τὰ μέγιστα λυμαίνονται οἱ ταύτην ἀσπαζόμενοι. Ἰδοὺ γὰρ οὗτοι μὲν τοῦ καταλόγου λοιπὸν ἐξαλείφονται, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ μνήμης ἠξιώθησαν μόνον, ὥστε τὴν κακίαν αὐτῶν στηλιτεύεσθαι, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἑξῆς γενεαῖς γενέσθαι σωφρονισμοῦ ὑπόθεσιν. Ὁ δὲ ἀδίκως ἀναιρεθεὶς, καὶ ὑπὸ τῆς ἀδελφικῆς χειρὸς φονευθεὶς, ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἁπάντων ᾄδεται στόμασι, καὶ οὔτε ὁ χρόνος τούτου τὴν μνήμην ἔσβεσεν, οὔτε ἐκείνου τὴν κατηγορίαν ὑπετέμετο, ἀλλὰ καὶ οὗτος καθ' ἑκάστην E ἡμέραν παρὰ πάντων ἀνακηρύττεται, καὶ ἐκεῖνος διηνεκῶς στηλιτεύεται. Εἴδετε ὅση τῆς κακίας ἡ λύμη, καὶ ὅση τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, καὶ ὅπως ἡ μὲν, καὶ πολεμοῦσα καὶ περιγινομένη, σβέννυταί τε καὶ ἀφανίζεται, ἡ δὲ, καὶ πολεμουμένη καὶ τὰ μυρία δεινὰ ὑπομένουσα, ταύτῃ μᾶλλον καὶ λαμπροτέρα καὶ φαιδροτέρα [b] γίνεται; Καὶ ἐνῆν μὲν καὶ ἐξ ἑτέρων πραγμάτων ὁμοίως συμβάντων τοῦτο δεῖξαι νῦν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης· ἀλλ' ἵνα μὴ τῆς προκειμένης ἀκολουθίας τέως ἐκπέσωμεν, φέρε πάλιν ἐπαναλάβωμεν αὐτὰ τὰ εἰρημένα. Αὕτη ἡ βίβλος, φησὶ, γενέσεως 183 ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' Α εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδὰμ, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν αὐτούς. Ὅρα πῶς πάλιν τῆς διηγήσεως ἄνωθεν ἀρξαμένη ἡ θεία Γραφὴ ὑπομιμνήσκει ἡμᾶς, ὅσης ἠξίωται τιμῆς ὁ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. Ἡ ἡμέρᾳ, φησὶν, ἐποίησεν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, ἄρχοντα αὐτὸν κατέστησε πάντων τῶν ὁρωμένων. Τοῦτο γάρ ἐστι, Κατ' εἰκόνα, κατά τε τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον, καὶ κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας. Ὥσπερ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει τῶν τε ὁρατῶν, τῶν τε ἀοράτων, δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων, οὕτω καὶ τὸ ζῷον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας, ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρω- B μένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές· ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ὤλισθε, καὶ παρέβη τὴν [a] δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν, οὐδὲ οὕτω τέλεον ἀπεστράφη τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας αὐτὸν ἀπεστέ-

rit, quibus et initio, ut doceret nos, se generationes illas utpote reprobatas, neque memoria posthac dignas habere : sed ex Seth, qui nunc illis natus est, genealogiam ordiri, ut et ex hoc discas, quantam Deus humani generis rationem habeat, et quomodo illos aversetur, quibus sanguinaria mens est. Nam illorum memoriam, quasi numquam vixissent, ita silentio præterit : monstrando nobis quam grave malum sit peccatum, quod qui amplectuntur, se primum et maxime pessumdant. Ecce enim illi e catalogo expunguntur, et eatenus tantum commemorantur ut infametur ipsorum malitia, et posterioribus sæculis emendationis sint occasio. At qui injuste occisus, et fraterna manu interemtus est, ex eo tempore usque in hoc nostrum, omnium decantatur ore, et neque tempus hujus memoriam exstinxit, neque illius crimen imminuit : sed et hic quotidie omnium ore prædicatur, et ille continue infamatur. Vidistis quantum malitiæ damnum, et quantum virtutis robur? et quomodo malitia, etiam si infestet et dominetur, exstinguitur tamen et aboletur : virtus autem licet infestetur, et innumera gravia sustineat, ea occasione illustrior fit et clarior? Et liceret quidem hoc etiam ex aliis gestis quæ similiter evenerunt, caritati vestræ ostendere : sed ne ab instituto nostro digrediamur, age denuo quæ dicta sunt repetamus. *Iste est liber generationis hominum, die quo fecit Deus Adam, secundum imaginem Dei fecit illum; masculum et feminam fecit illos ; et appellavit nomen eorum Adam, die quo fecit illos.* Vide quomodo iterum narratione ab initio repetita, divina Scriptura nobis commemorat quantum honorem a Conditore sortitus sit homo. *Die quo,* inquit, *fecit Adam, secundum imaginem Dei fecit illum :* hoc est, principem illum constituit omnium visibilium. Hoc enim est *Secundum imaginem,* secundum rationem dominii et principatus. Nam sicut omnium Deus principatum habet super omnia tam visibilia quam invisibilia, qui omnium conditor et opifex est : sic et cum formavit rationale hoc animal, voluit omnium visibilium præfectura insigne esse. Proinde et animæ substantiam illi largitus est, volens ipsum immortalem esse et perpetuum : verum ubi per desidiam excidit, et transgressus est mandatum sibi traditum, neque sic omnino ipsum aversatus est : sed pro sua misericordia immortalitatem

Virtus ex ærumnis fit illustrior.

Quid sit secundum imaginem Dei creari.

[b] Sic omnes præter Morel. qui habet γίνεται. ἐνῆν μὲν καὶ ἑτέρων.

[a] Savil. et septem Mss. δοθεῖσαν ἐντολήν. Mox duo Mss. τέλεον αὐτὸν ἀπεστράφη.

quidem illi ademit, morte autem damnatum in eodem ferme principatu reliquit. Deinde cum is qui ex illo natus erat in tantam prorupit insaniam, ut primus mortis speciem inveheret, violentam illam cædem exhiberet, ac cædi mendacium copulans, magnam improbitatem præ se ferret, diuturna castigatione emendare illum voluit, ut non solum ille lucrum faceret ex iis quæ ipsi contingebant, sed et posteros doceret commissorum magnitudinem, et ingentem sceleris fœditatem. Cæterum quia præ magna ignavia posteri quoque illius paulatim in graviora mala ruebant, volens, ut ita dicam, solari Adamum, qui non solum ob suam transgressionem adeo mœrebat, sed et ob flagitium Caini in luctu intolerabili versabatur, quod suis ipse oculis cæsum Abel vidisset; neque enim mortis speciem sciebant, tametsi lata esset sententia : unde et duplex illi ac triplex luctus aderat, quia primum viderunt mortem in vitam introductam, et violentam mortem, et a filio perpetratam, et in fratrem eodem patre eademque matre natum, qui nihil illi injuriæ intulisset : volens ergo benignus Deus parem doloribus afferre consolationem, alium illi dat filium, Seth videlicet; atque hinc ipsi data sufficienti consolatione, ab illo postea progeniei initium ducit. Propterea beatus propheta sic exorsus est, dicens : *Iste est liber generationis hominum.* Deinde ut promisit se narraturum hominum generationem, vide qua serie utitur. 3. *Vixit Adam annis ducentis triginta, et genuit secundum speciem suam, et secundum imaginem suam; et appellavit nomen illius Seth. 4. Fuerunt autem ipsius anni septingenti, et genuit filios et filias.* 5. *Et facti sunt omnes dies Adam, anni nongenti triginta, et mortuus est.*

Nihil frustra positum in Scriptura sacra.

3. Nonne bene dicebam in exordio sermonis, nihil esse temere et absque utilitate in sacra Scriptura positum? Ecce enim et nunc quanta diligentia usus est beatus ille propheta. *Genuit,* inquit, *Adam secundum speciem suam, et secundum imaginem suam, et appellavit nomen illius Seth.* Cum de priore loqueretur filio, Cain dico, nihil tale significavit nimirum jam antea indicans illius in malum proclivitatem; et merito : non enim servavit paternos mores, sed protinus ad malitiam confugit. Hic autem inquit, *Secundum speciem et se-*

ρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς σχεδὸν ἀφῆκεν εἶναι. Εἶτα ἐπειδὴ ὁ ἐξ αὐτοῦ τεχθεὶς εἰς τοσαύτην μανίαν ἐξώκειλε, καὶ πρῶτος τὸ εἶδος τοῦ φόνου εἰσήνεγκε, καὶ τὸν βεβιασμένον ἐκεῖνον θάνατον κατέδειξε, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν ἀγνωμοσύνην ψεῦδος τῷ φόνῳ συνάψας, τῇ διηνεκεῖ τιμωρίᾳ σωφρονίσαι αὐτὸν ἠβουλήθη, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸς κερδάνῃ ἐκ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα διδάσκῃ καὶ τῶν τετολμημένων τὸ μέγεθος, καὶ τῆς ἀτοπίας τὴν ὑπερβολήν. Ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ πολλὴν ῥᾳθυμίαν καὶ οἱ ἐκ τούτου γεγενημένοι κατὰ μικρὸν χείροσιν ἑαυτοὺς περιέβαλον κακοῖς, παραμυθήσασθαι, ὡς εἰπεῖν, βουλόμενος τὸν Ἀδὰμ οὐ μόνον διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν ἐν τοσαύτῃ τυγχάνοντα κατηφείᾳ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τόλμημα τοῦ Κάϊν, καὶ τὸ πένθος ἐκεῖνο τὸ ἀφόρητον, ὅπερ εἶδε τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς· οὔτε γὰρ τοῦ θανάτου ἤδεσαν τὸ εἶδος, εἰ καὶ τὴν ἀπόφασιν ἐδέξαντο· καὶ διπλοῦν [b] αὐτῷ, καὶ τριπλοῦν τὸ πένθος ἐγένετο, ὅτι τε καὶ τὸν θάνατον πρῶτον εἶδον εἰσενεχθέντα εἰς τὸν βίον, καὶ βίαιον θάνατον, καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς τολμηθέντα, καὶ εἰς ἀδελφὸν ὁμομήτριον, καὶ ὁμοπάτριον, καὶ οὐδὲν ἠδικηκότα· βουλόμενος τοίνυν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἀντίῤῥοπον αὐτῷ τῶν λυπηρῶν τὴν παραμυθίαν εἰσαγαγεῖν, ἕτερον αὐτῷ παρέχει παῖδα τὸν Σήθ, καὶ ἀρχοῦσαν αὐτῷ τὴν παράκλησιν ἐντεῦθεν ποιησάμενος, ἀπὸ τούτου λοιπὸν τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν συνίστησι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος προφήτης οὕτως ἤρξατο λέγων· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. Εἶτα ἐπαγγειλάμενος τὴν γένεσιν τῶν ἀνθρώπων διηγεῖσθαι, σκόπει οἵᾳ κέχρηται ἀκολουθίᾳ· Ἔζησε, φησὶν, Ἀδὰμ ἔτη διακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ. Ἐγένοντο δὲ αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἔτη ἑπτακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας. Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἀδὰμ ἐτῶν ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἀπέθανεν.

Οὐ καλῶς ἔλεγον ἐν τοῖς προοιμίοις, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν ἁπλῶς καὶ εἰκῇ γεγραμμένον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ; Ἰδοὺ γὰρ καὶ νῦν πόσῃ τῇ ἀκριβείᾳ ἐχρήσατο ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. Ἐγέννησε δὲ, φησὶν, Ἀδὰμ κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ· ἐπὶ δὲ τοῦ πρότερον τεχθέντος, τοῦ Κάϊν λέγω, οὐδὲν τοιοῦτον ἐπισημηνάμενος, ἀλλ' ἄνωθεν προμηνύων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμήν· καὶ εἰκότως· οὐ γὰρ ἔσωζε τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας, ἀλλ' εὐθέως πρὸς τὴν κακίαν ηὐτομόλησεν. Ἐνταῦθα δέ φησι, Κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, τουτέστιν

[b] Savil., Morel. et quidam Mss. *αὐτῷ*, sex Mss. *αὐτῶν*, atque ita legit Interpres Latinus. Ibid. Savil. et duo Mss. *ἐγίνετο*.

ὁμότροπον τῷ γεγεννηκότι; τοὺς αὐτοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας διασώζοντα, τὴν εἰκόνα τὴν πατρικὴν διὰ τῶν ἔργων δεικνύντα, ἀνακαλέσασθαι δυνάμενον διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς τοῦ προλαβόντος τὸ πλημμέλημα. Οὐδὲ γὰρ περὶ σωματικῶν χαρακτήρων ἐνταῦθα ἡμῖν διαλέγεται ἡ Γραφὴ λέγουσα, Κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ· ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ καταστάσεως, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὗτος οὐκ ἔσται τοιοῦτος. Διὸ καὶ ἡ μήτηρ τὴν προσηγορίαν ἐπιθεῖσα τῷ παιδὶ μετ' εὐχαριστίας ταύτην ἐπιτίθησι, καὶ οὐ τῇ φύσει, οὐδὲ τῷ τόκῳ λογίζεται τὸ τεχθὲν παιδίον, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει. Ἐκείνη γὰρ καὶ τὴν φύσιν διήγειρε πρὸς τὸν τόκον, καί φησιν· Ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ λέγουσα· ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Ὅρα τοῦ ῥήματος τὴν ἀκρίβειαν. Οὐκ εἶπεν, ἔδωκέ μοι ὁ Θεὸς, ἀλλ' Ἐξανέστησέ μοι. Σκόπει πῶς ἀμυδρῶς τὰ προοίμια τῆς ἀναστάσεως ἐντεῦθεν δείκνυται ἤδη διὰ τοῦ ῥήματος. Ὡς γὰρ ἂν εἴποι τις ἔλεγεν· ἀντὶ τοῦ πεσόντος ἀνέστησέ μοι τοῦτον. Εἰ καὶ ἐκεῖνος, φησὶν, [a]ὑπὸ τῆς ἀδελφικῆς δεξιᾶς εἰς τὴν γῆν κατέπεσε, καὶ τοῦ θανάτου πεῖραν ἔλαβεν, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἀντὶ τοῦ πεσόντος τοῦτον ἤγειρεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω καιρὸς ἦν τῆς ἀναστάσεως, οὐχὶ τὸν πεσόντα ἤγειρεν, ἀλλ' ἕτερον ἀντ' ἐκείνου· διὸ καὶ αὐτή φησιν· Ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Εἶδες εὐγνωμοσύνην γυναικός; εἶδες φιλανθρωπίαν Δεσπότου; πῶς ταχεῖαν αὐτοῖς τὴν παραμυθίαν ἐπενόησε; Ταύτην μιμώμεθα ἅπαντες, καὶ τὸ πᾶν τῇ ἄνωθεν χάριτι λογιζώμεθα. Εἰ γὰρ καὶ ἡ φύσις ἐργάζεται, ἀλλ' οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῷ προστάγματι τοῦ δημιουργήσαντος εἴκουσα· [b]καὶ μηδέποτε ἀλγείτωσαν γυναῖκες, ἐπειδὰν μὴ τίκτωσιν, ἀλλὰ γνώμην εὐχάριστον ἐπιδεικνύμεναι ἐπὶ τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν καταφευγέτωσαν, καὶ παρ' ἐκείνου αἰτείτωσαν τοῦ τῆς φύσεως Δεσπότου, καὶ μήτε τῇ συνουσίᾳ τῶν συνοικούντων, μήτε ἑτέρῳ τινὶ λογιζέσθωσαν τὴν τῶν παίδων γονὴν, ἀλλὰ τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων τῷ καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, καὶ χωλεύουσαν πάλιν [c]διορθῶσαι δυναμένῳ· ἐπεὶ καὶ αὕτη τὴν τοῦ πένθους ὑπόθεσιν δοξολογίας ἀφορμὴν ἐποιήσατο, καὶ τῷ Δεσπότῃ τὸ πᾶν λογίζεται λέγουσα, Ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Ὁρᾷς πῶς οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἐφθέγξατό τι λυπηρὸν (οὐ γὰρ ἂν παρέλιπεν ἡ θεία Γραφὴ, εἴ γέ τι τοιοῦτον εἴρητο παρ' αὐτῆς), ἀλλὰ γενναίως ἐνεγκοῦσα τὸ συμβὰν, ταχείας ἀξιοῦται τῆς παραμυθίας, καὶ πλείονα τὴν

cundum imaginem suam, hoc est, eorumdem morum, quibus ille qui genuerat, et qui servaret eosdem virtutis characteres, qui paternam imaginem operibus exprimeret, et qui sua virtute prioris peccatum reparare possit. Neque enim de corporalibus lineamentis et characteribus Scriptura nobis disserens, dicit: *Secundum speciem suam, et secundum imaginem suam:* sed de statu animæ, ut discamus hunc non talem esse futurum. Ideo et mater nomen filio imponens, cum gratiarum actione hoc nomen indidit: et neque naturæ, neque partui adscribit natum puerum, sed Dei virtuti. Illa enim naturam fecundavit ad partum, et ait: *Cognominavit nomen illius Seth, dicens: Excitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Vide verbi diligentiam. Non dixit: Dedit mihi Deus: sed, *Excitavit mihi.* Attende quomodo obscure nobis hoc verbo resurrectionis exordia hic ostendit. Ita enim loquebatur ac si quis diceret: Pro eo qui cecidit, excitavit mihi hunc. Quamquam ille, inquit, in terram dextra fratris percussus cecidit, et mortis periculum fecit, tamen Dei virtus pro cæso hunc mihi suscitavit. Sed quia nondum tempus erat resurrectionis, non mortuum suscitavit, sed alium pro illo: quamobrem et ipsa dixit: *Suscitavit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Vidisti gratum mulieris animum? vidisti benignitatem Domini? quomodo acceleratam illis consolationem excogitavit? Hanc imitemur omnes, et totum supernæ gratiæ tribuamus. Nam licet natura operetur, non tamen sua virtute, sed præcepto illius, qui ipsam fecit, obediens operatur. Et numquam doleant mulieres quando non pariunt, sed gratum animum præ se ferentes, ad naturæ Opificem confugiant; et ab illo petant, qui naturæ Dominus est; et neque conjugum congressui, neque alteri cuipiam rei filiorum imputent generationem, sed Conditori omnium, qui ex nihilo naturam nostram produxit ut esset, et claudicantem corrigere potest: quandoquidem et ista ex occasione luctus Deo gloriam referendi sumsit argumentum, et Domino totum tribuit, dicens: *Excitavit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Vides quomodo non solum non gravatim tulit, neque triste aliquid loquuta est (non enim prætermisisset divina Scriptura, siquidem tale quiddam ab illa dictum

Gen. 4. 25.

[a] Sic Savil. et omnes fere. Morel. ἀπὸ τῆς ἀδελφ.

[b] [Savil. ἀκουέτωσαν γυν., καὶ μηδ. ἀλγ., ἐπειδ.]

[c] Tres Mss. διορθώσασθαι.

fuisset), verum generose ferens quod acciderat, consolatione statim dignatur, et majora grati animi dat signa, Domini beneficium prædicans? Vide enim quam benigne Dominus quæ suarum sunt partium exsequatur. Non modo enim alium dat illi filium, sed et virtute præditum fore antea significat. *Genuit* enim, inquit, *secundum speciem suam, et secundum imaginem suam.* Et ut statim discamus nati virtutem, vide quia et ipse statim per appellationem filii sui suæ mentis
Gen. 4. 26. pietatem ostendat. *Et Setho,* inquit, *natus est filius, et appellavit nomen illius Enos. Hic speravit invocare nomen Domini Dei.* Vidisti appellationem diademate clariorem, purpura splendidiorem? Quid fuerit illo beatius qui invocatione Dei ornatur, idque pro nomine possidet? Vides id quod ab initio dicebam, et in parvis appellationibus magnas sententiarum divitias reconditas esse? Non solum enim hic parentum monstratur pietas, sed et magna erga liberos di-
Nominum impositio recens natis. ligentia; et quomodo statim et a principio eruebant puerulos qui ipsis nascebantur, admonentes per appellationes, quas illis imposuerant, ut virtutem exercerent: non sicut nunc fortuito et ut primum succurrit nomina fiunt. Nomine, inquiunt, avi vel proavi vocetur puer: at prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, ut talia natis imponerent nomina, quæ non solum illos qui nomina sortiebantur in virtutem adducerent, sed et alios omnes, etiam qui sequentibus sæculis futuri erant, omnimodæ philosophiæ doctrina essent. Id quod sciemus, si sermo aliquanto amplius processerit. Igitur nos neque quævis nomina pueris indamus, neque avorum et proavorum et eorum qui genere clari fuerunt, nomina tribua-
Nomina sanctorum filiis imponenda. mus, sed sanctorum virorum, qui virtutibus fulserunt, plurimaque apud Deum fiducia valuerunt. Imo neque horum nominibus fidant vel parentes, vel pueri quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodest alicui vocabulum virtute vacuum, sed habenda est salutis exspectatio in virtutis operatione: et neque in appellatione sublime sapere, neque in cognatione sanctorum virorum, neque in aliquo alio, sed in

εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, ἀνακηρύττουσα τοῦ Δεσπότου τὴν εὐεργεσίαν; Ὅρα γὰρ μεθ' ὅσης φιλοτιμίας ὁ Δεσπότης τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται. Οὐ μόνον γὰρ υἱὸν ἕτερον ἐχαρίσατο, ἀλλὰ καὶ ἐνάρετον B αὐτὸν ἔσεσθαι ἤδη προμηνύει. Ἐγέννησε γὰρ, φησὶ, κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Καὶ ἵνα μάθωμεν εὐθέως τοῦ τεχθέντος τὴν ἀρετὴν, ὅρα καὶ αὐτὸν πάλιν διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ ὑπ' αὐτοῦ τεχθέντος δεικνύντα τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης. Καὶ τῷ Σὴθ, φησὶν, ἐγένετο υἱὸς, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐνώς. Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Εἶδες προσηγορίαν διαδήματος λαμπροτέραν, ἁλουργίδος φαιδροτέραν; Τί γὰρ ἂν εἴη μακαριστότερον τοῦ τοιούτου τῷ ἐπικλήσει τοῦ Θεοῦ καλλωπιζομένου, καὶ τοῦτο ἀντὶ ὀνόματος κεκτημένου; Ὁρᾷς πῶς, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς C ἔλεγον, καὶ ἐν αὐταῖς ψιλαῖς ταῖς προσηγορίαις πολὺς ἐναπόκειται πλοῦτος νοημάτων; Οὐ μόνον γὰρ τῶν γονέων ἐντεῦθεν δείκνυται τὸ φιλόθεον, ἀλλὰ καὶ ἡ πολλὴ περὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐπιμέλεια· καὶ ὅπως ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον τὰ τικτόμενα παιδία διὰ τῆς προσηγορίας, ἣν αὐτοῖς ἐπετίθεσαν, τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, καὶ οὐ καθάπερ οἱ νῦν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὰς προσηγορίας ποιοῦνται. Εἰς τὸ ὄνομα, φησὶ, τοῦ πάππου, καὶ τοῦ ἐπιπάππου καλείσθω τὸ παιδίον· ἀλλ' οἱ παλαιοὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶσαν σπουδὴν ἐποιοῦντο τοιαύτας προσηγορίας ἐπιτιθέναι τοῖς τικτομένοις, αἳ μὴ μόνον αὐτοὺς τοὺς τὴν D προσηγορίαν δεχομένους εἰς ἀρετὴν ἐνῆγον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς διδασκαλία φιλοσοφίας ἁπάσης ἐγίνοντο. Καὶ τοῦτο εἰσόμεθα κατὰ μικρὸν προϊόντος τοῦ λόγου. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς τὰς τυχούσας προσηγορίας [a] ἐπιτιθῶμεν τοῖς παισὶν, μηδὲ τῶν πάππων, καὶ τῶν ἐπιπάππων, καὶ τῶν πρὸς γένος διαφερόντων τὰς ὀνομασίας αὐτοῖς χαριζώμεθα, ἀλλὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τῶν ἐν ἀρετῇ διαλαμψάντων, τῶν πολλὴν παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐσχηκότων· μᾶλλον δὲ μηδὲ ταῖς τούτων προσηγορίαις ἁπλῶς θαῤῥείτωσαν μήτε οἱ γονεῖς, μήτε οἱ παῖδες, E οἱ τὰς προσηγορίας δεχόμενοι. Οὐδὲ γὰρ ὀνίνησί τι προσηγορία ἀρετῆς ἔρημος οὖσα, ἀλλὰ δεῖ ἐν τῇ κατορθώσει τῆς ἀρετῆς τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, καὶ μήτε ἐπὶ προσηγορίᾳ μέγα φρονεῖν, μήτε ἐπὶ συγγενείᾳ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, μήτε ἐπ' ἄλλῳ μηδενὶ,

[a] Septem Mss. *ἐπιτίθεμεν*, male. Quod hic ait Chrysostomus, nomina sanctorum esse filiis imponenda, factum deprehenditur supra Tomo II in Encomio S. Meletii. Locum huic illustrando loco opportunum hic afferimus. Sic ergo legitur p. 519: *Nam cum eum a principio in civitatem ingressum excepissetis, unusquisque filium suum ejus nomine appellabat, per appellationem existimans unusquisque se in domum suam sanctum introducere, missisque patribus, avis, et proavis matres beati Meletii nomen imponebant liberis, quos pepererant. Naturam enim vincebat amor pietatis, et deinceps qui nascebantur, non naturali solum benevolentia, sed etiam affectu erga illam appellationem, erant cari parentibus. Ipsum enim nomen et ornamentum cognationis, et ædium tutelam, et ita vocatis salutem, et amoris solatium esse existimabant.*

ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν οἰκείων ἔργων παῤῥησίᾳ· μᾶλλον δὲ μηδὲ ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον κατεστάλθαι καὶ μετριάζειν, ὅταν πολὺν τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς συναγαγεῖν δυνηθῶμεν· οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ μετὰ ἀσφαλείας τὸν συλλεγέντα πλοῦτον [a] συνάξομεν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν ἐπισπασόμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, Ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· πανταχοῦ καταστέλλων αὐτῶν τὰ φρονήματα, καὶ πείθων μὲν μετριοφρονεῖν, καὶ μὴ ἐπαίρεσθαι ἐπὶ κατορθώμασιν, ἀλλ' εἰδέναι ὡς ἡ μεγίστη ἀρετὴ αὕτη μάλιστα πάντων ἐστὶ τὸ ἐν κατορθώμασιν ὄντα τινὰ μετριάζειν.

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν πάλιν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου, καὶ ἴδωμεν τοὺς ἑξῆς τεχθέντας. Εἰκὸς γὰρ κατὰ μικρὸν προϊόντας μείζονα θησαυρὸν εὑρεῖν, καὶ πολὺν καὶ ἄφατον πλοῦτον. Καὶ ἔζησε, φησὶν, Ἐνὼς, οὗτος ὁ τοῦ Σὴθ υἱὸς, ἔτη ἑκατὸν ἐνενήκοντα, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν, καὶ Καϊνᾶν ἐγέννησε τὸν Μαλελεὴλ, καὶ Μαλελεὴλ ἐγέννησε τὸν Ἰαρὲδ, καὶ Ἰαρὲδ ἐγέννησε τὸν Ἐνώχ. Καὶ ἔζησεν Ἐνὼχ ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα. Εὐηρέστησε δὲ, φησὶ, τῷ Θεῷ Ἐνὼχ, καὶ ἔζησεν Ἐνὼχ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Μαθουσάλα ἔτη διακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἐγένοντο αἱ ἡμέραι Ἐνὼχ ἔτη τριακόσια ἑξήκοντα πέντε. Καὶ εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Οὐ καλῶς ἔλεγον, ὅτι προϊόντες πολὺν καὶ ἄφατον εὑρήσομεν πλοῦτον πνευματικὸν ἐν τούτοις τοῖς ὀνόμασιν; Ἐννόει γάρ μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, καὶ τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. Ἔζησε, φησὶν, Ἐνὼχ ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, καὶ εὐηρέστησε, φησὶν, Ἐνὼχ τῷ Θεῷ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Μαθουσάλα. Ἀκουέτωσαν καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ παιδευέσθωσαν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ μὴ νομιζέτωσαν τὸν γάμον κώλυμα εἶναι πρὸς τὴν εὐαρέστησιν τὴν πρὸς τὸν Θεόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπεσημήνατο λέγουσα ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, καὶ τότε εὐηρέστησε, καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ἐδιπλασίασε λέγουσα, Καὶ εὐηρέστησε μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν, ἵνα μή τις νομίσῃ ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὴν ταύτης κατόρθωσιν. Ἐὰν γὰρ νήφωμεν, οὔτε γάμος, οὔτε ἀνατροφὴ, οὔτε ἕτερόν τι ἐμποδίσαι ἡμῖν δυνήσεται εἰς τὴν εὐαρέστησιν τὴν πρὸς τὸν Θεόν. Ἰδοὺ γὰρ καὶ οὗτος τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως τυγχάνων, καὶ οὔτε νόμου δοθέντος, οὔτε Γραφῶν κειμένων τῶν διδασκουσῶν, οὔτε ἑτέρου τινὸς εἰς φιλοσοφίαν ἐνάγοντος, οἴκοθεν καὶ

fiducia propriorum operum : imo neque in illis multum de se sentire, sed tunc magis humilem et modestum esse oportet, cum magnas virtutum divitias congerere possumus : sic enim et ipsi collectas divitias tuto custodiemus, et benevolentiam Dei nobis conciliabimus. Enimvero propter hoc et Christus discipulis suis dicebat : *Cum omnia feceritis, dicite, Inutiles servi sumus:* in omnibus eorum confidentiam reprimens, et ad modestiam eos revocans, ut bonis operibus non extollantur, sed sciant maximam virtutum esse in bonis operibus modeste et humiliter se habere. Luc. 17. 10.

4. Porro ad contextum sermonis redeamus, et videamus eos qui postea nati sunt. Probabile est enim, nos paulatim procedendo majores inventuros esse thesauros et immensas divitias. 9. *Et vixit Enos, hic Sethi filius, annos centum nonaginta, et genuit Cainam,* 12. *et Cainam genuit Malaleel,* 15. *et Malaleel genuit Jared,* 18. *et Jared genuit Enoch.* 21. *Et vixit Enoch annis centum sexaginta quinque, et genuit Mathusala.* 22. *Placuit autem Enoch Deo. Et vixit Enoch postquam genuit Mathusala, annis ducentis, et genuit filios et filias.* 23. *Et fuerunt dies Enoch trecenti sexaginta quinque.* 24. *Et placuit Enoch Deo, et non inventus est, quia transtulit illum Deus.* Num bene dicebam, nos procedendo magnum thesaurum in illis nominibus inventuros esse? Animadverte enim, obsecro, hic, dilecte, et justi virtutem et boni Dei ingentem benignitatem, et Scripturæ diligentiam. *Et vixit Enoch annis centum sexaginta quinque, et genuit Mathusala. Et placuit Enoch Deo, postquam genuit Mathusala.* Audiant viri et mulieres, et discant justi virtutem, nec putent nuptias in causa esse quominus quis Deo placeat. Nam idcirco divina Scriptura semel et iterum id significavit dicens : Genuit Mathusala, et tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicens : *Et placuit postquam genuit :* ut ne quis arbitretur obstaculum virtuti esse conjugium. Qua si sobrii sumus, neque educatio, neque conjugium, neque aliud quid nobis oberit, quominus placeamus Deo. Ecce enim et hic ejusdem naturæ erat, cujus et nos sumus : et neque lex tradita erat, neque Scripturæ docebant, neque aliud quidquam ad sapientiæ philosophiæque studium deducebat. Ex se, et ex voluntate

Nuptiæ non in causa sunt quominus homines Deo placeant.

[a] Alii *συνάξωμεν*, et infra *ἐπισπασώμεθα*.

ipsius profectum est quod Deo placeret, ita ut usque hodie vivat nondum mortem expertus. Nam si nuptiæ, dilecti, vel puerorum educatio, impedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc nostram vitam nuptias introduxisset universorum Creator, ut ne in rebus præcipuis et maxime necessariis nos læderet. Sed quia non solum nihil nobis obstant ad philosophandum secundum Deum, si voluerimus esse sobrii, sed et magnam afferunt consolationem, dum comprimunt insanum naturæ impetum, nec turbari quasi mare sinunt, sed efficiunt ut scapha feliciter in portum appellat, ideo consolationem hanc humano generi tribuit. Quod quam verum sit, ostendit justus ille. Quia postquam, inquit, genuit Mathusala, placuit Deo Enoch, neque parvo annorum numero in virtutum exercitio perseveravit, sed vixit, inquit, annis ducentis. Et quia post transgressionem Adæ inventus est homo qui ad virtutum culmen ascenderet, et primi parentis peccatum revocaret, ob eam quam apud Deum habebat gratiam, vide boni Dei excellentem clementiam. Nam quia invenit aliquem qui potuit peccatum Adæ revocare : monstrando re ipsa quia non volens mortem humano generi inferre propter mandati transgressionem, eum qui mandatum acceperat condemnaverit, hunc viventem transfert. *Et placuit*, inquit, *Enoch Deo, et non inventus est, eo quod transtulit illum Deus.* Vides sapientiam Domini? Viventem transtulit, non immortalitatem largitus est, ne peccandi metum enervaret, sed timorem in humano genere vigentem reliquit. Propter hoc iterum obscure, ut ita dicam, et latenter revocare vult sententiam quam contra Adam protulit ; sed manifestum hoc non facit, ut timor illius emendationi serviat. Et idcirco Enoch, cum ipsi multum placeret, transtulit. Jam si quis curiosius rogare velit, et dicere : Et quo ipsum transtulit? et num ad usque ad præsens vixerit? discat non convenire humanis cogitationibus obsequi, et curiosius ea quæ a Deo fiunt explorare, sed credere iis quæ dicuntur. Nam quando Deus aliquid pronuntiat, dictis ipsius contradicendum non est, sed fide digniora habenda sunt quæ a Deo pronuntiantur, etiamsi non compareant, quam ea quæ oculis nostris subjecta sunt. Enimvero Scriptura dixit, quod transtulerit illum, et

ἀπὸ προαιρέσεως τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν εὐαρέστησιν, ὡς μέχρι τῆς σήμερον διαρκέσαι, καὶ μηδέπω καὶ νῦν πεῖραν θανάτου λαβεῖν. Εἰ γὰρ ὁ γάμος, ἀγαπητὲ, καὶ ἡ παιδοτροφία κώλυμα ἤμελλε γίνεσθαι πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, οὐκ εἰσήνεγκε γάμον εἰς τὸν βίον τὸν ἡμέτερον ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἵνα μὴ ἐν τοῖς καιρίοις καὶ σφόδρα ἀναγκαιοτέροις ἡμᾶς λυμήνηται. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ μόνον οὐδὲν ἡμῖν ἐμποδίζει πρὸς τὴν κατὰ Θεὸν φιλοσοφίαν, ἐὰν βουλώμεθα 187
νήφειν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἡμῖν εἰσάγει τὴν παραμυθίαν μαινομένην τὴν φύσιν [a] καταστέλλουσα, καὶ οἷον ἀφιεῖσα πελάγιον σαλεύειν, ἀλλὰ διηνεκῶς ἐν λιμένι τὸ σκάφος ὁρμᾷν παρασκευάζουσα, διὰ τοῦτο τὴν ἐντεῦθεν παραμυθίαν ἐχαρίσατο τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Ὅτι γὰρ ἀληθῆ τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, δείκνυσιν ὁ δίκαιος οὗτος. Μετὰ γὰρ τὸ γεννῆσαι, φησὶ, τὸν Μαθουσάλα, εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ οὐ βραχύν τινα ἀριθμὸν διήρκεσε τὴν ἀρετὴν μετιών, ἀλλὰ, φησὶ, διακόσια ἔτη. Καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν εὑρέθη ἄνθρωπος πρὸς αὐτὴν τὴν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς ἀνιών, καὶ τὴν τοῦ προπάτορος ἁμαρτίαν ἀνακαλούμενος διὰ τῆς οἰκείας εὐαρεστήσεως, ὅρα τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν. Ἐπειδὴ εὗρε δυνηθέντα ἀνακαλέσασθαι τὸ ἁμάρτημα τοῦ Ἀδὰμ, δεικνὺς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ βουλόμενος τὸν θάνατον ἐπαγαγεῖν τῷ γένει τῷ ἡμετέρῳ [b] διὰ τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν, τοῦτον κατεδίκασε, τὸν τὴν ἐντολὴν δεξάμενον, τοῦτον ζῶντα μεθίστησι. Καὶ εὐηρέστησε, φησὶν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Ὁρᾷς σοφίαν Δεσπότου; Μετέθηκε ζῶντα, οὐχὶ ἀθανασίαν ἐχαρίσατο, ἵνα μὴ ἐκλύσῃ τοῦ πλημμελήματος τὸν φόβον, ἀλλ' ἀφῆκεν ἀκμάζειν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Διὰ τοῦτο πάλιν ἀμυδρῶς, ὡς εἰπεῖν, καὶ λανθανόντως ἀνακαλέσασθαι βούλεται τὴν ἀπόφασιν, ἣν κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐξήνεγκε. Ἀλλ' οὐ ποιεῖ αὐτὸ φανερὸν, ἵνα ὁ φόβος ἀντὶ σωφρονισμοῦ γένηται. Διὰ τοῦτο εὐαρεστήσαντα τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν. Εἰ δέ τις βούλοιτο περιεργάζεσθαι, καὶ λέγειν, καὶ ποῦ αὐτὸν μετέθηκε; καὶ εἰ μέχρι τοῦ παρόντος διήρκεσε; μανθανέτω μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις κατακολουθεῖν, καὶ τὰ παρὰ τῶν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀποφαίνηταί τι, οὐ δεῖ ἀντιβλέπειν τοῖς ῥηθεῖσιν, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ἀξιοπιστότερα ἡγεῖσθαι, κἂν μὴ φαίνηται τῶν ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς κειμένων τοῖς ἡμετέροις. Ὅτι γὰρ μετέθηκεν αὐτὸν εἶπεν ἡ θεία Γραφὴ, καὶ ὅτι ζῶντα με-

[a] Savil. et Dounæus hic legendum existimant καταστέλλων, et mox ἀφιείς, referentes scilicet ad vocem γάμον. Sed omnes omnino Manuscripti habent καταστέλλουσα et ἀφιεῖσα, potestque optime referri ad παιδοτροφία supra. Mox Savil. et Morel. ὁρμεῖν. Septem Mss. ὁρμᾷν.

[b] [Savil. ἀλλὰ διὰ.... τοῦτον νῦν ζῶντα.]

τέθηκε, καὶ πεῖραν μὴ λαβόντα θανάτου, ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκείας εὐαρεστήσεως ἀνώτερον γεγονότα τῆς ἐξενεχθείσης ἀποφάσεως κατὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Ποῦ δὲ αὐτὸν μετέθηκεν, καὶ ὅπως νῦν διάγει, τοῦτο οὐ προσέθηκεν.

quod viventem transtulerit, nec mortem expertus sit, sed ob suum, quem apud Deum habebat favorem, superior factus sit divina sententia contra humanum genus prolata. Quo autem illum transtulerit, et quomodo nunc agat, hoc non adjecit.

Εἶδες ἀγαθότητα Δεσπότου, πῶς εὑρὼν ἄνδρα τὴν ἀρετὴν κατωρθωκότα, οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς E ἀξίας, ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι κἀκεῖνος, εἰ μὴ τὴν ἀπάτην προετίμησε τῆς δοθείσης ἐντολῆς, τῶν αὐτῶν ἂν [c] ἠξίωτο ἢ καὶ μειζόνων; Καὶ ἔζησε, φησί, Μαθουσάλα ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, καὶ ἐγέννησε τὸν Λάμεχ· καὶ ἔζησε Λάμεχ ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε, λέγων· οὗτος δὴ ἀναπαύσει ἡμᾶς 188 ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν τῶν A χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο Κύριος ὁ Θεός. Ὅρα πάλιν διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ νῦν τεχθέντος ὑπὸ τοῦ Λάμεχ μυστηρίων τὸ μέγεθος, καὶ προρρήσεως ὑπερβολὴν, καὶ φιλανθρωπίαν ἄφατον τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ οἰκείᾳ προγνώσει τὰ μέλλοντα προεώρα, ἰδὼν τὴν κακίαν τῶν ἀνθρώπων αὐξανομένην, προλέγει διὰ τῆς τοῦ παιδὸς προσηγορίας τὰ μέλλοντα καταλήψεσθαι κακὰ ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἵνα κἂν τῷ φόβῳ σωφρονισθέντες ἀπόσχωνται τῆς κακίας, ἕλωνται δὲ τὴν ἀρετήν. Καὶ ὅρα μακροθυμίαν Δεσπότου, πρὸ πόσου χρόνου τὴν B πρόρρησιν γενέσθαι ποιεῖ, ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρωπίαν, καὶ πάσης ἀπολογίας ἀποστερήσῃ τοὺς τὴν τιμωρίαν μέλλοντας δέχεσθαι. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι, καὶ πόθεν τῷ Λάμεχ τὸ τοσοῦτον μέγεθος τῆς προρρήσεως; μὴ γὰρ μέμνηται ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐνάρετός τις ἦν καὶ θαυμαστός; Μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ· σοφὸς γὰρ ὢν καὶ εὐμήχανος ὁ Δεσπότης, καὶ δι' ἀναξίων πολλάκις συγχωρεῖ προλέγεσθαι θαυμαστὰ καὶ μεγάλα πράγματα, καὶ οὐκ ἐν τῇ Παλαιᾷ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Καινῇ. Ἄκουε γὰρ τοῦ C εὐαγγελιστοῦ περὶ τοῦ Καϊάφα τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέως λέγοντος· Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν, ὅτι ἤμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν, οὐχ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. Εὑρήσεις τοιοῦτόν τι πάλιν καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ γινόμενον. [a] Κληθεὶς γὰρ ὥστε καταράσασθαι τὸν λαὸν, οὐ μόνον οὐ κατηράσατο, ἀλλὰ καὶ προεφήτευσε μεγάλα καὶ θαυμαστὰ πράγματα, οὐ περὶ τοῦ λαοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος

5. Vidisti bonitatem Domini, quomodo inventum virum, qui virtutem operatus est, non fraudavit dignitate quam primigenæ homini ante mandati transgressionem largitus erat: docens nos, se et illum, nisi dæmonis deceptionem pluris fecisset quam traditum mandatum, eodem vel majori honore dignaturum fuisse? 25. *Et vixit*, inquit, *Mathusala annos centum et octoginta septem, et genuit Lamech*: 28. *et vixit Lamech annos centum octoginta*, 29. *et genuit filium, et appellavit nomen illius Noe, dicens: Hic requiescere faciet nos ab operibus nostris, et a molestiis manuum nostrarum, et a terra quam maledixit Dominus Deus.* Vide iterum per appellationem nunc nati ex Lamech mysteriorum magnitudinem, vaticinii excellentiam, et Dei boni ineffabilem benignitatem. Quoniam enim præscientia sua prævidebat ea quæ futura erant; ut vidit malitiam hominum in dies magis atque magis increscere, prædicit per appellationem pueri mala quæ totum humanum genus invasura essent, ut vel timore castigati abducerentur a vitiis, et amplexarentur virtutem. Et vide patientiam Domini curantis, ut ante tantum tempus vaticinium præcederet, ut et suam ostenderet misericordiam, et omni privaret defensione eos qui pœnæ futuri erant obnoxii. Sed forte quis dixerit: Unde Lamech hoc habuit, ut tantum vaticinium prædiceret? non enim meminit Scriptura eum multa virtute claruisse, admirabilemque fuisse. Ne mireris, dilecte: Dominus enim noster sapiens et omnipotens, per indignos sæpe concedit prædici magnas mirabilesque res: idque non in Veteri Testamento solum, sed et in Novo. Audi enim evangelistam de Caipha Judæorum pontifice dicentem: *Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prædixit moriturum esse Jesum, non solum pro populo, sed ut gentes dispersas congregaret in unum.* Invenies item et a Balaam tale quid factum. Vocatus enim ut male-

Per indignos interdum futura prædici vult Deus.

Joan. 11. 51.

Num. 24.

[c] Ἠξίωτο ἢ καὶ μειζόνων : quæ sequuntur in duobus Mss. transposita leguntur, usque ad hæc verba, ταῦτα μὴ ἁπλῶς ἀκούωμεν, et infra alio situ reperiuntur. Savilius similiter illa transposita præfert; sed utrovis modo bene habere videntur. [Infra οὗτος διαναπαύσει Bibl. et Savil.]

[a] Sic Savil. et Mss. Morel. vere κληθεὶς γὰρ καταρ.

diceret populum, non solum non maledixit, sed et prædixit multas mirasque res, non de populo tantum, sed etiam de adventu Salvatoris nostri. Non igitur mireris, si etiam nunc Lamech ita puerum appellarit, sed Deo totum tribue, qui solerti sua sapientia cuncta dispensat.

Generis humani interitus quies vocatur. *Job.* 3. 23.

Et vocavit nomen illius Noe. Hoc nomen, si quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem vocat generalem illum interitum post multos annos futurum; sicut et Job dicit: *Mors viro quies:* quoniam multus est et valde magnus labor malitiæ, ejus cessationem et perditionem per diluvium futuram, quietem vocat. *Et vocavit nomen illius Noe.* Deinde appellationem nominis interpretatur et dicit: *Hic utique quietem nobis præstabit ab operibus nostris*: a malitia, inquit, avertet, *Et a molestiis manuum nostrarum*: et iterum hoc ipsum, ab operibus, inquit, malis. Non enim dicit, manus dolore affectas: sed per illarum opera et malas actiones, molestias auctas fuisse. *Et a terra, quam maledixit Dominus Deus.* Liberabit nos, inquit, ab omnibus malis prementibus, et laboribus et miseriis quas subimus in terra colenda, quæ maledictioni facta est obnoxia propter primigenæ hominis transgressionem. Hic animadverte, dilecte, quomodo puellus iste paulatim crescens, omnibus ipsum videntibus discendi occasio fuerit. Nam mox ut quis nomen pueri sciscitatus est, ex interpretatione vocabuli didicit eventurum generalem interitum. Nam si quis divino Spiritu afflatus simpliciter hoc futurum dixisset, id statim fuisset oblivioni traditum, et gravitas pœnæ non fuisset omnibus cognita: nunc autem quia hic ante omnium versatur oculos, tempestive et intempestive divinam commemorabat indignationem. Porro ut certo sciamus quanto tempore perseveraverit filius per sui nominis appellationem omnes admonere ut desisterent a peccato, et virtutem amplexarentur, quo iram hanc effugere valerent, dicit: 32. *Et erat Noe annorum quingentorum, et genuit tres filios.* Vide iterum alium justum cum uxore et filiis, qui bene operando admodum placuit Deo, et contra quam omnes agebant, virtutis viam elegit: et neque nuptiis, neque filiorum educatione prohibitus est. Porro obstupescenda est ineffabilis patientia Dei, et prodigiosa hominum, qui tunc erant, nequitia. Ecce enim quingentis annis vixerat justus ille, clamans et testificans suo nomine futurum

ἐπιδημίας. Μὴ τοίνυν ξενίζου, εἰ καὶ νῦν ὁ Λάμεχ D προσηγορίαν ἐπιθεὶς τῷ παιδὶ τριαύτην ἐπιτίθησιν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ λόγισαι τὸ πᾶν τῷ διὰ τῆς εὐμηχάνου αὐτοῦ σοφίας πάντα οἰκονομοῦντι. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε· ἑρμηνεύεται γὰρ αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἀνάπαυσις. Τὴν οὖν πανωλεθρίαν ἐκείνην, τὴν μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν συμβήσεσθαι μέλλουσαν, ἀνάπαυσιν καλεῖ· καθάπερ καὶ Ἰὼβ φησι· Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. Ἐπειδὴ γὰρ πολὺν καὶ σφόδρα μέγαν ἔχει τὸν κάματον ἡ κακία, τὴν ταύτης ἀποχὴν καὶ τὴν ἀναίρεσιν, ἣν διὰ τοῦ κλυδωνίου ἐκείνου ἔμελλον ὑφίστασθαι, ἀνάπαυσιν καλεῖ. Καὶ ἐκάλεσε, φησί, τὸ E ὄνομα αὐτοῦ Νῶε. Εἶτα ἑρμηνεύων ἡμῖν τοῦ ὀνόματος τὴν προσηγορίαν, φησίν· [b] Οὗτος δὲ ἀναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν· ἀπὸ τῆς κακίας, φησίν, ἀποστήσει, Καὶ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν· καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ἀπὸ τῶν πράξεων, φησί, τῶν πονηρῶν. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ αἱ χεῖρες ἐλυποῦντο, οὕτω τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ἐργασίας καὶ τῆς πονηρᾶς πράξεως τὰ τῆς λύπης αὐτοῖς ἤλλετο. Καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο Κύριος ὁ Θεός. Ἐλευθερώσει ἡμᾶς πάντων, φησί, τῶν ἐπικειμένων 189 κακῶν, καὶ τοῦ περὶ τὴν γῆν πονεῖσθαι καὶ ταλαι- A πωρεῖσθαι τὴν κατάραν δεξαμένην διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν. Ἔννοει γάρ μοι λοιπόν, ἀγαπητέ, πῶς τὸ παιδίον τοῦτο κατὰ μικρὸν αὐξανόμενον διδασκαλίας ὑπόθεσις ἅπασι τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο. Μόνον γάρ τις ἐπυνθάνετο τοῦ παιδίου τὴν προσηγορίαν, καὶ εὐθέως ἡ ἑρμηνεία τῆς προσηγορίας ἐδίδασκε τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι τὸν ὄλεθρον. Εἰ μὲν γάρ τις ἁπλῶς εἶπεν ἐνηχηθείς, ὅτι τόδε ἔσται, κἂν λήθῃ παραδοθῇ τὸ ῥηθέν, καὶ οὐκ ἂν πάντες ἐγίνωσκον τῆς τιμωρίας τὸ ἀφόρητον· νυνὶ δὲ οὗτος ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς στρεφόμενος, εὐκαίρως, ἀκαίρως ὑπό- B μνησις ἐγίνετο τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως. Καὶ ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς ἐπὶ πόσον χρόνον διήρκεσεν ὁ υἱὸς διὰ τῆς προσηγορίας τῆς ἑαυτοῦ πᾶσι παραινῶν ἀποστῆναι μὲν τῆς κακίας, ἐλέσθαι δὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ διαφυγεῖν τὴν τοσαύτην ἀγανάκτησιν, φησί· Καὶ ἦν Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων, καὶ ἐγέννησε Νῶε τρεῖς υἱούς. Ὅρα πάλιν ἄλλον δίκαιον μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων, πολλὴν τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐαρέστησιν κατωρθωκότα, καὶ ἀπεναντίας ἅπασι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν ἐλόμενον, καὶ οὐδὲν οὔτε ὑπὸ τοῦ γάμου, οὔτε ὑπὸ τῆς παιδοτροφίας κωλυθέντα. Τέως δὲ ἀναγκαῖον ἐκπλαγῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον μακροθυμίαν, καὶ τῶν τότε ἀν- C θρώπων τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν ὑπερβάλλουσαν. Ἰδοὺ γὰρ πεντακόσια ἔτη τέως διήρκεσεν ὁ δίκαιος οὗτος βοῶν, καὶ διαμαρτυρόμενος διὰ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας τὸ μέλλον ἔσεσθαι κλυδώνιον κατὰ πᾶσαν τὴν οἰ-

[b] [Bibl. et Savil. hic ut supra οὗτος διαναπαύσει. Infra οὕτω τοῦτό φησιν addidimus e Savil.]

κουμένην διὰ τὴν τῆς κακίας ἐπίτασιν καὶ οὐδὲ οὕτως ἀποστῆναι τῆς κακίας ἠβουλήθησαν. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς οὐδὲ μετὰ τὴν τοσαύτην πρόρρησιν, οὐδὲ μετὰ τὸν τοσούτων ἀριθμὸν ἐτῶν τὴν τιμωρίαν ἐπάγει, ἀλλὰ πάλιν αὔξων αὐτοῦ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἕτερον οὐκ ὀλίγων ἐτῶν ἀριθμὸν προστίθησι τῇ οἰκείᾳ ἀνεξικακίᾳ. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο παρήγαγε τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ὥστε τιμωρήσασθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ὥστε τῶν μυρίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν δωρήσασθαι. Διὰ τοῦτο ὁρᾷς αὐτὸν πανταχοῦ μέλλοντα, καὶ ἀναβαλλόμενον ἐν ταῖς τιμωρίαις. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν μνήμην, μέχρι τούτου στήσαντες τὸν λόγον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν τὰ λειπόμενα ταμιευσόμεθα.

per universum orbem diluvium, ob nimiam hominum malitiam, et neque sic a nequitia abstinere voluerunt. At clemens Deus neque post tantum vaticinium, neque post tot annorum numerum pœnam inducit : sed denuo suam auctarus patientiam, alios non paucos annos suæ tolerantiæ adjungit. Neque enim ideo produxit humanum genus ut puniret, sed plane e diverso, ut donaret nobis innumera bona quibus frueremur. Et propterea ipsum ubique vides cunctantem, et moras nectentem in pœnis infligendis. Verum ne dictorum multitudine memoriam vestram obruamus, hic sermonem sistentes, cætera usque in crastinum reponemus.

[a] Ταῦτα δὲ μὴ ἁπλῶς ἀκούωμεν, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ παιδευώμεθα τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐαρέστησιν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ μήτε οἰκίας προστασίαν, μήτε γυναικὸς φροντίδα, μήτε παίδων ἐπιμέλειαν, μήτε ἄλλο μηδὲν προβαλλώμεθα, καὶ νομίσωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν τοῦ ῥᾳθύμως καὶ ἠμελημένως ζῆν, μηδὲ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα καὶ ἀνόνητα ῥήματα προφέρωμεν, καὶ λέγωμεν· κοσμικός εἰμι, γυναῖκα ἔχω, καὶ τέκνων φροντίδα ποιοῦμαι. Ταῦτα τοῖς πλείοσιν ἔθος λέγειν, ἐπειδὰν αὐτοὺς παρακαλῶμεν εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πόνους, ἢ περὶ τὴν τῶν Γραφῶν ἀνάγνωσιν πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν σπουδήν. Οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο, φησί· μὴ γὰρ ἀπεταξάμην; μὴ γὰρ μοναχός εἰμι; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Ἐκείνοις μόνοις ἀποκεκλήρωται τὸ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐαρεστήσεως; Πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ οὐδένα βούλεται ἀρετῆς ἀμελεῖν. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Μή τι γέγονεν, εἰπέ μοι, τούτῳ τῷ δικαίῳ κώλυμα ἡ συνουσία τῆς γυναικὸς, ἢ ἡ τῶν παίδων φροντίς; Μὴ τοίνυν, παρακαλῶ, μηδὲ ἡμεῖς ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ὅσῳ ταύταις φροντίσιν ἐνεχόμεθα, τοσούτῳ μᾶλλον τὰ ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν θείων Γραφῶν δεχώμεθα φάρμακα. Μὴ γὰρ καὶ οὗτοι οὐ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἦσαν, καὶ οὐδὲ τοσαύτας ἀφορμὰς εἶχον τὰς ἐναγούσας αὐτοὺς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν; Ποίας οὖν ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, οἱ καὶ διδασκαλίας τοσαύτης ἀπολαύοντες, καὶ τοσαύτης χάριτος ἀξιωθέντες, καὶ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντες, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενοι, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν φθάσωμεν τῆς ἀρετῆς μέτρον; Εἰ γὰρ βουλοίμεθα νήφειν, ἱκανὰ τὰ σήμερον ἡμῖν κινηθέντα διεγεῖραι ἡμᾶς πρὸς

6. Hæc autem, ne simpliciter et inconsideranter audiamus, dilecti : sed erudiamur ad virtutum curam agendam, admodumque studeamus Deo bene placere; et neque domus gubernationem, neque uxoris curam, neque filiorum sollicitudinem, neque aliud quiddam prætexamus, quod putemus satis esse ad excusandam nostram negligentem, desidemque vitam : neque frigida illa verba proferamus, et dicamus : Mundanus sum, uxorem habeo, et liberorum curam gero : id quod multi solent dicere, si quando eos rogamus ut ad virtutum labores ingrediantur, vel multum studium adhibeant in sacris Literis legendis. Non est hoc meum, inquit : numquid renuntiavi sæculo? numquid monachus sum? Quid dicis, homo? An hoc ad solos monachos pertinet, ut bene Deo placeant? Omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, nullamque virtutem negligere. Audi enim eum per prophetam dicentem : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Numquid, dic oro, justo huic uxoris consuetudo, vel liberorum cura fuit obstaculo? Obsecro igitur ne nosmetipsos fallamus, sed quanto magis hujuscemodi curis implicamur, tanto magis remedia ex lectione divinarum Scripturarum suscipiamus. Nonne et illi ejusdem, cujus nos sumus, fuerunt naturæ, neque tam multas habuerunt occasiones ad virtutis studium inducentes? Qua ergo erimus venia digni, qui tali fruimur doctrina, et tantam gratiam assequuti sumus, ac superne subsidium habemus, et ineffabilium illorum bonorum promissionem accepimus, si non ad mensuram virtutum pervenimus, quibus antiqui Patres pollebant? Nam si voluerimus

Moralis epilogus.

1. *Tim.* 2. 4.

Ezech. 18. 23.

[a] Hæc similiter transposita leguntur apud Savilium et duos Codices manuscriptos, ita ut cum sequentibus Pauli ad Timotheum et Ezechielis locis ante epilogum ponantur.

sobrii esse, sufficiunt vel ea quæ hodie dicta sunt ut ad virtutis amorem nos excitent, nec ullum putemus ad illius viam esse impedimentum. Nam si ii qui ante legem erant, a doctrina naturæ suæ insita ad tantam pertigerunt virtutem : quid nos C poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, et post Christi adventum, et innumera ejus miracula, adhuc tam procul a virtute sumus ? Proinde, obsecro, ne ad ea quæ in sacris Scripturis sunt contenta simpliciter ingrediamur, sed ea cum attentione legamus, ut ex illis percepta utilitate, vel sero saltem aliquando virtutem, quam Deus probat, capessere valeamus. Nam si spiritualem hanc doctrinam etiam nos quotidie vobis clamaturi sumus, vosque in eadem maneatis ignavia, quæ vestra erit utilitas ex continua D doctrina ? aut nobis quæ consolatio erit, cum videmus, nos tantum laborare frustra, et nihil proficere tanto studio ? Dic mihi : Nonne ex duabus substantiis constituti sumus, ex anima dico, et corpore ? Cur ergo non parem utrique curam impendimus, sed corpus quidem omnibus modis curamus, et accersimus medicos, ac nos quoque illud diligenter curamus, vestitu pretioso illud tegimus, cibum supra quam sat est sumimus, atque in continua prosperitate illud esse volumus, E et nulla omnino ægritudine vexari : sed si forte quid obturbet, omnem movemus machinam, ut quod molestiam affert emendetur ? Et hoc de corpore dico, quod secundum substantiam minus est : quid enim majus, animane, an corpus ? Nam si vis videre diversitatem, animadverte quomodo nullius momenti sit corpus si anima ab eo discesserit. Igitur qui tantam habes corporis curam, cujus gratia, et propter quid tantum animæ contemtum admittis, et neque congruum illi cibum impartiris : admonitionem dico ex sacris Scripturis, neque vulneribus et ulceribus quæ illius 191 robur debilitant, et fiduciam enervant, idonea A remedia apponis : sed fers ut illa despecta fame contabescat, ab ulceribus putrefiat ; et objecta quasi canibus, liceat sic dicere, a malis et illicitis cogitationibus dilaceretur, omnisque firmitas ejus dissolvatur ? Quare non sicut visibilis corporis gerimus curam, ita et animæ, quæ incorporea et invisibilis ; præsertim cum cura ejus non modo levis sit et facilis, sed etiam nihil in ea insumatur, neque laboretur ? Atque hic quidem cum est corpus curandum, cum sanandi morbi corporis magnam necesse est pecuniam impende- B

τὸν πόθον τῆς ἀρετῆς, καὶ μηδέποτε νομίζειν κώλυμα ἡμῖν γενέσθαι πρὸς τὴν ταύτης ὁδόν. Εἰ γὰρ οἱ πρὸ τοῦ νόμου ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει κειμένης διδασκαλίας εἰς τοσαύτην ἔφθασαν ἀρετήν, τί ἔχομεν εἰπεῖν ἡμεῖς οἱ μετὰ τοσαύτην βοήθειαν, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὰ μυρία θαύματα πόρρω τῆς ἀρετῆς τυγχάνοντες ; Διὸ, παρακαλῶ, μὴ ἁπλῶς ἐπερχώμεθα τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κείμενα, ἀλλὰ μετὰ προσοχῆς ἀναγινώσκωμεν τὰ ἐγκείμενα, ἵνα τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρπούμενοι, ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς κατὰ Θεὸν ἀρετῆς ἀντιλαβέσθαι δυνηθῶμεν. Εἰ γὰρ δὴ μέλλομεν καὶ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑμῖν ἐνηχεῖν τὴν πνευματικὴν ταύτην διδασκαλίαν, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ῥᾳθυμίας μείνητε, ποῖον ὑμῖν ὄφελος ἔσται ἐκ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας ; ἢ ἡμῖν τίς ἔσται παραμυθία ὁρῶσι τὸν τοσοῦτον ἡμῶν κάματον ἀνόνητον γινόμενον, καὶ οὐδεμίαν προκοπὴν γινομένην ἐκ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς; Εἰπὲ γάρ μοι, οὐχὶ ἀπὸ δύο οὐσιῶν συνεστήκαμεν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος; Τίνος οὖν ἕνεκεν μὴ τὴν ἴσην αὐτοὶ πρόνοιαν ἀμφοτέροις ἀπονέμομεν, ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα παντὶ τρόπῳ θεραπεύειν σπουδάζομεν, καὶ ἰατροῖς χρήματα διδόντες, καὶ αὐτοὶ πολλὴν περὶ αὐτὸ τὴν ἐπιμέλειαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ἐσθῆτι πολυτελεῖ περιβάλλοντες, καὶ τροφὴν πλέον τοῦ δέοντος παρέχοντες, καὶ ἐν ἀνέσει διηνεκεῖ αὐτὸ εἶναι βουλόμεθα, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ὅλως ἐνοχλεῖσθαι νοσήματος· ἀλλὰ κἂν τὸ τυχὸν τὸ ἐνοχλοῦν ᾖ, πᾶσαν κινοῦμεν μηχανὴν, ὥστε τὸ λυποῦν διορθώσασθαι; Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος, τοῦ ἐλάττονος λέγω τὴν οὐσίαν· τί γὰρ ἴσον, εἰπέ μοι, ψυχὴ καὶ σῶμα[a]; Εἰ γὰρ βούλει τὴν διαφορὰν ἰδεῖν, σκόπει πῶς οὐδενὸς λόγου ἄξιον εὑρίσκεται τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀναχωρησάσης. Ὁ τοίνυν τοῦ σώματος τοσαύτην πρόνοιαν ποιούμενος, τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί τοσαύτῃ περὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρόνοιαν ὑπεροψίᾳ κεχρῆσθαι βούλει, καὶ οὔτε τροφὴν αὐτῇ κατάλληλον προσάγειν, τὴν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν λέγω παραίνεσιν, οὔτε τοῖς τραύμασιν αὐτῆς, καὶ τοῖς ἕλκεσι τοῖς καθαιροῦσιν αὐτῆς τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν παῤῥησίαν ὑποτεμνομένοις τὰ ἐπιτήδεια φάρμακα ἐπιτιθέναι, ἀλλὰ καὶ περιορᾷν ἀνέχῃ αὐτὴν, καὶ λιμῷ τηκομένην, καὶ ὑπὸ τῶν ἑλκῶν διαφθειρομένην, καὶ προκειμένην, ὡς εἰπεῖν, καθάπερ κυσὶ, τοῖς πονηροῖς καὶ ἀτόποις λογισμοῖς, ὥστε διασπᾶν, καὶ τὸν τόνον αὐτῆς ἅπαντα καθαιρεῖν; Διὰ τί μὴ καθάπερ τοῦ σώματος τοῦ ὁρωμένου ποιούμεθα τὴν πρόνοιαν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἀσωμάτου, καὶ μὴ ὁρωμένης, ὁπότε καὶ ἡ περὶ ταύτην ἐπιμέλεια οὐ μόνον εὔκολός καὶ κούφη, ἀλλὰ καὶ ἀδάπανος, καὶ οὐδενὸς χαμάτου δεομένη; Καὶ ἐνταῦθα μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπι-

[a] [Addit Savil. τοιαῦτα καὶ ποιοῦμεν καὶ διανοούμεθα. καὶ εἰ β., verbis τί... σῶμα; parenthesi inclusis.]

μελείας, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀῤῥωστημάτων ἀνάγκη καὶ χρημάτων πολλὴν δαπάνην γενέσθαι, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν τοῖς ἰατροῖς προσαναλίσκειν, τὰ δὲ εἰς τὴν ἄλλην ἅπασαν θεραπείαν, πρὸς τροφὴν λέγω καὶ πρὸς ἐνδύματα, καὶ οὕπω φημί, ὅτι καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν οἱ πλείους ταῦτα δαπανῶσιν ἀμετρίᾳ πολλῇ κεχρημένοι· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐδενὸς τῶν τοιούτων δεῖ, ἀλλ' εἰ βουληθείης, καθάπερ ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τῷ σώματι τὴν τροφὴν χορηγεῖς, καὶ τὰ χρήματα καταναλίσκων, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν μὴ περιορᾷν λιμῷ φθειρομένην, καὶ παρέχειν αὐτῇ τὴν κατάλληλον τροφὴν τὴν ἐκ τῆς τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως, καὶ τῆς πνευματικῆς νουθεσίας παραίνεσιν· Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνον γὰρ, φησὶ, ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ· ἄριστα περὶ τούτων διατιθέμενος ἔσῃ, καὶ περὶ τοῦ παρ' ἡμῖν οἰκειοτέρου προσηκόντως [a] διανοούμενος. Ὥσπερ τοίνυν τῷ σώματι διάφορα παρέχεις ἐνδύματα, καὶ ἐπιτηδεύεις πρὸς τὴν τῶν καιρῶν τροπὴν, καὶ τὴν τῶν ἐνδυμάτων ποικιλίαν, κατὰ τὸ αὐτὸ μηδὲ τὴν ψυχὴν περιόρα γυμνὴν περιιοῦσαν τῶν ἀγαθῶν πράξεων, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν περίβαλλε ἐνδύμασι τοῖς αὐτῇ πρέπουσι· ταχέως αὐτὴν ἀνακτήσῃ, καὶ πρὸς τὴν κατὰ φύσιν ὑγίειαν ἐπαναγάγῃς. Ποῖα δὲ ἂν εἴη ταύτης ἐνδύματα; Ἐλεημοσύνη καὶ ἡ περὶ τοὺς πένητας δαψιλεια· τοῦτο τὸ μέγιστον τῆς ψυχῆς περιβόλαιον, τοῦτο τὸ φαιδρὸν αὐτῆς ἱμάτιον. Εἰ δὲ βούλει μὴ μόνον ἐνδύματα παρέχειν, ἀλλ' ὁμοίως τῷ σώματι καλλωπίζειν, προστίθει καὶ τὴν διὰ τῶν εὐχῶν βοήθειαν, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἐξομολόγησιν, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν δακρύων ἀποσμήχων αὐτῆς τὸ πρόσωπον μὴ διαλίπῃς. Καθάπερ γὰρ πάσῃ σπουδῇ τὴν ὄψιν τοῦ σώματος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκπλύνεις, ὥστε μηδαμοῦ ῥύπον τινὰ ἐπικείμενον τῇ ὄψει δυσειδῆ αὐτὴν δεικνύναι· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ποιεῖν σπούδαζε, καὶ καθ' ἑκάστην αὐτὴν ἀπόπλυνε θερμὰ δάκρυα προσχέων. Τούτῳ γὰρ τῷ ὕδατι ἐκείνη τὸν ῥύπον ἀποτιθεμένη φαιδροτέρα γίνεται. Καὶ ἐπειδὴ αἱ πλείους τῶν γυναικῶν διὰ πολλὴν βλακείαν τοῦ παραγγέλματος τοῦ ἀποστολικοῦ ὑπερφρονοῦσαι τοῦ κελεύοντος, Μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ ἑαυτὰς κοσμεῖν, μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῦτο ἐργάζονται, οὐ γυναῖκες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν ὅσοι βλακώδεις, καὶ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν εὐτέλειαν ἑαυτοὺς κατάγουσι δακτυλίους περιτιθέμενοι, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ ὄγκῳ τῶν λίθων καλλωπιζόμενοι, ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι καὶ ἐγκαλύπτεσθαι ἐχρῆν· καὶ οὗτοι τοίνυν κἀκεῖναι εἰ τῶν ἡμετέρων ἀνάσχοιντο λόγων,

re, nunc in medicos, nunc in alia necessaria, utpote in vestes et alimenta : ne quid interim dicam de iis quæ præter necessarium usum luxu absumuntur; anima autem nullo horum indiget, sed si volueris, sicut quotidie corpori cibum suppeditas et pecunias effundis, sic et animam non despicere, ut ne fame pereat; sed dare ipsi congruentem cibum, videlicet ex lectione Scripturarum et ex spirituali adhortatione : *Non* enim *in pane,* dicit, *solum vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei*: optime de his statueris, et parti quæ nobis magis est propria, recte prospexeris. Sicut igitur corpori varia præbes indumenta, et rationem habes anni tempestatum in vestium diversitate : similiter neque animam despicito, ut ne nuda bonis operibus obambulet, sed decentibus illam vestibus indue; statim eam reparabis et ad naturalem sanitatem reduces. Et quæ sunt animæ indumenta ? Eleemosyna et largitas in pauperes : hoc enim maximum animæ vestimentum est, hoc splendidum illius indumentum. Si autem vis non solum vestimenta parare, sed illam ornare etiam, sicut corpus soles, appone adjutorium quod ex precibus est, et peccatorum confessionem, et continuis lacrymis faciem tuam lavare ne cesses. Nam sicut faciem corporis tui quotidie cum omni sollicitudine abluis, ne qua forte macula faciei inhærens deformem illam reddat : sic et animæ curam habe fervidis quotidie lacrymis eam abluens. Hac enim aqua maculis depositis, ejus facies splendidior evadit. Et quia mulieres pleræque ob mollitiem, apostolicum mandatum contemnentes, quo jubetur *Ne in tortis crinibus, aut auro, vel margaritis, vel veste sumtuosa* se ornent, magno hoc luxu faciunt; neque mulieres tantum, sed et viri quilibet molles vilibus muliorculis similes fiunt, annulos digitis gestant, et magnis gravibusque lapidibus se ornant, de quibus erubescere oporteret : et illæ ergo et hi, si meis parerent sermonibus, aurea hæc, quæ et viris et mulieribus damnosa sunt, in ornatum animæ transferrent, et istis illam adornarent. Nam sicut corpori circumposita, etiamsi formosum sit, ipsum deforme reddunt : ita si animæ circumponantur, etiam deformi summam pulchritudinem afferrent. Et quomodo, dices, possunt animæ circumponi aurea? Iterum dico, per manus pauperum. Illi enim accipientes, formosam illam reddunt.

Anima quomodo curanda.

1. Tim. 2. 9.

[a] Sav. et quidam Mss. διανοούμενος. καὶ εἰ τοῦτο ποιήσεις, καὶ ὥσπερ τῷ σώματι.

Illis auream pecuniam trade, et in illorum ventres dispensato, tantamque tibi vicissim dabunt pulchritudinem, ut forma tua verum illum sponsum alliciat, innumeraque dona conciliet. Cum autem pulchritudine Dominum allexeris, suppeditabuntur tibi bona omnia, et immensis opibus abundabis. Si ergo amabiles fieri Domino volumus, jam non ornatum corporis tanti faciamus, sed animæ formositatem quotidie magna diligentia curemus, ut et gratiam benigni Dei nobis conciliemus, et ineffabilia bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τὰ χρυσία ταῦτα τὰ πολλὴν καὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν λύμην παρέχοντα εἰς τὸν τῆς ψυχῆς κόσμον μᾶλλον μεταγέτωσαν, καὶ ἐκείνην διὰ τούτων καλλωπιζέτωσαν. Ὥσπερ γὰρ τῷ σώματι περικείμενα, κἂν εὔμορφον ᾖ, δυσειδέστερον τοῦτο ἀπεργάζεται· οὕτω τῇ ψυχῇ [a] περιτεθέντα, κἂν ἄμορφος ᾖ, εἰς τὴν ἄκραν εὐμορφίαν αὐτὴν μεθίστησι. Καὶ πῶς, φησὶ, δυνατὸν τῇ ψυχῇ περιθεῖναι τὰ χρυσία; Πάλιν διὰ τῆς τῶν πενήτων χειρός. Οὗτοι γὰρ δεχόμενοι τὴν ταύτης εὐμορφίαν κατασκευάζουσιν. Ἐκείνοις ἐγχείρισον τὰ [b] χρυσία καὶ διάνειμαι εἰς τὰς αὐτῶν γαστέρας, καὶ τοσαύτην τῆς ψυχῆς εὐμορφίαν σοι παραδιδόασιν, ὡς αὐτὸν τὸν ἀληθῆ νυμφίον διὰ τῆς ὥρας ἐπισπάσασθαι, καὶ τὰ μυρία σοι ἀγαθὰ διὰ τούτου προξενῆσαι. Ὅταν γὰρ διὰ τοῦ κάλλους ἐπισπάσῃ τὸν Δεσπότην, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἔχεις τὴν χορηγίαν, καὶ τὴν ἄφατον εὐπορίαν ἐκτήσω· εἰ τοίνυν βουλόμεθα ἐπέραστοι γενέσθαι τῷ Δεσπότῃ, καταλιπόντες τὸ περὶ τὸν τοῦ σώματος καλλωπισμὸν ἐπτοῆσθαι, τὴν ἐκείνης εὐμορφίαν καθ' ἑκάστην ἡμέραν περισκοπῶμεν, ἵνα καὶ τὴν εὔνοιαν ἐπισπασώμεθα τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, κράτος, τιμὴ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XXII.

ΟΜΙΛΙΑ κβ'.

Gen. 5. 31. et 6. 1. Et erat Noë annorum quingentorum, et genuit Noë tres filios, Sem, Cham, et Japheth. Et factum est quando cœperunt homines multiplicari super terram, et filiæ natæ sunt eis.

Καὶ ἦν Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων, καὶ ἐγέννησε Νῶε τρεῖς υἱοὺς, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Καὶ ἐγένετο, ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς.

1. Reliquias hesternæ mensæ vobis hodie proponere volo : sed ne ægre feras, dilecte, quod reliquias dico. Nam in sensibilibus quidem alimentis post unum et alterum diem marcida fiunt edulia, et ad vescendum inutilia: in spirituali vero mensa nihil tale vereri oportet. Ipsa enim, quanto plus temporis præteriit, tanto majorem gratiam habet, et recentior atque vegetior invenitur. Age igitur promissionem, quam heri emisimus, impleamus, et debitum doctrinæ grato exhibeamus animo. Non enim hoc utile est accipientibus dumtaxat, ut in aliis debitis, sed et mihi dinumeranti. Et quid dico mihi dinumeranti? Talis est spiritualis debiti natura, ut

Τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης ὑμῖν παραθεῖναι βούλομαι τήμερον· ἀλλὰ μὴ δυσχεράνῃς, ἀγαπητὲ, λείψανα ἀκούων. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν αἰσθητῶν ἐδεσμάτων μετὰ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν ἕωλα πολλάκις γενόμενα τὰ ἐδέσματα, ἄχρηστα γέγονε, καὶ ἀνεπιτήδεια πρὸς τροφήν· ἐπὶ δὲ τῆς πνευματικῆς τραπέζης οὐδέν ἐστι τοιοῦτον δεῖσαι, ἀλλ' ὅσος ἂν παρέλθῃ χρόνος, τοσούτῳ μᾶλλον πλείονα τὴν χάριν ἐπιδείκνυται, καὶ νεαρώτερα καὶ ἀκμαιότερα εὑρίσκεται. Φέρε οὖν τὴν ὑπόσχεσιν, ἣνπερ χθὲς ὑπεσχόμεθα, εἰς ἔργον ἀγάγωμεν, καὶ τὸ χρέος τῆς διδασκαλίας καταβάλωμεν, καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξώμεθα. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ὑποδεχομένοις μόνον λυσιτελὴς αὕτη τυγχάνει, καθάπερ ἐπὶ τῶν χρεῶν,

Debiti spi-

[a] Savil. *περιτιθέμενα*. Aliqui Mss. *περιτιθέντα*. Morel. *περιτεθέντα*.

[b] Savil. et aliquot Mss. *χρυσία, διανείμας αὐτὰ εἰς τὰς*.

ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ τῷ καταβάλλοντι. Καὶ τί λέγω ἐμοὶ τῷ καταβάλλοντι; Τοιαύτη τούτου τοῦ χρέους τοῦ πνευματικοῦ ἡ φύσις, ὅτι ὅσῳ ἂν καταβάλληται, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεται, καὶ πλείονα τὴν περιουσίαν ἐργάζεται, καὶ ἄφατον τὸν πλοῦτον καὶ τῷ καταβάλλοντι καὶ τοῖς ὑποδεχομένοις. Εἶδες καινὴν χρέους φύσιν καὶ ξένον καταβολῆς εἶδος; Τοιαῦτα γὰρ τὰ πνευματικά· τῇ διανομῇ μᾶλλον αὔξεται, καὶ τῇ τῶν πλειόνων μεταλήψει πλείων ἡ περιουσία γίνεται, καὶ οὔτε ὁ καταβάλλων αἴσθησίν τινα τῆς καταβολῆς λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ αὔξεται αὐτῷ τὰ τῆς περιουσίας, καὶ οἱ ὑποδεχόμενοι [a] ἐν πλείονι περιουσίᾳ καθίστανται. Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τῶν πνευματικῶν τούτων ἡ φύσις, μετὰ πάσης προθυμίας καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ἔκτισιν σπεύδωμεν, καὶ ὑμεῖς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τὰς ἀκοὰς εὐτρεπίσατε, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἡπλωμένοις τοῖς τῆς διανοίας κόλποις ὑποδεξάμενος τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρήσῃ. Πάλιν γὰρ τὴν κατὰ τὸν δίκαιον Νῶε ὑπόθεσιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν βούλομαι, ἵνα τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ἀρετὴν καταμάθητε, καὶ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν μακροθυμίαν τὴν πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν. Ἐμάθετε χθὲς, πῶς ἐκ προοιμίων τῆς γεννήσεως ὁ δίκαιος οὗτος δεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν προσηγορίαν, πᾶσι τοῖς τότε ἀνθρώποις οὖσι περιῆει διδάσκαλος τῶν συμφορῶν, μονονουχὶ βοῶν καὶ λέγων διὰ τοῦ οἰκείου ὀνόματος· ἀπόστητε τῆς κακίας, μετέρχεσθε τὴν ἀρετὴν, φοβήθητε τὴν ἐπηρτημένην κόλασιν· κοινὸν ἅπασαν τὴν οἰκουμένην καταλήψεται κλυδώνιον. Πολλὴ τῆς ἀγανακτήσεως ἡ ὑπερβολὴ, ἐπειδὴ καὶ πολλὴ τῆς κακίας ἡ φορά. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶν ἔτεσιν ἐποίει, ἀλλ' ἐπὶ πεντακόσια ἔτη διήρκεσε ταῦτα παραινῶν. Εἴδετε μακροθυμίαν Δεσπότου; εἴδετε ἀγαθότητος ὑπερβολήν; εἴδετε ἀνεξικακίαν ἄφατον; εἴδετε κακίας ἐπίτασιν; εἴδετε ἀγνωμοσύνης μέγεθος; Μέχρι γὰρ τούτου, ὡς ἴστε, χθὲς ἡμῖν τὰ τῆς διδασκαλίας τέλος ἔλαβεν· ἀναγκαῖον τοίνυν σήμερον καταμαθεῖν, ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα μιμούμενος οὐδὲ μέχρι τῶν πεντακοσίων ἐτῶν ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν προσθήκην περὶ τοὺς τοσαῦτα ἡμαρτηκότας προνοίας ἐπεδείξατο. Καὶ ἦν Νῶε, φησὶν, ἐτῶν πεντακοσίων. Ἐπίτηδες ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τοῦ δικαίου ἐπεσημήνατο ἡ θεία Γραφὴ, ἵνα μάθωμεν ἐν πόσῳ χρόνῳ διετέλεσε παραινῶν αὐτοῖς, καὶ πῶς ἐκεῖνοι μὲν τὴν τῆς κακίας ὁδὸν ἑλόμενοι, ἐν ταύτῃ κατεδαπανῶντο· ὁ δὲ δίκαιος ἀπεναντίας ἅπασι πορευόμενος τὴν ἄκραν ἀρετὴν ἐπεδείξατο, ὥστε καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπισπάσασθαι εὔνοιαν, καὶ πάντων ὑπευθύνων τῇ τιμωρίᾳ γενομένων, αὐτὸν μόνον διαφυγεῖν μετὰ

quanto magis solvitur, tanto magis augeatur, et substantiam magis multiplicet, atque ineffabiles divitias afferat tam danti, quam accipientibus. Vidisti novam debiti naturam, et raram solutionis speciem? In hunc enim modum se habent spiritualia, ut distributione magis crescant, et cum multi sunt participes, uberior sit abundantia; et qui numeravit, non sentiat se aliquid numerasse, quandoquidem ejus opes crescunt; et iis qui acceperunt major etiam copia accrescat. Quia igitur talis est spiritualium istorum natura, magna alacritate etiam nos ad solutionem festinemus, et vos ad suscipiendum aures accommodetis, ut omnes cum latis animi sinibus suscipiatis quæ a nobis dicuntur, ita domum proficiscamini. Iterum autem argumentum de justo Noë in medium afferre volo, ut justi magnam virtutem, et ineffabilem Dei misericordiam, ac tolerantiam quæ omnem animi captum transcendit, discatis. Didicistis heri, quomodo ab ortu suo justus ille, accepto a patre nomine, obambulabat, omnibus qui tunc erant doctor calamitatum, quasi clamans et per ipsum nomen suum dicens: Desistite a malo, operamini virtutem, timete pœnam impendentem: commune diluvium in toto orbe erit. Ingens Dei indignatio instat, quia et magna nequitiæ colluvies. Et hoc non per duos vel tres tantum annos faciebat, sed quingentos annos vixit hæc admonens. Vidistis tolerantiam Domini? vidistis bonitatis excellentiam? vidistis ineffabilem patientiam? vidistis malitiæ incrementa? vidistis improbitatis magnitudinem? Hucusque enim, ut scitis, heri sermo noster processit: operæ pretium est igitur ut hodie discamus, quomodo misericors Deus pro sua bonitate neque quingentis annis ad tolerantiam contentus fuit, sed addidit annos alios ad superiores in gratiam eorum qui tantum peccaverant. *Et erat Nöe*, inquit, *quingentorum annorum*. Ad utilitatem nostram divina Scriptura numerum annorum justi assignavit, ut discamus quanto tempore vixerit, admonens illos, et quomodo illi quidem malitiæ viam sectati, in ea consumti sint; justus autem secus quam alii ambulans tanta virtute præcelluerit: ut et sibi Dei benevolentiam conciliaret, et cum omnes alii pœnis obnoxii fierent, ipse solus cum tota familia effugeret. Hinc discimus, nobis, si sobrii fuerimus et non desides, non solum nihil nocere si inter medios malos versemur; sed id nos reddere virtutis studiosio-

ritualis natura quæ?

[a] Savil. et aliquot Mss. *ἐν πλείονι εὐπορίᾳ*.

res. Nam ideo benignus Deus sic dispensavit, ut simul essent boni et mali, quo malorum subenervaretur malitia, bonorumque virtus clarius elucesceret: et desides a studiosiorum consuetudine plurima commoda lucrifacerent, modo vellent. Hic cogites velim, quantæ virtutis fuerit ille justus, quomodo in tanta multitudine, quæ magno impetu in malum ruebat, solus ipse diversa ambulavit via, virtutem malitiæ præferens: ac neque aliorum consensus, nec tanta frequentia reddebat eum ad virtutis iter segniorem: sed jam priuc implebat quod beatus Moses postea dicturus erat: *Non eris cum pluribus in malitia.* Et quòd magis admirabile, cum multos haberet, imo omnes qui ad malum et ad prava opera cohortarentur, et nullus esset qui ad virtutem induceret: tanta ille in eam vehementia ferebatur, ut viam tantæ multitudini oppositam. et contrariam teneret; neque timebat, aut verebatur pravorum concordiam, neque illi tale quid evenit, quale solet ignavis accidere, qui si quando viderint multos simul concurrere, hoc velamen et hanc occasionem suæ ignaviæ prætexunt, ac dicunt: Cur ego novum quidpiam et singulare præter illos omnes aggressurus sum, adversarius tantæ multitudini, et cum tanto populo bellum susceplurus? Numquid illis omnibus justior sum? Quæ utilitas foret tantarum inimicitiarum? quod commodum tanti odii? Nihil hujusmodi inutiliter cogitabat, neque animo versabat: sed et hoc, quod postea a propheta dictum est, prius ipse implebat: *Melior est unus faciens voluntatem Domini, quam innumeri prævaricatores.* Num societas, inquit, multitudinis ad malum ruentis, et simul rapientis, a cruciatu me poterit eripere? Sciebat enim, sciebat liquido quemque pro sua salute rationem redditurum esse, neque umquam fore, ut alio peccante alius pœnam sustineat, vel mercedem sortiatur. Idcirco justus quasi scintilla in medio mari versans, non solum non exstinguebatur, sed quotidie fulgidiori luce prodibat, omnes suis operibus docens. Vidisti quomodo sui juris et arbitrii naturam nostram Dominus formavit? Unde enim, dic oro, illi ad malitiam properabant, et seipsos, pœnis faciebant obnoxios; iste autem virtutem eligebat, et fugiens eorum societatem, pœnæ non obnoxius fuit? Nonne manifestum, sua quemque voluntate vel malitiam, vel virtutem eligere? Nam nisi ita

Exod. 23. 2.

Eccli. 16. 3.

Liberum arbitrium.

τῶν αὐτῷ προσηκόντων. Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτε ἐὰν νήφωμεν καὶ μὴ ῥᾳθυμῶμεν, οὐ μόνον οὐδὲν ἡμᾶς βλάπτει τὸ μεταξὺ τῶν κακῶν ἀναμεμίχθαι, ἀλλὰ καὶ ἀκριβεστέρους περὶ τὴν ἀρετὴν ἐργάζεται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς οὕτως ᾠκονόμησε, κατὰ ταὐτὸν ἅπαντας εἶναι καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, ἵνα καὶ τῶν πονηρῶν ἡ κακία ἐγκόπτηται, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀρετὴ λαμπροτέρα δεικνύηται, καὶ τὰ μέγιστα κερδάνωσιν οἱ ῥᾳθυμοι, ἐὰν βούλωνται, ἀπὸ τῆς τῶν σπουδαίων συνουσίας. Ἐννόει γάρ μοι τοῦ δικαίου τούτου τὸ ἐνάρετον, ὅπως ἐν πλήθει 194
τοσούτῳ πολλῇ τῇ ῥύμῃ πρὸς τὴν κακίαν [a] φερομένων A μόνος αὐτὸς τὴν ἐναντίαν ἦλθεν ὁδὸν, τὴν ἀρετὴν προτιμοτέραν τῆς κακίας ἑλόμενος, καὶ οὔτε ἡ συμφωνία, οὔτε τὸ τοσοῦτον πλῆθος ὀκνηρότερον αὐτὸν εἰργάσατο πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, ἀλλ' ἤδη προλαβὼν ἐπλήρου τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως μέλλον ῥηθήσεσθαι, ὅτι Οὐκ ἔσῃ μετὰ πολλῶν ἐπὶ κακίᾳ. Καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ πολλοὺς ἔχων, μᾶλλον δὲ ἅπαντας ἐπὶ τὴν κακίαν προτρεπομένους καὶ τὴν τῶν πονηρῶν πράξεων ἐργασίαν, καὶ οὐδενὸς ὄντος τοῦ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐνάγοντος, οἴκοθεν ἐπὶ ταύτην μετὰ τοσαύτης ὥρμησε τῆς B σφοδρότητος, ὥστε τοσούτῳ πλήθει [b] ἀπεναντίας ἐλθεῖν· καὶ οὔτε ἔδεισεν, οὔτε ὑπείδετο τὴν κακὴν συμφωνίαν, οὔτε ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς ἦν τοὺς ῥᾳθυμοῦντας παθεῖν, οἳ ἐπειδὰν ἴδωσι πολλοὺς κατὰ ταὐτὸ συμφωνίαν ἐπιδεικνυμένους, ταύτην ἀφορμὴν καὶ προκάλυμμα τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προβαλλόμενοί φασι· τί δὴ μέλλω ἐγὼ παρὰ τούτους ἅπαντας ξένον τι καὶ καινὸν βουλεύεσθαι, καὶ τοσούτῳ πλήθει ἐναντιοῦσθαι, καὶ πρὸς τοσοῦτον δῆμον πόλεμον ἀναδέχεσθαι; Μὴ γὰρ δικαιότερος ἐγὼ παρὰ τούτους ἅπαντας τυγχάνω; Τίς μοι χρεία τῆς τοσαύτης ἀπεχθείας; C τί μοι ὄφελος τοῦ τοσούτου μίσους; Οὐδὲν τῶν ἀνονήτων τούτων ἐβουλεύσατο, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλὰ πάλιν ἐκεῖνο προλαβὼν ἐπλήρου τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ προφήτου, ὅτι Κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου, ἢ μυρίοι παράνομοι. Μὴ γὰρ ἡ κοινωνία, φησὶ, καὶ τὸ συγκατασπασθῆναι τῷ πλήθει πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολοῦντι ἐξελέσθαι με δυνήσεται τῆς τιμωρίας; Ἤδει γὰρ, ἤδει σαφῶς ὅτι ἕκαστος ὑπὲρ τῆς οἰκείας σωτηρίας τὰς εὐθύνας δώσει, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερον ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτάνοντος οὔτε κόλασιν ὑπομεῖναι, οὔτε ἀμοιβῆς τινος ἐπιτυχεῖν. Διὰ τοῦτο ὁ δίκαιος καθάπερ D σπινθὴρ ἐν μέσῳ πελάγει τυγχάνων, οὐ μόνον οὐκ ἐσβέννυτο, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμπρότερον ἠφίει τὸ φῶς, διδάσκαλος πᾶσι γινόμενος διὰ τῶν [c] ἑαυτοῦ ἔργων. Εἶδες ὡς αὐτεξούσιον ἡμῶν τὴν φύσιν

[a] Alii φερομένῳ: utrumque quadrat.
[b] Savil. et alii ἀπεναντίας ἦλθε.
[c] [Savil. ἑαυτοῦ, Morel. et Montf. αὐτῶν.]

ὁ Δεσπότης ἐδημιούργησε; Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τὴν κακίαν ἔσπευδον, καὶ τῇ τιμωρίᾳ ὑπευθύνους ἑαυτοὺς καθίστων, οὗτος δὲ τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος, καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους κοινωνίαν φυγὼν, τῆς τιμωρίας πεῖραν οὐκ ἐλάμβανεν; Οὐκ εὔδηλον, ὅτι διὰ τὸ ἕκαστον οἰκείᾳ προαιρέσει ἢ τὴν κακίαν, ἢ τὴν ἀρετὴν αἱρεῖσθαι; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, μηδὲ ἐν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ τὰ τῆς ἐξουσίας ἔκειτο, οὔτε ἐκείνους κολάζεσθαι ἔδει, οὔτε τούτους ἀμοιβὰς λαμβάνειν τῆς ἀρετῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῇ προαιρέσει τῇ ἡμετέρᾳ κατέλιπε μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν τὸ πᾶν, διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι κολάσεις ἀπόκεινται, καὶ τοῖς κατορθοῦσιν ἀντιδόσεις καὶ ἀμοιβαί. Καὶ ἦν, φησὶ, Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων, καὶ ἐγέννησε τρεῖς υἱοὺς, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Σκόπει τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. Ἐπειδὴ διηγήσατο ἡμῖν τῶν ἐτῶν τοῦ δικαίου τὸν ἀριθμὸν, δεικνύουσα τῆς μακροθυμίας τοῦ Δεσπότου τὴν ὑπερβολὴν, βούλεται πάλιν 195 A καὶ τὴν ἐπίτασιν τῆς ἀνεξικακίας τοῦ Δεσπότου δήλην ἡμῖν ποιῆσαι, καὶ τῆς κακίας τῶν ἀνθρώπων τὴν πολλὴν φοράν.

esset, et nisi naturæ nostræ potestas insita esset, neque illos puniri, neque istos virtutis præmia accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post gratiam Dei relictum est, ideo et peccantibus supplicia parata sunt, et bene operantibus mercedes et præmia. *Et erat,* inquit, *Noë annorum quingentorum, et genuit tres* E *filios Sem, Cham et Japheth.* Considera divinæ Scripturæ accurationem. Postquam numerum annorum justi nobis narravit, exhibuitque ingentem Domini patientiam, iterum summam tolerantiam ejus, et nequitiæ hominum exsuperantiam declarare nititur.

Ἀλλ' ἀκούσωμεν αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ Μωϋσέως βηθέντων· Πνεύματι γὰρ φθεγγόμενος ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας ἡμᾶς διδάξαι βούλεται. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. Οὐχ ἁπλῶς προσέθηκε τὸ, Καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα τὸ πολὺ πλῆθος ἡμῖν ἐμφήνῃ. Ὅπου γὰρ τοσοῦτον τὸ τῶν ῥιζῶν πλῆθος, ἀνάγκη πολλοὺς τίκτεσθαι τοὺς κλάδους. Ἰδόντες δὲ, φησὶν, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο. B Ἑκάστην λέξιν τῶν εἰρημένων σαφῶς κατοπτεύσωμεν, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς παραδράμῃ τῶν ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένων. Καὶ γὰρ ἀναγκαῖον τούτου τοῦ χωρίου πολλὴν τὴν ἔρευναν ποιήσασθαι, καὶ ἀνατρέψαι τὰς μυθολογίας τῶν' ἀπερισκέπτως πάντα φθεγγομένων· καὶ πρῶτον μὲν εἰπεῖν ἅπερ λέγειν τολμῶσι, καὶ δείξαντας τὴν ἀτοπίαν τῶν παρ' αὐτῶν λεγομένων, οὕτω τὸν ἀληθῆ νοῦν τῆς Γραφῆς διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὥστε μὴ ἁπλῶς ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς τὰ βλάσφημα ἐκεῖνα φθεγγομένοις, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς τολμῶσι λέγειν. Φασὶ γὰρ ὅτι οὐ περὶ ἀνC θρώπων τοῦτο εἴρηται, ἀλλὰ περὶ ἀγγέλων· τούτους γὰρ υἱοὺς Θεοῦ προσηγόρευσε. Πρῶτον μὲν δειξάτωσαν, * ποῦ ἄγγελοι υἱοὶ Θεοῦ προσηγορεύθησαν· ἀλλ'

2. Sed audiamus ipsa verba Mosis : Spiritu enim loquens, omnia nos diligenter vult docere. 1. *Et factum est,* inquit, *quando cœperunt* Cap. 6. *homines multiplicari super terram, et filiæ natæ sunt illis.* Non absque ratione addidit, *Et filiæ natæ sunt illis* : sed ut magnam multitudinem sic insinuaret. Nam ubi tanta radicum est multitudo, necesse est etiam multos ramos enasci. 2. *Ut viderunt,* inquit, *filii Dei filias hominum quod pulchræ essent, sumserunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Singulas B dictiones diligenter consideremus, ne quid in fundo latens nos prætereat. Operæ pretium enim fuerit bene scrutari hunc locum, ut subvertamus fabulas omnia inconsiderate loquentium : et primum efferenda ea quæ dicere audent, et monstrata eorum quæ ab illis dicuntur absurditate, germanus quoque Scripturæ sensus vestræ caritati aperiendus est, ut ne simpliciter et facile aures accommodetis tam blasphema dicentibus, et adversum capita sua blaterare audentibus. Asserunt enim hoc non de hominibus dictum esse, sed de angelis : hos enim, aiunt, filios Dei appellavit. Primum ostendant, ubi angeli filii Dei appellati sint : sed non poterunt usquam

Adversus eos qui dicebant angelos cum filiabus hominum commixtos esse.

* Veterum multorum opinio fuit angelos corporeos fuisse, et cum filiabus hominum rem habuisse; illosque angelos quidam vocarunt ἐγρηγόρους, *vigiles.* Josephus Antiq. l. 1, c. 4 : πολλοὶ ἄγγελοι Θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες, *multi angeli Dei cum mulieribus mixti.* Idipsum fere Justinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Theognostus apud Photium, et alii. Quam rem pluribus persequutus est Josephus Scaliger in notis ad Eusebii Chronicon, et post eum alii innumeri, quos longum esset recensere. Cum ait autem Chrysostomus, *Ostendant ubi angeli filii Dei appellati sint?* illud quidem verum est non reperiri in LXX Interpretibus, quos

monstrare. Homines quidem filii Dei dicti sunt, angeli autem numquam. Atqui de angelis dicit: *Psal.* 103. 4. *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis;* de hominibus autem: *Psal.* 81. 6. *Ego dixi: Dii estis;* et iterum: *Filios genui, et exaltavi;* *Isai.* 1. 2. et iterum: *Primogenitus filius meus Israël:* *Exod.* 4. 22. angelus autem nusquam vocatus est filius, neque filius Dei. Cæterum quid dicunt? Profecto, angeli quidem erant: sed quia ad iniquum hoc opus descenderunt, dignitate D sua exciderunt. En iterum fabulosius aliud. Ergone nunc exciderunt, et hæc ruinæ illorum causa? Verum Scriptura nos aliter docet, nempe antequam formaretur primus homo, a sua dignitate excidisse et diabolum, et eos qui cum eo majorem quam decebat dignitatem ambiebant: *Sap.* 2. 24. sicut et sapiens quidam inquit: *Invidia autem diaboli mors intravit in mundum.* Dic quæso mihi, si non ante factum hominem excidit, quomodo in tanta dignitate manens invidit homini? E Quomodo rationi consonum est, angelum incorporeum, et in tali dignitate constitutum, homini invidere corpore circumamicto? Sed quoniam a superna gloria in extremam ignominiam dejectus fuerat, licet esset incorporeus; videns formatum hominem, in corpore tantum honorem Conditoris benevolentia sortitum, invidia exarsit, et deceptione, ad quam serpentis opera usus est, hominem mortis pœnæ obnoxium fecit. Talis enim est malitia; non potest non graviter ferre aliorum felicitatem. Quod igitur diabolus et omnis ejus cohors olim a gloria illa exciderint, et ignominiosi evaserint, manifestum est. Alioquin etiam quanta non dementia plenum fuerit, dicere angelos ita dejectos, ut cum mulieribus rem haberent, et incorporea illa natura copularetur corporibus? Annon audis Dominum B dicentem de angelorum substantia: *In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt,* *Matth.* 22. 30. *neque nubunt; sed sunt sicut angeli Dei?* *Marc.* 12. 25. *Luc.* 20. 35. Neque enim possibile est incorpoream naturam, talem umquam concupiscentiam habere. Ad hæc etiam cogitandum est, hoc omnibus modis absurdissimum fuisse in animum inducere. Nam si sancti et qui Spiritum sanctum acceperant, *Dan.* 10. 7. —11. neque visionem angelorum videre potuerunt:

οὐκ ἂν ἔχοιεν οὐδαμοῦ δεῖξαι. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐκλήθησαν υἱοὶ Θεοῦ, ἄγγελοι δὲ οὐδαμῶς. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἀγγέλων φησίν· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· περὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, Ἐγὼ εἶπα· θεοί ἐστε· καὶ πάλιν· Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα· καὶ πάλιν· Πρωτότοκος υἱός μου Ἰσραήλ· ἄγγελος δὲ οὐδαμοῦ υἱὸς ἐκλήθη, οὐδὲ υἱὸς Θεοῦ. Ἀλλὰ τί φασι; Ναί, ἄγγελοι μὲν ἦσαν· διότι δὲ πρὸς τὴν παράνομον ταύτην πρᾶξιν κατῆλθον, τῆς ἀξίας ἐξέπεσον. Πάλιν ἕτερον μυθωδέστερον. Τί οὖν; νῦν ἐξέπεσον, καὶ αὕτη [a] τῆς πτώσεως αὐτοῖς ἐστιν ἡ αἰτία; Καὶ μὴν ἡ Γραφὴ ἄλλως ἡμᾶς διδάσκει, ὅτι καὶ πρὸ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου δημιουργίας τῆς ἀξίας ἐκείνης κατηνέχθησαν καὶ ὁ διάβολος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ μεῖζον τῆς ἀξίας φρονήσαντες, καθάπερ καὶ σοφός τίς φησι· Φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ μὴ ἦν πρὸ τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας ἐκπεπτωκὼς, πῶς ἂν ἐπὶ τῆς ἀξίας μένων [b] ἐβάσκηνε τῷ ἀνθρώπῳ; Ποῖον γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, ἄγγελον ἀνθρώπῳ βασκῆναι, τὸν ἀσώματον καὶ ἐν τοσαύτῃ τιμῇ τυγχάνοντα, τῷ σῶμα περικειμένῳ; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς ἀνωτάτω δόξης εἰς ἐσχάτην ἀτιμίαν κατηνέχθη, καὶ ταῦτα ἀσώματος ὤν, εἶδε δὲ τὸν 196 A ἄνθρωπον δημιουργηθέντα, καὶ ἐν σώματι τοσαύτης τιμῆς ἀξιωθέντα διὰ τὴν τοῦ δημιουργήσαντος φιλανθρωπίαν, εἰς φθόνον ἐξήφθη, καὶ διὰ τῆς ἀπάτης, ἣν διὰ τοῦ ὄφεως προσήγαγε, τῷ τοῦ θανάτου ἐπιτιμίῳ ὑπεύθυνον τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύασε. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρία· οὐ δύναται πράως φέρειν τὴν ἑτέρων εὐημερίαν. Ὅτι μὲν οὖν πάλαι καὶ ὁ διάβολος καὶ πᾶσα αὐτοῦ ἡ φάλαγξ ἐκ τῆς δόξης ἐκείνης ἐξέπεσον, καὶ τῶν ἠτιμωμένων γεγόνασι, δῆλον [a] ἅπασιν. Ἄλλως δὲ καὶ ποίας οὐκ ἂν εἴη ἀνοίας ἀνάμεστον τὸ λέγειν, ὅτι ἄγγελοι πρὸς συνουσίαν γυναικῶν κατηνέχθησαν, καὶ ἡ ἀσώματος ἐκείνη φύσις πρὸς τὴν συναλλαγὴν τῶν σωμάτων ὑπήχθη; Ἢ οὐκ ἀκούεις τοῦ Χριστοῦ λέγοντος περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων οὐσίας· Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι Θεοῦ; Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὴν ἀσώματον φύσιν ἐκείνην τοιαύτην ἐπιθυμίαν δέξασθαί ποτε. Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο ἐννοῆσαι δεῖ, ὅτι πάντῃ τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ τοῦτο δέξασθαι τῷ λογισμῷ. Εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ Πνεύματος ἁγίου ἠξιωμένοι οὐδὲ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἰδεῖν ἴσχυσαν· καὶ γὰρ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν θεασάμενος ἀγγέλου παρου-

solos legebat Chrysostomus. Verum in libro Job. c. 1, v. 6, angeli vocantur in Hebraico textu בני־אלהים et in Vulgata, *filii Dei*. Nihilo minus tamen hic probe confutat Chrysostomus eos qui dicerent hosce filios Dei fuisse angelos.

[a] Alii τῆς πτώσεως αὐτῶν.

[b] Savil. ἐβάσκαινε. Morel. ἐβάσκανε. Mss. plurimi ἐβάσκηνε. Infra Savil. in textu, Morel. et plurimi Mss. τῷ σώματι περικειμένῳ. Sed unus Codex a Savilio allatus, τῷ σῶμα περικειμένῳ, recte.

[a] [Savil. addit ἐκ τῶν εἰρημένων ἅπ.]

σίαν, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν, (πῶς γὰρ οἷόν τε ἀσώματον οὐσίαν ἰδεῖν;) ἀλλὰ μετασχηματισθεῖσαν, τὴν ἐνέργειαν μικροῦ δεῖν καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν, καὶ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ ἄπνους σχεδὸν C ἔκειτο· τίς ἂν κἂν σφόδρα μεμηνὼς ᾖ, καταδέξαιτο τὸ βλάσφημον τοῦτο ῥῆμα καὶ πολλῆς γέμον τῆς ἀνοίας, ὅτι ἡ ἀσώματος φύσις καὶ νοερὰ σωμάτων συμπλοκῆς ἠνέσχετο;

enimvero vir desideriorum conspecta angeli præsentia, non tamen substantia, (quo pacto enim videri posset incorporalis substantia?) sed transformatione solum quadam visa, parum abfuit quin viribus destitutus et animam amitteret; atque si tantus ac talis vir pene absque spiritu jacebat, quis etiam valde insanus comprobaret hæc blasphema verba dementiæ plena, quod incorporea et spiritualis natura corporis complexum ferret?

Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ ταῦτα κινοῦντες καὶ αὐτοὶ δόξωμεν εἰκῇ τὸν χρόνον κατατρίβειν, φέρε ἐπειδὴ διὰ τῶν πραγμάτων ἐπληροφορήσαμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ὡς τῶν ἀδυνάτων τοῦτο καθέστηκε, τὴν ἀλήθειαν τῶν ἐγκειμένων διδάξωμεν ὑμᾶς, πάλιν ἀναγνόντες τὰ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς εἰρημένα. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς· ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξελέξαντο. Προλαβόντες ἐδιδάξαμεν ὑμᾶς, ὅτι ἔθος τῇ Γραφῇ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους υἱοὺς Θεοῦ καλεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἀπὸ τοῦ Σὴθ οὗτοι κατῆγον τὸ γένος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτοῦ τεχθέντος καὶ προσαγορευθέντος Ἐνώς· Οὗτος γὰρ, φησὶν, ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι [b] τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ· ἐξ ἐκείνου λοιπὸν οἱ ἐξῆς τικτόμενοι υἱοὶ Θεοῦ προσηγορεύθησαν E παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, διὰ τὸ μιμεῖσθαι μέχρις ἐκείνου τῶν προγόνων τὴν ἀρετήν· υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων ἐκάλεσε τοὺς πρὸ τοῦ Σὴθ γεγονότας, τοὺς ἀπὸ τοῦ Κάϊν, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου τὸ γένος κατάγοντας. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς· ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴθ καὶ τοῦ Ἐνὼς, τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἐκείνας τὰς ὑπ' ἐκείνων τεχθείσας, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι Καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς, ὅτι καλαί εἰσιν. Ὅρα πῶς διὰ τῆς λέξεως ταύτης πᾶσαν ἡμῖν αὐτῶν τὴν 197 ἀσέλγειαν ἐνέφηνεν. Οὐδὲ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν παιδοA ποιίας ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ταύτην ὥρμησαν, ἀλλὰ δι' ἀκρασίαν ἡδονῆς· Ἰδόντες γὰρ, φησὶ, τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσιν. [a] Ἡ ἐπιθυμία τῆς εὐμορφίας εἰς τὸν ὄλεθρον αὐτοὺς τοῦτον ἤνεγκε, καὶ τὸ κάλλος τῆς ὄψεως καὶ τῆς πορνείας καὶ τῆς ἀσελγείας αὐτοῖς γεγένηται αἴτιον. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλὰ προσέθηκεν· Ἔλαβον δὲ ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξελέξαντο. Καὶ τοῦτο πάλιν ἐμφαίνοντός ἐστι τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀσέλγειαν, ὅτι τῷ κάλλει ἡττήθησαν, καὶ χαλινὸν ἐπιθεῖναι τῇ

3. Sed ne pluribus ista excutientes terere tempus videamur, age quia sufficientibus argumentis caritati vestræ declaravimus, quæm sit hoc impossibile: doceamus nunc quæ rei sit veritas; iterum tamen lectis iis quæ in' divina Scriptura feruntur. *Et factum est,* inquit, *quando cœperunt homines multiplicari super* D *terram, et filiæ natæ sunt illis: ut viderunt filii Dei filias hominum, quod pulchræ essent, sumserunt sibimetipsis uxores de omnibus, quas elegerant.* Prius docuimus vos, morem esse Scripturæ, ut homines filios Dei vocet. Et quia isti a Setho originem trahebant, et ab ejus filio qui appellatus est Enos: dicit enim: *Iste speravit invocare nomen Domini Dei:* ab illo postea nati, vocati sunt filii Dei in divinis Scripturis, propterea quod eousque parentum virtutem imitati sunt: filios autem Caïn et qui ex eo nati, et qui ante Seth geniti fuerunt, filios hominum vocat. *Factum est,* inquit, *cum cœperunt homines multiplicari super terram, et filiæ natæ sunt illis: ut viderunt filii Dei,* qui a Seth et ab Enos progeniti, *filias hominum,* illas quæ ab aliis natæ sunt, de quibus dixit quod *Filiæ natæ sint illis, Quod pulchræ essent.* Vide quomodo per verbum hoc omnem nobis eorum intemperantiam insinuet. Non enim ob desiderium procreandorum filiorum conveniebant, sed ob voluptatem et intemperantiam: *Ut viderunt,* inquit, *filias hominum, quod pulchræ essent.* Concupiscentia formæ illos in hanc induxit perniciem, pulchritudo aspectus scortationis et intemperantiæ eis occasio fuit. Et neque id satis habens addit: *Sumserunt sibiipsis uxores de omnibus, quas elegerant:* quod etiam magnam illorum intemperantiam insinuat, quod a pulchritudine victi sunt, et frenum imponere inordinatæ concupiscentiæ suæ non valuerunt: sed spectando capti submersi-

Homines filii Dei dicti in Scriptura.

[b] Sic Savil. et septem Mss. At Morel. τῷ ὀνόματι. deest.

[a] Sic Savil. et quidam Mss. In aliis τῆς εὐμορφίας

que sunt, atque ob impium hoc opus superna providentia sese vacuos reddiderunt. Et ut discamus ipsos non lege nuptiarum, neque procreandorum filiorum gratia hoc fecisse, propter hoc dicit: *Ut viderunt quod pulchræ essent, sumserunt sibimetipsis uxores de omnibus, quas elegerant.* Quid igitur? reprehendetne aliquis aspectum oculorum? Non: neque enim oculus ruinæ causa fuit, sed voluntatis negligentia et effrenata concupiscentia. Nam oculus propterea factus est, ut dum videt creaturas Dei, ipsarum Conditorem celebret. Itaque oculi opus est videre: male autem videre, a mente est, quæ intrinsecus gubernat. Nam membra nostra utilia ab bonum operandum condita sunt a Domino, et gubernari ea concessit ab incorporea substantia, de anima dico. Postquam autem hæc negligens esse, et habenas laxare cœperit, quemadmodum auriga nesciens equorum ferociam compescere, remissis frenis, et equos currum trahentes et seipsum in præceps dejicit: sic plane et voluntas nostra quando quidem nescit membris ut oportet uti, inordinatis indulgens concupiscentiis seipsam submergit. Propterea Dominus noster Christus, sciens fragilem nostram naturam et voluntatis negligentiam, legem posuit quæ muniret ac prohiberet curiosam considerationem, ut nascens in nobis incendium, cum adhuc procul est, exstinguat; et ait: *Qui aspicit mulierem, ut concupiscat illam, jam adulterium commisit cum illa in corde suo.* Propter hoc, inquit, interdico vobis illicitum visum, ut ab opere illicito vos liberem. Ne putes, inquit, congressu solum peccatum fieri: voluntas est quæ condemnatur. Igitur et hi visæ pulchritudinis spectaculo capti sunt. *Viderunt* enim, inquit, *quod pulchræ essent, et sumserunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Sed videamus etiam post illicitam illorum operationem, et intemperantem animum, Domini Dei bonitatem. 3. *Dixit,* inquit, *Dominus Deus: Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in sæculum, eo quod ipsi carnes sint. Erunt autem dies ipsorum centum viginti anni.* Hic in paucis verbis abyssus misericordiæ videri potest. *Et dixit,* inquit, *Dominus Deus: Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in sæculum, eo quod ipsi carnes sint.* Spiritum hic potentiam suam, qua curam nostri agit, vocat, illorum interitum prænun-

Matth. 5. 28.

ἀτάκτῳ ἐπιθυμίᾳ οὐκ ἠβουλήθησαν· ἀλλὰ ὑποβρύχιοι γεγόνασιν ὑπὸ τῆς θέας χειρωθέντες, καὶ διὰ τὴν παράνομον ταύτην πρᾶξιν ἐρήμους ἑαυτοὺς καταστήσαντες τῆς ἄνωθεν προνοίας. Καὶ ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ νόμῳ γάμου, οὐδὲ παιδοποιίας ἕνεκεν τοῦτο διεπράξαντο, διὰ τοῦτό φησιν· Ἰδόντες ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξελέξαντο. Τί οὖν; τῶν ὀφθαλμῶν τὴν θέαν ἄν τις αἰτιάσαιτο; Οὐδαμῶς· οὐδὲ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ ὀλίσθου αἴτιος γέγονεν, ἀλλ' ἡ τῆς προαιρέσεως ῥᾳθυμία, καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀχαλίνωτον. Ὁ γὰρ ὀφθαλμὸς διὰ τοῦτο ἐδημιουργήθη, ὥστε διὰ τούτου κατοπτεύοντας τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα, δοξάζειν τὸν τούτων ποιητήν. Τοῦ ὀφθαλμοῦ τοίνυν ἐστὶν ἔργον τὸ ὁρᾷν· τὸ δὲ κακῶς ὁρᾷν ἀπὸ τοῦ ἔνδοθεν ἡνιοχοῦντος λογισμοῦ γίνεται. Τὰ γὰρ μέλη πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν ἡμῖν εἶναι χρήσιμα ἐδημιούργησεν ὁ Δεσπότης, καὶ ἡνιοχεῖσθαι συνεχώρησεν ὑπὸ τῆς ἀσωμάτου οὐσίας, τῆς ψυχῆς λέγω. Ἐπειδὰν οὖν ἐκείνη εἰς ῥᾳθυμίαν ἀποκλίνῃ, καὶ τὰς ἡνίας χαλάσῃ, καθάπερ ἡνίοχος οὐκ εἰδὼς τὰ ἄτακτα τῶν ἵππων σκιρτήματα καταστέλλειν, ταῖς ἡνίαις ἐνδοὺς, καὶ τοὺς ἵππους τοὺς τὸ ἅρμα ἕλκοντας καὶ ἑαυτὸν κατακρημνίζει· οὕτω δὴ καὶ ἡ προαίρεσις ἡ ἡμετέρα, ἐπειδὰν μὴ εἰδῇ τοῖς μέλεσι δεόντως κεχρῆσθαι, ταῖς ἀτάκτοις ἐπιθυμίαις ἐνδοῦσα ὑποβρύχιον ἑαυτὴν ἐργάζεται. Διὰ τοῦτο ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς εἰδὼς τῆς φύσεως ἡμῶν τὸ εὐεπηρέαστον καὶ τῆς προαιρέσεως τὴν ῥᾳθυμίαν, νόμον ἔθηκεν ἀποτειχίζοντα καὶ κωλύοντα τὴν περίεργον θεωρίαν, ἵνα ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος τὴν ἐν ἡμῖν τικτομένην πυρὰν σβέσῃ, καί φησιν· Ὁ ἐμβλέψας [b] γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀπαγορεύω τὴν ἀκόλαστον ὄψιν, ἵνα ἐλευθερώσω τῆς ἀτόπου πράξεως. Μὴ γὰρ δὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ἡ συμπλοκὴ μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐργάζεται· ἡ γνώμη ἐστὶν ἡ τὴν κατάκρισιν δεχομένη. Καὶ οὗτοι τοίνυν ἐπειδὴ τὸ κάλλος [c] εἶδοσαν, ἑάλωσαν τῇ θέᾳ. Εἶδον γὰρ, φησὶν, ὅτι καλαί εἰσι, καὶ ἔλαβον ἑαυτοῖς ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξελέξαντο. Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ μετὰ τὴν ἄτοπον ταύτην πρᾶξιν, καὶ τὴν ἀκόλαστον γνώμην, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα. Καὶ εἶπε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεός· οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι. Ἄβυσσον φιλανθρωπίας ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς βραχέσι τούτοις ῥήμασι. Καὶ εἶπε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεός· οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Τὸ Πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν προνοητικὴν αὐτοῦ δύναμιν ἑκά-

B C D E 198 A

[b] Sex Mss. γυναικί.

[c] [Savil. in textu εἶδεσαν, in marg. e var. lect. ἰδόντες.]

λεσε, τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ἤδη προμηνύων. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι περὶ τούτου ἦν ὁ λόγος, ὅρα τὸ ἐπαγόμενον. Διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς, φησὶ, σάρκας· τουτέστι, διὰ τὸ σαρκικαῖς πράξεσιν αὐτοὺς καταδεδαπανῆσθαι, καὶ μὴ εἰς δέον κεχρῆσθαι τῇ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ, ἀλλ' ὡς σάρκα μόνον περικειμένους καὶ ψυχῆς ἐρήμους ὄντας, οὕτω τὸν ἑαυτῶν βίον καταναλίσκειν. Ἔθος B γὰρ ἀεὶ τῇ θείᾳ Γραφῇ σάρκα τοὺς σαρκικοὺς καλεῖν, ὥσπερ τοὺς ἐναρέτους ἀσάρκους ὀνομάζειν, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν, Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί· οὐκ ἐπειδὴ σάρκα οὐ περιέκειντο, ἀλλ' ἐπειδὴ σάρκα περικείμενοι ἀνώτεροι τῶν σαρκικῶν ἦσαν φρονημάτων. Ὥσπερ οὖν καὶ τοῖσδε διὰ τὸ ὑπερορᾶν τῶν σαρκικῶν ἔλεγεν· Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων, ἐπειδὴ περὶ τὰς σαρκικὰς πράξεις διηνεκῶς ἦσαν ἠσχολημένοι, σάρκας αὐτοὺς ἐκάλεσε. Διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, οὐκ ἔτι συγχωρήσω ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοὺς καταβρυπαίνεσθαι.

Εἶδες ἀγαναχτήσεως μέγεθος; εἶδες ἀπειλῆς ὑπερ- C βολήν; Σκόπει πῶς τῇ ἀπειλῇ καὶ τῇ ἀγαναχτήσει τὴν φιλανθρωπίαν ἔμιξε. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἀπειλεῖ πολλάκις, οὐχ ἵνα εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὴν ἀπειλὴν, ἀλλ' ἵνα διορθωσάμενος αὐτοὺς μηκέτι τὴν ἀπειλὴν εἰς ἔργον [a] ἐξενέγκῃ. Εἰ γὰρ ἐβούλετο τιμωρήσασθαι, τίνος ἕνεκεν καὶ προέλεγεν; Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ βούλεται, διὰ τοῦτο ἀεὶ μέλλει καὶ ἀναβάλλεται, καὶ προλέγει, ἀφορμὴν παρέχων τοῖς ὑπευθύνοις φυγεῖν μὲν τὴν κακίαν, ἑλέσθαι δὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἠπείλησε τῇ πανωλεθρίᾳ αὐτοὺς παραδώσειν (τοῦτο γάρ ἐστιν, Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου D ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐάσω αὐτοὺς λοιπὸν ζῆν), οὐκ ἀρκεσθεὶς τῇ τῶν πεντακοσίων ἐτῶν μακροθυμίᾳ, [b] ᾗ διὰ πάσης τῆς ζωῆς τοῦ Νῶε διὰ τῆς προσηγορίας ἐπαιδεύοντο, νῦν πάλιν ἐπιτείνων τὴν ἀγανάκτησιν, ἑτέραν αὐτοῖς προθεσμίαν ὁρίζει καὶ φησίν· Ἠπειλησάμην, καὶ εἶπον, καὶ δήλην ἐποίησα τὴν ἐμὴν ἀγανάκτησιν, ἣν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων τῶν εἰργασμένων ἐπαχθῆναι ὑμῖν ἐστιν ἀκόλουθον· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς τὰ ἀνίατα ἡμαρτηκότας σωθῆναι βούλομαι, καὶ μηδένα ἀπόλλυσθαι, διὰ τοῦτο καὶ ἑκα- E τὸν εἴκοσι ἐτῶν χρόνον πάλιν ἐνδίδωμι, ἵνα, εἰ βούλεσθε καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι διὰ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς, καὶ τὴν ἀρετὴν ἑλόμενοι, τῆς τιμωρίας τὴν πεῖραν ἐκφύγητε. Ἔσονται γάρ, φησὶν,

tians. Et ut scias hac de re sermonem haberi, vide quid subdatur. *Eo quod ipsi,* inquit, *carnes sint:* hoc est, eo quod carnalibus operibus seipsos totos dedant, et animæ substantia abutantur, et quasi sola carne circumdati anima carerent, sic vitam suam absumant. Perpetuus enim Scripturæ mos est, carnem vocare carnales: sicut virtute præstantes, carnis expertes nominat: quemadmodum Paulus dicit: *Vos autem* *Rom.* 8. 9. *non estis in carne*: non quod non carne circumdati essent, sed quia carne circumdati, superiores erant carnalibus affectionibus et sensibus. Nam sicut istis dicebat: *Vos autem non estis in carne,* eo quod carnalia despiciebant: ita et de illis dicitur, quod sint carnes, eo quod carnalibus rebus continuo sint occupati. *Eo quod ipsi carnes sint,* non ultra concedam eis ut peccatis suis coinquinentur.

4. Vidisti indignationis magnitudinem? vidisti minarum vehementiam? Considera etiam quomodo interminationi et indignationi misericordiam admiscuit. Talis enim est Dominus noster: minatur sæpe, non ut opere compleat minas, sed ut correctis nobis minas non ad opus perducat. Alioqui si punire vellet, cur prædiceret? Sed quia non vult, semper cunctatur et moram nectit, et differt, et prædicit, occasionem reis præstans, ut fugiendo malitiam et sectando virtutem, pœnas non experiantur. Itaque postquam interminatus est illos se exterminationi generali traditurum (hoc enim est, *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi sint carnes:* ac si diceret, Non sinam illos posthac vivere), non contentus quingentorum annorum patientia, qua per omnem vitam Noë, audito illius nomine docebantur, nunc iterum protrahens et differens indignationem, aliud illis tempus præscribit et dicit: Interminatus sum, et dixi et palam feci meam indignationem, quam ob multitudinem peccatorum, quæ operati estis, vobis inferri justum est: sed quia etiam eos qui incurabiliter peccaverunt, salutem consequi volo, nullumque perire, idcirco vobis indulgeo et tempus centum viginti annorum: ut, si volueritis, et peccata ablueritis resipiscendo atque in meliora vos convertendo, necnon virtuti

[a] Sic Savil. et sex Mss. At Morel. *εἰσενέγκῃ.*

[b] Savil. et septem Mss. *ἣν διὰ πάσης.* Quod hic subjungit Chrysostomus, illos centum viginti annos in Genesi memoratos tempus indicare quo diluvium venturum erat, illudque spatium quod intercessit a tempore quo Deus diluvium prædixit, ad ipsum usque diluvium: illud, inquam, contra communem sententiam est. Nam putatur his indicari spatium vitæ hominis postea contrahendum et ad centum viginti annos redigendum; et ut anni chronologici quadrent, sic intelligendum est.

studueritis, pœnarum pericula effugiatis: *Erunt* enim, inquit, *dies eorum anni centum viginti.* 4. *Gigantes autem*, inquit, *erant super terram in diebus illis. Et posteaquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque sibi genuerunt, illi erant gigantes, qui a sæculo viri famosi.* Gigantes hic a divina Scriptura dici opinor robustos corpore. Ex illis, inquit, generatio illorum aucta est. Id quod et alio loco videre licet dictum: *Gigantes*, inquit, *veniunt ut furorem meum placent.* Hunc porro centum viginti annorum numerum, aliqui putant terminum vitæ esse: non hoc autem significat, sed nunc patientiam declarare vult, quam et post hæc peccata in ipsos ostendit. Igitur ut discamus illos post indignationem et minas, et tanti temporis diuturnitatem, quam ipsis in pœnitentiam dederat, non solum nihil profecisse, sed in iisdem moribus perseveravisse: propterea dicit, *Postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque sibi genuerunt, illi erant gigantes, qui a sæculo viri famosi.* Vidisti improbitatis magnitudinem? vidisti stupidas et doloris sensu carentes animas? Neque pœnæ timor, neque tolerantiæ tempus arcuit illos a malis operibus: sed semel in præceps dejecti, et mentis oculo excæcati, a mala concupiscentia, quasi ab ebrietate quadam demersi, ad se redire ultra noluerunt: quemadmodum et sapiens quidam dicit: *Impius, cum in profundum deciderit malorum, contemnit.* Grave enim, grave est, dilecte, capi laqueis diaboli. Anima enim postea quasi in retibus comprehensa trahitur, et sicut sus in luti volutabro oblectatur, sic et ista mala consuetudine obruta, ne sentit quidem peccatorum fœtorem. Ideo opus est ut sobrii et vigiles simus, ne ab initio diabolo ingressum concedamus, ut ne obtenebrata ratione nostra, et excæcata mentis perspicacia, quasi privatos hujus solis lumine reddat, nec valeamus in radios solis justitiæ contueri, et ita in præceps feramur: id quod et illis tunc accidit. Audi enim iterum bonitatis Dei tolerantiam. 5. *Ut vidit autem*, inquit, *Dominus Deus, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram.* Quid sibi vult hoc dictum, *Ut vidit autem*? Num ignorabat Dominus? Absit: sed pro nostra infirmitate omnia narrat divina Scriptura: ut nos doceat, eos etiam post tantam Dei tolerantiam in isdem mansisse malis, aut etiam in pejora se

Gigantes quinam.

Isai. 13. 3.

Prov. 18. 3.

αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι. Οἱ δὲ γίγαντες, φησὶν, ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Καὶ μετ' ἐκεῖνα, ὡς ἂν εἰσεπορεύοντο οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐγεννῶσαν ἑαυτοῖς, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ γίγαντες οἱ ἀπ' αἰῶνος, οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοί. Γίγαντας ἐνταῦθα τοὺς ἰσχυροὺς τὸ σῶμα οἶμαι λέγειν τὴν θείαν Γραφήν. Ἐξ ἐκείνων, φησὶν, ἡ γενεὰ αὐτῶν ηὐξήθη. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ ἐστιν ἰδεῖν τοῦτο εἰρημένον· Γίγαντες, φησὶν, ἔρχονται τὸν θυμόν μου [a] παῦσαι. Τοῦτον δὲ τὸν τῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν ἀριθμόν τινες νομίζουσι τὸν ὅρον τῆς ζωῆς εἶναι· οὐ τοῦτο δὲ σημαίνει, ἀλλὰ τέως τὴν μακροθυμίαν ἐνδείξασθαι βούλεται, ἣν καὶ μετὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα ἐπ' αὐτοὺς ἐπιδείκνυται. Ἵν' οὖν μάθωμεν καὶ μετὰ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὴν ἀπειλὴν, καὶ τὴν τοσαύτην τοῦ χρόνου μακροθυμίαν, ἣν εἰς μετάνοιαν αὐτοῖς δέδωκεν, ὡς οὐ μόνον οὐδὲν ἐκέρδανον, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπέμειναν, διὰ τοῦτό φησιν, Ὡς ἂν εἰσεπορεύοντο οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐγεννῶσαν ἑαυτοῖς, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ γίγαντες οἱ ἀπ' αἰῶνος, οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοί. Εἶδες ἀγνωμοσύνης ὑπερβολήν; εἶδες ψυχὴν ἀνάλγητον; Οὔτε ὁ τῆς τιμωρίας φόβος, οὔτε ὁ τῆς μακροθυμίας χρόνος ἀπέστησεν αὐτοὺς τῶν πονηρῶν πράξεων· ἀλλ' ἅπαξ κατὰ κρημνῶν κατενεχθέντες, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα πηρωθέντες, οὐκ ἔτι λοιπὸν καθάπερ ὑπὸ μέθης τινὸς τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας καταβαπτισθέντες, ἀνενεγκεῖν ἠβουλήθησαν, καθάπερ καὶ σοφός τίς φησιν· Ἀσεβὴς ἐμπεσὼν εἰς βάθος κακῶν καταφρονεῖ. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν, ἀγαπητὲ, ἁλῶναι ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσιν. Ἡ γὰρ ψυχὴ λοιπὸν καθάπερ ἐν δικτύοις ἀπειλημμένη, καὶ ὥσπερ ὗς ἐγκυλιομένη βορβόρῳ ἥδεται, οὕτω καὶ αὐτὴ ὑπὸ τῆς κακῆς συνηθείας καταχωσθεῖσα, οὐδὲ αἴσθησιν λαμβάνει τῆς τῶν ἁμαρτημάτων δυσωδίας. Διὸ χρὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, ὥστε μηδεμίαν τῷ πονηρῷ δαίμονι παρὰ τὴν ἀρχὴν εἴσοδον παρασχεῖν, ἵνα μὴ σκοτώσας ἡμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ τὸ διορατικὸν τῆς διανοίας ἀποτυφλώσας, παρασκευάσῃ, καθάπερ ἀπεστερημένους τοῦ ἡλιακοῦ τούτου φωτὸς, πρὸς τὰς ἀκτῖνας τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου ὁρᾷν μὴ δυναμένους, κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι, ὅπερ καὶ οὗτοι τότε πεπόνθασιν. Ἄκουε γὰρ πάλιν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος τὴν ἀνεξικακίαν. Ἰδὼν δὲ, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπληθύνησαν αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Τί βούλεται τὸ εἰρημένον, Ἰδὼν δέ; Οὐκ ἐπειδὴ ἠγνόει ὁ Δεσπότης· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τὴν ἡμετέραν ἅπαντα διηγεῖται ἡ θεία Γραφή· ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ, ὅτι καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην αὐτοῦ μακροθυμίαν τοῖς αὐτοῖς ἐπέμενον, ἢ καὶ χείροσι περι-

[a] [In Isaiæ. l. l. legitur πλησῶσαι.]

ἔβαλον ἑαυτοὺς κακοῖς, φησίν· Ἰδὼν δὲ ὅτι ἐπληθύν- E
θησαν αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐκ γὰρ
τῆς πονηρᾶς ταύτης πράξεως, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς
τινος, καὶ ἕτερα πολλὰ αὐτοῖς ἐτίκτετο ἁμαρτήματα·
διὰ τοῦτό φησιν, Αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων. Ὅπου
γὰρ πορνεία, καὶ ἀσέλγεια, καὶ τοσαύτη ἀκολασία,
εἰκὸς καὶ μέθην, καὶ παροινίαν, καὶ πολλὴν ἀδικίαν,
καὶ πλεονεξίαν, καὶ τὰ μυρία τίκτεσθαι κακά. Ἰδὼν
δὲ, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπληθύνθησαν αἱ κα-
κίαι τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶς τις διανοεῖ-
ται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ
πάσας τὰς ἡμέρας.

200

Ὅρα πῶς ἕκαστον τῶν εἰρημένων δείκνυσι τὸ μέ- A
γεθος τῶν ἡμαρτημένων. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε καθολικῶς,
ὅτι Ἐπληθύνθησαν αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς
γῆς, ἐπήγαγε, Καὶ [a] πᾶς τις. Μεγάλη τοῦ ῥήματος
ἡ ἔμφασις. Οὐχ ὁ νέος, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ὁ πρεσβύτης
τὰ αὐτὰ τῷ νέῳ διαπράττεται· οὐδὲ ἀνὴρ μόνον,
ἀλλὰ καὶ γυνή· οὐ δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ἐλεύθερος·
οὐ πλούσιος, ἀλλὰ καὶ πένης. Καὶ τὸ, Διανοεῖται,
πολλὴν ἔχει τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἐκ συναρπαγῆς
τοῦτο ὑπομένουσιν, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ διανοούμενοι,
καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην ὥραν βουλευόμενοι, καὶ ἐν
τούτοις τὴν σπουδὴν ἔχοντες, καὶ οὐδὲ ἁπλῶς, καὶ
ὡς ἔτυχεν ἅπαξ ἢ δεύτερον ὑποσκελισθέντες ὑπὸ τῆς B
ἁμαρτίας, ἵστανται τῆς κακίας, ἀλλ' ἐπιμελῶς ταύ-
την μετέρχονται, καὶ τὰ πονηρὰ διαπράττονται· τοῦτ'
ἔστι μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς, οὐδὲν παρέργως, οὐ-
δὲν ἠμελημένως ὑπ' αὐτῶν γίνεται, οὐδὲ πρὸς βραχὺν
χρόνον, ἀλλὰ πάσας τὰς ἡμέρας, πᾶσαν αὐτῶν τὴν
ζωὴν εἰς τοῦτο καταναλίσκουσιν. Εἶδες πονηρίας ἐπί-
τασιν; εἶδες πῶς μελέτην τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο,
ἐπιμελῶς ἅπαντα τὰ πονηρὰ διαπραττόμενοι, καὶ
πᾶσα ἡλικία πρὸς τὴν τῆς κακίας ἐργασίαν ηὐτομό-
λει; Πᾶς τις, φησίν· οὐδὲ ἡ ἄωρος ἡλικία, οὐδὲ ἡ
ἀπειρόκακος ἄμοιρος ἦν, ἀλλ' εὐθέως καὶ ἐκ προοι-
μίων τὴν κακὴν ταύτην ἅμιλλαν πάντες ἐποιοῦντο, C
ἕκαστος τὸν πλησίον ὑπερβάλλεσθαι φιλονεικῶν ἐν
τῇ τῶν πράξεων παρανομίᾳ. Ἐννόει γάρ μοι ἐνταῦθα
τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ δικαίου σοφίαν, ὅτι ἐν το-
σαύτῃ κακῶν συμφωνίᾳ ἴσχυσε τὴν λύμην διαφυγεῖν,
καὶ μηδεμίαν ἐντεῦθεν δέξασθαι βλάβην, ἀλλὰ καθά-
περ ἐξ ἑτέρας φύσεως συγκείμενος, οὕτως ἐῤῥωμένον
φρόνημα ἀναλαβὼν, καὶ οἰκοθεν ἐπὶ τὴν τῆς ἀρε-
τῆς κατόρθωσιν σπεύσας, καὶ τὴν κακὴν αὐτῶν συμ-
φωνίαν διέφυγε, καὶ τῆς κατὰ πάντων ἐνεχθείσης
πανωλεθρίας ἐκτὸς γέγονε. Καὶ ἐνεθυμήθη, φησὶ,
Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς D
γῆς. Ὅρα πάλιν λέξεως παχύτητα καὶ συγκατάβα-

conjecisse, ait: *Ut vidit autem, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram*, Ex hoc enim malo opere, quasi e fonte quodam, multa etiam alia suboriebantur peccata: ideo dicit, *Malitiæ hominum*. Nam ubi scortatio, et luxuria, et tanta intemperantia, verisimile est ibi et ebrietatem, et crapulam et magnam injustitiam, et avaritiam, innumeraque alia nasci mala. *Ut vidit autem*, inquit, *Dominus Deus quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, et quod unusquisque cogitat in corde suo diligenter ad mala omnibus diebus.*

5. Vide quomodo singula quæ dicuntur peccatorum ostendunt magnitudinem. Quia enim in genere dixit, *Multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram*, subdidit, *Et unusquisque*. Magna hujus verbi emphasis et vis est. Non, inquit, adolescens solum, sed et senex eadem agit quæ adolescens: neque vir solum, sed et mulier: neque servus solum, sed et liber: non dives solum, sed et pauper. Et verbum, *Cogitat*, multum habet momenti. Non enim ex subreptione hoc illis accidit, sed in corde cogitant, et hæc per singulas horas volvunt, in his studium suum collocant, et neque fortuito semel et iterum supplantati a peccato, a malitia sibi temperant, sed diligenter eam exercent, et mala operantur: hoc est, magno studio, nihil obiter, nihil negligenter ab eis fit, neque brevi tempore, sed omnibus diebus, omnem suam vitam in hoc impendunt. Vidisti malitiæ immanitatem? vidisti quomodo dedita opera rem fecerint, diligenter omnia mala operantes; et omnis ætas ad agendum malum sua sponte accesserit? *Unusquisque*, inquit, neque ætas immatura, et alioquin inexperta malorum vacua erat: sed statim et ab incunabilis omnes malum hoc prælium certabant, contendentes ut malis operibus alter alterum superaret. Hic, oro, animo expende miram hujus justi sapientiam, qui in tanta malorum conspiratione malitiam effugere valuit, et nihil inde damni sensit: sed quasi ex alia natura constitutus, sic forti animo præditus, et per seipsum virtutis operationi deditus, et malam eorum conspirationem effugit, et a communi omnium perditione est exemtus. 6. *Et secum reputavit*, inquit, *Dominus Deus quod fecisset hominem super terram.* Vide iterum verbum crassum, et nostræ parvitati ido-

[a] Quatuor Mss. πᾶς ὅστις.

neum. *Secum reputavit,* inquit, pro pœnituit: non quod pœnituerit Deum, absit; sed secundum humanam consuetudinem loquitur nobis divina Scriptura, ut nos doceat enormia illorum peccata clementem Deum in indignationem concitasse. *Et secum reputavit,* inquit, *Dominus Deus quod fecisset hominem super terram.* Num enim propter hoc ipsum produxi, inquit, ut in tantam perniciem lapsus, sibiipsi perditionis fieret auctor? Nam hac de causa a principio tanto honore eum insignivi, et tantam ejus curam me habere declaravi, ut virtuti vacans, alienus a perditione fieret. Quoniam autem clementia mea abusus est, satius posthac fuerit malos ejus conatus impedire. *Et cogitavit, 7. dixitque Dominus Deus,* inquit: *Delebo hominem quem feci a facie terræ, ab homine usque ad pecus, et a reptilibus usque ad volatilia cœli: quia mecum reputavi quod feci eos.* Quæ mei officii erant, inquit, omnia exhibui. Ex nihilo, ut esset, illum produxi, naturæ illius scientiam faciendorum et non faciendorum indidi, liberum arbitrium donavi, ineffabili tolerantia usus sum, et post longum illud tempus, et post indignationem et minas quas dixi, et aliud præfinivi tempus, volens ut illo sua peccata sentiente, indignatio mea revocaretur: sed quia etiam sic nihil lucri facio, nec proficio, cogit necessitas ut minas opere compleam, et omnibus modis deleri illos curem, ac sicut malum quoddam fermentum aboleam totum illorum genus, ut ne posterioribus generationibus peccandi doctores fiant. *Et dixit Dominus Deus: Delebo hominem quem feci a facie terræ, ab homine usque ad pecus.* Jam forte dixerit aliquis: Quare cum homo in malum declinavit, etiam bruta eamdem pœnam sustinent? Merito sane. Num propter suum ipsorum usum producta sunt bruta? Propter hominem facta sunt. Cum hic igitur e medio auferatur, quis illorum usus esset? Idcirco et istam pœnam communem ferunt, ut indignationis gravitatem addiscatis. Et sicut ab initio cum primus homo peccasset, terra maledictionem accepit: sic et nunc cum abolendus esset homo, bruta quoque cladis socia fiunt. Quemadmodum enim cum homo gratus fit Deo, creatura quoque humanæ felicitatis particeps est, sicut beatus Paulus inquit: *Quia et ipsa creatura libera-*

Cur ita hominem honoravit Deus.

Rom 8. 21.

σιν. Ἐνεθυμήθη, φησὶν, ἀντὶ τοῦ μετεμελήθη· οὐκ ἐπειδὴ μεταμελεῖται Θεός· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ κατὰ τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην ἡμῖν διαλέγεται ἡ θεία Γραφὴ, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς εἰς τοσαύτην ἀγανάκτησιν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἤγαγε. Καὶ ἐνεθυμήθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς. Μὴ γὰρ διὰ τοῦτο, φησὶ, αὐτὸν παρήγαγον, ἵνα εἰς τοσοῦτον ὄλισθον κατενεχθεὶς ἀπωλείας ἑαυτῷ αἴτιος καταστῇ; Διὰ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων τοσαύτης ἠξίωσα αὐτὸν τῆς τιμῆς, καὶ τοσαύτην περὶ αὐτὸν ἐπεδειξάμην τὴν πρόνοιαν, ἵνα τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος ἐκτὸς τῆς ἀπωλείας γένηται. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ φιλανθρωπίᾳ τῇ ἐμῇ, βέλτιον λοιπὸν ἐκκοπῆναι αὐτοῦ τὴν κακὴν ἐπιχείρησιν. Καὶ διενοήθη, καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον ὃν ἐποίησα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι ἐνεθυμήθην, ὅτι ἐποίησα αὐτούς. Τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πάντα, φησὶν, ἐπεδειξάμην. Ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγον, τὴν γνῶσιν τῶν πρακτέων καὶ τῶν μὴ πρακτέων ἐνέθηκα τῇ φύσει, τὸ αὐτεξούσιον ἐδωρησάμην, ἀφάτῳ τῇ μακροθυμίᾳ ἐχρησάμην, καὶ μετὰ τὸν πολὺν χρόνον ἐκεῖνον, καὶ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὴν ἀπειλὴν, ἣν εἶπον, καὶ ἑτέραν προθεσμίαν ὥρισα, βουλόμενος αὐτοὺς εἰς αἴσθησιν ἐλθόντας τῶν οἰκείων πταισμάτων ἀνακαλέσασθαι τὴν ἐμὴν ἀγανάκτησιν· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ οὕτως ἐκέρδανόν τι πλέον, ἀνάγκη τὴν ἀπειλὴν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ παντελῆ ἐξάλειψιν αὐτῶν ἐργάσασθαι, καὶ καθάπερ ζύμην τινὰ πονηρὰν ἀφανίσαι τούτων τὸ γένος, ἵνα μὴ καὶ ταῖς εἰς τὸ ἑξῆς γενεαῖς τῆς κακίας διδάσκαλοι γένωνται. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς, ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον ὃν ἐποίησα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· τίνος ἕνεκεν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς κακίαν ἀποκλίναντος, καὶ τὰ ἄλογα τὴν αὐτὴν αὐτῷ τιμωρίαν ὑπομένει; [a] Εἰκότως. Μὴ γὰρ διὰ τὴν ἑαυτῶν χρείαν τὰ ἄλογα γέγονε; Διὰ τὸν ἄνθρωπον ταῦτα παρήχθη· τούτου τοίνυν ἐκ τοῦ μέσου αἰρουμένου, ποία ἐκείνων χρεία γένοιτ' ἄν; Διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα τῆς τιμωρίας κοινωνεῖ, ἵνα μάθητε τῆς ἀγανακτήσεως τὴν ὑπερβολήν. Καὶ καθάπερ ἐξ ἀρχῆς τῶ πρωτοπλάστου [b] ἁμαρτῶντος, ἡ γῆ τὴν κατάραν ἐδέξατο, οὕτω καὶ νῦν τοῦ ἀνθρώπου μέλλοντος ἀφανίζεσθαι, καὶ τὰ ἄλογα κοινωνεῖ τῆς τιμωρίας. Ὥσπερ δὲ εὐδοκιμοῦντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἡ κτίσις κοινωνεῖ τῇ τοῦ ἀνθρώπου εὐημερίᾳ, καθάπερ καὶ ὁ Παῦλός φησιν· Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται

[a] Hanc lectionem amplectimur, licet in uno tantum Codice compareat. In aliis εἰκότως deerat, et manca sententia videbatur.

[b] Savil. et Morel. ἁμαρτόντος. Sex Mss. ἁμαρτῶντος.

ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῶν τέκνων τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ νῦν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων μέλλοντος τούτου κολάζεσθαι, καὶ πανωλεθρίᾳ παραδίδοσθαι, καὶ τὰ κτήνη, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ συναπολαύει τοῦ κλυδωνίου τοῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταλαμβάνειν μέλλοντος. Καὶ καθάπερ ἐν οἰκίᾳ, τοῦ προεστῶτος ὑπὸ D τὴν δεσποτικὴν ἀγανάκτησιν γεγονότος, καὶ [c]τοὺς συνυπηρετοῦντας πάντας εἰκὸς κοινωνεῖν τῆς κατηφείας· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα, καθάπερ ἐν οἰκίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων, ἅπαντα τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν τούτου δεσποτείαν τυγχάνοντα ἀνάγκη ὑπὸ τὴν αὐτὴν τιμωρίαν πεσεῖν. Καὶ ἐνεθυμήθην, φησὶν, ὅτι ἐποίησα αὐτούς. Πόσης συγκαταβάσεως τουτὶ πεπλήρωται τὸ ῥῆμα; Μὴ γὰρ ἐβουλόμην, φησὶ, τοσαύτῃ τιμωρίᾳ αὐτοὺς περιβαλεῖν; Αὐτοί με τῇ ὑπερβολῇ τῆς παρανομίας εἰς τοσαύτην ἐξήνεγκαν τὴν ἀγανάκτησιν. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωμεν ἀφανισμὸν παν- E τελῆ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι γένους, μηδὲ πρόῤῥιζον τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀφανίζεσθαι, ἀλλὰ μάθωμεν ὅσον κακὸν ἁμαρτία, καὶ ὅσον ἀγαθὸν ἀρετὴ, καὶ ὅτι Κρείσσων εἷς ποιῶν θέλημα Κυρίου, ἢ μυρίοι παράνομοι, φησί· Νῶε δὲ εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Εἰ καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν, φησὶ, πρὸς τοσαύτην κακίαν ἐξώκειλεν, ἀλλ' ὁ δίκαιος οὗτος τὸν σπινθῆρα τῆς ἀρετῆς διετήρησεν ὁμοῦ, καὶ τούτοις ἅπασι διὰ 202 παντὸς τοῦ χρόνου διαλεγόμενος, καὶ παραινῶν ἀπαλ- A λαγῆναι τῆς κακίας, καὶ ἑαυτὸν τῆς ἀπ' αὐτῶν λύμης ἐλεύθερον καθιστάς. Καὶ ὥσπερ οὗτοι διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων εἰς ἀγανάκτησιν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπεσπάσαντο· οὕτω καὶ οὗτος, τὴν ἀρετὴν ἐλόμενος, Χάριν εὗρεν ἐναντίον Κυρίου Θεοῦ. Οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλὰ κἂν ἕνα εὕρῃ ἐν τοσούτῳ πλήθει τὰ αὐτῷ δοκοῦντα διαπραττόμενον, οὐ περιορᾷ, ἀλλὰ τῆς οἰκείας αὐτὸν ἀξιοῖ προνοίας, καὶ ταύτῃ μᾶλλον πλείονα τὴν περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν ἐπιδείκνυται, ὅσῳ, καὶ τοσούτων ὄντων τῶν ἐπὶ τὴν κακίαν ἑλκόντων, τὴν τῆς ἀρετῆς αὐτὸς ὁδὸν εἵλετο.

bitur a servitute corruptionis in libertatem filiorum gloriæ Dei : sic et nunc cum homo ob multitudinem peccatorum puniendus, et universali perditioni tradendus esset, etiam jumenta, et reptilia, et volatilia cæli simul pereunt diluvio, quod totum orbem invasurum erat. Et sicut in domo, quando is qui præest in indignationem domini incidit, solent comministri omnes ei condolere : ita et hic quasi in domo hominibus pereuntibus, omnia quæ in domo, et quæ sub illius erant dominio, necesse fuit in eamdem pœnam incidant. *Et mecum reputavi,* inquit, *quod fecerim illos.* Verbo hoc quantum se nostræ humilitati attemperat? Num volebam, inquit, tanta illos pœna plecti? Ipsi me peccatorum immanitate in tantam invexerunt indignationem. Cæterum ne putemus omnimodam abolitionem humani generis fieri, radicitusque naturam nostram eradicandam : sed discamus quantum malum sit peccatum, et quantum bonum virtus : et quod melior sit unus faciens voluntatem Domini, quam decem millia prævaricatorum, dicit : 8. *Noë autem invenit gratiam coram Domino Deo.* Tametsi multitudo omnis, inquit, in tantam malitiam inciderit, justus tamen hic scintillam virtutis servavit, dum his omnibus omni tempore loquitur, et dum adhortatur ut a malitia desistant, simul se interim liberum ab illorum lue servavit. Insuper sicut illi malis operibus clementem Deum ad indignationem provocaverant : sic ipse, virtute pollens, *Gratiam invenit coram Domino Deo. Non est* enim *personarum acceptor Deus.* Verum et si in tanta multitudine inveniat hominem unum quæ sibi placita sunt facientem, non despicit : sed sua illum dignatur cura, et tanto majorem illius rationem habet, quanto, cum tot tantique sint qui ad malum eum trahunt, ipse constantius virtutis viam sectatus est.

Eccli. 16. 3.

Act. 10. 34.

Ὃ δὴ γινώσκοντες πρὸς ἓν μόνον ὁρῶμεν τὸ αὐτῷ B δοκοῦν, καὶ τὸ ποιοῦν ἡμᾶς τὴν ἐκεῖθεν εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι, καὶ μήτε φιλίᾳ χαριζόμενοι, μήτε συνηθείᾳ τινὶ δουλεύοντες ἀμελῶμεν τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ μακροθυμίᾳ εἰς δέον χρησώμεθα, καὶ ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, πᾶσαν ῥᾳθυμίαν ἀποθέμενοι ποθήσωμεν τὴν ἀρετὴν, μισήσωμεν τὴν κακίαν. Ἐὰν γὰρ μὴ καὶ πρὸς ταύτην πόθῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ μετέλθωμεν, καὶ πρὸς ἐκείνην μῖσος πολὺ κτησώμεθα, οὔτε ἐκείνης τὴν λύμην διαφυγεῖν, οὐδὲ ταύτης ἐπιλαβέσθαι δυνησόμεθα. Ὅτι γὰρ ἐπιθυμούντων χρείαν ἔχει ἡ

6. Id scientes, ad id unum spectemus quod ipsi placet, et efficit ut ipsius gratiam nobis conciliemus : neque hominum amicitiæ, neque consuetudini ita serviamus, ut virtutis faciamus jacturam, sed Dei tolerantia, prout decet, utamur : et dum adhuc tempus habemus, omnem deponentes ignaviam, virtutem amemus, peccatumque odio habeamus. Nisi enim et ad istam amore et desiderio quodam immenso nos contulerimus, et nequitiam valde oderimus : neque hujus damnum effugere, neque illam amplexari poterimus. Moralis exhortatio.

[c] Sic Savil. et Morel.; at decem Mss. *τοὺς ὑπηρετοῦντας.*

Quod enim virtus opus habeat iis qui eam concupiscunt, et ejus desiderio exardescunt, de hoc prophetam audi dicentem : *Judicia Domini vera, justificata in idipsum, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum :* non quod non magis desiderabilia, sed quia apud nos non inveniuntur alia, quæ his materiis sint pretiosiora : propterea subdit : *Et dulciora super mel et favum.* Et hic quoque quia non invenit quod natura melle dulcius esset, hac similitudine usus est. Igitur sicut ii qui in opibus colligendis insaniunt desiderio et concupiscentia quadam, in hoc incumbunt magno studio et conatu, et numquam explentur : avaritia enim insatiabilis est ebrietas : et sicut ebrii, quanto plus vino se ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur : sic et isti quoque insaniam hanc indomitam numquam sistere possunt, sed quanto magis suas opes augeri vident, tanto et concupiscentia magis flagrant : neque antea a pessimo appetitu hoc absistunt, donec in ipsum malitiæ profundum descenderint. Igitur si illi perniciosam hanc concupiscentiam malorum omnium causam cum tanta contentione curant : multo justius est nos judicia Domini, quæ super aurum sunt et lapidem pretiosum multum, semper in mente nostra versare, nihilque pretiosius virtute ipsa existimare, sed exscindere ex animo nostro affectiones illas pestiferas omnes, et scire temporalem illam voluptatem perpetuum parere solere dolorem, et fine carentia tormenta, cavendumque esse ne decipiamus nos ipsos, neque putemus hic finem habituras esse res nostras. Id vero sentiunt plerique, licet verbis non loquantur : nam credere se dicunt resurrectionem, et futuram retributionem : sed ego non attendo verba, sed quotidiana gesta. Nam si resurrectionem exspectas et retributionem, quare ita præsentis vitæ gloriæ deditus es? Quare, dic mihi, quotidie cruciaris, pecunias plures quam arena sit colligens, et agros, et domos, et balnea emens, atque hæc sæpe per rapinam et avaritiam corradendo, et illud prophetæ dictum implendo : *Væ qui conjungunt domum ad domum, et agrum agro copulant, ut vicino auferant aliquid?* Annon hæc quotidie videre est? Et ille quidem dicit : Hujus domus obscuritatem et umbram meæ parit ; et infinitos prætextus excogitat, ut eam rapiat : alius autem raptum pauperi agrum, suo conjungit. Hoc autem multo majus, et magis admirabile,

Psal. 18. 10.

Avaritia insatiabilis ebrietas.

Isai. 5. 8.

ἀρετὴ, καὶ ἐκκαιομένων εἰς τὸν περὶ αὐτῆς πόθον, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος· Τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν· οὐκ ἐπειδὴ τοσοῦτόν μόνον ἐστὶν ἐπιθυμητὰ, ἀλλ' ἐπειδὴ ταύτων τῶν ὑλῶν οὐκ ἔστιν ἑτέραν εὑρεθῆναι παρ' ἡμῖν τιμιωτέραν· διὸ καὶ ἐπήγαγε, Καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν, ἐπειδὴ μὴ εἶχε φύσιν εὑρεῖν τοῦ μέλιτος γλυκυτέραν, ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ εἰκόνι. Καθάπερ οὖν οἱ περὶ τὴν τῶν χρημάτων συλλογὴν μεμηνότες ἐπιθυμίᾳ τινὶ καὶ πόθῳ, ἐπὶ τούτῳ πᾶσαν τὴν ὁρμὴν ἔχειν σπουδάζουσι, καὶ οὐδέποτε κόρον λαμβάνουσι· μέθη γὰρ ἀκόρεστός ἐστιν ἡ φιλαργυρία· καὶ καθάπερ οἱ μεθύοντες ὅσῳ ἂν πλείονα τὸν ἄκρατον [a] ἑαυτοῖς ἐγχέωσιν, τοσούτῳ μᾶλλον πρὸς τὸ δίψος ἐκκαίονται· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τὴν μανίαν ταύτην τὴν ἀκάθεκτον οὐδέποτε στῆσαι δύνανται, ἀλλ' ὅσῳ ἂν αὐξομένην ἴδωσιν αὐτοῖς τὴν περιουσίαν, τοσούτῳ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀνάπτουσι, καὶ οὐ πρότερον λήγουσι τῆς πονηρᾶς ταύτης ὀρέξεως, μέχρις ἂν εἰς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν πυθμένα κατενεχθῶσιν. Εἰ τοίνυν οὗτοι τὴν ὀλέθριον ταύτην ἐπιθυμίαν, καὶ πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν γενομένην, μετὰ τοσούτου ἐπιδείκνυνται τοῦ τόνου, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς δίκαιον τὰ κρίματα Κυρίου, τὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν τυγχάνοντα, ταῦτα δι' ὅλου στρέφειν ἐν τῇ διανοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ μηδὲν τῆς ἀρετῆς ἡγεῖσθαι προτιμότερον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀλέθρια ταῦτα πάθη ἐκτέμνειν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, καὶ εἰδέναι ὅτι ἡ πρόσκαιρος αὕτη ἡδονὴ ὀδύνην τίκτειν εἴωθε διηνεκῆ, καὶ βάσανον πέρας οὐκ ἔχουσαν, καὶ μὴ ἀπατᾶν ἑαυτοὺς, μήτε νομίζειν ὅτι μέχρι τοῦ παρόντος βίου ἵσταται τὰ ἡμέτερα. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι ταῦτα φθέγγονται οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ καὶ πιστεύειν λέγουσι τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ, καὶ τῇ τῶν μελλόντων ἀντιδόσει· ἀλλ' ἐγὼ οὐ τοῖς ῥήμασι προσέχω, ἀλλὰ τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένοις. Εἰ γὰρ ἀνάστασιν προσδοκᾷς καὶ ἀντίδοσιν, τίνος ἕνεκεν οὕτω περὶ τὴν τοῦ βίου δόξαν ἐπτάνησαι; Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, κόπτεις σαυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὑπὲρ τὴν ἄμμον τὰ χρήματα συλλέγων, καὶ ἀγροὺς, καὶ οἰκίας, καὶ βαλανεῖα ὠνούμενος, καὶ πολλάκις ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ταῦτα περιβαλλόμενος, καὶ πληρῶν ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ προφήτου εἰρημένον· Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι; Ἢ οὐχὶ ταῦτά ἐστι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἰδεῖν γινόμενα; Καὶ ὁ μέν φησιν, ἐπισκοτεῖ μοι τοῦ δεῖνος ἡ οἰκία, καὶ μυρίας προφάσεις ἐπινοεῖ, ἵνα ταύτην ἀφέληται· ἕτερος δὲ τὸν ἀγρὸν τοῦ πένητος λαβὼν συνῆψε τῷ ἑαυτοῦ. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, καὶ καὶ-

[a] Sic Savil. et multi Mss.; Morel., *ἐγχέωσιν ἐν ἑαυτοῖς.*

νὸν, καὶ ξένον, καὶ οὐδὲ συγγνώμην ἔχον, ὅτι ἐν ἑνὶ τόπῳ αὐτὸς καθήμενος, καὶ πολλάκις οὐδὲ θέλων ἑτέρωθι διαβῆναι δυνάμενος, ἢ δι' ἑτέραν τινὰ πραγμάτων περίστασιν, ἢ καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀῤῥωστίας πεπεδημένος, πανταχοῦ καὶ ἐν πάσαις, ὡς C εἰπεῖν, ταῖς πόλεσι βούλεται ὑπομνήματα τῆς οἰκείας πλεονεξίας κεκτῆσθαι, καὶ στήλας ἀθανάτους τῆς οἰκείας κακίας παρὰ πᾶσιν ἔχειν, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτήματα, ἐξ ὧν ἅπαντα ταῦτα συνελέγη, τῇ οἰκείᾳ ἐπιτίθησι κεφαλῇ, καὶ φορτίον βαρὺ καὶ δυσβάστακτον ἐπιφερόμενος οὐκ αἰσθάνεται· τὴν δὲ ἐκ τούτων ἀπόλαυσιν ἑτέροις παραχωρεῖ, οὐ μετὰ τὴν τῆς ζωῆς μετάστασιν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἐξόδου. Κἂν γὰρ μὴ ἄκων αὐτῶν γυμνωθῇ, ὑπὸ τῶν ᾠκειωμένων διασπᾶται, ὡς εἰπεῖν, καὶ διασπαράττεται ἅπαντα ταῦτα, καὶ οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ αὐτῶν μέρους D ἐν ἀπολαύσει γίνεται. Τί δὲ λέγω ἐν ἀπολαύσει; Ἂν γὰρ βουληθῇ, πῶς ἀρκέσει μίαν ἔχων γαστέρα πρὸς τοσοῦτο πλῆθος χρημάτων;

Ἀλλὰ τῶν κακῶν ἁπάντων τὸ αἴτιον ἡ κενοδοξία, καὶ τὸ βούλεσθαι τὴν προσηγορίαν ἐπικεῖσθαι τὴν αὐτοῦ τοῖς ἀγροῖς, τοῖς βαλανείοις, ταῖς οἰκίαις. Τί σοι τὸ ὄφελος, ἄνθρωπε, ὅταν μετ' οὐ πολὺ, πυρετοῦ καταλαβόντος, ἀθρόον ἀφιπταμένη ἡ ψυχὴ καταλιμπάνῃ σε ἔρημον καὶ γυμνὸν, μᾶλλον δὲ ἀρετῆς μὲν γεγυμνωμένον, περιβεβλημένον δὲ τὰς ἀδικίας, τὰς ἁρπαγὰς, τὰς πλεονεξίας, τοὺς στεναγμοὺς, τὸν ὀδυρ- E μὸν, τὰ δάκρυα τῶν ὀρφανῶν, τὰς ἐπιβουλὰς, τοὺς δόλους; Πῶς δυνήσῃ τὰ μεγάλα ταῦτα φορτία τῶν ἁμαρτημάτων ἔχων ἐπικείμενα, τὴν στενὴν πύλην ἐκείνην διαβῆναι, τὴν οὐ δυναμένην δέξασθαι τὸν ὄγκον τοῦ τοσούτου μεγέθους; Ἀνάγκη τοίνυν ἔξω μένοντα, καὶ ὑπὸ τῶν φορτίων τούτων βαρούμενον ἀνήνυτα μεταγινώσκειν, ἤδη πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κολαστήρια ὁρῶντα ἡυτρεπισμένα, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν καὶ μηδέποτε σβεννύμενον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον. Ἀλλ' εἴ τις ἡμῖν λόγος τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, ἀποστῶμεν τῆς κακίας; καὶ τὴν ἀρετὴν μεταδιώξωμεν, τῆς κενοδο- 204
ξίας ὑπερίδωμεν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κενὴ λέγεται, A
ἐπειδὴ διάκενός ἐστι καὶ οὐδὲν ἔχουσα βέβαιον, οὐδὲ μόνιμον, ἀλλ' ἀπάτη μόνον ὀφθαλμῶν τυγχάνει, πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπταμένη. *Ἆρ' οὐχ ὁρῶμεν τὸν σήμερον ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων προπεμπόμενον, καὶ ὑπὸ τῶν δορυφόρων κυκλούμενον, αὔριον πολλάκις δεσμωτήριον οἰκοῦντα, καὶ μετὰ τῶν κακούργων στρεφόμενον; Τί ταύτης τῆς κενῆς καὶ ματαίας δόξης ἀπατηλότερον; Εἰ δὲ καὶ μὴ ἐν τῷ παρόντι τὰ τῆς μεταβολῆς αὐτὸν ἐκδέξηται, ὁ θάνατος πάντως ἐπελθὼν διέκοψε

minusque venia dignum, quod unus uno eodemque loco habitans et sedens, sæpe alio transire, neque si vellet, valens, vel ob varias occupationes, vel corporis valetudine alligatus; ubique tamen et in omnibus ferme urbibus, monimenta avaritiæ suæ possidere, et immortales malitiæ suæ columnas statuere satagit: et peccata quidem, ex quibus hæc omnia collecta sunt, suo imponi capiti, ferensque gravem ac onerosam molem non sentit: aliis autem usum, qui ex his haberi potest, concedit, non solum post emigrationem ex hac vita, sed etiam antequam hinc egrediatur. Nam etiamsi non invitus eis nudetur, familiaribus hæc omnia dissipantur, et ut ita dicam, dilacerantur: neque ipse vel millesima eorum parte fruitur. Et quid dico fruitur? Quomodo, cum nonnisi ventrem unum habeat, possit tot opum multitudinem absumere? Contra cupiditatem, et avaritiam, et vanam gloriam.

7. At malorum omnium causa est vana gloria: quod nempe velit nomen suum imponi agris, balneis, et ædibus. Quæ tibi hinc utilitas, homo, cum non multo post, febri quapiam te corripiente, animaque subito evolante, nudus et vacuus relinquendus sis: imo virtute quidem nudatus, vestitus autem injustitia, rapinis, avaritia, gemitibus, ejulatibus, lacrymis orphanorum, insidiis, dolis? Quomodo poteris grandes prementesque illas sarcinas peccatorum ferens, per angustam illam portam intrare, quæ capere nequit molem tantæ magnitudinis? Necessarium itaque foris manere, et oneribus illis gravatum frustra pœnitere, cum jam ante oculos parata videbis tormenta, et ignem illum terribilem ac numquam exstinguendum vermemque numquam moriturum. Cæterum si quam nostræ salutis habemus rationem, dum adhuc tempus habemus, desistamus a nequitia, sectemur virtutem, vanam gloriam despiciamus. Nam idcirco vana dicitur, quia inanis est, et nihil habet stabile neque firmum: sed solum est oculorum deceptio, et priusquam appareat, avolat. Annon et videmus sæpe, eum, quem hodie præcedumt lictores, et stipant satellites, cras in carcerem conjici, et cum malefactoribus versari? Quid hac vana et inani gloria fallacius? Quod si in hac vita vicissitudinem hanc evadat, omnino mors veniens felicitatem abscindet et quem hodie in foro magna pompa comitabatur, qui in carcerem conjiciebat, et in solio sedebat, in-

* Ætate Chrysostomi non raro accidit, ut præfecti et alii optimates ex Imperatoris indignatione gradu dejicerentur, et in carcerem trusi, aliquando etiam capite plecterentur. Hæc pluribus in Vita Chrysostomi.

flabatur, et homines alios quasi umbras despiciebat, is subito postea jacebit mortuus absque spiritu, fœtore plenus, petitus innumeris conviciis cum ab iis quos pridem injuria affecit, tum ab iis quos numquam læsit, condolentibus tamen iis qui ab isto injuria affecti fuerant. Quid hoc miserabilius fuerit? Collecta autem omnia sæpenumero inimici et hostes inter se partiuntur et distribuunt: peccata autem per quæ hæc coacervata sunt, secum aufert, de quibus diligens et accurata ratio exigetur. Ideo obsecro, ut fugientes vanam hanc gloriam, veram desideremus, et quæ omnibus durat sæculis: et neque opum amor nos supplantet, neque concupiscentiæ flamma exurat, neque livor et invidia torqueant, neque furor et ira nos incendant: sed has omnes malas et perniciosas affectiones rore Spiritus exstinguentes, despiciamus præsentia, desideremus futura, in memoria habeamus futurum diem, magnaque diligentia vitam instituamus. Neque enim hac de causa in hanc vitam nati sumus, ut solum comedamus et bibamus. Non vita est propter cibum et potum, sed propter vitam cibus et potus. Ne ergo invertamus ordinem, neque sic ventri et carnis voluptatibus serviamus, quasi eam ob causam facti simus: sed reputantes damnum quod inde nascitur, castigemus motus carnis; ne simus segnes, nec permittamus illam adversus animam insurgere. Nam si Paulus ille talis et tantus, qui quasi alatus per totum orbem transcurrebat, corporalibus necessitatibus superior factus, et arcanorum illorum verborum auditor, quæ usque in hunc diem alius audivit nullus, scribens diccbat: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte aliis prædicans ipse reprobus inveniar*: si igitur ille, qui tanta dignatus est gratia, post tanta et talia opera, opus habebat ut castigaret, in servitutem redigeret, ac potestati dominioque animæ corporis lascivias subjiceret: castigat enim quis quod insurgit, et in servitutem redigit id quod frena rejicit: quid dicemus nos, qui omnibus virtutibus destituti, omnibus peccatis onerati sumus, et præterea magnam ignaviam præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellum? num tempus aggrediendi assignatum? Semper nos vigilare et sobrios esse oportet, et numquam in securitate degere: quia non est præfinitum tempus quando

Vita non est propter cibum.

1 *Cor.* 9. 27.

τὴν εὐημερίαν, καὶ ὁ σήμερον σοβῶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλων, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος, καὶ μεγάλα φυσῶν, καὶ τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους ὡς σκιὰς ὁρῶν, ἀθρόον τῇ ἑξῆς κεῖται νεκρὸς ἄπνους, δυσωδίας ἐμπεπλησμένος, μυρίαις κατηγορίαις βαλλόμενος, ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων, ὑπὸ τῶν μηδὲν ἀδικηθέντων, συναλγούντων τοῖς ἀδικηθεῖσι. Τί τοῦ τοιούτου ἐλεεινότερον γένοιτ' ἄν; Καὶ τὰ μὲν συλλεγέντα ἅπαντα πολλάκις ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι πρὸς ἀλλήλους διενείμαντο· τὰ δὲ ἐκ τούτων [a]ἐπισωρευθέντα αὐτῷ ἁμαρτήματα λαβὼν ἅπεισι, τὰς ὑπὲρ τούτων ἀπολογίας μετὰ πολλῆς ἀπαιτούμενος τῆς ἀκριβείας. Διὸ παρακαλῶ, φεύγοντες τὴν κενὴν ταύτην δόξαν, τὴν ἀληθῆ ποθήσωμεν, καὶ διαιωνίζουσαν· καὶ μήτε χρημάτων ἔρως ἡμᾶς ὑποσκελιζέτω, μήτε ἐπιθυμίας φλὸξ κατακαιέτω, μήτε φθόνος καὶ βασκανία τηκέτω, μήτε θυμὸς ἐμπρησμὸν ἡμῖν ἀπεργαζέσθω· ἀλλὰ πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ καὶ ὀλέθρια πάθη τῇ δρόσῳ τοῦ Πνεύματος κατασβέσαντες ὑπερίδωμεν τῶν παρόντων, ποθήσωμεν τὰ μέλλοντα, ἔννοιάν τινα λάβωμεν τῆς μελλούσης ἡμέρας, καὶ πολλὴν τοῦ βίου τὴν ἀκρίβειαν ἐπιδειξώμεθα. Οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο εἰς τὸν βίον τοῦτον παρήχθημεν, ἵνα μόνον ἐσθίωμεν καὶ πίνωμεν. Οὐ τὸ ζῆν διὰ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν γέγονεν, ἀλλὰ διὰ τὸ ζῆν τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν. Μὴ τοίνυν ἀντιστρέφωμεν τὴν τάξιν, μήτε ὡς δι' αὐτὸ γενόμενοι οὕτω τῇ γαστρὶ δουλεύωμεν, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς· ἀλλὰ τὴν ἐντεῦθεν ἡμῖν τικτομένην βλάβην ἀναλογιζόμενοι, καταστέλλωμεν τῆς σαρκὸς τὰ κινήματα, καὶ μὴ ῥαθυμῶμεν, μηδὲ συγχωρῶμεν αὐτὴν κατεξανίστασθαι τῆς ψυχῆς. Εἰ γὰρ Παῦλος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ καθάπερ ὑπόπτερος τὴν οἰκουμένην [b]διαδραμὼν ἅπασαν, καὶ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ἀνώτερος γεγονὼς, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων ῥημάτων ἀκοῦσαι καταξιωθεὶς, ὧν μέχρι τῆς σήμερον οὐδεὶς ἄλλος ἤκουσε, γράφων ἔλεγεν· Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· εἰ τοίνυν ἐκεῖνος ὁ τοσαύτης ἀξιωθεὶς χάριτος, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατορθώματα ἐδεῖτο τοῦ ὑπωπιάζειν, καὶ δουλαγωγεῖν, καὶ ὑποτάττειν τῇ τῆς ψυχῆς ἐξουσίᾳ, καὶ ὑπὸ τὴν ταύτης ἀρετὴν εἶναι ποιεῖν τοῦ σώματος τὰ σκιρτήματα· ὑπωπιάζει γάρ τις τὸ κατεξανιστάμενον, καὶ δουλαγωγεῖ [c]τὸ ἀφηνιῶν· τί οὖν ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς οἱ πάντων ἔρημοι τῶν ἀγαθῶν, οἱ φορτίοις ἁμαρτημάτων βεβαρημένοι, καὶ πρὸς τούτοις πολλὴν τὴν ῥᾳθυμίαν ἐπιδεικνύμενοι; Μὴ γὰρ ἀνακωχὴν ἔχει ὁ πόλεμος

[a] Sic Savil. et multi Mss. At Morel. ἐκσωρευθέντα. Paulo post multi Mss. τὰς ὑπὲρ τούτων παρανομίας.

[b] Savil. et octo Mss. διαδραμών, Morel. καταδραμών.

[c] Ἀφηνιῶν ex duobus Mss. restituimus: ante legebatur ἀφηνιοῦν, quam vocem merito suspectam habuere Savilius et Dounæus.

οὗτος; μὴ γὰρ καιρὸν ἐπιθέσεως κέκτηται; Πάντοτε νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι δεῖ, καὶ μηδέποτε ἐν ἀδείᾳ εἶναι· ἐπεὶ μηδὲ ἔστι καιρὸς ὡρισμένος τῆς τοῦ πολεμοῦντος [a] καὶ ἐπεμβαίνοντος ἡμῖν ἐπιθέσεως. Ἀεὶ τοίνυν φροντίζωμεν, ἀεὶ μεριμνῶμεν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ἵνα οὕτω δυνηθῶμεν καὶ αὐτοὶ ἀνάλωτοι μεῖναι, καὶ τὰς παρὰ τοῦ πολεμίου μηχανὰς διαφυγόντες τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B

nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper solliciti simus de salute nostra, ut sic numquam expugnari possimus, et hostiles effugientes insidias, misericordiam a Deo assequamur, gratia et miserationibus Unigeniti ejus, cum quo Patri, simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ κγ'.

Νῶε δὲ εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Νῶε. Νῶε ἄνθρωπος δίκαιος, τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε.

HOMILIA XXIII.

Noë autem invenit gratiam coram Domino Deo. *Gen. 6. 8.*
Istæ autem sunt generationes Noë. Noë homo 9.
justus, perfectus exsistens in generatione sua: Deo placuit Noë.

Εἴδετε ἐν τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν, ὅσον τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος, καὶ πόση αὐτοῦ τῆς ἀνεξικακίας ἡ ὑπερβολή; εἴδετε τῶν τότε ἀνθρώπων τῆς C κακίας τὴν ἐπίτασιν; κατέμαθετε ἐν μέσῳ τοσούτῳ πλήθει ὅση τοῦ δικαίου γέγονεν ἡ ἀρετὴ, καὶ ὅτι οὐδὲν αὐτὸν ἐλυμήνατο, οὔτε ἡ συμφωνία ἐκείνων ἐπὶ τὴν κακίαν ῥέπουσα, οὔτε τὸ μόνον ἐν μέσῳ τούτων ἀπειλῆφθαι, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδεύειν [b] ὁδόν; Καθάπερ γὰρ κυβερνήτης ἄριστος τοὺς τῆς διανοίας οἴακας μετὰ πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας μεταχειριζόμενος, οὐκ ἠφίει καταβαπτισθῆναι τὸ σκάφος ὑπὸ τῆς σφοδρότητος τῶν τῆς κακίας κυμάτων, ἀλλὰ ἀνώτερος τοῦ χειμῶνος γεγονὼς, καὶ [c] πελάγιος σαλεύων, ὡς ἐν λιμένι καθήμενος, οὕτω τῆς ἀρετῆς τὸ πηδάλιον ἰθύνων D ἐκτὸς ἑαυτὸν κατέστησε τοῦ μέλλοντος κλυδωνίου τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπαντας καταλήψεσθαι. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀρετὴ πρᾶγμα, ἀθάνατον, καὶ ἀχείρωτον, οὐκ εἶκον ταῖς τοῦ παρόντος βίου ἀνωμαλίαις, ἀλλ' ὑπεράνω τῶν τῆς κακίας δικτύων ἀφιπταμένη, καθάπερ ἀφ' ὑψηλῆς τινος σκοπιᾶς, οὕτως ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα καθορῶσα, οὐδενὸς ἐπαισθάνεται τῶν τοῖς ἄλλοις λυπηρῶν φαινομένων. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἐπὶ πέτρας τινὸς ὑψηλῆς ἑστὼς καταγελᾷ τῶν κυμάτων, ἐπειδὰν ἴδῃ ταῦτα προσρηγνύμενα μὲν τῇ πέτρᾳ, εἰς ἀφρὸν δὲ εὐθὺς διαλυόμενα· οὕτω δὴ καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν μετιὼν, ἐν ἀσφαλεῖ χωρίῳ καθεστὼς οὐδὲν ἀηδὲς ὑπο- E μένει ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ταραχῆς, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ κάθηται τῇ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἐντρυφῶν

1. Vidistis in iis quæ dicta sunt, quanta divinæ misericordiæ magnitudo, quam ingens tolerantia? vidistis hominum, qui tunc erant, portentosam malitiam? didicistis quanta fuerit in media tanta multitudine justi virtus, et quam nihil ei nocuerit vel illorum in malum conspiratio, vel quod solus in medio istorum interceptus, longe diversa incesserit via? Nam quasi gubernator optimus, mentis clavum magna vigilantia arripiens, navim suam ab irruentibus malitiæ procellis submergi non est passus, sed factus tempestate potentior, licet in alto jactatus, quasi in portu sederet, virtutis gubernaculum dirigebat, et a diluvio omnes orbis incolas devastaturo se eripiebat. Tanta res est virtus, tam immortalis, tam invicta, tam nihil cedens hujus vitæ varietatibus: sed super malitiæ retia volitans, quasi e sublimi specula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod aliis molestum sit sentit. Sed sicut is qui super excelsam petram stat, fluctus ridet, quos videt ad petram magno impetu disrumpi, ac protinus in spumam solvi: ita et qui virtuti dat operam in securo constitutus loco, nihil insuave fert a rebus turbulentis, sed tranquillus animo et quietus sedet, intelligitque res hujus vitæ nihil differre ab amnium fluentis, utpote quæ tam rapido cursu transeant. Nam sicut videre licet maris fluctus nunc quidem

Virtutis prærogativa.

[a] Hæc, καὶ ἐπεμβαίνοντος, desunt in plurimis Mss., sed habentur in Morel. et Savil.

[b] Morel. ὁδὸν. καθάπερ γὰρ κυβερνήτης, et sic legit Interpres. Savil. ὁδὸν. ἀλλὰ καθάπερ κυβερνήτης.

[c] Octo Mss. πέλαγος, male.

in altum extolli, mox autem deprimi : ita et videmus eos qui virtutem contemnunt, et nequitiæ dant operam, nunc quidem sublime sapere, et supercilia extollere, atque hujus vitæ curis intentos esse, subito autem dejici, et ad extremam venire inopiam. Quos beatus David subindicans, dicebat : *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus ejus : quia cum interierit non sumet omnia.* Et bene dixit, *Ne timueris*. Ne te conturbet, dicere vult, divitis abundantia et gloriæ splendor. Videbis enim non multo post humi jacentem, et nihil operari valentem, mortuum cadaver vermibus in cibos objectum, nudumque his omnibus factum, qui nihil horum omnino secum auferre potuerit, sed hic omnia reliquerit. Ne igitur anxius sis, cum videris præsentia : neque beatum dicas eum qui post breve tempus ab his omnibus destituetur. Ejusmodi enim est præsens felicitas, et divitiarum natura, ut non una commigrent, cum hinc fuerit abeundum. Divites enim his omnibus relictis, nudi hinc abscedunt, tantum malitia vestiti, et peccatorum oneribus inde collectis. At longe secus habet virtus, quæ hic quoque potentiores insidiatoribus, et plane invictos reddit suos, continuamque præbet voluptatem, et ne sentire quidem sinit rerum istarum inæqualitatem : sed et hinc emigrantibus comitem se addit, et tunc potissimum, cum ejus subsidio egemus, in dieque illo terribili magnum nobis præstat auxilium, placans nobis Judicis oculum : et sicut hic ab ingruentibus infortuniis, ita et in futuro se colentes a tormentis illis eripit. Neque hoc solum agit, sed et ineffabilia nobis bona, quibus fruamur, conciliat. Et ut scias hæc ita sese habere, neque nos in vanum et frustra ad blandiendum his verbis uti : tentabo nunc ex his quæ proposita sunt caritati vestræ id ostendere. Vide enim quomodo admirandus ille vir, Noë dico, universo hominum genere adversus semetipsum clementiam Domini ad iracundiam provocante : ille, inquam, solus sua virtute potuit et indignationis periculum effugere, et magnam Dei benevolentiam sibi conciliare. Ac, si placet, loquamur de iis quæ in præsenti vita eveniunt. Sunt enim fortassis aliqui futuris et invisibilibus parum credentes. Videamus itaque ex iis quæ hic eveniunt, qualia contingunt iis qui nequitiæ se dedunt, et qualia accipit is qui virtutem sectatur. Postquam enim bonus Deus ob ingens malitiæ augmentum sententiam tulit esse humanum genus universali pernicie puniendum,

Psal. 48. 17.

γαλήνη, καὶ ἐννοῶν, ὡς οὐδὲν τῶν ποταμίων ῥευμάτων διενήνοχε τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα· μετὰ τοσαύτης εὐκολίας καὶ ῥᾳθυμίας παρατρέχοντα. Καθάπερ γάρ ἐστιν ἰδεῖν τὰ τῆς θαλάσσης κύματα νῦν μὲν εἰς ὕψος ἄφατον αἰρόμενα, ἀθρόον δὲ πάλιν 205 ταπεινούμενα· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τοὺς ἀρετῆς A ἀμελοῦντας, καὶ τὴν κακίαν μετιόντας ὁρῶμεν, ὧν μὲν μεγαλοφρονοῦντας, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντας, καὶ περὶ τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα ἐπτοημένους, ἀθρόον δὲ ταπεινουμένους, καὶ εἰς ἐσχάτην ἐλαυνομένους πενίαν. Τούτους γὰρ καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ὁ προφήτης αἰνιττόμενος ἔλεγε· Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα. Καὶ καλῶς εἶπε, Μὴ φοβοῦ. Μή σε θορυβείτω, φησὶν, ἡ τοῦ πλούτου περιουσία, καὶ ἡ τῆς δόξης περιφάνεια. Ὄψει γὰρ μετ' οὐ πολὺ χαμαὶ κείμενον, ἀνενέργητον, νεκρὸν, ἐῤῥιμμένον, σκωλήκων γιγνόB μενον τροφὴν, γυμνὸν τούτων ἁπάντων γιγνόμενον, καὶ οὐδὲν ὅλως μεθ' ἑαυτοῦ ἀπενεγκεῖν δυνηθέντα, ἀλλ' ἐνταῦθα ἅπαντα καταλιπόντα. Μὴ τοίνυν τὰ παρόντα ἰδὼν ἀγωνιάσῃς, μηδὲ μακαρίσῃς τὸν μετὰ βραχὺν χρόνον ἐν ἐρημίᾳ τούτων μέλλοντα γίνεσθαι. Τοιοῦτον γὰρ ἡ παροῦσα εὐημερία, καὶ ἡ τοῦ πλούτου φύσις· οὐ συναποδημεῖ τοῖς ἐντεῦθεν μεθισταμένοις, ἀλλ' ἐνταῦθα αὐτὴν ἅπασαν καταλιπόντες, γυμνοὶ καὶ ἔρημοι ἀπίασι, μόνην τὴν κακίαν περιβεβλημένοι, καὶ τὰ ἐκ ταύτης αὐτοῖς συλλέγοντα ἁμαρτημάτων φορτία. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἀνωτέρους τῶν ἐπιβουλευόντων C καθίστησι, καὶ ἀναλώτους ἐργάζεται, καὶ διηνεκῆ τὴν ἡδονὴν χαρίζεται, καὶ οὐκ ἀφίησι τῆς τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίας αἴσθησιν λαβεῖν, καὶ ἐντεῦθεν ἀποδημοῦσι συμμεθίσταται, καὶ τότε μάλιστα, ὅτε χρῄζομεν τῆς παρ' αὐτῆς συμμαχίας, καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν πολλὴν ἡμῖν παρέχει τὴν βοήθειαν, ἥμερον ἡμῖν καθιστῶσα τοῦ δικαστοῦ τὸ ὄμμα· καὶ καθάπερ ἐνταῦθα παρόντων τῶν δεινῶν ἀνωτέρους καθίστησι τῶν δεινῶν, οὕτω καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἐξαρπάζει τοὺς αὐτὴν ἐπιφερομένους τῶν κολαστηρίων ἐκείνων. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς τῶν ἀπορῥήτων ἀγαθῶν ἀπολαύσεως πρόξενος D ἡμῖν γίνεται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ οὐχ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ ψυχαγωγοῦντες ὑμᾶς τούτοις κεχρήμεθα τοῖς ῥήμασιν, ἐκ τῶν νῦν προκειμένων δεῖξαι πειράσομαι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. Ὅρα γὰρ πῶς ὁ θαυμάσιος οὗτος, ὁ Νῶε λέγω, παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους εἰς τὴν κατ' αὐτῶν ἀγανάκτησιν ἐκκαλεσαμένου τὸν φιλάνθρωπον Δεσπότην, οὗτος διὰ τῆς οἰκείας ἠδυνήθη ἀρετῆς καὶ τῆς ἀγαναχτήσεως τὴν πεῖραν διαφυγεῖν, καὶ πολλὴν τὴν παρ' αὐτοῦ εὔνοιαν ἐφελκύσασθαι. Καὶ εἰ βούλει, τέως περὶ τῶν ἐν

τῷ παρόντι βίῳ διαλεχθῶμεν. Ἴσως γάρ τινες τοῖς μέλλουσι καὶ μὴ δρωμένοις διαπιστοῦσιν. Ἴδωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνταῦθα γινομένων, τίνα μὲν τοὺς πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολήσαντας διεδέξατο, τίνων δὲ ὁ τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος ἠξιώθη. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὴν πολλὴν τῆς κακίας ἐπίτασιν ἀπεφήνατο ὁ ἀγαθὸς Θεὸς πανωλεθρίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καταδικάσειν, εἰπών, Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησα, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ δεικνὺς τῆς ἀγανακτήσεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν, οὐ κατὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους μόνον τὴν ἀπόφασιν ἐξήνεγκεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ τῶν πετεινῶν· τῶν γὰρ 207
ἀνθρώπων, δι' οὓς ταῦτα παρήχθη, ἀπόλλυσθαι μελ- A
λόντων, καὶ ὑποβρυχίων γίνεσθαι, εἰκότως καὶ ταῦτα τῆς τιμωρίας συναπήλαυσεν· ἐπειδὴ οὖν ἡ ἀπόφασις ἀόριστος ἦν, καὶ οὐδεμίαν ἔχουσα διαίρεσιν, ἵνα μάθῃς τὸ ἀπροσωπόληπτον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ταῖς καρδίαις ταῖς ἡμετέραις ἐμβατεύων οὐδένα περιορᾷ, ἀλλὰ κἂν μικράν τινα ἀφορμὴν εὕρῃ παρ' ἡμῶν εἰσφερομένην, ἄφατον αὐτοῦ ἐπιδείκνυται τὴν φιλανθρωπίαν, φησὶν ἡ Γραφή, ἵνα μὴ νομίσωμεν ὅτι παντελὴς ἀφανισμὸς γίνεται τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἀλλὰ γνῶμεν, ὅτι διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἀγαθότητα ἀφίησι σπινθῆρά τινα σώζεσθαι, καὶ ῥίζαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, B
ὥστε πάλιν εἰς μακροὺς ἐκταθῆναι κλάδους· Νῶε δὲ, φησὶν, εὗρε χάριν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ.

Σκόπει τῆς Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν συλλαβὴν ἔστιν εὑρεῖν ἁπλῶς κειμένην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς τιμωρίας τὸ μέγεθος τῆς μελλούσης ἐπάγεσθαι τοῖς ταύτης ἐργάταις, διδάσκει ἡμᾶς καὶ τὸν ἐν τοσούτῳ πλήθει δυνηθέντα τὴν ἀρετὴν ἀκέραιον διασῶσαι. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀρετὴ θαυμαστή. Ὅταν δὲ καὶ ἐν μέσῳ τῶν κωλυόντων τυγχάνων τις ταύτην μετίῃ, πολλῷ μᾶλλον C
θαυμαστοτέραν αὐτὴν ἀποφαίνει. Διὰ τοῦτο ὥσπερ θαυμάζουσα τὸν δίκαιον ἡ θεία Γραφή φησιν, ὅτι μεταξὺ τῶν τοσούτων διὰ τὴν κακίαν μελλόντων ἀγανακτήσεως πειρᾶσθαι, Νῶε δὲ εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Εὗρε χάριν, ἀλλ', Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ· οὐχ ἁπλῶς, Εὗρε χάριν, ἀλλ', Ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ· ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ ὅτι ἕνα τοῦτον εἶχε τὸν σκοπὸν, ὥστε τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον ὀφθαλμὸν ἐπαινέτην ἔχειν, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ λόγος τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης, οὐδὲ τῆς ἀτιμίας, καὶ τοῦ γέλωτος. Εἰκὸς γὰρ αὐτὸν ἀπεναντίας ἅπασι τὴν ἀρετὴν μετιέναι βουλόμενον πολλὴν ὑπομένειν τὴν χλεύην καὶ τὸν D
γέλωτα, πάντων τῶν τὴν κακίαν μετιόντων εἰωθότων ἀεὶ [a] ἐπισκώπτειν τοὺς ταύτην φεύγειν βουλομένους, καὶ ἀρετὴν αἱρουμένους, ὅπερ καὶ νῦν πολλάκις γίνε-

[a] Sic Savil. et septem Mss. In Morel. σκώπτειν.

et dixit: *Delebo hominem quem feci, a facie terræ*: et monstrans indignationis suæ magnitudinem, non contra humanum dumtaxat genus sententiam protulit, sed et contra omnia jumenta, et reptilia, et volatilia: cum enim perituri et submergendi homines essent, propter quos hæc facta sunt, jure ac merito illa quoque pœnæ consortio paria fuere: igitur cum sententia nondum præfinita esset, qua alii ab aliis secernerentur, ut discas quam non sit personarum acceptor Deus, sed in corda nostra ingrediens nullum despiciat, et si vel parvam quamdam occasionem nos afferamus, ineffabilem suam declaret misericordiam, inquit Scriptura, ut ne totum genus humanum abolendum putemus, sed sciamus, ipsum per suam bonitatem relinquere scintillam et radicem quamdam salvam, ut iterum humanum genus in proceros extendi possit ramos: *Noë*, inquit, *invenit gratiam coram Deo.*

2. Vide Scripturæ diligentiam, quomodo ne syllabam quidem unam inutilem contineat. Nam postquam nos docuit gravitatem nequitiæ hominum, et pœnæ magnitudinem improbis inferendam, indicat nobis eum qui in tanta multitudine potuerit sinceram servare virtutem. Est enim virtus etiam per seipsam admirabilis. Quod si quis illam in medio prohibentium colat, multo admirabiliorem ipsam ostendit. Propterea divina Scriptura quasi admirando justum dicit de illo, in medio illorum qui indignationem Dei experturi erant versante, *Noë autem invenit gratiam coram Domino Deo. Invenit gratiam*, sed, *Coram Deo*: non simpliciter, *Invenit gratiam*, sed, *Coram Domino Deo*: ut nos doceat, ipsum unum habuisse scopum, ut ab illo oculo laudaretur, qui dormitare sopirique nescit, nihilque curavisse humanam gloriam, vel ignominiam, vel irrisionem. Verisimile enim est eum, cum præter morem omnium virtutem coleret, fuisse subsannatum et irrisum ab omnibus nequitiam sectantibus, qui consueverant eos qui illam vitarent, et virtutem amplexarentur, irridere; id quod et nunc sæpe fieri solet. Videmusque se-

gnes multos qui risum et subsannationem ferre nequeunt, sed præferunt humanam gloriam veræ et immortali, abstracti et allecti ab aliorum hominum malitia. Animæ enim fortis et constantis est, posse obsistere iis qui avellere moliuntur, et nihil facere ut hominibus placeat : sed oculum suum intendere ad illum insopitum oculum, et ab eo solum gloriam exspectare, istorumque gloriam despicere, nulliusque pili facere humanam laudem vel convicia, sed ea prætermittere ut umbras et somnia. Jam hic sæpe multi non ferentes injurias decem aut viginti hominum, vel etiam
Οὐ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ὠφέλησε χθὲς ἡ τοῦ δικαίου Νῶε γενεαλογία. Καὶ γὰρ ἔγνωμεν θαυμαστὸν γενεαλογίας τρόπον, καὶ εἴδομεν τὸν δίκαιον ἀνακηρυττόμενον οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν προγόνων περιφανείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν οἰκείων τρόπων ἀρετῆς, δι' ἣν καὶ τοσαύτην ἐδέξατο μαρτυρίαν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· Νῶε γάρ, φησὶν, ἄνθρωπος δίκαιος, τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε. Εἰς ταῦτα γὰρ βραχέα τὰ ῥήματα ἅπασαν διδασκαλίαν χθὲς κατηναλώσαμεν. Ἡ γὰρ τῶν θείων λογίων φύσις ἐν ὀλίγοις ῥήμασι πολὺν ἐπιδείκνυται τῶν νοημάτων τὸν πλοῦτον, καὶ ἄφατον χαρίζεται τὸν θησαυρὸν τοῖς μετὰ ἀκριβείας τὴν ἔρευναν ποιεῖσθαι βουλομένοις. Διὸ δὴ, παρακαλῶ, μηδὲν ἁπλῶς διατρέχωμεν τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων, ἀλλὰ κἂν ὀνομάτων καταλόγος ᾖ, κἂν ἱστορίας διήγησις, τὸν ἐγκεκρυμμένον ἀνιχνεύωμεν θησαυρόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς. Ἐπειδὴ οὐ πανταχοῦ ἐξ ἐπιπολῆς ἐστιν εὑρεῖν τὸν νοῦν τῶν ἐγγεγραμμένων, ἀλλὰ χρεία καὶ πολλῆς ἐρεύνης ἐστὶν ἡμῖν, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς λαθεῖν τῶν ἐν τῷ βάθει κειμένων. Εἰ δὲ ἡ προηγορία μόνη τῆς φύσεως, τὸ ἄνθρωπος ὄνομα λέγω, τοσαύτην ἡμῖν ἔτεκε χθὲς ὠφελείας ὑπόθεσιν, πόσα οὐ καρπωσόμεθα κέρδος, εἰ ἕκαστον τῶν ἐν τῇ Γραφῇ μετὰ προσοχῆς καὶ ἀγρύπνου διανοίας ἐπίωμεν; Καὶ γὰρ φιλάνθρωπον ἔχομεν Δεσπότην, καὶ ἐπειδὰν ἴδῃ μεριμνῶντας ἡμᾶς, καὶ πόθον πολὺν ἐπιδεικνυμένους πρὸς τὴν τῶν θείων λογίων κατανόησιν, οὐκ ἀφίησιν ἑτέρου τινὸς δεηθῆναι, ἀλλ' εὐθέως φωτίζει τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἔλλαμψιν χαρίζεται, καὶ κατὰ τὴν εὐμήχανον αὐτοῦ σοφίαν πᾶσαν τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν ἐντίθησι τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Διὰ τοῦτο καὶ προτρέπων ἡμᾶς ἐπὶ τοῦτο, καὶ προθυμοτέρους ἐργαζόμενος, μακαρισμῶν ἀξίους ἀπέφηνε τοὺς τὸν τοιοῦτόν πόθον ἐπιδεικνυμένους, λέγων, Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Ὅρα σοφίαν διδασκάλου· οὐ διὰ τοῦ μακαρισμοῦ μόνον προέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν, Οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ἐδίδαξε τοὺς ἀκούοντας μεθ' ὅσης προθυμίας προσήκει πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν λογίων ἔρευναν ὁρμᾶν. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, οἱ πείνης προηγησαμένης μετὰ προθυμίας ἀφάτου ἐπὶ τὴν τροφὴν ἐπείγονται, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ δίψους ἐκκαιόμενοι τῷ πόματι μετὰ σπουδῆς προσίασι· κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ

τρόπον προσήκει, καθάπερ πεινῶντας καὶ διψῶντας, οὕτω τῇ διδασκαλίᾳ τῇ πνευματικῇ προσιέναι. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι οὐ μόνον μακαρισμῶν ἄξιοι, ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαζομένων ἐπιτεύξονται. Καὶ γάρ, Χορτασθήσονται, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἐμπλησθήσονται· πληρώσουσιν αὐτῶν τὴν ἐπιθυμίαν τὴν πνευματικήν. Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτον ἔχομεν Δεσπότην, οὕτως ἀγαθὸν, οὕτω φιλότιμον, φέρε καὶ ἡμεῖς ἐπ' αὐτὸν καταφύγωμεν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ῥοπὴν ἐπισπασώμεθα, ἵνα καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος φωτίσῃ ἡμῶν τὸν λογισμὸν, πρὸς τὸ κατοπτεύειν τῶν θείων Γραφῶν τὴν δύναμιν· καὶ ὑμεῖς δὲ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας, καθάπερ πεινῶντες καὶ διψῶντες, οὕτω τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν ὑποδέξασθε. Ἴσως γὰρ, ἴσως ὁ ἀγαθὸς καὶ εὐμήχανος Δεσπότης, κἂν ἡμεῖς εὐτελεῖς ὦμεν, καὶ μηδενὸς λόγου ἄξιοι, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς καὶ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν χορηγήσει λόγον ἡμῖν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος εἰς δόξαν αὐτοῦ, καὶ εἰς οἰκοδομὴν ὑμετέραν. Εἰς τὴν ἄνωθεν τοίνυν χάριν τὸ πᾶν ἐπιῤῥίψαντες, κἀκεῖνον ἐπικαλεσάμενοι τὸν σοφίζοντα τοὺς τυφλοὺς, καὶ τρανοῦντα τὰς γλώσσας τῶν μογιλάλων, ἀψώμεθα καὶ τῶν [a]προσφάτως ἀνεγνωσμένων, ἵν' ἅπερ ἂν αὐτὸς χορηγήσῃ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, ταῦτα παραθῶμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. Ἀλλὰ συντείνατέ μοι, παρακαλῶ, τὴν διάνοιαν, καὶ μετὰ ἀκριβείας προσέχετε τοῖς λεγομένοις, πάντα βιωτικὸν λογισμὸν ἑαυτῶν ἀποστήσαντες, ἵνα καθάπερ εἰς λιπαρὰν καὶ βαθύγεων ἄρουραν, τῶν βοτανῶν καὶ τῶν ἀκανθῶν ἐκκεκαθαρμένων, οὕτω τὸν πνευματικὸν σπόρον καταβάλωμεν. Αὗται δὲ, φησὶν, αἱ γενέσεις Νῶε· Νῶε ἄνθρωπος δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε. Ἄχρι τούτου τέλος ἔσχε τὰ τῆς διδασκαλίας χθές· διὸ χρὴ τὰ λειπόμενα εἰς μέσον προθεῖναι. Ἐγέννησε δὲ, φησὶ, Νῶε τρεῖς υἱοὺς, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Οὐχ ἁπλῶς ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐπεσημήνατο τῶν παίδων τοῦ δικαίου, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ἡμῖν λανθανόντως παραδηλῶσαι βουλομένη τῆς πολλῆς αὐτοῦ ἀρετῆς τὴν ὑπερβολήν. Ἀνωτέρω γὰρ εἰποῦσα, ὅτι Νῶε ἦν ἐτῶν πεντακοσίων, τότε ἐπήγαγε, Καὶ ἐγέννησε τρεῖς υἱούς· διδάσκουσα ἡμᾶς τῆς ἐγκρατείας αὐτοῦ τὸ ὑπεράγαν μέγεθος, καὶ ὅτι πάντων τῶν τότε ὄντων ἀνθρώπων τοσαύτῃ ἀκρασίᾳ κεχρημένων, καὶ πολλὴν τὴν λαγνείαν ἐπιδεικνυμένων, καὶ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἡλικίας ἐπὶ τὴν κακίαν αὐτομολησάσης· ἠκούετε γὰρ τῆς θείας Γραφῆς λέγουσης, Ἰδὼν δὲ Κύριος ὅτι ἐπληθύνθησαν αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶς τις διανοεῖται τὰ πονηρὰ ἐπιμελῶς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐκ νεότητος, καὶ σαφῶς ἡμῖν δεικνυούσης, ὅτι καὶ νέοι

et sitientes accedere par est. Hujusmodi enim viri non solum beatitudinibus digni sunt; sed et quæ cupiunt assequuntur. Etenim, *Satiabuntur*, inquit, hoc est, explebuntur: explebunt spirituale suum desiderium. Igitur quia tam bonus, tamque liberalis Dominus nobis est: age et nos ad ipsum confugiamus, et ejus nobis gratiam conciliemus, ut et ipse pro sua misericordia illustret nostram mentem ad videndam divinarum C Scripturarum virtutem; et vos quoque multa alacritate spiritualem doctrinam quasi esurientes et sitientes suscipite. Forte enim, forte bonus et omnipotens Dominus, etiam si nos humiles simus et abjecti, propter vos et vestram utilitatem suppeditabit nobis sermonem in apertione *Ephes. 6.* oris in gloriam suam, et in ædificationem ve- 19. stram. Projecta igitur cura nostra omni in supernam gratiam, et invocato eo qui et sapientiam dat parvulis, et illuminat cæcos, et expeditas reddit linguas balborum, paulo ante lecta D tractemus: ut quæ ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, caritati vestræ proponamus. Sed intenta, obsecro, adsitis mente, et diligenter iis quæ dicuntur attendite, omnesque hujus vitæ curas seponite, ut spirituale semen, quasi in pinguem et feracem agrum, evulsis herbis et spinis, projiciamus. *Hæ autem*, inquit, *generationes Noë: Noë homo justus, perfectus exsistens in generatione sua: Deo placuit Noë.* In iis nuper finem docendi faciebamus, ideo sequentia E in medium proponenda sunt. 10. *Genuit autem*, inquit, *Noë tres filios, Sem, Cham, Japheth.* Non absque causa divina Scriptura et tempus et numerum nobis assignavit filiorum justi: sed et hinc nobis latenter insinuare vult ingentem multiplicemque ejus virtutem. Nam postquam superius dixit: *Noë erat quingento-* *Gen. 5. 32.* *rum annorum*, tunc subdidit: *et genuit tres filios:* docendo nos summam continentiæ illius magnitudinem fuisse, cum tantæ intemperantiæ dediti essent omnes homines, tantaque salacitate 218 omnes ætates, ut ita dicam, ad malum ruerent: A audistis enim divinam Scripturam dicentem: *Ut autem vidit Dominus quod impletæ sunt malitiæ super terram, et quilibet cogitaret mala diligenter in corde suo a juventute:* ubi manifeste declarat, et juvenes vicisse provectiores ætate, et senes non minus quam juvenes insaniisse, et ad malum multa proclivitate pro-

[a] Savil. et quidam Mss. *πρόσρατον.*

pensam fuisse ipsam etiam ætatem malorum inexpertam.

2. Ut igitur discamus, quo pacto iis omnibus tantam insaniam ac rabiem præ se ferentibus, justus ille manserit solus, continentiam cum aliis virtutibus strenue servans, donec ad quingentesimum annum pervenit. Cum dixisset, *Erat Noë quingentorum annorum,* tunc inquit: *Et genuit Noë tres filios.* Vidisti dilecte, excellentem justi temperantiam? Ne hoc ita perfunctorie transeamus, sed et tempus illud expendamus, et malitiam quæ ad omne hominum genus ob eorum desidiam se extenderat, et consideremus quantæ sit virtutis et pietatis erga Deum, in tantam temporis longitudinem concupiscentiæ rabiem refrenare, viamque longe ab aliis diversam carpere, et non solum ab illicito coitu se cohibere, sed et a legitimo et inculpato, *Et genuit,* inquit, *Noë tres filios: Sem, Cham, Japheth.* 11. *Corrupta autem erat terra coram Deo, et repleta erat terra injustitia.* Mihi videtur divina dispensatione factum, ut justus ille nunc tandem ad uxorem accederet, illosque filios susciperet. Quia enim ob malitiæ magnitudinem et ingentem improbitatem generali pernicie totus orbis delendus erat, misericors Deus quasi radicem aliquam et fermentum voluit justum illum superesse, ut abolitis illis origo et primitiæ quædam esset futurorum. Hujus rei gratia, cum jam quingentorum esset annorum, habereteque tres istos filios, illis contentus fuit, re ipsa declarans hoc se fecisse, ut divinæ in humanum genus futuræ benignitati serviret. Et quo scias hoc non esse temeraria conjectura dictum, considera Scripturæ diligentiam. Nam postquam dixit, justum illum tres habuisse filios, statim subdidit: *Corrupta erat autem terra coram Deo, et impleta erat terra injustitia.* Vidisti in eadem natura magnam et ineffabilem varietatem? De justo enim dicebat Scriptura: *Noë homo justus, perfectus exsistens in generatione sua*: de reliquis autem omnibus inquit: *Corrupta autem erat terra coram Deo, et implēta erat terra injustitia.* Nomine enim terræ, hominum multitudinem vocat. Quia enim omnia eorum opera terrestria erant, idcirco terræ nomine et eorum vilitatem, et malitiæ exsuperantiam significat. Nam sicut de protoplasto, qui legem transgressus gloriam qua circumdabatur amisit, mortisque pœnæ obnoxius factus

ἐνίκων τοὺς προβεβηκότας, καὶ οἱ γέροντες τῶν νέων οὐκ ἔλαττον ἐμάνησαν, καὶ ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ ἀπειρόκακος ἡλικία πρὸς τὴν κακίαν πολλὴν εἶχε τὴν ῥοπήν.

Ἵνα τοίνυν μάθωμεν, ὅπως τούτων ἁπάντων πολλὴν τὴν λύσσαν καὶ τὴν μανίαν ἐπιδεικνυμένων, ὁ δίκαιος οὗτος ἔμεινε μόνος τὸν τῆς σωφροσύνης ἆθλον μετὰ τῆς ἄλλης ἀρετῆς κατορθῶν, μέχρις ὅτε εἰς τὸ πεντακοσιοστὸν ἔτος ἔφθασε. Μετὰ τὸ εἰπεῖν γάρ, Ἦν Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων, τότε φησὶ, Καὶ ἐγέννησε Νῶε τρεῖς υἱούς. Εἶδες, ἀγαπητὲ, τοῦ δικαίου τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐγκράτειαν; Μὴ γὰρ δὴ ἁπλῶς αὐτὰ παραδράμωμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν ἐννοήσαντες ἐκεῖνον, καὶ τὴν κακίαν τὴν κατὰ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διὰ τὴν πολλὴν ῥᾳθυμίαν ἐπιπολάζουσαν, σκοπήσωμεν πόσης ἦν ἀρετῆς καὶ φιλοθέου γνώμης, ἐν τοσούτῳ μήκει χρόνου τῆς ἐπιθυμίας τὴν λύτταν χαλινῶσαι, καὶ ἀπεναντίας τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλθεῖν, καὶ μὴ μόνον τῆς παρανόμου μίξεως ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς νενομισμένης, καὶ τῆς ἔξω τυγχανούσης ἐγκλημάτων. Καὶ ἐγέννησε, φησὶ, Νῶε τρεῖς υἱοὺς, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Ἐμοὶ δοκεῖ τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ ὑπηρετούμενον τὸν δίκαιον τοῦτον καὶ νῦν τῆς μίξεως ἀνασχέσθαι, καὶ τοὺς παῖδας τούτους ἔχειν. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ τῆς κακίας μέγεθος καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν πονηρίαν πανωλεθρίᾳ ἤμελλε τὴν οἰκουμένην καταλήψεσθαι, ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς καθάπερ ῥίζαν τινὰ καὶ ζύμην ἐβούλετο τὸν δίκαιον καταλιπεῖν, ἵνα ἀπαρχὴ γένηται μετὰ τὸν ἐκείνων ἀφανισμὸν τῶν μετὰ ταῦτα μελλόντων ἔσεσθαι· ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας, μετὰ πεντακόσια ἔτη τούτους τοὺς τρεῖς παῖδας ἐσχηκὼς, μέχρι τούτων ἵσταται, δεικνὺς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι τῇ μελλούσῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἔσεσθαι ὑπηρετούμενος τοῦτο πεποίηκε. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχ ἁπλῶς στοχασμός ἐστι ταυτὶ τὰ ῥήματα, σκόπει τῆς Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, ὅτι ἔσχεν ὁ δίκαιος τοὺς τρεῖς υἱοὺς, εὐθέως ἐπήγαγεν· Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Εἶδες ἐπὶ τῆς αὐτῆς φύσεως πολλὴν καὶ ἄφατον τὴν διαφοράν; Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ δικαίου ἔλεγεν ἡ Γραφὴ, Νῶε ἄνθρωπος δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἁπάντων φησὶν, Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Τῷ ὀνόματι τῆς γῆς τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος ὀνομάζει. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσαι αὐτῶν αἱ πράξεις γήϊναι ἐτύγχανον, διὰ τοῦτο τῷ τῆς γῆς ὀνόματι τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν ἐμφαίνει, καὶ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου, μετὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς δόξης τῆς πρότερον περιστελλούσης αὐτὸν, τῷ ἐπιτιμίῳ τοῦ θανάτου αὐτὸν ὑπαγα-

γῶν ἔλεγε, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἐπειδὴ ἦν πολλὴ τῶν κακῶν ἡ ἐπίτασις, φησίν, Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ, ἀλλ', Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Τῷ εἰπεῖν, Ἐφθάρη, πᾶσαν τὴν κακίαν αὐτῶν ἐνέφηνεν. Οὐδὲ γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἑνὶ καὶ δύο ἁμαρτήμασιν ὑπευθύνους ἑαυτοὺς κατέστησαν, ἀλλὰ πάσας τὰς παρανομίας μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας διεπράττοντο· διὸ καὶ ἐπήγαγε, Καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε τὴν κακίαν ἐπετήδευον, ἀλλ' ἑκάστην ἁμαρτίαν μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιτάσεως ἐπεδείκνυντο. Καὶ ὅρα πῶς λοιπὸν οὐδὲ μνήμης αὐτοὺς ψιλῆς ἀξιῶσαι ἀνέχεται, ἀλλὰ τῷ τῆς γῆς ὀνόματι αὐτοὺς καλεῖ, δεικνῦσα καὶ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως τὸ μέγεθος. Ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ, φησὶν, ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἀπεναντίας τοῖς τοῦ Θεοῦ προστάγμασιν ἅπαντα διεπράττοντο, καταπατοῦντες τοῦ Θεοῦ τὰς ἐντολὰς, [a] καὶ τὸν ἐν τῇ φύσει κείμενον τῇ ἀνθρωπίνῃ διδάσκαλον διὰ τῆς οἰκείας ῥαθυμίας προδεδωκότες. Καὶ ἐπλήσθη, φησὶν, ἡ γῆ ἀδικίας. Εἶδες, ἀγαπητὲ, ὅσον κακὸν ἁμαρτία, πῶς καὶ αὐτῆς τῆς προσηγορίας, καὶ τοῦ ἀνθρώπους ὀνομάζεσθαι λοιπὸν ἀναξίους ἀπεργάζεται; Ἄκουε πάλιν καὶ τῶν ἑξῆς. Καὶ εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη. Ὅρα πάλιν γῆν αὐτοὺς ὀνομαζομένους. Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον γῆν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ περὶ τῆς γῆς τῆς αἰσθητῆς ταῦτα εἰρῆσθαι, φησὶν, Ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐδὲ νῦν ἀνθρώπους αὐτοὺς καλέσαι κατηξίωσεν, ἀλλὰ τῷ τῆς σαρκὸς ὀνόματι μόνον ἐνδείξασθαι ἡμῖν βούλεται, ὅτι οὐ περὶ τῆς γῆς ταῦτά φησιν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν σάρκα περικειμένων, καὶ ταῖς γηΐναις πράξεσιν ἑαυτοὺς καταναλωσάντων. Ἔθος γὰρ τῇ Γραφῇ, καθάπερ πολλάκις εἴπομεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, τοὺς σαρκικὸν φρόνημα ἐπιδειξαμένους, καὶ μηδὲν ὑψηλὸν φανταζομένους τῷ τῆς σαρκὸς ὀνόματι προσαγορεύειν, καθάπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Τί οὖν; αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων οὐχὶ σάρκα περιέκειτο; Ἀλλ' οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι οἱ σάρκα περικείμενοι, οὐ δύνανται ἀρέσαι οὗτοι τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὅτι οἱ μηδένα τῆς ἀρετῆς λόγον ποιούμενοι, ἀλλὰ πάντα τὰ σαρκικὰ φρονοῦντες, καὶ περὶ τὰς ταύτης ἡδονὰς κατασπώμενοι, καὶ μηδεμίαν τῆς ψυχῆς τῆς ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς φροντίδα ποιούμενοι. Ἐπεὶ οὖν διὰ τῶν εἰρημένων ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος, τῆς κακίας τὴν ὑπερβολὴν, τῆς ἀγανα-

fuit, dicebat: *Terra es, et in terram abibis*: ita et hic, quia plurimum invaluerant vitia, inquit, *Corrupta autem erat terra.* Neque simpliciter dicit: *Corrupta autem erat terra*: sed, *Coram Deo*: *et impleta erat terra injustitia.* Dicendo enim, *Corrupta erat*, omnigenam illorum malitiam emphasi quadam dixit. Non enim dici potest, eos unius vel duorum peccatorum tantum reos fuisse, sed omnes iniquitates absque modo commisisse: ideo subdit, *Et impleta erat terra injustitia.* Non obiter, neque vulgariter malitiæ studebant, sed peccata quæque ferventi contentione agebant. Et vide quomodo illos postea ne tenui quidem memoria dignatur, sed nomine terræ vocat, simul indicans et peccatorum gravitatem et Dei indignationem. *Corrupta erat autem terra*, inquit, *coram Deo*, hoc est, secus quam præceptum erat a Deo omnia faciebant, mandata Dei conculcantes, et magistrum naturæ humanæ insitum per desidiam amittentes. *Et impleta erat terra*, inquit, *injustitia.* Vidisti, dilecte, quantum malum sit peccatum, quomodo id efficiat, ut homines suo nomine vocari non sint digni? Audi rursus quæ sequuntur: 12. *Et vidit Dominus Deus terram, et erat corrupta.* Vide iterum quomodo eos terram vocet. Et postea, cum semel atque iterum et tertio nominavit terram, ut ne quis de terra sensibili eum dixisse suspicetur, inquit: *Quia corruperat omnis caro viam suam super terram.* Neque nunc hominis appellatione eos dignatur, sed carnem vocat: quo nos docere voluit, se non de terra hæc dicere, sed de hominibus carne amictis, et terrestribus negotiis sese totos impendentibus. Mos enim Scripturæ est, ut sæpe caritati vestræ dixi, carnalia sapientes, et nihil sublime cogitantes, carnis nomine appellare, sicut et beatus Paulus inquit: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Quid igitur? non fuit in carne et is qui hæc dicebat? Non hoc dixit, quod qui carne circumdati sint Deo placere non possint, sed de iis loquitur qui nullam virtutis rationem habent, et nihil nisi carnale sapientes, carnis voluptates sectantur, nullamque animæ incorporeæ et spiritualis curam gerunt. Itaque quia dictis istis divina Scriptura docuit nos peccatorum multitudinem, malitiæ excessum, indignationis divinæ magnitudinem, et quod ob studium n[illegible]sum

Gen. 3 19.

Rom. 8. 8.

[a] Τὸν ἐν φύσει κείμενον τῇ ἀνθρωπίνῃ διδάσκαλον, *magistrum naturæ humanæ insitum*, id est conscientiam, quam eleganter sæpe commendat Chrysostomus.

operum semel atque iterum ac tertio terram eos qui tunc vivebant nominaverit, carnisque nomine vocaverit spoliatos communis naturæ vocabulo: nunc per ea quæ subdit, ineffabilem Dei misericordiam, et indulgentiæ ejus magnitudinem ostendit nobis. Quid enim ait? *Et dixit Dominus ad Noë.*

3. Vide summam bonitatem. Siquidem justo huic, sicut amicus amico, communicat eam pœnam quam humano generi est intentaturus, et dicit: 13. *Tempus omnis hominis venit coram me. Quia impleta est terra injustitia ex illis. Et ecce ego disperdo illos et terram.* Quid est, *Tempus omnis hominis venit coram me?* Magnam, inquit, ostendi patientiam, magnam tolerantiam, nolens hanc inferre pœnam, quam illaturus sum: sed quia immodica peccatorum illorum multitudo in hoc tempus eos adduxit, finem iis imponere oportet, exscindique illorum malitiam, ne ulterius progrediatur: *Tempus* enim, inquit, *omnis hominis venit coram me.* Vide
Gen. 6.5. et hic, quomodo ut superius dicebat, *Unusquisque cogitat*, ita et nunc, *Omnis hominis.* Omnes enim consentiunt, ad iniquitatem transfugerunt, inquit, et in tanta multitudine non inveniri potest aliquis, cui virtutis sit cura. *Tempus* enim, inquit, *omnis hominis venit coram me. Tempus*, hoc est, advenit tempus quo secandum erit, et ulceris repentis vis compescenda. *Tempus omnis hominis venit coram me*: quasi nemo videret, rationemque delictorum ab ipsis exacturus esset, sic sese malis operibus manciparunt, non cogitantes quod me nihil latere queat, qui vitam animamque et corpus dedi, totque bona suppeditavi. *Tempus* igitur *omnis hominis venit coram me.* Dein quasi satisfacturus, rationemque redditurus justo, quomodo nimia peccatorum gravitate ac multitudine se ad tantam indignationem provocarint, ait: *Quia impleta est terra injustitia ex illis.* Num prætermissum est aliquid, inquit, ab eis, quod ad peccatum tenderet? Tantam malitiæ magnitudinem videre licet, ut et superefluat et exundet, totamque terram impleat: propterea et illos disperdo, et terram ipsam. *Ecce*, inquit, *ego disperdo illos et terram.* Quia priores ipsi malis suis operibus seipsos corruperunt: idcirco generalem interitum induxi, deleboque ipsos pariter atque terram, ut purgationem accipiat terra, et a tot peccatorum maculis emundetur. Cogita, quæso, quali tunc fuisse animo justum istum verisimile est,

κτήσεως τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι διὰ τῶν παρανόμων ἔργων ἐπιτήδευσιν καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον γῆν αὐτοὺς ὠνόμασε, καὶ τῷ τῆς σαρκὸς ὀνόματι προσηγόρευσεν, ἀποστερήσασα τοῦ τῆς κοινῆς φύσεως ὀνόματος, διὰ τῶν ἐπαγομένων τὴν ἄρατον ἡμῖν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐνδείκνυται, καὶ τῆς συγκαταβάσεως τὴν ὑπερβολήν. Τί γάρ φησι; Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Νῶε.

220 A Ὅρα ἀγαθότητος ὑπερβολήν. Καθάπερ γὰρ φίλος φίλῳ, οὕτω λοιπὸν κοινοῦται τῷ δικαίῳ περὶ τῆς τιμωρίας, ἣν ἐπάγειν μέλλει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καί φησι· Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ, ὅτι ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ καταφθείρω αὐτοὺς καὶ τὴν γῆν. Τί ἐστι, Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ; Πολλὴν, φησὶν, ἐπεδειξάμην τὴν μακροθυμίαν, πολλὴν τὴν ἀνεξικακίαν, οὐ βουλόμενος ταύτην ἐπάγειν τὴν τιμωρίαν, ἣν ἐπάγειν μέλλω· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὴ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς ἡ ὑπερβολὴ εἰς αὐτὸν ἤγαγεν αὐτοὺς τὸν καιρὸν, καὶ τέλος δεῖ λοιπὸν ἐπιτεθῆναι, καὶ ἐκκοπῆναι B αὐτῶν τὴν κακίαν, ὥστε μὴ περαιτέρω προβῆναι· Καιρὸς γὰρ, φησὶ, παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ. Ὅρα καὶ ἐνταῦθα, πῶς καθάπερ ἀνωτέρω ἔλεγε, Πᾶς τις διανοεῖται, οὕτω καὶ νῦν, Παντὸς ἀνθρώπου. Πάντες γὰρ συμφωνοῦσι, πρὸς τὴν παρανομίαν ηὐτομόλησαν, φησὶ, καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοσούτῳ πλήθει τινὰ τῆς ἀρετῆς λόγον ποιούμενον. Καιρὸς γὰρ, φησὶ, παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ. Καιρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἔφθασεν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν δεῖ τὴν τομὴν ἐπιθεῖναι, καὶ τὴν νομὴν τοῦ ἕλκους ἐπισχεῖν. Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ· C ὡσανεὶ μηδενὸς ἐφορῶντος, καὶ μέλλοντος εὐθύνας ἀπαιτεῖν τῶν αὐτοῖς πεπλημμελημένων, οὕτω πρὸς τὰς παρανόμους πράξεις ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν, οὐκ ἐννοοῦντες ὅτι ἐμὲ λαθεῖν οὐχ οἷόν τε τὸν τὴν σύστασιν τῆς ζωῆς χαριζόμενον, καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν χαρισάμενον, καὶ τοσούτων ἀγαθῶν τὴν χορηγίαν παρεσχηκότα. Καιρὸς τοίνυν παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ. Εἶτα ὥσπερ ἀπολογούμενος τῷ δικαίῳ, καὶ δεικνὺς ὅτι ἡ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς ὑπερβολὴ εἰς ταύτην αὐτὸν ἐκκαλεῖται τὴν ἀγανάκτησιν, φησὶν, Ὅτι ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας ἀπ' αὐτῶν. Μὴ γὰρ παρέλιπόν τι, φησὶ, τῶν εἰς κακίαν συντεινόντων; Τοσοῦτον ἐπεδείξαντο τὸ μέγεθος, ὡς καὶ ὑπερβλύζειν D λοιπὸν τὴν κακίαν, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῆς κακίας ἐμπεπλῆσθαι. Διά τοι τοῦτο καὶ αὐτοὺς καταφθείρω, καὶ τὴν γῆν. Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ἐγὼ καταφθείρω αὐτοὺς καὶ τὴν γῆν. Ἐπειδὴ αὐτοὶ προλαβόντες διὰ τῶν παρανόμων πράξεων ἑαυτοὺς κατέφθειραν, διὰ τοῦτο παντελῆ πανωλεθρίαν ἐπάγω, καὶ ἀφανισμὸν ἐργάζομαι, καὶ αὐτῶν, καὶ τῆς γῆς, ἵνα καθαρμόν τινα δυνηθῇ δέξασθαι ἡ γῆ, καὶ ἀποκαθήρασθαι τοῦ ῥύπου

τῶν τοσούτων ἁμαρτημάτων. Ἐννόει μοι λοιπὸν ποίαν εἰκὸς ἔχειν ψυχὴν τὸν δίκαιον τούτον ταῦτα ἀκούοντα παρὰ τοῦ Δεσπότου. Εἰ γὰρ καὶ πολλὴν ἀρετὴν ἑαυτῷ συνῄδει, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀναλγήτως ἐδέχετο τὰ λεγόμενα. Φιλόστοργον γὰρ τῶν δικαίων τὸ γένος, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας πάντα ἂν ἕλοιντο εὐκόλως ὑπομεῖναι. Πῶς τοίνυν εἰκὸς ἦν ἐκ τῶν ῥημάτων τούτων συνέχεσθαι τὸν θαυμάσιον τοῦτον ὑπογράφοντα ἤδη τῷ λογισμῷ τὴν ἁπάντων ἀπώλειαν, καὶ τὴν τῆς κτίσεως ἁπάσης φθοράν, ἴσως οὐδὲ περὶ αὐτοῦ τι χρηστὸν ὑποπτεύοντα; Οὐδέπω γὰρ ἦν αὐτῷ τοῦτο φανερόν. Ἵν' οὖν μὴ διαταράττηται τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ μικράν τινα παραμυθίαν ἐν τῷ τοιούτῳ μεγέθει 221
τῆς ἀθυμίας σχεῖν δυνηθῇ, ἐπειδὴ ἐδίδαξεν αὐτὸν τῆς A
κακίας αὐτῶν τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι καιρὸς κατεπείγει λοιπὸν ἁπαιτῶν βαθεῖαν αὐτοὺς δέξασθαι τὴν τομὴν, φησὶ πρὸς αὐτόν· ἐκείνους μὲν κοινὸς ὄλεθρος ἐκδέξεται, Σὺ δὲ ποίησον σεαυτῷ κιβωτόν. Τί ἐστι, Σὺ δέ; Ἐπειδὴ οὐκ ἐκοινώνησας αὐτοῖς τῆς κακίας, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀρετῆς τὸν βίον ὅλον διήνυσας, διὰ τοῦτό σοι προστάττω κιβωτὸν κατασκευάσαι Ἐκ ξύλων τετραγώνων, ἀσήπτων. Νοσσιὰς ποιήσεις τὴν κιβωτὸν, καὶ ἀσφαλτώσεις ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν αὐτὴν τῇ ἀσφάλτῳ. Ἔστω δὲ τριακοσίων πηχῶν τὸ μῆκος, καὶ πεντήκοντα τὸ πλάτος, καὶ τριάκοντα τὸ ὕψος. Ἐπισυνάγων ποιήσεις τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰς B
πῆχυν συντελέσεις αὐτὴν ἄνωθεν, τὴν δὲ θύραν ποιήσεις ἐκ πλαγίων, κατάγαια διώροφα καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτήν. Σκόπει Θεοῦ συγκατάβασιν καὶ δύναμιν ἄφατον, καὶ φιλανθρωπίαν [a] πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν. Ὁμοῦ καὶ τὴν περὶ τὸν δίκαιον πρόνοιαν ἐπιδείκνυται προστάττων αὐτῷ τὴν κιβωτὸν κατασκευάσαι, καὶ διαταξάμενος καὶ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς, καὶ τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος, καὶ τὸ ὕψος, καὶ παραμυθίαν αὐτῷ χαρίζεται μεγίστην, ἐλπίδας αὐτῷ σωτηρίας ὑπογράφων διὰ τῆς κατασκευῆς, κἀκείνους τοὺς τοσαῦτα ἡμαρτηκότας βουλόμενος διὰ τῆς C
κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ εἰς ἔννοιαν ἐλθόντας τῶν αὐτοῖς εἰργασμένων, καὶ μετάνοιαν ἐπιδειξαμένους τῆς ἀγανακτήσεως τὴν πεῖραν μὴ λαβεῖν. Οὐδὲ γὰρ ὀλίγος χρόνος πάλιν αὐτοῖς πρὸς μετάνοιαν παρεσχέθη διὰ τῆς κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα πολὺς καὶ ἱκανὸς, εἰ μὴ σφόδρα ἦσαν ἀγνώμονες, καταπτῆξαι πρὸς τὴν διόρθωσιν τῶν ἐπταισμένων. Εἰκὸς γὰρ ἕκαστον αὐτῶν ὁρῶντα τὸν δίκαιον τεκταινόμενον τὴν κιβωτὸν τὴν αἰτίαν πυνθάνεσθαι τῆς κατασκευῆς, εἶτα μαθόντα τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγανάκτησιν, εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, εἴπερ ἐβούλοντο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐκέρδανάν τι D

cum hæc a Domino audiret? Nam licet multæ virtutis sibi conscius esset, non tamen absque dolore quæ dicebantur accepit. Ad dilectionem enim propensum est justorum genus, et pro aliorum salute justi quæque libenter ferenda susciperent. Quo igitur affectu fuisse verisimile est eximium illum virum, cum in mente sua omnium interitum et totius naturæ perniciem versaret, et fortassis nec sibi ipsi jucundum quidpiam polliceretur? Nondum enim quiddam de hac re compertum habebat. Ut igitur mente non turbaretur, sed parvam quamdam consolationem in tanta mœroris magnitudine accipere posset, postquam docuit eum malitiæ illorum gravitatem, ac tempus urgere, ut profunda illi sectione incidantur, dicit ei: Illos quidem communis pernicies excipiet: 14. *Tu vero fac tibi ipsi arcam.* Quid est, *Tu vero?* Quia non communicasti eorum nequitiæ, sed omnem in virtutibus vitam peregisti: ideo tibi impero, ut exstruas arcam *Ex lignis quadratis incorruptis. Mansiunculas per arcam facies, et glutinabis intrinsecus et extrinsecus eam bitumine.* 15. *Sit autem trecentorum cubitorum longitudo, et quinquaginta latitudo, et triginta cubitorum altitudo.* 16. *Colligens facies aream, et in cubitum consummabis ejus summitatem; januam autem facies a latere, cubiculis bicameratis, et tricameratis facies eam.* Considera indulgentiam Dei, et ineffabilem virtutem misericordiamque omnem rationem transcendentem. Simul declarat et suam erga justum providentiam, ut fabricet arcam illi imperans: ordinansque interim modum in quem construenda, nempe in quam longitudinem, latitudinem et sublimitatem, et maximam ei consolationem affert, spem salutis per arcæ constructionem ostendens, illos quoque qui tam graviter peccaverant fabricatione arcæ admoneri volens, ut secum cogitarent quæ fecissent, resipiscendoque indignationem non experirentur. Neque enim parvum illis tempus denuo ad resipiscentiam concessum est per arcæ constructionem: sed plane multum et sufficiens fuisset, nisi adeo ingrati fuissent et stupidi ad eratorum emendationem. Par enim erat, singulos eorum cum viderent justum, qui fabricabatur arcam, causam constructionis sciscitatos esse, et cognita divina indignatione, inde ad sensum peccatorum suorum venire, si quidem voluisset. Liberum

[a] Savil. et quidam Mss. *πάντα λόγον*. Morel. et alii *πάντα νοῦν*.

arbitrium peccatorum.

Verum hæc illis nullam utilitatem attulerunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt.

4. Igitur postquam de construenda arca justo præcepit, communicat et narrat ei etiam pœnæ speciem, quam illaturus erat, et dicit : Tu quidem hanc para, sicut præcepi : ego autem, ubi tu ædificium compleveris, etiam ea quæ ad te attinent in tuto collocabo. 17. *Ego autem*, inquit, *inducam diluvium, aquam super terram, ut corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus vitæ subter cœlum, et quæcumque fuerint super terram, morientur.* Vide quomodo et per minas ostendit quam gravia illi peccaverint, et inquit : Etenim eamdem pœnam inducam tam rationalibus, quam rationis expertibus. Quia enim principatum suum prodiderunt, et in brutorum ferociam declinarunt, nulla erit pœnarum differentia. *Inducam* enim *diluvium aquæ, ut corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus vitæ subter cœlum.* Et jumenta, inquit, et volatilia, et feræ, et quadrupedia, et quæcumque sub cælo sunt, consumentur. Et ut discas nihil relictum iri, inquit : *Et quæcumque sunt super terram, morientur.* Nam purificatione orbis opus habet, sed hoc te non conturbet, neque mentem tuam confundat. Nam quia video ulcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluenta, ut ne gravioribus pœnis obnoxios se faciant. Idcirco etiam nunc pro solita mea clementia indignationem bonitate temperans, talem pœnam infero quæ sine dolore sit, et non sentiatur. Neque enim ad magnitudinem peccatorum vel ad merita eorum respiciens, sed prævidens futura, et hos congruenti pœna plectere, et posteros ab hujusmodi pernicie liberare volo. Ne igitur mœstus sis, neve turberis hæc audiens. Nam etsi illi dignam peccatis suis pœnam luent, sed 18. *Statuam testamentum meum tecum.* Quoniam omnes priores indignos sese præstiterunt, neque de mandatis meis bene senserunt, tecum posthac statuam testamentum meum. Etenim protoplastus, post tot beneficia deceptionem passus, mandata mea transgressus est : et qui ex illo natus est, ipse in idem malitiæ profundum incidit ; unde et continuam cum maledictione pœnam accepit. Verum neque illius pœnis posteri emendatiores facti sunt, sed mala sua ita coacervarunt, ut et genealogias ipsorum reprehenderem. Sane post hæc ut inveni Enoch, qui virtutis imaginem servavit, quia valde mihi

Cur Enoch translatus fuerit.

πλέον, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ ἠδύναντο, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθησαν.

Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ περὶ τῆς κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ τῷ δικαίῳ διετάξατο, κοινοῦται αὐτῷ καὶ τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος, ἧς ἤμελλεν [b] ἐπάγειν, καί φησι· σὺ μὲν ταύτην κατασκεύασον καθὰ διεταξάμην, ἐγὼ δέ, ἐπειδὰν πληρώσῃς τὴν κατασκευὴν, καὶ τὰ κατά σε ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσω. Ἐγὼ δὲ ἰδοὺ ἐπάγω τὸν κατακλυσμὸν, ὕδωρ ἐπὶ τὴν γῆν, καταφθεῖραι πᾶσαν E σάρκα, ἐν ᾗ ἐστι πνεῦμα ζωῆς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὅσα ἂν ᾖ ἐπὶ τῆς γῆς τελευτήσει. Ὅρα πῶς καὶ διὰ τῆς ἀπειλῆς δείκνυσι τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς τὸ μέγεθος, καί φησι· καὶ τὴν αὐτὴν τιμωρίαν ἐπάξω καὶ τοῖς λογικοῖς, καὶ τοῖς ἀλόγοις. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν αὐτῶν προεδρίαν προδεδώκασι, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων μετέπεσον κακίαν, οὐδεμίαν διαφορὰν ἔξει ἡ τιμωρία. Ἐπάγω γὰρ κατακλυσμὸν ὕδατος καταφθεῖραι πᾶσαν σάρκα, ἐν ᾗ ἐστι πνεῦμα ζωῆς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τὰ κτήνη, φησὶ, καὶ τὰ πετεινὰ, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ τετράποδα, καὶ ὅσα ἐστὶν ὑπο- 222 κάτω τοῦ οὐρανοῦ, καταφθαρήσεται. Καὶ ἵνα μάθῃς, A ὅτι οὐδὲν [a] καταλειφθήσεται, φησὶ, Καὶ ὅσα ἐστὶν ἐπὶ τῆς γῆς τελευτήσει. Καὶ γὰρ καθαρσίου λοιπὸν δεῖται ἡ οἰκουμένη, ἀλλὰ τοῦτο μή σε ταραττέτω, μηδὲ συγχείτω σου τὸν λογισμόν. Ὁρῶν γὰρ αὐτῶν τῶν ἕλκους τὸ ἀνίατον, στῆσαι βούλομαι τὰ τῆς κακίας ῥεύματα, ἵνα μὴ μείζοσι τιμωρίαις ἑαυτοὺς ὑπευθύνους καταστήσωσι. Διὸ καὶ νῦν τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν μιμούμενος, καὶ ἀγαθότητι κεραννὺς τὴν ἀγανάκτησιν, τοιαύτην ἐπάγω τὴν τιμωρίαν, ὡς ἀνώδυνον αὐτοῖς γενέσθαι καὶ ἀνεπαίσθητον. Οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς μέγεθος ἀφορῶν, οὐδὲ τίνων B ἄξιοι τυγχάνουσιν, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα προορῶν, καὶ τούτοις βούλομαι τὴν ἁρμόττουσαν τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν, καὶ τοὺς ἐξῆς μέλλοντας ἔσεσθαι τῆς ἐκ τούτων ἀπαλλάξαι λύμης. Μὴ τοίνυν κατηφὴς ἔσῃ, μηδὲ θορυβοῦ ταῦτα ἀκούων. Εἰ γὰρ καὶ ἐκείνους ἀξία τῶν ἡμαρτημένων δίκη καταλήψεται, ἀλλὰ Στήσω τὴν διαθήκην μου μετὰ σοῦ. Ἐπειδὴ πάντες οἱ προλαβόντες ἀναξίους ἑαυτοὺς κατέστησαν, καὶ οὐ γεγόνασιν εὐγνώμονες περὶ τὰς ἐμὰς ἐντολὰς, μετὰ σοῦ λοιπὸν στήσω τὴν διαθήκην μου. Καὶ γὰρ ὁ πρωτόπλαστος, μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας ἀπάτην ὑπομείνας, παρέβη C μου τὰς ἐντολὰς, καὶ ὁ ἐξ ἐκείνου πάλιν τεχθεὶς εἰς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν πυθμένα ὤλισθε· διὸ καὶ διηνεκῆ τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο μετὰ τῆς κατάρας. Ἀλλ' οὐδὲ ταῖς τούτου τιμωρίαις οἱ μετ' αὐτὸν ἐσωφρονίσθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπεδαψιλεύσαντο, ὡς καὶ τῆς γενεαλογίας αὐτοὺς ἀποδοκιμασθῆναι. Μετὰ δὴ ταῦτα εὑρὼν τὸν Ἐνὼχ τῆς ἀρετῆς τὴν εἰκόνα διασώζοντα,

[b] Alii ἐπαγαγεῖν.

[a] Savil. et alii ὑπολειφθήσεται.

διὰ τὴν πολλὴν εὐαρέστησιν ζῶντα αὐτὸν μετέθηκα, δεικνὺς καὶ τοῖς τὴν ἀρετὴν μετιοῦσιν, ὅσων καταξιοῦνται τῶν ἀμοιβῶν, καὶ βουλόμενος τοὺς ἑξῆς [b] ζηλωτὰς ἐκείνου καταστῆσαι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ βαδίζαι ὁδόν. Ἐπεὶ τοίνυν, πάντων λοιπὸν ἐπὶ τὴν κακίαν αὐτομολησάντων, σὲ μόνον εὗρον ἐν τοσούτῳ πλήθει δυνάμενον ἀνακαλέσασθαι τοῦ προπάτορος τὴν παράβασιν, μετὰ σοῦ στήσω τὴν διαθήκην μου. Ἡ γὰρ τῶν βεβιωμένων σοι πρᾶξις ἀξιόπιστόν σε δείκνυσι πρὸς τὸ δέξασθαι τὰς παρ' ἐμοῦ ἐντολάς. Εἶτα ἵνα μὴ καὶ ταῦτα ἀκούων ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ἔτι ἀθυμῇ, ὡς μόνος μέλλων καταλειφθήσεσθαι, παραμυθούμενος αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, πάλιν φησίν· Εἰσελεύσῃ δὲ εἰς τὴν κιβωτὸν σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου μετὰ σοῦ. Εἰ γὰρ καὶ πολὺ τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς ἐλείποντο, ἀλλ' ὅμως τῆς ὑπερβαλλούσης ἐκείνων κακίας ἐκτὸς ἦσαν. Ἄλλως δὲ καὶ διὰ δύο ταύτας τὰς αἰτίας τῆς σωτηρίας ἀπολαύουσι, μίαν μὲν, εἰς τιμὴν τοῦ δικαίου· ἔθος γὰρ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τιμᾷν τοὺς αὐτοῦ δούλους, καὶ χαρίζεσθαι αὐτοῖς πολλάκις τὴν ἑτέρων σωτηρίαν, ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Παύλου πεποίηκε, τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, τοῦ πανταχοῦ τὰς ἀκτῖνας τῆς οἰκείας διδασκαλίας ἀφιέντος. Ἡνίκα γὰρ οὗτος ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνήγετο, χειμῶνος κατὰ τὴν θάλατταν πολλοῦ γενομένου, καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ πλοίῳ περὶ 223 αὐτῆς τῆς σωτηρίας δεδοικότων, καὶ οὐδεμίαν ἐλπίδα A χρηστὴν ἐχόντων διὰ τὸ τοῦ κλυδωνίου μέγεθος, καλέσας ἅπαντάς φησιν· Εὐθυμεῖτε, ἄνδρες. Ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ἡμῶν πλὴν τοῦ πλοίου. Παρέστη γάρ μοι ταύτῃ τῇ νυκτὶ τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμι καὶ λατρεύω, ἄγγελος λέγων, μὴ φοβοῦ, Παῦλε, κεχάρισται γάρ σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ. Εἶδες πῶς ἡ ἀρετὴ τοῦ ἀνδρὸς τὴν σωτηρίαν ἐκείνοις προεξένησε; μᾶλλον δὲ οὐχ ἡ ἀρετὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Δεσπότου. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν διὰ μίαν μὲν αἰτίαν ταύτην· δι' ἑτέραν δὲ, ἐπειδὴ ἐβούλετο ζύμην τινὰ καὶ ῥίζαν τοῦ μέλλοντος εἰς τὸ ἑξῆς συνίστασθαι γένους καταλειφθῆ- B ναι· οὐκ ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν τῷ Θεῷ καὶ ἄνωθεν πάλιν διαπλάσαι, καὶ ἐξ ἑνὸς μόνου τὸ γένος αὐξῆσαι· ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτως ἐδοκίμασε τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα μιμούμενος.

carus fuit, eum vivum transtuli, monstrans omnibus virtutis cultoribus quantas mercedes et retributiones adipiscantur, et cupiens ut cæteri illius imitatores fierent, eamdemque viam ingrederentur. Cæterum quia, aliis omnibus postea malitiam sectantibus, te solum inveni in tanta multitudine, qui primi parentis transgressionem revocare possis, tecum statuam testamentum meum. Nam bonæ tuæ vitæ opera declarant fidelem te in suscipiendis mandatis meis. Denique ne adhuc justus hæc audiens mœreat, quasi solus ipse liberandus sit, iterum consolatione eum, ut dicam, demulcens, dicit : *Ingredieris autem in arcam tu, et filii tui, et uxor tua, et uxores filiorum tuorum.* Nam licet multum a virtute justi illius abfuerint, alieni tamen erant a gravioribus illorum peccatis. Alias quoque ob duas hasce causas salute potiti sunt. Una, in honorem justi. Solet enim clemens Deus honorem hunc dare servis suis, ut eorum gratia et alii salutem nanciscantur. Id quod et beato Paulo concessum est, magistro illi orbis, qui ubique suæ doctrinæ radios emittebat. Quandoquidem cum ille Romam navigaret, orta in mari tempestate magna, ita ut omnes saluti suæ timerent, nullamque bonam spem propter procellæ vehementiam haberent, vocatis omnibus dicit : *Bono animo estote, viri. Amissio enim animæ nullius erit ex nobis, præterquam navis. Adstitit enim mihi hac nocte Dei, cujus sum et cui deservio, angelus dicens : Ne timeas Paule : dedit enim tibi Deus omnes qui tecum navigant.* Vidisti quomodo virtus viri salutem illis conciliavit ? imo non virtus tantum, sed et clementia Domini. Simili modo et hoc loco factum est, et hæc prima causa fuit : altera vero ista : volebat fermentum aliquod et radicem ad posteritatis constitutionem relinquere : non quod impossibile esset Deo iterum formare hominem, et ex uno generis iterum augmentum facere ; sed quia sic ipsi visum est pro solita benignitate.

Solet Deus propter justos servare alios.

Act. 27. 22. —24.

Σκόπει δὲ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ ἀπειλῇ τῆς τιμωρίας, μετὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καὶ τὰ κτήνη καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ, καὶ τὰ θηρία ἀπολέσθαι εἶπεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα διὰ τὸν δίκαιον καὶ ἐκ τούτων εἰσαχθῆναι εἰς τὴν κιβωτὸν ἀφ' ἑκάστου γένους προστάττει μίαν συζυγίαν, ὥστε σπέρμα καὶ ἀπαρχὴν γενέ-

5. Attende igitur Dei bonitatem etiam per ea quæ sequuntur. Nam sicut interminando pœnam, cum hominum genere et jumenta, et reptilia, et volatilia, et feras peritura dixit : ita et hic propter justum imperat, ut introducatur in arcam ex unoquoque illorum genere par unum, ut sit semen et primitiæ multitudinis postea futuræ.

[b] Sic Sav. l. et multi Mss. ζηλωτὰς ἐκείνου καταστῆσαι. Morel. ζηλωτὰς αὐτοῦ καταστῆναι.

19. *Et ex omnibus*, inquit, *jumentis, et ex omnibus feris, et ex omni carne, bina ex omnibus induces in arcam, ut pascas apud te; masculus et femina erunt.* 20. *Ex omnibus avibus volatilibus secundum genus, et ex omnibus jumentis secundum genus, et ex omnibus reptilibus repentibus super terram secundum genus, bina ex omnibus intrabunt ad te, ut pascantur apud temetipsum, masculus et femina.* Ne obiter hæc præterieris, dilecte; cogita quantum pepererint justo curarum tumultum, cogitanti apud se quantam hæc omniâ curam exigerent. Non enim sufficiebat ei cura mulieris et filiorum, et nuruum, sed et sollicitudo tot brutorum et educatio addebatur. Verum paulisper exspecta, videbisque Dei bonitatem, quomodo incumbentem justo curam levet. 21. *Tu autem accipies*, inquit, *tibi ipsi de omnibus cibis, de quibus comeditis, et congregabis apud teipsum, et erunt tibi et illis in cibum.* Ne existimes, inquit, destitutum te mea providentia relinqui. Ecce enim præcipio, ut quæ vestræ alimoniæ sufficiunt, et quæ ad alenda bruta spectant, omnia in arcam inferantur: ita ut nullam vel famem, vel penuriam experiamini, et nec bruta pereant, utpote cibum non habentia sibi convenientem. 22. *Et fecit*, inquit, *Noë omnia quæcumque sibi præcepit Dominus Deus, sic fecit.* Videas et hic encomium amplum. *Fecit*, inquit, *omnia quæcumque præcepit ei Dominus Deus.* Non aliud quidem opere exsequebatur, aliud autem negligebat, sed omnia quæ præcepta erant fecit, et *Sic fecit*, ut præcepta erant ei; nihil intermisit, sed omnia implevit, et operibus suis probavit, se juste benevolentia Dei dignatum fuisse. Quantis non coronis dignum fuerit hoc testimonium, quo a divina Scriptura fruitur justus ille? Quis hoc fuerit beatior, quia omnia opere complevit, quæ sibi a Deo præcepta fuerant, et tantam in iis quæ sibi imperata erant obedientiam declaravit? Et ut scias quanta omnium Conditor ipsi præfari dignatus sit, audi quæ sequuntur. 1. *Et dixit*, inquit, *Dominus Deus ad Noë: Ingredere tu et omnis domus tua in arcam.* Deinde ut sciamus ipsum non gratia dumtaxat justum servare, sed et laborum mercedes ipsi, et virtutis præmia tribuere, dicit: Ideo tibi impero, ut tu et domus tua omnis in arcam ingrediamini, *Quia te vidi justum coram me in generatione ista.* Magnum et fide dignum testimonium. Quid enim hoc majus esset, cum ipse Conditor,

σθαι τοῦ μετὰ ταῦτα μέλλοντος ἔσεσθαι πλήθους. Καὶ ἀπὸ πάντων, φησὶ, τῶν κτηνῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων, καὶ ἀπὸ πάσης σαρκὸς, δύο δύο ἀπὸ πάντων εἰσάξεις εἰς τὴν κιβωτὸν, ἵνα τρέφῃς μετὰ σεαυτοῦ· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἔσονται. Ἀπὸ πάντων τῶν ὀρνέων τῶν πετεινῶν κατὰ γένος, καὶ ἀπὸ τῶν κτηνῶν κατὰ γένος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ γένος, δύο δύο ἀπὸ πάντων εἰσελεύσονται πρὸς σὲ, τρέφεσθαι μετὰ σεαυτοῦ, ἄρσεν καὶ θῆλυ. Τοῦτο μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς, ἀγαπητέ· ἐννόησον γὰρ ὅσον ἔτικτε τῷ δικαίῳ τὸν θόρυβον, ἐννοοῦντι τὴν τούτων ὅλων ἐπιμέλειαν. Οὐ γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ φροντὶς τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παίδων, καὶ τῶν τούτων γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ ἡ μέριμνα τῶν τοσούτων ἀλόγων καὶ ἡ διατροφὴ προσετίθετο. Ἀλλ' ἀνάμεινον μικρὸν, καὶ ὄψει τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, καὶ ὅπως ἐπικουφίζει τὴν ἐπικειμένην φροντίδα τῷ δικαίῳ. Σὺ δὲ λήψῃ σεαυτῷ, φησὶν, ἀπὸ πάντων τῶν βρωμάτων ὧν ἔδεσθε, καὶ συνάξεις πρὸς σεαυτὸν, καὶ ἔσται σοι καὶ ἐκείνοις φαγεῖν. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἀπρονόητόν σε καταλιμπάνεσθαι. Ἰδοὺ γὰρ προστάττω καὶ τὰ πρὸς τὴν ὑμετέραν τροφὴν ἀρκοῦντα, καὶ τὰ πρὸς διατροφὴν τῶν ἀλόγων ἅπαντα εἰσαχθῆναι εἰς τὴν κιβωτὸν, ὥστε μήτε ὑμᾶς λιμοῦ καὶ στενοχωρίας πεῖραν λαβεῖν, μήτε τὰ ἄλογα διαφθαρῆναι οὐκ ἔχοντα τὴν κατάλληλον τροφήν. Καὶ ἐποίησε, φησὶ, Νῶε πάντα ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς, οὕτως ἐποίησεν. Ὅρα μοι πάλιν καὶ ἐνταῦθα ἐγκωμίου μέγεθος. Ἐποίησε, φησὶ, Νῶε πάντα ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός. Οὐ τὸ μὲν τῶν ἐπιταχθέντων εἰς ἔργον ἤγαγε, τοῦ δὲ ἠμέλησεν, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐνταλθέντα ἐποίησε, καὶ Οὕτως ἐποίησεν, ὥσπερ ἐνετείλατο αὐτῷ· οὐδὲν παρέλιπεν, ἀλλὰ πάντα ἐπλήρωσε, καὶ ἔδειξε καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, ὅτι δικαίως ἠξιώθη εὐνοίας παρὰ τοῦ Δεσπότου. Πόσων στεφάνων οὐκ ἀξία ἂν γένοιτο ἡ μαρτυρία αὕτη, ἣς ἀπήλαυσε παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ὁ δίκαιος; Τίς ἂν γένοιτο μακαριστότερος τοῦ πάντα εἰς ἔργον ἀγαγόντος τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐνταλθέντα, καὶ τοσαύτην ὑπακοὴν περὶ τὰ ἐπιταχθέντα ἐπιδειξαμένου; Καὶ ἵνα μάθῃς ὅσης ἀξιοῦται διὰ τοῦτο τῆς προῤῥήσεως παρὰ τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ, ἄκουε τῶν ἑξῆς. Καὶ εἶπε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς πρὸς Νῶε· εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτόν. Εἶτα ἵνα μάθωμεν, ὡς οὐ χάριτι μόνον σώζει τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ τῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς αὐτῷ δίδωσι, καὶ τῆς ἀρετῆς τὰς ἀντιδόσεις, φησί· διὰ τοῦτό σε προστάττω εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσελθεῖν μετὰ τοῦ οἴκου σου, Ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ. Μεγάλη καὶ ἀξιόπιστος ἡ μαρτυρία. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης μεῖζον, ὅταν αὐτὸς ὁ δημιουργὸς, ὁ καὶ εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, τοιαῦτα ψηφίζηται περὶ τοῦ δικαίου; Ὅτι σε, φησὶν, εἶδεν δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ. Ἡ ἀλη-

Cap. 7.

θὴς ἀρετὴ αὕτη, ὅταν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ τις ταύτην ἐπιδείκνυται, ὅταν ὁ ὀφθαλμὸς ἐκεῖνος ὁ ἀπαραλόγιστος τὴν ψῆφον φέρῃ. Εἶτα διδάσκων ἡμᾶς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τὸ μέτρον τῆς ἀρετῆς, ὅπερ ἀπήτει τότε παρὰ τοῦ δικαίου (οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ μέτρον παρ' ἑκάστου βούλεται τῆς ἀρετῆς εἰσφέρεσθαι, ἀλλὰ τῇ διαφορᾷ τῶν χρόνων καὶ τὴν διαφορὰν τῆς ἀρετῆς ἐπιζητεῖ), φησὶν, Ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ εἰς κακίαν ἀποκλινάσῃ τοσαύτην, ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ, τὴν τοσαύτην ἀγνωμοσύνην ἐπιδειξαμένῃ. Σὲ εἶδον δίκαιον, σὲ μόνον εὗρον εὐγνώμονα, σὲ εἶδον τῆς ἀρετῆς πολὺν ποιούμενον λόγον· σὺ μόνος ἐναντίον μου δίκαιος ὤφθης, τούτων ἁπάντων ἀπολλυμένων· σὲ προστάττω εἰσελθεῖν μετὰ τοῦ οἴκου σου παντὸς εἰς τὴν κιβωτόν· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν κελεύω σε εἰσαγαγεῖν ἑπτὰ ἑπτά. Ἐπειδὴ προλαβὼν προσέταξεν ἀδιορίστως ἀπὸ πάντων μίαν συζυγίαν εἰσαχθῆναι· διὰ τοῦτο νῦν φησιν, Ἀπὸ δὲ τῶν καθαρῶν ἑπτὰ ἑπτά, ἀπὸ δὲ τῶν μὴ καθαρῶν δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ. Εἶτα τὴν αἰτίαν διδάσκων ἐπήγαγε, Διαθρέψαι σπέρμα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἄξιον δὲ ἐνταῦθα διερευνῆσαι καὶ ἰδεῖν, πόθεν ᾔδει ὁ δίκαιος τίνα μὲν ἦν καθαρὰ, τίνα δὲ ἀκάθαρτα. Οὐδέπω γὰρ ἦν ἡ διαίρεσις αὕτη γεγενημένη, ἣν μετὰ ταῦτα ὁ Μωϋσῆς ἐνομοθέτησε τοῖς Ἰουδαίοις. Πόθεν οὖν ᾔδει; Οἰκοθεν, κινούμενος ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει ἐναποκειμένης διδασκαλίας, μετὰ δὲ ταύτης καὶ ὁ λογισμὸς ὑπηγόρευσεν. Οὐδὲν γὰρ ἀκάθαρτον τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένων. Πῶς γὰρ ἀκάθαρτον καλέσαιμέν τι τῶν δημιουργηθέντων, ἅπαξ τῆς ἄνωθεν ψήφου [a] περὶ αὐτῶν γεγενημένης, καὶ εἰπούσης τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι Εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν; Ἀλλὰ λοιπὸν ἡ φύσις ἀφ' ἑαυτῆς κινουμένη τὴν διάκρισιν ταύτην ἐπεδείξατο. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἐννόησόν μοι ἔτι καὶ νῦν, ὅπως ἔν τισι μὲν τόποις τινῶν ἀπέχονται ἔνιοι ὡς ἀκαθάρτων, καὶ μὴ νενομισμένων, ἔνιοι δὲ τούτων πάλιν τὴν μετάληψιν ποιοῦνται τῆς συνηθείας αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο ἀγούσης. Οὕτως οὖν καὶ τότε αὐτὴ ἡ ἐναποκειμένη γνῶσις τῷ δικαίῳ ἐδίδασκε, τίνα μὲν ἦν πρὸς βρῶσιν ἐπιτήδεια, τίνα δὲ ἀκάθαρτα, οὐκ ὄντα, ἀλλὰ νομιζόμενα. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ὄνον ἀκάθαρτον ἡγούμεθα, καίτοι οὐδὲν ἕτερον σιτούμενον ἢ σπέρματα, ἕτερα δὲ τῶν τετραπόδων πρὸς βρῶσιν ἐπιτήδεια νομίζομεν, καίτοι ἀκαθάρτου τροφῆς μεταλαμβάνοντα; Οὕτως ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγηθεῖσα τῇ φύσει γνῶσις τούτων διδάσκαλος ἐγίνετο. Ἑτέρως δέ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὁ προστάξας Θεὸς τὴν γνῶσιν

et qui eum ut esset produxit, talia de justo pronuntiat? *Quia te vidi justum*, inquit, *coram me*. Vera hæc virtus est, quando coram Deo quis illam exhibet, quando oculus ille qui decipi nequit, suum fert calculum. Exin docens nos benignus Deus mensuram virtutis, quanta tunc ab justo exigebatur (non enim eamdem virtutis mensuram ab omnibus afferri vult, sed pro varietate temporum virtutis differentiam requirit), dicit: *Quia te vidi justum coram me in generatione ista*, quæ tam mala, quæ in tantam malitiam declinavit, quæ tam ingratum animum præ se fert. *Te vidi justum*, te solum inveni gratum, te vidi virtutis rationem habere: tu solus coram me justus apparuisti, omnibus aliis pereuntibus, te jubeo ingredi cum omni domo tua in arcam; ex animalibus puris jubeo te introducere septena. Quia prius indefinite præceperat ex omnibus par unum introduci: propter hoc nunc dicit: 2. *Ex puris autem septena, ex impuris vero bina, masculum et feminam*. Postea autem causam docens, subdit: 3. *Ut nutrias semen super omnem terram*. Operæ pretium autem hoc loco fuerit inquirere et videre unde sciebat justus, quænam pura, quænam impura. Nondum enim erat distinctio, hæc facta, quam postea Moses Judæis in legibus suis statuit. Unde ergo sciebat? A seipso, et ab insita naturæ suæ doctrina, quam et ratio dictavit. Nihil enim immundum ex iis quæ Deus fecit. Quo pacto enim immundam vocaremus ullam creaturam, quæ semel superne a Conditore approbata fuit? Dixit enim divina Scriptura: *Vidit Deus omnia quæcumque fecit, et ecce bona valde*. Gen. 1. 31. Sed postea natura a seipsa hanc differentiam exhibuit. Et ut videas hoc esse verum, considera quomodo in nonnullis locis ab aliquibus abstinent aliqui ut immundis et non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur, consuetudine ipsos ad hoc inducente. Sic et tunc quoque ipsa scientia justo insita, docebat quænam ad cibum accommoda, et quæ inmunda, non quod ita essent, sed quod pro immundis haberentur. Qua enim de causa, dic oro, asinum immundum censemus, quamvis seminibus tantum pascatur, alia autem quadrupedia cibo convenientia putamus, etiamsi immundo alimento pascantur? Ita scientia a Deo naturæ suppeditata hæc docebat. Posset autem et aliter dici: Quia Deus qui præceperat, idem etiam illorum cognitionem ei

[a] Alii περὶ αὐτῶν, alii ὑπὲρ αὐτῶν.

indidit. Cæterum de mundis ac immundis satis dictum est.

6. Verum interim alia sese offert quæstio : quare ex immundis bina, ex mundis autem septena ; hæc quoque : quare non vel sex, vel octo, sed septem paria? Fortassis longius excurrit oratio : sed si non piget, et si vultis, paucis hæc caritatem vestram docebimus, ea scilicet quæ nobis divina gratia concesserit. Multi enim varias de iis fabulas narrant, et hinc occasione sumta, observationes numerorum ostentant. At non observatio, sed intempestiva hominum curiositas talia fingere molitur, unde et multæ hæreses ortæ, quod statim scietis. Etenim frequenter (ut videamur quasi ex abundantia eos, qui ex suis opinionibus nova afferunt, compescere) invenimus in Scripturis copulæ numerum servatum. Quippe quando misit discipulos, binos eos misit, ipsi autem omnes duodecim erant, et Evangelia quatuor numero. At supervacaneum fuerit hæc apud caritatem vestram commemorare quæ satis didicit hujusmodi dictis obturare aures. Necessarium autem ut posthac doceamus, quare septena et septena ex puris introduci in arcam præceperit. Plura quidem præcepit ex mundis introduci, ut justus ille, et qui cum illo erant, ex illorum usu aliquam consolationem acciperent : quod autem septena et septena, et hoc quoque si causam disceretis, summum indicium est piæ mentis justi viri. Nam quia cognovit benignus Deus viri virtutem, et quod ut justus, et tanta Domini fretus misericordia, ubi tantæ tempestatis effugisset periculum, liberatusque fuisset a periculo, et ab arcæ incommodis solutus, gratum animum declaraturus, et pro gratiarum actione hostias et sacrificia oblaturus esset, ut ne hoc faciendo mutilaret paria : ideo Dominus præscius hujus gratæ mentis, jubet septena et septena introduci ex singulis avium generibus, ut, cum cessaret universalis interitus, et suam mentem declararet, paria volatilium, cæterorumque animalium non læderentur : id quod in sermonis progressu discetis, ubi in eum locum pervenerimus. Videbitis enim justum illum hæc fecisse. Didicistis causam ob quam septena septena introducere præceptum fuit. Ne posthac toleretis eos qui fabulari, adversusque divinam Scripturam insurgere, et quæ ex suo

Septena cur sumi velit.

αὐτῷ τούτων δήλην ἐποίησεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων ἀρκούντως εἰρήκαμεν.

Πάλιν δὲ ἕτερον ἡμῖν ἀνακύπτει ζήτημα· τί δήποτε ἀπὸ μὲν τῶν ἀκαθάρτων δύο δύο, ἀπὸ δὲ τῶν καθαρῶν ἑπτὰ ἑπτά· καὶ πάλιν· τίνος ἕνεκεν οὐχ ἕξ, οὐδὲ ὀκτὼ, ἀλλ' ἑπτά. Τάχα εἰς πολὺ μῆκος ὁ λόγος ἡμῖν ἐκτείνεται· ἀλλ' εἰ μὴ ἀπεκάμετε, καὶ βούλεσθε, συντόμως καὶ περὶ τούτων διδάξωμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἅπερ ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις χορηγήσῃ. Πολλοὶ γὰρ πολλὰ περὶ τούτων μυθολογοῦσι, καὶ ἐντεῦθεν ἀφορμὴν λαμβάνοντες παρατηρήσεις ἀριθμῶν ἐπιδείκνυνται. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι παρατήρησις, ἀλλ' ἡ ἄκαιρος φιλοπραγμοσύνη τῶν ἀνθρώπων ταῦτα ἀναπλάττειν ἐπιχειρεῖ, ὅθεν καὶ αἱ πλείους τῶν αἱρέσεων ἐτέχθησαν, αὐτίκα μάλα εἴσεσθε. Καὶ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον (ἵνα δόξωμεν ὡς ἐκ περιουσίας ἐπιστομίζειν τοὺς τὰ ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἐπεισφέροντας) εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Γραφαῖς μᾶλλον τὸν τῆς συζυγίας ἀριθμὸν σωζόμενον. Καὶ γὰρ ἡνίκα ἀπέστελλε τοὺς μαθητὰς, δύο δύο αὐτοὺς [a]ἀπέστελλε, καὶ αὐτοὶ δὲ πάντες δώδεκα ἦσαν, καὶ τὰ Εὐαγγέλια τέσσαρα τὸν ἀριθμόν ἐστιν. Ἀλλὰ ταῦτα περιττὸν κινεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, δεδιδαγμένης ἅπαξ τοῖς τοιούτοις ἀποφράττειν τὰς ἀκοάς. Ἀναγκαῖον δὲ λοιπὸν εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν ἑπτὰ ἑπτὰ ἀπὸ τῶν καθαρῶν εἰσαχθῆναι εἰς τὴν κιβωτὸν προσέταξε. Τὸ μὲν πλείονα προστάξαι τῶν καθαρῶν εἰσαχθῆναι, διὰ τὸ παραμυθίαν τινὰ ἔχειν καὶ τὸν δίκαιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῆς ἐξ ἐκείνων ἀπολαύσεως μετέχοντας· τὸ δὲ ἑπτὰ ἑπτὰ, καὶ τοῦτο πάλιν, εἰ τὴν αἰτίαν μάθοιτε, ἀπόδειξις ἂν εἴη μεγίστη τῆς φιλοθέου γνώμης τοῦ δικαίου. Ἐπειδὴ γὰρ ἤδει ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ ὅτι δίκαιος ὢν, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσας παρὰ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ τοσούτου κλυδωνίου διαφυγὼν τὴν πεῖραν, ἤμελλε μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν, καὶ τὸ ἐλευθερωθῆναι τῆς ἐν τῇ κιβωτῷ διαγωγῆς, τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ βούλεσθαι θυσίας ἀνενέγκαι ὑπὲρ εὐχαριστίας τῶν γεγενημένων καὶ ὑπεργμένων αὐτῷ, ἵνα μὴ τοῦτο ποιῶν ἀκρωτηριάσῃ τὰς συζυγίας, διὰ τοῦτο προειδὼς αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ εὐχάριστον κελεύει ἑπτὰ ἑπτὰ εἰσάγεσθαι ἀφ' ἑκάστου γένους τῶν ὀρνέων, ἵνα τῆς πανωλεθρίας παυσαμένης καὶ τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἐπιδείξηται, καὶ τῇ συζυγίᾳ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν λοιπῶν ὀρνέων μὴ λυμήνηται· ὃ δὴ καὶ προϊούσης τῆς διδασκαλίας μαθήσεσθε, ἐπειδὰν εἰς αὐτὸν τὸν τόπον παραγενώμεθα. Ὄψεσθε γὰρ τὸν δίκαιον τοῦτον τοῦτο,

communem omnium internecionem effugiebat. Et propterea post angustiam illam et intolerabilem carcerem, securitatem et quietem adeptus est una cum divina benedictione; iterumque gratum animum operibus indicavit, et ubique invenies illum prima contulisse. Nam sicut in prima ætate omnem virtutem sectatus est, et a vitiis se alienavit, quibus qui tunc vivebant, infecti erant: unde neque pœnarum particeps fuit, et cum alii omnes submergerentur, ipse solus servatus est: ita rursus quia fidem quoque habuit, et cum gratiarum actione suam in arca habitationem tulit, iterum divina dona cõpiose illi concessa sunt, et cum egressus ex arca, et in pristinum statum restitutus esset, statim benedictionem consequutus est, et iterum solitam præ se tulit grati animi probitatem, emissaque gratiarum actione etiam tunc majoribus beneficiis a Deo cumulatus est. Mos enim Dei est, ut si nos tenuia quædam et vilia obtulerimus, sed tamen obtulerimus, multa liberalitate nos remuneret. Et ut discas quanta sit humana tenuitas, quanta Dei magnificentia, hic mentem adhibe. Nos enim si quid voluerimus offerre, quid amplius offerre possumus, quam quantum verbis gratias referimus? Ea sane quæ ipse exhibet, opere nobis præstat. Quam imparia autem sunt verba et opera? Et Dominus nullarum rerum indigus est, nullaque rerum nostrarum eget, præterquam verbis: atque hanc ipsam verbis prolatam gratiarum actionem exigit, non quod ea ipse opus habeat, sed ut nos doceat gratos esse, et agnoscere tantorum bonorum suppeditatorem. Et illam ob causam Paulus quoque scribens dicebat: *Grati estote.* Nihil enim sic *Coloss.* 3. requirit a nobis Dominus, ut istuc ipsum. Proinde 15. ne simus ingrati, neque dum re ipsa beneficia experimur, gravemur offerre Domino verbis nostris gratiarum actionem: iterum enim lucrum in nos redundat. Quod si de primis grati fuerimus, præterquam quod majora nanciscimur, etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Unum hoc, obsecro, singulis diebus et horis, si fieri potest, supputemus nobiscum, non communia tantum beneficia quæ *toti* naturæ omnium Opifex contulit, sed et privata et quotidiana. Quid dico privata et quotidiana? Etiam ea quæ ignorantibus nobis confert, proque his gratias agamus. Quandoquidem enim pro salute nostra sollicitus est, multa etiam in nos nescios beneficia confert, sæpe etiam e periculis eripit, atque alia beneficia præstat. Fons enim est clementiæ, sua fluenta semper humano generi profundens. Igi-

Beneficia Dens nobis confert, etiam nesciis.

tur si hæc cogitemus, operamque demus ut et pro primis suis donis gratias offeramus Domino, et pro futuris sic nos præparemus, ut non videamur indigni ejus beneficiis, statim vitam egregiam instituere, et malitiæ periculum effugere poterimus. Beneficiorum enim memoria idonea nobis est magistra ad vitam virtute præditam, non sinens nos in torporem oblivionemque incidere, et ad malum declinare. Mens enim sobria et vigilans, non solum cum feliciter res succedunt, sed etiam quando præter sententiam nostram adversa eveniunt, non minus gratias agit, nihilóque ex rerum vicissitudine remissior fit: sed magis roboratur, et ineffabilem Dei providentiam considerat, qui cum sit dives et sapiens, etiam per res adversas, quamvis hoc intelligere non possimus, suam declarare potest providentiam.

καὶ οὐδέποτε παύεται τὰ ἐκεῖθεν νάματα τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει προχέουσα. Ἂν τοίνυν ταῦτα λογιζώμεθα, καὶ σπουδάζωμεν καὶ ὑπὲρ τῶν φθασάντων τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρειν τῷ Δεσπότῃ, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐξῆς τοιούτους ἑαυτοὺς κατασκευάζειν, ὥστε μὴ ἀναξίους φανῆναι τῶν παρ' αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, δυνησόμεθα καὶ πολιτείαν ἀρίστην ἐπιδείξασθαι, καὶ τῆς κακίας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. Ἡ γὰρ μνήμη τῶν εὐεργεσιῶν ἱκανὴ διδάσκαλος ἡμῖν ἔσται τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας, οὐκ ἀφιεῖσά ποτε εἰς ῥᾳθυμίαν ἐμπεσόντας καὶ λήθην, πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολῆσαι. D Ἡ γὰρ νήφουσα καὶ ἐγρηγορυῖα ψυχὴ οὐ τότε μόνον ἐπειδὰν κατὰ βοῦν φέρηται τὰ πράγματα, εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, ἀλλὰ κἂν ἐναντία τις πραγμάτων περίστασις παρακολουθήσῃ, καὶ τότε τὴν ἴσην εὐχαριστίαν ἀναφέρει, οὐδὲν ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς χαυνουμένη, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον νευρουμένη, καὶ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν λογιζομένη, καὶ ὡς εὔπορος ὢν καὶ εὐμήχανος δύναται καὶ δι' ἐναντίων πραγμάτων, εἰ καὶ ἡμεῖς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν μὴ ἰσχύωμεν συνιδεῖν, τὴν ἑαυτοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξασθαι.

Moralis exhortatio.

6. Igitur sic et nos omnia nostra faciamus, E ut qualitercumque cadant, unicum nostrum opus sit continuo pro illis gratias agere. Propter hoc enim rationales facti sumus, et a brutis differimus, ut laudemus, celebremus, glorificemus jugiter Dominum omnium conditorem. Eapropter et animam nobis inspiravit, et linguam dedit, ut ejus in nos beneficia sensu percipientes, dominium agnoscamus, et nos gratos exhibeamus, ac pro viribus Domino gratias agamus. Nam si homines, quibus eadem est natura nobiscum, 254 cum parvum aliquando ac vile nobis beneficium A præstiterint, exigunt a nobis gratiarum actionem, non quod nostrum curent gratum animum, sed ut ipsi inde celebriores fiant: quanto magis id nobis faciendum in iis quæ a Deo accepimus, qui hoc solum ob nostram utilitatem vult fieri? Nam sicut cum grati sumus hominibus, qui nobis benefecerunt, illos clariores reddimus: ita et si in benignum Deum fuerimus grati, nos ipsos illustriores facimus; quoniam non ut nostra celebratione opus habens, hoc fieri vult: sed ut quidquid id lucri est, iterum ad nos redeat, et dignos faciamus nos ipsos majoribus subsi- B diis. Quamvis autem non possimus id facere, ut dignum est: qui enim hoc fieri posset, cum tam fragili naturæ alligati simus? et quid dico humanam naturam? Neque ipsæ incorporeæ, et invisibiles virtutes, et principatus et potestates, et Cherubim, et Seraphim, ut dignum est, cele-

Οὕτω τοίνυν ἅπαντα τὰ καθ' ἡμᾶς παραχωροῦντες, ὅπως ἂν φέρηται τὰ πράγματα, ἡμεῖς ἓν μόνον ἔργον ἔχωμεν, τὸ διηνεκῶς αὐτῷ εὐχαριστεῖν ὑπὲρ ἁπάντων. Διὰ γὰρ τοῦτο λογικοί τινες γεγόναμεν, καὶ ταύτῃ τῶν ἀλόγων διεστήκαμεν, ἵνα τὰς εὐφημίας καὶ τοὺς ὕμνους καὶ διηνεκεῖς δοξολογίας ἀναφέρωμεν τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ. Διὰ τοῦτο καὶ ψυχὴν ἡμῖν ἐνέπνευσε, καὶ γλῶσσαν ἐχαρίσατο, ἵνα τῶν παρ' αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν εἰς αἴσθησιν ἐρχόμενοι, καὶ τὴν δεσποτείαν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν κατὰ δύναμιν εὐχαριστίαν ἀναφέρωμεν τῷ Δεσπότῃ. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι οἱ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως κοινωνοῦντες, μικράν τινα πολλάκις καὶ εὐτελῆ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαν καταθέμενοι, ἀπαιτοῦσι τὴν ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν εὐχαριστίαν, οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν εὐγνωμοσύνην, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐντεῦθεν λαμπρότεροι φαίνωνται· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τοῦτο πλείω ποιεῖν ἡμᾶς χρὴ, τοῦ διὰ τὴν ἡμετέραν ὠφέλειαν μόνον τοῦτο γίνεσθαι βουλομένου. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ γινομένη εὐχαριστία εἰς τοὺς εὐεργετηκότας, ἐκείνους λαμπροτέρους ἐργάζεται, οὕτως ἐπὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ὅταν τοῦτο ποιῶμεν, ἑαυτοὺς λαμπροτέρους ἀπεργαζόμεθα· ἐπειδὴ οὐχὶ τῆς παρ' ἡμῶν δεόμενος εὐφημίας τοῦτο βούλεται γίνεσθαι, ἀλλ' ἵνα πάλιν εἰς ἡμᾶς περιστῇ τὸ κέρδος, καὶ μείζονος συμμαχίας ἑαυτοὺς ἀξίους καταστήσωμεν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ δυνάμεθα κατ' ἀξίαν ποτὲ τοῦτο ποιῆσαι· πῶς γὰρ, τοσαύτῃ ἀσθενείᾳ φύσεως συνδεδεμένοι; καὶ τί λέγω τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν; ἀλλ' οὐδὲ αὐταὶ αἱ ἀσώματοι καὶ

ἀόρατοι δυνάμεις, καὶ αἱ ἀρχαὶ, καὶ αἱ ἐξουσίαι, καὶ τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὰ Σεραφὶμ τὴν κατ' ἀξίαν δοξολογίαν ἀναφέρειν εὐχαριστοῦντες δυνήσονται· ἀλλ' ὅμως τὴν κατὰ δύναμιν ἀνενεγκεῖν εὐχαριστίαν δίκαιον ἂν εἴη, καὶ διηνεκῶς δοξάζειν τὸν ἡμέτερον Δεσπότην καὶ διὰ τῆς τῶν λόγων εὐφημίας, καὶ διὰ τῆς ἀρίστης C πολιτείας. Αὕτη γὰρ μάλιστα καὶ λαμπροτέρα γένοιτο ἡ εὐφημία, ὅταν διὰ μυρίων γλωσσῶν τὴν δοξολογίαν ἀναφέρωμεν. Ὁ γὰρ ἐνάρετος ἕκαστον τῶν εἰς αὐτὸν ὁρώντων παρασκευάζει τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἀνυμνεῖν· καὶ ἡ παρ' ἐκείνων δοξολογία πολλὴν καὶ ἄφατον τῷ τὴν αἰτίαν παρέχοντι χαρίζεται τὴν παρὰ τοῦ Δεσπότου εὔνοιαν. Τί οὖν ἂν ἡμῶν μακαριστότερον γένοιτο, εἰ μέλλοιμεν μὴ μόνον αὐτοὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης δοξάζειν τὸν ἀγαθὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὁμογενεῖς διεγείρειν εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν δοξολογίαν; Τοσαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, ὡς μυρίοις στό- D μασι δύνασθαι τὸν δημιουργὸν ἀνυμνεῖν. Οὐδὲν γὰρ ἀρίστης πολιτείας ἴσον [a] γένοιτο, ἀγαπητέ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε· Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εἶδες πῶς καθάπερ τὸ φῶς φανὲν ἀπελαύνει τὸ σκότος, οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ ὀφθεῖσα καὶ τὴν κακίαν φυγαδεύει, καὶ τῆς πλάνης τὸ σκότος ἀπελάσασα πρὸς δοξολογίαν κινεῖ τῶν ὁρώντων τὴν διάνοιαν; Οὕτω τοίνυν σπουδάζωμεν ἡμῶν λάμπειν τὰ ἔργα, ὡς E τὸν ἡμέτερον δοξάζεσθαι Δεσπότην. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, οὐχ ἵνα πρὸς ἐπίδειξίν τι πράττωμεν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἵνα μετὰ ἀκριβείας καὶ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν πολιτευόμενοι μήτε βλασφημίᾳ τινὶ χώραν παρέχωμεν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων πράξεως παρασκευάζωμεν τοὺς ὁρῶντας δοξάζειν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Τότε γὰρ, τότε καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ εὔνοιαν μειζόνως ἐπισπασόμεθα, καὶ τὴν κόλασιν διαφυγεῖν δυνησόμεθα, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ 255 Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύ- A ματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

brare illum possunt, etiamsi pro viribus gloriam illi offerant : nihilominus justum fuerit pro viribus gratiarum actionem offerre, et indesinenter celebrare Dominum nostrum, et per laudum voces, et per vitam optimam. Ista enim est clarissima Dei celebratio, quando per innumeras linguas gloriam ipsi offerimus. Nam qui virtute præditus est, id efficit ut omnes, qui intuentur eum, Dominum ejus laudent: et celebratio hæc ei, qui occasionem præbuit, magnam et ineffabilem Dei benevolentiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, si non solum nostris linguis bonum Deum gloria afficeremus, sed et proximos quoque, ut nostro nomine eum celebrarent, incitaremus? Tantum enim virtutis robur est, ut innumeris linguis Conditorem laudare queat. Nihil utique vitæ virtutis studiosæ comparari potest, dilecte. Unde et Dominus dicebat : *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui est in cœlis.* Vidisti quomodo lumen cum apparuerit, dispellat tenebras? Ita et virtus, si conspicua fuerit, et malitiam fugat et erroris tenebras abigit, mentemque videntium excitat ad Deum celebrandum. Quocirca satagamus ut sic luceant opera nostra, quo et Dominus noster celebretur. Hæc autem dixit Christus, non ut ad ostentationem aliquid faciamus; absit : sed ut diligenter, et ut ipsi probatur, vitam agamus, non blasphemiæ cuipiam locum concedentes, sed id efficientes, ut bonis operibus in laudem Dei prorumpant omnes qui nos vident. Tunc enim, tunc ipsius nobis gratiam majorem conciliabimus, et pœnam effugere, bonaque ineffabilia adipisci poterimus, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæculâ sæculorum. Amen.

Math. 5. 16.

[a] [Savil. γένοιτο uncis inclusit.]

HOMILIA XXVII.

ΟΜΙΛΙΑ κζ'.

Gen. 8. 20. Et ædificavit Noë altare Domino, et accepit de omnibus pecoribus mundis, et de omnibus volucribus mundis, et obtulit holocaustum super altare.

Καὶ ᾠκοδόμησε Νῶε θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πετεινῶν καθαρῶν, καὶ ἀνήνεγκεν ὁλοκάρπωσιν εἰς τὸ θυσιαστήριον.

1. Vidistis heri clementis Domini bonitatem, quomodo ex arca justum eduxit, ab ejus habitatione liberavit, ex illo tristi ac molesto carcere eripuit, et patientiam illius remuneravit, dicens: *Crescite et multiplicamini.* Discamus hodie quam benevolus, et quam gratæ animæ fuerit Noë, unde ipse multo uberiorem Dei erga se benevolentiam sibi conciliaverit. Nam solet Deus cum aliquem videt qui gratus sit de prioribus, largius et cumulatius sua dona in illum profundere. Demus igitur et nos operam, ut gratiarum actiones pro virili Domino offeramus pro donis quæ ab eo pridem nobis præstita sunt, ut et majora inde consequamur, et numquam oblivisca-mur Dei beneficia in nos collata, sed semper ea in mente nostra versemus, ut ad continuam gratiarum actionem eorum memoria compellamur, tametsi tot sint, ut mens nostra non sufficiat ad comprehendendum et enumerandum magnam quæ nobis contigit ex ejus liberalite copiam. Quomodo enim quis cogitare posset ea quæ in nos jam sunt collata, quæ item promissa, quæ et quotidie conferuntur: quod ex nihilo produxerit ut essemus, quod corpus et animam dederit, quod rationales nos formaverit, quod aerem respirationi concesserit, quod creaturam omnem propter humanum genus produxerit, quod ipse quidem ab initio voluerit hominem in paradiso vitam agere citra omnem dolorem et laborem, et nihil minus habentem angelis et incorporeis illis virtutibus, existentem in corpore, sed et corporalibus necessitatibus non obnoxium? Deinde quando ob negligentiam deceptione diabolica per serpentem allata supplantatus fuit, neque sic destitit prævaricatori benefacere: sed et per illa ipsa, per quæ punierat, sicut heri diximus, excellentem suam humanitatem declaravit, atque multas alias innumerasque beneficiorum species in illum collocavit. Et postea procedente tempore et crescente genere, ac in omnem malitiam vergente, quia videbat incurabilia esse vulnera, nequitiæ operatores, quasi fermentum quoddam malum delevit, relicto justo illo qui radix et origo fieret generis humani.

Beneficiorum Dei memoria.

Εἴδετε χθὲς τοῦ φιλανθρώπου Δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, ὅπως τὸν δίκαιον ἐξήγαγεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, ἐλευθερώσας καὶ τῆς ἐκεῖ διαγωγῆς, καὶ ἀπαλλάξας τῷ χαλεποῦ ἐκείνου καὶ ξένου δεσμωτηρίου, καὶ τῆς ὑπομονῆς αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδέδωκεν εἰπών· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. Μάθωμεν σήμερον τοῦ Νῶε τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ τὴν εὐχάριστον ψυχήν, δι' ἧς πάλιν πλείονα καὶ πολλῷ μείζονα ἐξεκαλέσατο τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν. Καὶ γὰρ τοιοῦτος ὁ Θεός· ἐπειδὰν ἴδῃ ἐπὶ τοῖς φθάσασιν εὐγνώμονας γεγενημένους, ἐπιδαψιλεύεται τὰς παρ' ἑαυτοῦ δωρεάς. Σπουδάζωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὴν κατὰ δύναμιν εὐχαριστίαν ἀναφέρειν τῷ Δεσπότῃ ὑπὲρ τῶν ὑπαρξάντων ἡμῖν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν, ἵνα καὶ μειζόνων ἀξιωθῶμεν, καὶ μηδέποτε ἐπιλανθανώμεθα τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων, ἀλλὰ ἀεὶ ταῦτα στρέφωμεν ἐπὶ τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας, ἵνα ὑπὸ τῆς μνήμης συνωθούμενοι διηνεκῆ τὴν εὐχαριστίαν ποιώμεθα, εἰ καὶ τοσαῦται τὸ πλῆθός εἰσιν, ὡς μηδὲ ἀρκεῖν τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον ἐξαριθμήσασθαι τὴν εἰς ἡμᾶς φιλοτιμίαν αὐτοῦ γεγενημένην. Τί γὰρ ἄν τις λογίσαιτο τὰ ἤδη εἰς ἡμᾶς γεγενημένα, τὰ ἐπηγγελμένα, τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενα· ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ὅτι καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἐχαρίσατο, ὅτι λογικοὺς ἡμᾶς ἐδημιούργησεν, ὅτι τὸν ἀέρα τοῦτον ἀναπνεῖν ἐχαρίσατο, ὅτι τὴν κτίσιν ἅπασαν διὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν παρήγαγεν, ὅτι αὐτὸς μὲν ἐβουλήθη ἐκ προοιμίων τῆς τοῦ παραδείσου διαίτης ἀπολαύειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀνώδυνον βίον ἔχειν, καὶ μόχθου παντὸς ἀπηλλαγμένον, καὶ μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀσωμάτων ἐκείνων δυνάμεων ἐν σώματι τυγχάνοντα, ἀλλὰ καὶ ἀνώτερον εἶναι τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν; Εἶτα ἐπειδὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ὑπήχθη τῇ ἀπάτῃ τοῦ διαβόλου τῇ διὰ τοῦ ὄφεως προσαχθείσῃ, οὐδὲ οὕτω διέλιπε τὸν ἡμαρτηκότα, τὸν παραβεβηκότα εὐεργετῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐτιμωρήσατο, καθάπερ καὶ χθὲς ἐλέγομεν, τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο, καὶ πολλὰ ἕτερα καὶ ἀναρίθμητα εὐεργεσιῶν εἴδη εἰς αὐτὸν κατέθετο. Καὶ λοιπὸν τοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ τοῦ γένους αὐξανομένου, καὶ εἰς κακίαν ἀποκλίναντος, ἐπειδὴ ἑώρα ἀνίατα γινόμενα τὰ τραύματα, καθάπερ ζύμην τινὰ πονηρὰν, τοὺς τῆς κακίας ἐργάτας ἠφάνισε, καταλιπὼν τὸν δίκαιον τοῦτον,

ρίζαν καὶ ἀρχὴν γενέσθαι τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Καὶ πάλιν σκόπει πόσην περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται τὴν φιλοτιμίαν. Ἀπὸ τοῦ δικαίου τούτου καὶ τῶν τούτου υἱῶν ἅπασαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν εἰς τοσοῦτον 256
πλῆθος ἐπιδιδόναι παρεσκεύασε, καὶ κατὰ μικρὸν A
τοὺς δικαίους ἐκλεξάμενος, τοὺς πατριάρχας λέγω, διδασκάλους ἐπέστησε τῷ λοιπῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἅπαντας ἐναγαγεῖν δυναμένους, καὶ καθάπερ ἰατροὺς, τοὺς νενοσηκότας θεραπεύειν δυναμένους. Ποτὲ μὲν εἰς τὴν Παλαιστίνην, ποτὲ δὲ εἰς Αἴγυπτον κατάγει, ὁμοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ δούλων ἐγγυμνάζων τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν περιφανεστέραν δεικνύς· καὶ διηνεκῶς οὕτω διετέλεσε φροντίζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, προφήτας ἀναδεικνὺς, καὶ σημεῖα καὶ θαύματα δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖσθαι ποιῶν. Εἶτα, ἵνα συντεμὼν εἴπω· B
καθάπερ γὰρ τῆς θαλάττης τὰ κύματα, κἂν μυριάκις βιασώμεθα, οὐκ ἄν ποτε δυνηθείημεν ἐξαριθμεῖσθαι, οὕτως οὐδὲ τὸ ποικίλον τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, ὧν περὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐπεδείξατο. Τὸ δὲ τελευταῖον, ἐπειδὴ εἶδε μετὰ τοσαύτην πρόνοιαν ἔτι πολλῆς καὶ ἀφάτου φιλανθρωπίας δεομένην τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ οὐδὲν πλέον ἰσχύσαντας, οὐ τοὺς πατριάρχας, οὐ τοὺς προφήτας, οὐ τὰ θαύματα ἐκεῖνα τὰ παράδοξα, οὐ τὰς τιμωρίας καὶ τὰς νουθεσίας τὰς καθ' ἕκαστον ἐπαγομένας, καὶ τὰς αἰχμαλωσίας ἐκείνας τὰς ἐπαλλήλους, ὥσπερ οἰκτείρας τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἰατρὸν, τὸν Υἱὸν C
αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἐκ τῶν κόλπων ἀναστήσας, ὡς εἰπεῖν, τῶν πατρικῶν, δούλου μορφὴν ἀναλαβόντα παρεσκεύασεν ἐκ παρθένου τεχθῆναι, καὶ σὺν ἡμῖν ἀναστραφῆναι, καὶ πάντα ὑπομεῖναι τὰ ἡμέτερα, ἵνα τὴν ἡμετέραν φύσιν κάτω που κειμένην ὑπὸ τοῦ τῶν ἁμαρτημάτων πλήθους ἀναγαγεῖν δυνηθῇ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ τοῦτο ἐκπληττόμενος ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, καὶ ἐννοῶν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν, ἣν περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπεδείξατο, ἐβόα καὶ ἔλεγεν· Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον. Ὅρα πόσου θαύματος γέμει ἡ λέξις· Οὕτω, φησὶ, τὸ μέγεθος ἀναλογιζόμενος, ὅπερ ἤμελλεν ἐρεῖν· διὰ D
τοῦτο οὕτως ἤρξατο. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, ὦ μακάριε Ἰωάννη· Οὕτω, πῶς; εἰπὲ τὸ μέτρον, εἰπὲ τὸ μέγεθος, δίδαξον ἡμᾶς τὴν ὑπερβολήν. Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δέδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Εἶδες τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Υἱοῦ παρουσίας ταύτην οὖσαν, ὥστε τοὺς μέλλοντας ἀπόλλυσθαι σωτηρίας ἀφορμὴν εὑρεῖν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως; Τί ἄν τις λογίσαιτο εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῆς φιλοτιμίας ἐκείνης τῆς μεγάλης καὶ θαυμαστῆς, καὶ πάντα νικώσης λόγον, ἣν ἐχαρίσατο τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος δωρεᾶς, E

Et vide iterum, quantam erga justum illum declaret liberalitatem. Totum humanum genus ab eo et filiis ejus instauravit, et in tantam multitudinem excrescere curavit, paulatimque justos eligens, patriarchas dico, præceptores dedit reliquo hominum generi, qui sua virtute omnes nos instituere, et, quasi medici, ægrotantes curare possint. Et modo eos in Palæstinam, modo in Ægyptum deducit, simul et servorum suorum patientiam exercens, et suam virtutem clariorem monstrans, mansitque semper eodem modo humanæ salutis curam gerens : exhibuit prophetas, et per illos signa et prodigia edidit. Atque, ut brevius dicam : quemadmodum enim maris fluctus, quamvis sexcenties id conemur, enumerare numquam poterimus : ita neque beneficiorum Dei, quæ in nostram contulit naturam, varietatem. Tandem ubi vidit post tantam suam providentiam adhuc multa et ineffabili misericordia indigere humanum genus, et nihil plus fecisse vel patriarchas, vel prophetas, vel signa admirabilia, vel pœnas, vel admonitiones illas frequentissime adhibitas, et captivitates illas sibi invicem succedentes : quasi miseratus genus nostrum, misit ad nos animarum corporumque medicum, unigenitum suum Filium, ex paternis, ut ita dicam, sinibus excitans : voluit suscepta servi forma e Virgine nasci, et nobiscum conversari, et omnia nostra ferre, ut genus nostrum peccatis oppressum jacens a terris in cælum subvehere possit. Et hoc obstupescens tonitrui filius, consideransque dilectionis divinæ excellentiam, quam erga genus nostrum declaravit, clamabat et dicebat ; *Sic enim Deus dilexit mundum.* Vide quanto miraculo plena hæc dictio : *Sic*, ait, rei magnitudinem expendens, quam dicturus erat : propterea ad hunc modum exorsus est : *Sic dilexit.* Dic igitur nobis, beate Joannes, quomodo *Sic*? dic mensuram, dic magnitudinem, doce nos excellentiam. *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vidisti causam adventus Filii hanc esse, ut per fidem in illum ii qui perituri erant, salutis occasionem invenirent? Quomodo quis mente conceperit magnam et admirabilem illam, et quæ omnem rationem vincit, liberalitatem, quam naturæ nostræ per donum baptismi concessit, omnium peccatorum nostrorum data remissione? Sed quid dicam? neque mens sufficit, neque sermo valet cætera enumerare. Nam quantumvis

Joan. 3. 16.

Causa adventus Christi.

dixero, multo plura dictis prætereo. Jam quis pœnitentiæ viam cogitaverit, quam humano generi nostro ob ineffabilem misericordiam suam concessit, et post baptismi gratiam, mirabilia illa mandata, per quæ, si velimus, poterimus ejus nobis gratiam conciliare?

πάντων ἡμῖν τῶν πλημμελημάτων τὴν ἀπαλλαγὴν δωρησάμενος; Ἀλλὰ τί εἶπω; Οὔτε ἡ διάνοια ἐξαρκεῖ, οὐδὲ ὁ λόγος ἐξισχύει τὰ λοιπὰ ἐξαριθμήσασθαι. Ὅσα γὰρ ἂν εἴπω, τοσαῦτά ἐστι τὰ λείποντα, ὡς νικᾷν τῶν ἤδη ῥηθέντων τὴν ὑπερβολήν. Τί οὖν ἄν τις ἐννοήσειε τῆς μετανοίας τὴν ὁδὸν, ἣν ἐχαρίσατο διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν τῷ ἡμετέρῳ γένει, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βαπτίσματος δωρεὰν τὰς ἐντολὰς τὰς θαυμαστὰς, δι' ὧν, εἰ βουληθείημεν, δυνησόμεθα τὴν παρ' αὐτοῦ ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι;

257 A

2. Vidisti, dilecte, abyssum illius beneficiorum? vidisti quanta enumeraverimus, sed nondum parvam eorum partem dicere potuimus? Quomodo enim humana lingua quæ a Deo nobis collata sunt pertractare posset? At licet illa tanta ac talia sint, multo majora et ineffabiliora sunt beneficia, quæ in futuro sæculo per virtutum viam incedentibus, et hinc migrantibus daturum se promisit. Quorum magnitudinem ut paucis verbis nobis commendaret beatus Paulus,

1. *Cor.* 2 9. inquit: *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt se.* Vidisti dona excellentia? vidisti beneficia illius omnem humanam cogitationem transcendentia? Dicit enim, *In cor hominis non ascenderunt.* Si igitur volumus illa animo revolvere, et pro viribus nostris gratias agere, poterimus multo majorem illius gratiam nobis conciliare, et ad virtutem magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorum Dei sufficiens est, quæ ad virtutum labores nos adhortetur, et præparet ut præsentia omnia despiciamus, et ut ei qui tanta in nos beneficia contulit, adhæreamus, amorem in illum singulis diebus auctum exhibentes. Hinc etenim beatus iste tantam Dei gratiam et honorem sibi conciliavit, quia de prioribus gratias reddidit. Sed ut manifestior nobis ille sermo fiat, operæ pretium est, ut initium eorum quæ hodie lecta sunt, caritati vestræ proponam. Nam postquam ex arca exivit secundum mandatum Domini, cum filiis, et sua uxore, et uxoribus filiorum suorum, et omnibus feris et volatilibus, et post egressum accepit a Deo benedictionem illam tantum sibi afferentem solatii, his verbis: *Crescite et multiplicamini*, docens nos Scriptura justi gratum animum, dicit: 20. *Et ædificavit Noë altare Domino, et accepit de omnibus pecoribus mundis, et de omnibus volatilibus mundis, et obtulit holocaustum super altare.* Diligenter considera, carissime, ex præsentibus verbis, quomodo in natura nostra omnium Con-

Εἶδες, ἀγαπητὲ, ἄβυσσον εὐεργεσιῶν; εἶδες πόσας ἀπαριθμησάμενοι, οὐδέπω οὐδὲ τὸ πολλοστὸν εἰπεῖν ἠδυνήθημεν; Πῶς γὰρ ἀνθρωπίνη γλῶττα δυνήσεται τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς γεγενημένα λόγῳ διελθεῖν; Τούτων τοίνυν τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων, πάλιν πολλῷ μείζους καὶ ἀποῤῥητότεραί εἰσιν αἱ εὐεργεσίαι, ἃς μετὰ τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐπηγγείλατο τοῖς τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς βαδίζουσι. Καὶ ἵνα δι' ὀλίγων ῥημάτων τοῦ μεγέθους αὐτῶν τὴν ὑπερβολὴν ἡμῖν παραστήσῃ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος· Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, B ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Εἶδες δωρεῶν ὑπερβολήν; εἶδες πᾶσαν ἔννοιαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαινούσας αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας· Ἐπὶ καρδίαν γὰρ φησὶν, ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Ἐὰν τοίνυν βουλώμεθα ταύτας ἀναλογίζεσθαι, καὶ τὴν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν εὐχαριστίαν ποιῆσαι, δυνησόμεθα τὴν αὐτοῦ εὔνοιαν ἐπὶ πλέον ἐπισπάσασθαι, καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν μᾶλλον διεγερθῆναι. Ἡ γὰρ τῶν εὐεργεσιῶν μνήμη ἱκανὴ προτρέψασθαι πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους, καὶ παρασκευάσαι πάντων ὑπεριδεῖν τῶν παρόντων, καὶ πρὸς τὸν τοσαῦτα εὐεργετηκότα κεχηC νέναι, καὶ τὸν περὶ αὐτὸν πόθον ἀκμάζοντα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδείκνυσθαι. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος τοσαύτης ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν εὐνοίας καὶ τῆς τιμῆς, ἐπειδὴ πολλὴν ὑπὲρ τῶν φθασάντων τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείξατο. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ἡμῖν ὁ λόγος γένηται, αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῶν σήμερον ἀνεγνωσμένων ἀναγκαῖον προθεῖναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Δεσπότου, μετὰ τῶν υἱῶν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, καὶ γυναικῶν τῶν παίδων, καὶ πάντων τῶν θηρίων καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ ἐδέξατο παρὰ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῆς ἐξόδου καὶ τὴν εὐλογίαν ἐκείνην τὴν πολλὴν αὐτῷ παραμυθίαν κομίζουσαν, D τὴν λέγουσαν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, διδάσκουσα ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ τοῦ δικαίου τὴν εὐγνωμοσύνην φησί· Καὶ ᾠκοδόμησε Νῶε θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀνήνεγκεν ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Σκόπει

μετὰ ἀκριβείας, ἀγαπητὲ, ἐκ τῶν νῦν ῥημάτων πάλιν, πῶς ἐν αὐτῇ τῇ φύσει ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς ἐναπέθετο τὴν γνῶσιν ἡμῖν ἀκριβῆ τῆς ἀρετῆς. Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦτο τῷ δικαίῳ ἐπῆλθεν; Οὐδεὶς ἦν ἕτερος, πρὸς ὃν ἰδεῖν εἶχεν. Ἀλλὰ καθάπερ ἐν ἀρχῇ ὁ ὑπὸ τοῦ πρωτοπλάστου τεχθεὶς, Ἄβελ λέγω, οἰκοθεν κινούμενος τὴν προσαγωγὴν ἐποιήσατο μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· οὕτω δὴ καὶ νῦν ὁ δίκαιος οὗτος ἐξ οἰκείας γνώμης καὶ προαιρέσεως ὑγιοῦς κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὡς ἐνόμισε, διὰ τῶν θυσιῶν τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρει τῷ Δεσπότῃ. Καὶ ὅρα αὐτὸν μετὰ πολλῆς φιλοσοφίας ἅπαντα διαπραττόμενον. Οὔτε γὰρ οἰκοδομῆς αὐτῷ ἐδέησε λαμπρᾶς, οὐ ναοῦ, οὐκ οἴκου τινὸς θαυμαστοῦ, οὐκ ἄλλου οὐδενός· ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι γνώμην ἐπιζητεῖ μόνον ὁ Δε- 158
σπότης· καὶ ἐσχεδιασμένον οἰκοδομήσας τὸ θυσια- A
στήριον, καὶ λαβὼν ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν, τὰς ὁλοκαρπώσεις ἀνήνεγκε, καὶ, ὅσον εἶχε δυνάμεως, τῆς οἰκείας προαιρέσεως τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείξατο· ἣν ἀποδεξάμενος ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς καὶ τὴν γνώμην ἐστεφάνωσε, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ πάλιν φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυται. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφή· Καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας. [a]Ὅρα πῶς ἡ γνώμη τοῦ προσάγοντος τὸν καπνὸν, καὶ τὴν κνίσσαν, καὶ πᾶσαν τὴν ἐντεῦθεν τικτομένην ἡδίαν πολλῆς τῆς εὐωδίας ἐνέπλησε. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε γράφων· Ὅτι Χριστοῦ εὐω- B
δία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμέ-
νοις, οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. [a]Ὀσμὴν εὐωδίας. Μὴ τῇ παχύτητι τῆς λέξεως προσπταίῃς, ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ ἀσθενείᾳ τῶν ῥημάτων τὴν συγκατάβασιν λογισάμενος, νόει ἐντεῦθεν, ὅτι δεκτὴ γέγονεν ἡ προσαγωγὴ τοῦ δικαίου. Ἵνα γὰρ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων εἰδέναι ἔχωμεν τὸ ἀνενδεὲς τοῦ Δεσπότου, καὶ ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον ταῦτα γίνεσθαί συνεχώρησεν, ἀλλ' ἵνα εἰς εὐγνωμοσύνην [b]ἀγάγῃ τοὺς ἀνθρώπους· διὰ τοῦτο ἀφίησιν αὐτὰς τῷ πυρὶ καταναλίσκεσθαι, ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ προσάγοντες μάθωσιν ἐκ τῶν γινομένων, ὡς διὰ τὴν C
αὐτῶν ὠφέλειαν ἅπαντα γίνεται. Τίνος δὲ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ ὅλως συγχωρεῖ ταῦτα γίνεσθαι; Καὶ τοῦτο πάλιν συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἀνθρωπίνῃ· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον κατὰ μικρὸν οἱ ἄνθρωποι εἰς βαθυμίαν ἀποκλίνοντες καὶ θεοὺς ἑαυτοῖς ἐπιφημίζειν, καὶ τούτοις τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν, προλαβὼν καταδέχεται ἑαυτῷ ταῦτα προσάγεσθαι, ἵνα οὕτω γοῦν ἀποστήσῃ τῆς ὀλεθρίας πλάνης τοὺς μέλλοντας ὑποσύρεσθαι. Καὶ ὅτι διὰ συγκατάβασιν πάντα ταῦτα

ditor insevit certam virtutis scientiam. Unde enim, dic, oro, justo illi hoc in mentem venisset? Nullus erat alius quem videret. Sed sicut in principio Abel ille primi hominis filius, a seipso E commonitus, magna diligentia oblationem perfecit: sic utique nunc et justus ille, sua voluntate et arbitrio sano, quantum humanis viribus potuit, utque faciendum putavit, Domino per sacrificia gratiarum actionem retulit. Et vide quanta sapientia exsequitur omnia. Neque enim splendido opus habebat ædificio, neque templo, neque domo quapiam admirabili, neque alio quovis; sciebat enim, sciebat utique Dominum mentem solam requirere; et exstructo tumultuaria opera altari, cum accepisset quædam ex animalibus mundis, et ex avibus mundis, holocaustum obtulit, gratamque suam voluntatem quanta potuit facultate ostendit: quam approbans misericors Deus et voluntatem coronavit, et iterum suam liberalitatem erga illum declaravit. Dicit enim Scriptura: 21. *Et odoratus est Dominus odorem fragrantiæ.* Vide quomodo animus offerentis fumum, et nidorem, et omnem quæ inde nascitur insuavitatem multa fragrantia implevit. Idcirco et Paulus scribens dicebat: *Bonus odor* 2. *Cor.* 2. *Christi sumus, in iis qui salvantur, et in iis* 15. *qui pereunt: et iis quidem odor mortis in* B *mortem, illis autem odor vitæ in vitam. Odorem fragrantiæ.* Ne offendaris verbo crassiore: sed hujus verbi attemperatam rationem tuæ infirmitati adscribens intellige hinc, acceptam fuisse Deo oblationem justi. Ut enim per res ipsas sciatur Dominum nullius indigere, et propter nihil aliud hæc fieri permisisse, quam ut homines ad gratum animum adduceret: propterea concessit ut igni consumerentur, ut ex iis quæ fiunt, discant ii qui offerunt, omnia propter eorum utilitatem fieri. Quare autem, C dic, quæso, hæc fieri omnino permittit? Et in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio. Quia enim homines paulatim a vero Dei cultu defecturi erant, et sibi deos coeptaturi, quibus sacrificia immolarent, prius voluit ut sibi dona offerrentur, quo vel sic depelleret a pernicioso errore eos quibus inde periculum imminebat. Et ut intelligas hæc omnia concessa fuisse ob nostram infirmitatem, attende quomodo postea tempore procedente, voluerit circumcisionem pro lege

Circumcisio nihil perficere

[a] Morel. et Savil. hic repetunt καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας, quæ in Mss. desunt. Mox iidem Morel. et Savil. δὲ addunt post παχύτητι contra fidem Manuscriptorum.

[b] Alii ἐναγάγῃ.

potest ad animæ salutem.

statui, non quod ad animæ salutem perficere hæc possit aliquid, sed ut hoc grati animi indicium, quasi signum et sigillum circumferrent Judæi, et ne liceret eis commisceri gentium congressibus.

3. Hinc beatus Paulus signum hoc vocat, dicens : *Et signum dedit circumcisionis, sigillum.* Nam quod ad justitiam nihil conducat, ecce et hic justus, nondum statuta circumcisione, ad eamdem pervenit virtutem. Et quid dico? Ipse patriarcha Abraham, priusquam circumcisionem acciperet, fide sola justificatus est. Nam ante circumcisionem, inquit, *Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.* Quid igitur superbis, Judæe, in circumcisione? Disce ante hanc fuisse justos multos. Etenim Abel fide oblationem fecit, quemadmodum et Paulus dicit : *Fide uberiorem hostiam obtulit Abel Deo, quam Caïn :* et Enoch translatus est, et Noë ob multam justitiam tempestatem illam gravissimam effugit; et Abraham ante, hanc ob suam in Deum fidem celebratus fuit. Sic ab initio per fidem humanum genus salutem assequutum est. Sane propterea permisit benignus Dominus sacrificia sibi offerri, ut quoniam natura nostra imperfectius se habebat, simul et suam gratam voluntatem declarare, et idolorum perniciosum cultum effugere possit. Nam si, cum tantum nobis indulserit Deus, multi tamen a ruina sibi non caverunt : si hoc non fuisset factum, quo pacto quis damnum hoc effugisset? *Et odoratus est Dominus Deus odorem fragrantiæ.* At non ita est de ingratis Judæis : sed quomodo? Audi prophetam dicentem : *Thymiama in abominationem mihi est :* quasi ostendat voluntatis offerentium malitiam. Quemadmodum enim hic justi virtus fumum et nidorem fecit odorem fragrantiæ : sic apud illos offerentium nequitia bene olens thymiama in abominabilem odorem convertit. Igitur ubique studeamus, quæso, mentem afferre incorruptam. Hæc enim causa est omnium bonorum. Bonus enim Dominus non consuevit attendere ad ea quæ a nobis fiunt, sed ad internam mentem, a qua, ut hæc faciamus, impellimur, et ad hanc spectans vel approbat ea quæ a nobis fiunt, vel aversatur. Itaque sive precemur, sive jejune-

Rom. 4. 11.

Rom. 4. 3.

Hebr. 11. 4.

Isai. 1. 13.

παρ' αὐτοῦ συνεχωρήθη, σκόπει τοῦ χρόνου προϊόντος ὅτι καὶ περιτομὴν νομοθετεῖσθαι κατεδέξατο, [c] οὐχ ὡς πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν συντελέσαι τι ταύτης δυναμένης, ἀλλ' ἵνα ὥσπερ σημεῖόν τι καὶ σφραγῖδα περιφέρωσι, δεῖγμα τῆς οἰκείας εὐγνωμοσύνης, οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες, καὶ μὴ ἐξῇ αὐτοῖς συναναφύρεσθαι ταῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιμιξίαις.

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος σημεῖον αὐτὸ καλεῖ λέγων· Καὶ σημεῖον ἔδωκε περιτομῆς, σφραγῖδα. Ὅτι γὰρ πρὸς τὴν δικαιοσύνην οὐδὲν αὐτὴ συντελεῖ, ἰδοὺ καὶ οὗτος ὁ δίκαιος μηδέπω τῆς περιτομῆς νομοθετηθείσης πρὸς τοσαύτην ἔφθασεν ἀρετήν. Καὶ τί λέγω; Αὐτὸς ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ, πρὶν ἢ τὴν περιτομὴν δέξασθαι, ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης ἐδικαιώθη. Πρὸ γὰρ τῆς περιτομῆς, φησὶ, καὶ Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Τί τοίνυν μέγα φρονεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, ἐπὶ τῇ περιτομῇ; Μάνθανε, ὅτι πρὸ ταύτης πολλοὶ δίκαιοι γεγόνασι. Καὶ γὰρ ὁ Ἄβελ ἐκ πίστεως τὴν προσαγωγὴν ἐποιήσατο, καθάπερ καὶ Παῦλός φησιν· Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ· καὶ Ἐνὼχ μετετέθη, καὶ ὁ Νῶε κατὰ τὴν πολλὴν δικαιοσύνην τὸ κλυδώνιον ἐκεῖνο τὸ χαλεπὸν διέφυγε· καὶ ὁ Ἀβραὰμ πρὸ ταύτης ἀπὸ τῆς εἰς τὸν Θεὸν πίστεως ἀνεκηρύχθη. Οὕτως ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ πίστεως τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τῆς σωτηρίας ἐπέτυχε. Διά τοι τοῦτο καὶ τὰς θυσίας συνεχώρησεν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης αὐτῷ προσάγεσθαι, ἵνα ἐπειδὴ ἔτι ἀτελέστερον διέκειτο ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα, ὁμοῦ καὶ τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἔχῃ ἐπιδείκνυσθαι, καὶ τῆς πρὸς τὰ εἴδωλα θεραπείας πάντῃ διαφύγῃ τὴν λύμην. Εἰ γὰρ, καὶ τοσαύτης γενομένης συγκαταβάσεως, ὅμως οἱ πολλοὶ οὐ διέφυγον τὸν ὄλισθον, εἰ μὴ τοῦτο γέγονε, πῶς ἄν τις τὴν ἐκεῖθεν ὀφυγε βλάβην; Καὶ ὡσφράνθη Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων οὕτως· ἀλλὰ τί; Ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος, Θυμίαμα εἰς βδέλυγμά μοί ἐστι, μονονουχὶ δεικνύοντος τῆς προαιρέσεως τῶν προσαγόντων τὴν μοχθηρίαν. Καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ τὸν καπνὸν καὶ τὴν κνίσσαν ὀσμὴν εὐωδίας εἰργάσατο, οὕτως ἐπ' ἐκείνων ἡ τῶν προσαγόντων πονηρία τὸ θυμίαμα τὸ εὐῶδες [a] εἰς βδέλυγμα ὀσφρανθῆναι παρεσκεύασε. Πανταχοῦ τοίνυν σπουδάζωμεν, παρακαλῶ, γνώμην ὑγιῆ ἐπιδείκνυσθαι. Αὕτη γὰρ αἰτία γίνεται πάντων τῶν ἀγαθῶν. Ὁ γὰρ ἀγαθὸς Δεσπότης οὐ τοῖς παρ' ἡμῶν γινομένοις προσέχειν εἴωθεν ὡς τῇ ἔνδοθεν διανοίᾳ, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι ταῦτα διαπραττόμεθα, καὶ πρὸς ἐκείνην βλέπων ἢ προσ-

[c] Ingens quæstio est, utrum circumcisio profecerit ad salutem. Id negat hoc loco Chrysostomus : verum res plenius tractabitur Tomo ultimo.

[a] Alii εἰς βδέλυγμα ὀφθῆναι.

ίεται τὰ ὑφ' ἡμῶν γινόμενα, ἢ ἀποστρέφεται. Κἂν τε οὖν εὐχώμεθα, κἂν τε νηστεύωμεν, κἂν τε ἐλεημοσύνην ἐργαζώμεθα (αὗται γὰρ ἡμῶν εἰσιν αἱ πνευματικαὶ θυσίαι), κἂν τε ἕτερόν τι πνευματικὸν ἔργον ἐπιτελῶμεν, ἀπὸ γνώμης ὑγιοῦς ὁρμώμενοι τοῦτο διαπραττώμεθα, ἵνα καὶ τῶν καμάτων ἄξιον τὸν στέφανον κομισώμεθα. Καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων τὸν μὲν πόνον ἡμᾶς ὑπομένειν, τῆς δὲ ἀμοιβῆς ἀποστερεῖσθαι, ὅταν μὴ κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δοθέντας νόμους τὴν ἀρετὴν μετίωμεν. Ἔστι γὰρ, ἔστι διὰ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τὸ ἔργον μὴ ἐπιτελέσαντας, ἀπὸ τῆς γνώμης μόνον τὸν στέφανον κομίσασθαι· καὶ ἵνα μάθῃς, σκόπει μοι τοῦτο ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης· ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐῤῥιμμένον καὶ ἐσχάτῃ πενίᾳ κατεχόμενον, καὶ συναλγῇς, τείνας τε τὴν διάνοιαν εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχαριστήσῃς τῷ Δεσπότῃ καὶ ὑπὲρ τῶν κατὰ σαυτὸν, καὶ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς τοῦ πένητος, κἂν μὴ δύναιο ἐπαρκέσαι καὶ λῦσαι τὸν λιμὸν, ἀπὸ τῆς γνώμης ἀπηρτισμένον ἔλαβες τὸν μισθόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Δεσπότης ἔλεγεν· Ὃς ἐὰν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Μή τι ψυχροῦ ποτηρίου εὐτελέστερον; Ἀλλ' ἡ γνώμη τὸν μισθὸν αὐτῷ προεξένησε. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου εὑρήσομεν. Ἀλλ' ἀναγκαῖον γοῦν ταῦτα κινεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἵνα τούτων τὴν ἀκρίβειαν εἰδότες πολλὴν τῆς εὐγνωμοσύνης ποιῆσθε τὴν ἀσφάλειαν. Ἄκουε γὰρ τί φησιν ὁ Χριστός· Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ὁρᾷς καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἀπὸ τῆς μοχθηρᾶς γνώμης καὶ τὴν κατάκρισιν ἐπομένην, καὶ διὰ τὴν ἀπερίσκεπτον ὄψιν, ὡς εἰς ἔργον τῆς μοιχείας ἐξελθούσης αὐτῷ, τὴν κόλασιν ἐπηρτημένην; Ταῦτα τοίνυν ἐννοοῦντες, πανταχοῦ τὴν γνώμην ἡμῶν ἀσφαλισώμεθα, ἵνα αὕτη τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα παρασκευάσῃ εὐπρόσδεκτα γίνεσθαι. Εἰ γὰρ τὸν καπνὸν καὶ τὴν κνίσσαν ὀσμὴν εὐωδίας ἐποίησε, τί οὐκ ἂν ἐργάσηται τὰς πνευματικὰς ἡμῶν ταύτας λατρείας, καὶ πόσης ἡμᾶς οὐ παρασκευάσῃ ἀπολαῦσαι τῆς ἄνωθεν εὐνοίας; Καὶ ὡσφράνθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας. Εἶδες τὰ παρὰ τοῦ δικαίου γεγενημένα, πῶς, ὅσον μὲν πρὸς τὴν ὄψιν τῶν γεγονότων, εὐτελῆ τυγχάνει, ἀπὸ δὲ τῆς ὑγιοῦς αὐτοῦ γνώμης καὶ πάνυ μεγάλα δείκνυται; Σκόπει μοι λοιπὸν τοῦ φιλανθρώπου Δεσπότου τὴν ἄπειρον ἀγαθότητα. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς διανοηθείς· οὐ προσθήσω ἔτι τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. Οὐ προσθήσω οὖν πατάξαι πᾶ-

mus, sive eleemosynam faciamus (ipsæ enim sunt spirituales nostræ hostiæ), sive aliud spirituale quoddam opus faciamus, hoc faciamus bona mente incitati: ut et laboribus dignam referamus coronam. Esset enim perabsurdum, laborem nos sustinere, et mercede fraudari, si quidem non secundum leges ab illo nobis datas virtutem exercemus. Fieri autem potest ob magnam Dei benignitatem, ut opere nondum completo, coronam quis accipiat a sola pia mente. Et ut hoc discas, adverte, obsecro, hoc in eleemosyna. Nam si quando vides jacentem in foro, et extrema inopia detentum, et condoles, ac mente in cælum sublata gratias agis Domino, tum propter ea quæ tibi concessa sunt, tum propter inopis patientiam: etiamsi non possis explere et sedare illius famem, propter bonum propositum consummatam recipies mercedem. Et ea de causa Dominus quoque dicebat: *Si quis potum dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Num quid poculo aquæ frigidæ tenuius? Sed animus pius mercedem inde sibi conciliat. Hoc et in opposito inveniemus. Operæ pretium enim est, ut de iis loquamur caritati vestræ, quo vobis hæc accurate scientibus probitatis tutamen comparetis. Audi enim quid dicat Christus: *Qui respicit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Vides et hic iterum malam mentem sequi condemnationem, et ob inconsideratum intuitum, quasi completum esset adulterii opus, pœnam inferri? Itaque cum hæc sciamus, undique mentem nostram bene muniamus, ut per eam fiant accepta quæ facimus. Nam si fumum et nidorem vertit in odorem fragrantiæ, quid non e spirituali nostro faceret cultu, et quantam non gratiam cælitus nobis procuraret? *Et odoratus est,* inquit, *Dominus Deus odorem fragrantiæ.* Vidisti quæ fecerit justus, quomodo, quantum ad externum spectaculum pertinet, rem parvam; quantum autem ad animum, permagnam? Attende autem deinceps immensam clementis Domini bonitatem. *Et dixit Dominus Deus in mente sua: Non adjiciam ultra ut maledicam terræ propter opera hominum, quia incumbit mens hominis intente in mala opera a juventute. Non igitur adjiciam, ut percutiam omnem*

Matth. 10. 42.

Matth. 5. 28.

carnem viventem, sicut feci, 22. *omnibus diebus terræ.*

4. Magnum beneficentiæ pondus; ingens clementiæ magnitudo; ineffabilis tolerantiæ exsuperantia. *Et dixit Dominus Deus in mente sua.* Illud, *In mente sua,* iterum humano more dicit, et quasi naturam nostram respiciens. *Non adjiciam ultra ut maledicam terræ propter opera hominum.* Et homini, qui primus formatus est, dicebat, cum illi malediceret: *Spinas et tribulos germinabit tibi;* et Caïno similiter. Quia autem nunc communem omnium invexerat interitum, ut consolationem det justo et fiduciam ei addat, ne forte cogitet apud se, Quæ utilitas datæ benedictionis? et quod dixerit, *Crescite et multiplicamini,* si iterum, ubi multiplicati fuerimus, pereundum sit nobis? Nam olim et Adamo dixerat: *Crescite et multiplicamini*: et supervenit tamen diluvium. Utergo ne cogitando secum talia in perpetuo angore esset, vide benignitatem Domini. *Non adjiciam,* inquit, *ultra maledicere terræ propter opera hominum.* Vide quomodo declaravit, se propter horum malitiam maledictionem terræ invexisse. Deinde ut ne putemus ipsum ideo hanc promissionem fecisse, quia ipsi jam in melius se converterant, inquit: *Quia incumbit mens hominis intente in mala opera a juventute.* Rara benignitatis species. *Quia,* inquit, *incumbit mens hominis diligenter in mala opera a juventute,* propter hoc, *Non ultra adjiciam ut maledicam terræ.* Ego enim, inquit, quæ ad me pertinent, semel atque iterum exhibui: quia autem video malitiam ita increscere, promitto me non ultra maledicturum terræ. Deinde ostendens suæ benignitatis magnitudinem, subjunxit: *Non adjiciam igitur ultra ut percutiam omnem carnem viventem, sicut feci, omnibus diebus.* Vide, obsecro, quantam consolationem affert justo: imo non justo tantum, sed et propter suam bonitatem etiam universo hominum generi post illum futuro. Nam quod dicit, *Non adjiciam igitur ut percutiam omnem carnem viventem,* et quod addit, *Sicut feci,* item illud, *Omnibus diebus,* declarat nobis non ultra tale diluvium venturum esse, neque tantam perniciem umquam totum orbem invasuram esse. Deinde etiam indicat beneficentiæ suæ perpetuitatem: *Omnibus,*

Genes. 3. 18. et 4. 12.

Gen. 1. 28.

σαν σάρκα ζῶσαν καθὼς ἐποίησα, [a] ἔτι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γῆς.

Πολὺς τῆς εὐεργεσίας ὁ ὄγκος, καὶ πολὺ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, καὶ ἄφατος τῆς ἀνεξικακίας ἡ ὑπερβολή. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς διανοηθείς. Τὸ, Διανοηθεὶς, πάλιν ἀνθρωπίνως, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν. Οὐ προσθήσω ἔτι τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ πρωτοπλάστου κατηράσατο εἰπὼν, Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ· καὶ ἐπὶ τοῦ Κάϊν πάλιν ὁμοίως. Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν τὴν τοσαύτην πανωλεθρίαν ἐπήγαγεν, ἵνα παραμυθήσηται τὸν δίκαιον, καὶ θαῤῥεῖν παρασκευάσῃ, καὶ μὴ μέλλῃ λογίζεσθαι καθ' ἑαυτὸν, τί τὸ κέρδος τῆς γεγενημένης εὐλογίας; καὶ τοῦ εἰπεῖν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, εἰ μέλλοιμεν πάλιν εἰς πλῆθος ἐπιδιδόντες ἀπόλλυσθαι; Καὶ γὰρ καὶ ἤδη εἶπεν ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ ἐπήγαγε κατακλυσμόν. Ἵνα οὖν μὴ ταῦτα λογιζόμενος καὶ στρέφων ἐν τῇ διανοίᾳ διηνεκῶς τὴν ἀγωνίαν ἔχῃ, ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότου. Οὐ προσθήσω, φησὶν, ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Ὅρα πῶς ἐπεσημήνατο, ὅτι διὰ τὴν τούτων μοχθηρίαν τὴν κατάραν ἐπήγαγε τῇ γῇ. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωμεν, ὅτι ἐπειδὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον μετεβάλοντο, διὰ τοῦτο αὐτὸς ταύτην ἐποιήσατο τὴν ὑπόσχεσιν, φησίν· Ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. Ξένον φιλανθρωπίας εἶδος. Ἐπειδὴ ἔγκειται, φησὶν, ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, διὰ τοῦτο, Οὐκέτι προσθήσω τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, τὰ παρ' ἐμαυτοῦ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπεδειξάμην· ἐπειδὴ δὲ ὁρῶ τὴν κακίαν αὐξανομένην, ἐπαγγέλλομαι μηκέτι καταράσασθαι τὴν γῆν. Εἶτα δεικνὺς αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, ἐπήγαγεν· Οὐ προσθήσω οὖν ἔτι πατάξαι πᾶσαν σάρκα ζῶσαν, καθὼς ἐποίησα, πάσας τὰς ἡμέρας. Ὅρα μοι πῶς διὰ πάντων μεγίστην χαρίζεται τῷ δικαίῳ τὴν παραμυθίαν· μᾶλλον δὲ οὐ τῷ δικαίῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα καὶ πάσῃ τῇ μελλούσῃ συνίστασθαι τῶν ἀνθρώπων φύσει. Τὸ γὰρ, Οὐ προσθήσω οὖν πατάξαι πᾶσαν σάρκα ζῶσαν, καὶ τὸ, Καθὼς ἐποίησα, καὶ τὸ, Πάσας τὰς ἡμέρας, τοῦτό ἐστιν ἐνδεικνυμένου, ὅτι οὐκέτι τοιοῦτον ἔσται κλυδώνιον, οὔτε τοσαύτη πανωλεθρία καταλήψεται τὴν οἰκουμένην. Εἶτα καὶ τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ τὸ διηνεκές· Ἐν πάσαις, φησὶ, ταῖς ἡμέραις, τοῦτ' ἔστι, πάντα τὸν αἰῶνα ἐπαγγέλλομαι μηκέτι τοσαύτην ἐπιδείξασθαι τὴν ἀγανάκτησιν, οὐδὲ οὕτω σύγχυσιν ἐργάσα-

261

[a] [Bibl. l. l. istud ἔτι ante πατάξαι collocant, quemadmodum ipse Chrys. infra. Notandum tamen et Editiones Chrysostomi et Codicem Coislin. hic et infra in mutatione sedis hujus ἔτι conspirare. In tertio loco, ubi id exspectares, in omnibus deest.]

σθαι τῆς τῶν ὡρῶν κράσεως, καὶ τῆς τῶν στοιχείων θέσεως. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, Σπέρμα καὶ θερισμός, ψῦχος καὶ καῦμα, θέρος καὶ ἔαρ ἡμέραν καὶ νύκτα οὐ καταπαύσουσιν. Ἀκίνητος, φησὶν, ἔσται αὕτη ἡ διάταξις, καὶ οὔτε ἡ γῆ διαλείψει ποτὲ τὰ παρ' ἑαυτῆς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει χορηγοῦσα, καὶ τῶν καμάτων καὶ τῆς γεωργίας ἀποδιδοῦσα τὰς ἀμοιβὰς, οὔτε αἱ τροπαὶ μετακινηθήσονται, ἀλλὰ ψῦχος καὶ καῦμα, καὶ θέρος καὶ ἔαρ καθ' ἕκαστον τοῦ ἐνιαυτοῦ κύκλον ἔσται. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κατακλυσμοῦ καιρὸν ταύτης ὅλης τῆς διατάξεως σύγχυσίς τις γέγονε, καὶ καθάπερ ἐν μιᾷ νυκτὶ, οὕτως ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἐν τῇ κιβωτῷ διῆγεν ὁ δίκαιος οὗτος, διὰ τοῦτό φησι· νῦν οὔτε ἡ ἡμέρα, οὔτε ἡ νὺξ τὸν οἰκεῖον ἐλλείψει δρόμον, ἀλλὰ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀκίνητος ἔσται τούτων ἡ λειτουργία. Εἶδες παράκλησιν ἀρκοῦσαν καὶ δυναμένην ἀναστῆσαι τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα; εἶδες τῆς εὐγνωμοσύνης οἵαν δέχεται τὴν ἀμοιβήν; Ἄκουε καὶ ἐκ τῶν ἐπαγομένων πάλιν τὴν ἄφατον φιλοτιμίαν. Καὶ εὐλόγησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν Νῶε καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν καὶ ὁ φόβος ἔσται ἐπὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης· ὑπὸ χεῖρας ὑμῖν πάντα δέδωκα. Καὶ πᾶν ἑρπετὸν, ὅ ἐστι ζῶν, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν. Ὡς λάχανα χόρτου δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα. Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Ἄξιον ἐνταῦθα θαυμάσαι τοῦ Δεσπότου τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητα. Ὅρα γάρ μοι πάλιν τὸν δίκαιον τοῦτον τῆς αὐτῆς εὐλογίας ἀξιούμενον τῷ Ἀδὰμ, καὶ τὴν ἀφαιρεθεῖσαν ἀρχὴν ἀναλαμβάνοντα διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς, μᾶλλον δὲ διὰ τὴν ἄφατον τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνου ἔλεγεν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς· οὕτω νῦν φησι· Καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν καὶ ὁ φόβος ἔσται ἐπὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ὄρνεα. Καὶ πᾶν ἑρπετὸν, ὅ ἐστι ζῶν, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν. Ὡς λάχανα χόρτου δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα. Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Ὅρα τὸν αὐτὸν κανόνα ἑτέρως διασωζόμενον, τὸν ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖ μετὰ τὸ πάντων ἐγχειρίσαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ παρασχεῖν τὴν ἀπόλαυσιν, ἑνὸς ξύλου μόνον ἀπέχεσθαι ἐκέλευσεν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα μετὰ τὴν εὐλογίαν, καὶ τὸ φοβερὸν αὐτὸν καταστῆσαι τοῖς θηρίοις, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ καὶ τὰ ὄρνεα ὑπὸ χεῖρα ποιῆσαι, φησί· Πᾶν ἑρπετὸν ζῶν ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶ-

inquit, *Diebus*, hoc est: In omne sæculum promitto me non inducturum hujusmodi indignationem, neque facturum tantam confusionem nec in tempestatum ratione, nec in elementorum situ. Ideo subdit: *Sementis et messis, frigus et æstus, æstas et ver die ac nocte non requiescent.* Immobilis, inquit, erit hæc ordinatio: terra numquam desinet suppeditare quæ hominum generi necessaria, neque cessabit proferre laborum et agriculturæ præmia, neque anni partes aliis conversionibus mutabuntur: sed et frigus et calor, et æstas et ver in unoquoque anni circulo erunt. Nam quia per diluvii tempus fuit confusio quædam totius istius ordinis, et justus ille in arca erat toto illo tempore quasi continua nocte, ideo nunc inquit: Neque nox, neque dies suum relinquent cursum, sed ad usque sæculi consummationem immotum illorum permanebit ministerium. Vidisti dignam consolationem, quæ potuit justi animum erigere? vidisti qualem retributionem acceperit justi probitas? Sed et ex sequentibus iterum audi ineffabilem liberalitatem. 1. *Et benedixit*, inquit, *Deus Noë, et filios illius. Et dixit eis:* 2. *Crescite et multiplicamini, et implete terram, et dominemini ei. Et tremor timorque vestri erit super omnes bestias terræ, et super omnes volucres cœli, et super omnia quæ moventur super terram, et super omnes pisces maris: in manus vestras omnia dedi.* 3. *Et omne reptile, quod est vivens, vobis erit in cibum. Quasi olera herbarum dedi vobis omnia.* 4. *Verumtamen carnem in sanguine animæ ne comedatis.* Dignum est ut hic admiremur excellentem Domini bonitatem. Vide enim hic quomodo justus ille iterum eamdem benedictionem consequitur, quam olim Adam, et ereptum recuperat principatum virtute sua, imo ineffabili Domini clementia. Nam sicut de illo dicebat, *Crescite et multiplicamini, et dominamini terræ, et imperate piscibus maris, et reptilibus, et volatilibus, et feris*: sic nunc inquit; *Et tremor et timor vestri erit super omnes bestias terræ, et super omnes volucres. Et omne reptile quod est vivens, vobis erit in cibum. Quasi olera herbarum dedi vobis omnia. Verumtamen carnem in sanguine animæ ne comedatis.* Attende eamdem regulam, aliter servandam tamen eam quæ primo homini data fuit. Sicut enim tunc, postquam ei traditum est dominium in omnia, ut frui posset omnibus quæ erant in paradiso, abstinere tantum ab unico

Cap. IX. Gen. 1. 28.

ligno jussus est : ita et hic post benedictionem, et postquam terribilis factus est bestiis, et sub manu ejus positæ sunt aves et volatilia, inquit : *Omne reptile vivens vobis erit in cibum : ut olera herbarum vobis dedi omnia.* Hinc initium ductum est edendarum carnium : non ut ipsos ad ventris ingluviem paret et instruat, sed quia ex ipsis homines erant sacrificaturi, et Deo gratias acturi, ut ne viderentur quasi a consecratis abstinere : idcirco edendi facultatem concedit et multam dat utendi licentiam. *Quasi olera herbarum vobis dedi omnia.* Dein sicut Adam cæteris fruens lignis, jussus est ab uno abstinere : ita hic dictum est, cum illi omnia ad esum libere sumenda permissa essent : *4. Verumtamen carnem in sanguine animæ ne comedatis.* Quid est caro in sanguine animæ ? Hoc est, suffocatum. Bruti enim anima sanguis est.

Gen. 2. 17.

5. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, hoc fere modo docet illos, dicens : Quia sanguis mihi segregatus est, vobis caro. Hoc autem ideo facit, ut primis illis temporibus comprimat illorum impetum et propensionem ad homicidia. Et quod hoc sit verum, nempe quod hinc eos magis pios reddere voluerit, audi quæ sequuntur. 5. *Etenim vestrum sanguinem,* inquit, *animarum vestrarum, exquiram eum de manu omnium bestiarum. Et de manu hominis fratris exquiram animam hominis.* Quid ergo ? animane hominis sanguis est ? Non hoc dicit, absit : sed humana consuetudine usus est, ac si quis dicat alicui : Sanguinem tuum porto in manibus meis : hoc est, potestatem habeo interficiendi te. Nam quod anima hominis non sit sanguis, audi Christum dicentem : *Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt.* Et vide quantam distinctionem fecerit. 6. *Qui effuderit,* inquit, *sanguinem hominis, pro sanguine ejus sanguis ipsius effundetur : quia in imagine Dei feci hominem.* Cogita, obsecro, quantum terrorem hoc verbo incussit. Et si quod ejusdem naturæ sit, inquit, non te avocat, neque a tam perverso conatu repellit naturæ communio : sed si commiseratione fraterna depulsa totus in hoc facinus prorumpis, cogita eum ad imaginem Dei formatum esse, et quantis eum Deus dignatus sit prærogativis, et quod omni creatura præfectus sit, ac quiesce a mala voluntate. Quid ergo si

Matth. 10. 28.

σιν· ὡς λάχανα χόρτου ὑμῖν δέδωκα τὰ πάντα. Ἐντεῦθεν ἀρχὴ κρεωφαγίας γίνεται, οὐχ ἵνα εἰς γαστριμαργίαν αὐτοὺς ἀλείψῃ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἤμελλον ἐξ αὐτῶν θυσίας ἀναφέρειν οἱ ἄνθρωποι, καὶ εὐχαριστίας ποιεῖσθαι τῷ Δεσπότῃ, ἵνα μὴ δόξωσιν ὡς ἀφιερωμένων ἀπέχεσθαι, διὰ τοῦτο τῆς βρώσεως τὴν ἐξουσίαν χαρίζεται, καὶ πολλὴν τὴν ἄδειαν παρέχει. Ὡς λάχανα χόρτου, φησὶ, δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα. Εἶτα καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ τοῦ ἑνὸς ξύλου ἐνετείλατο μετὰ τὴν πάντων ἀπόλαυσιν ἀπέχεσθαι, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, μετὰ τὸ πάντων ἀδεῶς ἐπιτρέψαι τὴν ἐστίασιν, φησί· Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Τί οὖν βούλεται τὸ εἰρημένον ; τί ἐστι, Κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς ; Τοῦτ' ἔστι, πνικτόν. Τοῦ γὰρ ἀλόγου ἡ ψυχὴ τὸ αἷμα τυγχάνει.

Ἐπεὶ οὖν τὰς θυσίας ἤμελλον ἐπιτελεῖν τὰς διὰ τῶν ἀλόγων, μονονουχὶ διδάσκει αὐτοὺς λέγων, ὅτι τὸ μὲν αἷμα ἐμοί [a] ἀφώρισται, τὸ δὲ κρέας ὑμῖν. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, ἄνωθεν προαναστέλλων αὐτῶν τὴν ὁρμὴν τὴν περὶ τὴν ἀνδροφονίαν. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ εὐλαβεστέρους αὐτοὺς ἐντεῦθεν ποιῆσαι βουλόμενος [b] ταῦτα διατάττεται, ἄκουε τῶν ἑξῆς. Καὶ γὰρ τὸ ὑμέτερον αἷμα, φησὶ, τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἐκζητήσω αὐτὸ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν θηρίων, καὶ ἐκ χειρὸς ἀνθρώπου ἀδελφοῦ ἐκζητήσω τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου. Τί οὖν ; ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου τὸ αἷμα τυγχάνει ; Οὐ τοῦτο λέγει· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῇ συνηθείᾳ τῇ ἀνθρωπίνῃ κέχρηται, ὡς ἄν τις εἴποι τινὶ, τὸ αἷμά σου βαστάζω ἐν ταῖς χερσί μου, ἀντὶ τοῦ, τὴν ἐξουσίαν ἔχω τῆς ἀναιρέσεώς σου. Ὅτι γὰρ οὐ τὸ αἷμά ἐστι τοῦ ἀνθρώπου ἡ ψυχὴ, ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Καὶ ὅρα τὴν διαφορὰν ὅσην ἐποιήσατο. Ὁ ἐκχέων, φησὶν, αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον. Ἐννόησόν μοι, ὅσον τὸν φόβον διὰ τοῦ ῥήματος ἐπεισέχισεν. Εἰ καὶ τὸ ὁμογενὲς, φησὶ, μὴ γίνεταί σοι κώλυμα, οὐδὲ ἡ κοινωνία τῆς φύσεως ἀφίστησί σε τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως, ἀλλὰ καὶ τὴν συμπάθειαν τὴν ἀδελφικὴν ἀπωσάμενος, ὅλος γίνῃ τοῦ μιαροῦ τούτου τολμήματος, ἐννόει ὅτι κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιούργηται, καὶ ὅσης ἠξίωται παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς προεδρίας, καὶ ὅτι πάσης τῆς κτίσεως τὴν ἐξουσίαν ἀναδέδεκται, καὶ παῦσαι τῆς μοχθηρᾶς γνώμης. Τί οὖν φησω ; Ἐὰν μυρίους τις ἐργάσηται φόνους, καὶ

[a] Savil. ἀφορίσατε. Ibid. aliquot Mss. τὰ δὲ κρέα.

[b] Savil. et Morel. ταῦτα διατάττεται. Plurimi Mss. ταῦτα διαπράττεται.

τοσαῦτα αἵματα ἐκχέῃ, πῶς τὴν ἀξίαν δώῃ δίκην, τοῦ αἵματος αὐτοῦ μόνου ἐκχυθέντος; Μὴ τοῦτο λογίζου, ἄνθρωπε, ἀλλ' ἐννόει ὅτι τοιοῦτον μετ' οὐ πολύ δέξεται σῶμα ἄφθαρτον, τὸ δυνάμενον διηνεκῆ καὶ αἰώνιον κόλασιν ὑπέχειν. Κἀκεῖνο δὲ σκόπει, πῶς μετὰ ἀκριβείας διετάξατο. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἀνθρώπου φησὶ, μὴ ἐκχέῃς αἷμα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων οὐκ εἶπε, μὴ ἐκχέῃς, ἀλλὰ, Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς 263
οὐ φάγεσθε. Ἐκεῖ, μὴ ἐκχέῃς· ἐνταῦθα, μὴ φάγῃς. A
Εἶδες ὅσον τὸ ἀνεπαχθὲς ἔχουσιν αὐτοῦ αἱ νομοθεσίαι; πῶς κοῦφαι καὶ ῥᾴδιαι αἱ ἐντολαί; πῶς οὐδὲν βαρὺ οὐδὲ φορτικὸν ἐπιζητεῖ παρὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως; Λέγουσι γάρ τινες βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ νοσοποιὸν εἶναι τὸ τῶν ἀλόγων αἷμα. Ἀλλ' ἡμεῖς μὴ δι' ἐκεῖνον τὸν φιλοσοφώτερον λόγον, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου νομοθεσίαν τὴν φυλακὴν ὀφείλομεν ἐκδείκνυσθαι. Εἶτα ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς τίνος ἕνεκεν τοσαύτην ταύτης τῆς ἐντολῆς τὴν ἀκρίβειαν ἐποιήσατο, καὶ ὅτι ἀναχαιτίζων τῶν ἀνθρώπων τὴν φονικὴν γνώμην φησὶν, Ὑμεῖς δὲ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς· οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, B
Ὑμεῖς δὲ, ἀλλὰ μονονουχὶ λέγων, ὑμεῖς οἱ ὀλίγοι, οἱ εὐαρίθμητοι πᾶσαν τὴν γῆν πληρώσατε, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀρχὴν ἔχετε, καὶ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν. Ὅρα μοι Θεοῦ φιλανθρωπίαν, πῶς πρότερον μεγάλας τὰς εὐεργεσίας δωρούμενος, τότε καὶ νόμον καὶ ἐντολὴν δίδωσι. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, μετὰ τὸ * ἐγκατοικῆσαι ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ τὴν τοσαύτην ἀπόλαυσιν χαρίσασθαι, τότε τὴν ἀποχὴν τοῦ ξύλου ἐνετείλατο· οὕτω C
καὶ ἐνταῦθα μετὰ τὸ ὑποσχέσθαι μηκέτι τοιαύτην ἐπάξειν πανωλεθρίαν, μηδὲ ἀγανάκτησιν τοιαύτην ἐπιδείξασθαι, ἀλλὰ ἀκίνητα μέχρι τῆς συντελείας ἐᾷν ἅπαντα τὰ στοιχεῖα διαμένειν, ἕκαστον τὸν οἰκεῖον δρόμον καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποπληροῦντα, καὶ εὐλογίας αὐτοὺς ἀξιῶσαι, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐξουσίαν δωρήσασθαι τὴν κατὰ τῶν ἀλόγων ἁπάντων, καὶ τῆς χρεωφαγίας τὴν ἄδειαν παρασχεῖν, τότε φησὶ, Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Εἶδες πῶς πρότερον εὐεργετεῖ καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἄφατον ἐπιδείκνυται, καὶ τότε ἐπιτάττει; καίτοι γε ἐπ' ἀνθρώπων οὐκ ἄν ποτε τοῦτο γένοιτο. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι πρότερον βούλονται τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιτατόμενα εἰς ἔργον D
ἐκβῆναι, καὶ πολλὴν ἐπιδείξασθαι τὴν εὔνοιαν τοὺς τὰ ἐπιτάγματα δεχομένους, καὶ τὴν τούτων ἐκπλήρωσιν ποιουμένους, καὶ τότε ἄρα [a] ἀμείβεσθαι τοὺς πολλὴν τὴν ὑπακοὴν ἐπιδειξαμένους. Ἐπὶ δὲ τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου τὸ ἐναντίον· πρότερον εὐεργετεῖ καὶ τῷ πλήθει τῶν εὐεργεσιῶν ἐφέλκεται τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ τότε κοῦφα καὶ ῥᾴδια ἐπιτάττει, ἵνα

innumeras quis patraverit cædes, et tantum sanguinis effuderit, quomodo dignam dabit pœnam effuso solo suo sanguine? Non hoc considera, homo, sed intellige eum tale non multo post accepturum corpus incorruptibile, quod poterit continuam et æternam pœnam ferre. Illud item perpende, quam diligenter præceptum sit. Nam de homine inquit, Ne effundas sanguinem: de brutis autem non dixit, Ne effundas, sed, *Verumtamen carnem in sanguine animæ ne comedatis.* Illic dicit, Ne effundas; hic, Ne comedas. Vides quam nihil molestum habeant ejus leges? quomodo levia et facilia mandata? quomodo nihil grave neque onerosum requirit a nostra natura? Dicunt enim aliqui, brutorum sanguinem, gravem, terrestrem, et multarum ægritudinum causam: at nos non propter prædictum sermonem magis ad philosophiam accommodatum, sed propter Domini mandatum id observare debemus. Deinde ut discamus quare tam diligenter hoc præceptum statuit, nempe ut cohiberet hominum sanguinarium animum, dicit: 7. *Vos autem crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini ei*: non temere, et absque causa dixit, *Vos autem*, sed quasi diceret, Vos qui pauci, et parvo numero estis, omnem terram implete, et dominamini ei: hoc est, dominium habete, et potestatem, et fructum. Vide, obsecro, Dei benignitatem, quomodo prius magna beneficia donat, et tunc unicum et leve mandatum dat. Et sicut Adamo, postquam concessit ut habitaret in paradiso, et tot ac tantis frueretur, tandem præcepit, ut ab unico ligno abstineret: ita et hic postquam promisit non ultra talem se illaturum generalem stragem, neque ita se indignaturum, sed usque ad consummationem mundi immota permansura omnia elementa, ita ut quæque suum cursum et ordinem impleant; et postquam ipsi benedictionem sunt consequuti, donatique pristina super bruta omnia potestate, ac carnium esu secure permisso, tunc inquit, *Verumtamen carnem in sanguine animæ ne comedatis.* Vidisti quomodo prius benignitate ac ineffabili liberalitate utitur, et tunc demum præcipit? tametsi numquam istud inter homines fieri soleat. Homines enim primum volunt ea, quæ præcipiunt, opere compleri, eosque, qui mandata excipiunt et exsequuntur, magnam exhibere benevolentiam, ac tunc utique cogitant de remunerandis iis qui multam obedientiam præ

Cur esus sanguinis vetitus.

* [Savil. conj. *ἐγκατοικίσαι.*]

[a] Septem Mss. *ἀμείβειν.*

se tulerint. Contra vero communis omnium Dominus : prius enim benefacit, et multitudine beneficiorum nostram naturam ad se allicit, et postea imperat facilia atque levia, ut facilitate mandatorum et beneficiis prioribus excitati, ad ea implenda inducamur. Ne igitur negligentes simus, dilecti, neque pigri ad mandata implenda : beneficia priora cogitantes, et mandatorum facilitatem, præmiorumque post impleta mandata promissam magnitudinem : sed vigilemus, et festinemus ad exsequenda mandata a Deo nobis tradita : et ne dimittamus vias, quas ad perficiendam animarum nostrarum salutem præscripsit, sed tempore vitæ nostræ quod reliquum est bene utamur, et peccata abluamus, et magnam nobis fiduciam prius acquiramus, maximeque nunc cum adhuc residua est Quadragesimæ pars.

Moralis epilogus.

6. Neque enim parvus est dierum numerus qui restat ; si voluerimus parumper resipiscere. Hoc autem dixi, non quod solum tanto tempore opus habeat peccatorum nostrorum correctio, sed quia Dominum habemus clementem et benignum qui non indiget multo tempore ; si modo cum magno fervore et vigilantia ad ipsum accedamus, rejectis sæcularibus curis omnibus, et superno auxilio nixi. Nam et Ninivitæ tanta peccatorum multitudine aggravati, quia magnam et veram pœnitentiam egerunt, non opus habuerunt ampliore quam trium dierum tempore ad provocandam Dei bonitatem, et irritam reddendam, quæ adversum se lata erat, sententiam. Et quid dico, Ninivitæ ? Latro in cruce neque uno die opus habuit. Et quid dico, die uno ? Neque brevi hora. Tanta est Dei erga nos benignitas. Nam ubi viderit voluntatis nostræ firmum propositum, et ferventi nos desiderio ad se accedere, non tardat, neque differt : sed accelerat, suamque solitam liberalitatem exhibens, dicit : *Adhuc loquente te dicam : Ecce adsum.* Itaque exauditurus est et nos, si voluerimus in paucis diebus istis studii specimen quoddam afferre, et jejunii subsidio non abuti, atque excussa socordia continuis precibus placare Dominum, fervidas profundere lacrymas, delicta nostra sedulo confiteri, quasi medico proponere nostra vulnera, et animarum ulcera declarare, nec abjicere quam ille dat medicinam, nec non

Jon. 3. 10.

Isai. 58. 9.

Confessio peccatorum.

καὶ τῇ εὐκολίᾳ τῶν ἐπιταγμάτων καὶ ταῖς παραλαβούσαις εὐεργεσίαις διεγηγερμένοι, πρὸς τὴν τούτων ἐπεισχθῶμεν ἐκπλήρωσιν. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν, ἀγαπητοὶ, μηδὲ ὀκνηρότεροι γινώμεθα περὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν ἐπιταχθέντων, καὶ τὰς παραλαβούσας εὐεργεσίας λογιζόμενοι, καὶ τῶν ἐπιταγμάτων τὴν εὐκολίαν, καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν μετὰ τὴν ἐκπλήρωσιν ἡμῖν τεταμιευμένων τὸ μέγεθος· ἀλλὰ νήφωμεν καὶ περὶ τὴν ἐργασίαν σπεύδωμεν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν ἐντολῶν, καὶ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐχαρίσατο τῇ ἡμετέρᾳ φύσει πρὸς τὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν συντελούσας σωτηρίαν, μὴ ἀποπεμψώμεθα, ἀλλὰ τῷ ὑπολειπομένῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνῳ εἰς δέον χρησάμενοι, καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἀπονιψώμεθα, καὶ πολλὴν ἑαυτοῖς τὴν παῤῥησίαν προαποθώμεθα, καὶ μάλιστα νῦν, ὡς ἔτι ἐνέστηκε τὸ λειπόμενον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς μέρος.

Οὐδὲ γὰρ ὀλίγος ἐστὶν ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ὁ ὑπολειπόμενος, εἰ βουληθείημεν μικρὸν ἀνανῆψαι. Τοῦτο δὲ εἶπον, οὐκ ἐπειδὴ τοσούτου χρόνου μόνου δεῖται τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν ἡ διόρθωσις, ἀλλ' ἐπειδὴ Δεσπότην ἔχομεν φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον, καὶ οὐ δεῖται χρόνου πολλοῦ· μόνον ἐὰν μετὰ πολλῆς τῆς θερμότητος καὶ τῆς νήψεως αὐτῷ προσίωμεν, ἀποστήσαντες ἑαυτοὺς τῶν βεβιωμένων ἁπάντων, καὶ προσηλώσαντες τῇ ἄνωθεν ῥοπῇ. Καὶ γὰρ οἱ Νινευῖται τοσούτῳ πλήθει ἁμαρτιῶν βεβαρημένοι, ἐπειδὴ πολλῇ καὶ ἀκριβεῖ τῇ μετανοίᾳ ἐχρήσαντο, οὐκ ἐδεήθησαν πλέονος ἢ τριῶν ἡμερῶν πρὸς τὸ ἐκκαλέσασθαι τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαν ἀπόφασιν ἄκυρον ἀποφῆναι. Καὶ τί λέγω, οἱ Νινευῖται ; Ὁ λῃστὴς ὁ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐδεήθη. Καὶ τί λέγω μιᾶς ἡμέρας ; Οὐδὲ βραχείας ὥρας. Τοσαύτη ἐστὶν ἡ περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία. Ἐπειδὰν γὰρ ἴδῃ τὸν τόνον τῆς ἡμετέρας γνώμης, καὶ πόθῳ ζέοντι προσιόντας ἡμᾶς, οὐ μέλλει, οὐδὲ ἀναβάλλεται· ἀλλὰ ταχεῖαν παρέχει τὴν παρ' ἑαυτοῦ φιλοτιμίαν, καὶ λέγει· Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· ἰδοὺ πάρειμι. [a] Ἂν τοίνυν βουληθῶμεν καὶ ἡμεῖς ἐν ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ταύταις σπουδήν τινα ἐπιδείξασθαι, καὶ τῇ συμμαχίᾳ τῇ ἀπὸ τῆς νηστείας εἰς δέον χρήσασθαι, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ἀποτιναξάμενοι, εὐχὰς ἐκτενεῖς ποιήσασθαι πρὸς τὸν Δεσπότην, δάκρυα θερμὰ προχέειν, κατηγορεῖν συνεχῶς τῶν ἡμῖν πεπλημμεληκότων, προτιθέναι καθάπερ ἰατρῷ τὰ ἡμέτερα τραύματα, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἕλκη δεικνύναι, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἰατρείαν ἐπιζητεῖν,

[a] Unus Codex a Savilio memoratus *οὐκοῦν βουληθῶμεν*, quæ lectio licet omnino non placeat, attamen sententiam alioquin imperfectam plenam exhibebit. Verum non insolens est Chrysostomo, cum longissimas nectit periodos, sententiam non perficere, alio videlicet ob copiam sententiarum abductus.

καὶ τὰ ἄλλα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν, συντριβὴν διανοίας, κατάνυξιν ἀκριβῆ, ἐλεημοσύνην δαψιλῆ, τὰ λοιπὰ πάθη τὰ διαταράττοντα ἡμῶν τὸν λογισμὸν χαλινοῦν, καὶ ἐξορίζειν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ D μήτε ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας πολιορκεῖσθαι, μήτε μνησικακεῖν πρὸς τοὺς πλησίον, καὶ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως ὁ Θεὸς μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται, ὡς τὸν μνησικακοῦντα ἄνθρωπον καὶ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἐπὶ τῆς ψυχῆς διηνεκῶς φυλάττοντα. Τοσαύτη γὰρ ταύτης ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας ἡ λύμη, ὅτι καὶ φιλανθρωπίαν Θεοῦ ἀνεκαλέσατο. Καὶ ἵνα μάθητε, ὑπομνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι τῆς παραβολῆς τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένης, ὅπως ἐκεῖνος ὁ τῶν μυρίων ταλάντων τὴν συγχώρησιν δεξάμενος παρὰ τοῦ δεσπότου, ἐπειδὴ προσέπεσε, καὶ ἐδεήθη, καὶ ἱκέτευσε. Σπλαγχνισθεὶς γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ E ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον συνεχώρησεν αὐτῷ. Εἶδες εὐσπλαγχνίαν δεσπότου; Ἐκεῖνος προσέπιπτεν ἱκετεύων προθεσμίαν αὐτῷ δοθῆναι. Μακροθύμησον γὰρ ἐπ' ἐμοὶ, φησὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Ἀλλ' ὁ ἀγαθὸς δεσπότης, ὁ κηδεμὼν καὶ φιλάνθρωπος, ἐπικαμφθεὶς τῷ ἱκέτῃ, οὐχ ὅσον ᾔτησε, τοσοῦτον παρέ- 265
σχεν, ἀλλ' ὅσον οὐδὲ ἐνενόησε. Τοιοῦτον γὰρ αὐτῷ A
ἔθος ἀεὶ νικᾶν καὶ προφθάνειν τὰς ἡμετέρας αἰτήσεις. Ἐκείνου τοίνυν ἐνδοθῆναι παρακαλέσαντος, καὶ ὑποσχομένου πᾶσαν ποιήσασθαι τὴν ἔκτισιν, ὁ ἀγαθότητι νικῶν τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα, σπλαγχνισθεὶς λοιπὸν ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Εἶδες τί μὲν ὁ δοῦλος ᾔτησατο, ὅσον δὲ ὁ δεσπότης ἐχαρίσατο; Ὅρα πάλιν αὐτοῦ τούτου τὴν ἀπόνοιαν. Δέον γὰρ κατὰ τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν καὶ τὴν ἄφατον εὐεργεσίαν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην συμπαθέστατον αὐτὸν καταστῆναι περὶ τοὺς ὁμογενεῖς, ὁ δὲ τὸ ἐναντίον ἐπιδείκνυται. Ἐξελθὼν γὰρ, φησὶν, οὗ- B τος αὐτὸς, ὁ τῶν μυρίων ταλάντων τὴν συγχώρησιν δεξάμενος. Ἀκούετε, παρακαλῶ, μετὰ ἀκριβείας· τὰ γὰρ τούτῳ συμβάντα ἱκανὰ καθικέσθαι τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ πεῖσαι τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα ἐξορίσαι τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας. Οὗτος τοίνυν ἐξελθὼν εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια. Σκόπει πόσον τὸ μέσον. Ὧδε σύνδουλος ὁ ὀφείλων ἑκατὸν δηνάρια, ἐκεῖ δεσπότης ὁ ἀπαιτῶν, καὶ μύρια ἦν τάλαντα· καὶ ὅμως ἐπειδὴ εἶδεν ἱκετεύοντα καὶ παρακαλοῦντα, συνεχώρησεν· οὗτος δὲ Κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων· ἀπόδος μοι εἴ τι C ὀφείλεις. Τί οὖν; Πεσὼν, φησὶν, ὁ σύνδουλος αὐτοῦ. Ὅρα πῶς συνεχῶς στρέφει τὸ ῥῆμα τοῦτο ὁ εὐαγγελιστής, Ὁ σύνδουλος αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐδὲν μεταξὺ αὐτῶν τὸ μέσον. Καὶ ὅμως τὴν αὐτὴν ἱκετηρίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο, ἣν καὶ οὗτος πρὸς τὸν δεσπότην, λέγων· Μακροθύμησον ἐπ'

et alia quæ a nobis exiguntur afferre: contritionem cordis, compunctionem veram, largam elecmosynam; affectiones quæ mentem nostram interturbant refrenare, et ex anima eliminare: ita ut neque divitiarum cupiditate expugnemur, neque injurias illatas vindicare cupiamus, neque hostiliter in proximum affecti simus. Nihil enim, nihil utique omnium Deus ita odit et aversatur, ut hominem ultionis avidum, et in animo suo perpetuas adversus proximum servantem inimicitias. Tantum enim ejus peccati damnum est, ut misericordiam Dei revocet, nec locum habere sinat. Quod ut sciatis, evangelicam vobis parabolam refero, quomodo ille decem millium talentorum debitor, remissionem omnium a domino consequutus sit, procidit et oravit. *Misericordia* enim *motus*, inquit, *dominus ejus*, *etiam debitum ei remisit.* Vidisti misericordiam domini? Ille procidit, et rogavit ut longius sibi tempus præfiniretur. *Patientiam habe in me*, inquit, *et omnia tibi reddam.* Sed bonus dominus, misericors, nostrique curam agens, supplici propitius, non solum quantum petiit, sed quantum ne cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim ejus mos est, ut vincat, et præveniat petitiones nostras. Illo itaque orante ut severitatem dominus remitteret, et promittente soluturum se omnia, dominus bonitate sua vincens nostra delicta, misericordia motus, dimisit eum, debitumque totum ei remisit. Vidisti quid servus oraverit, et quantum ei dominus dimiserit? Vide e diverso et servi insolentiam: cum deberet enim secundum tantam benignitatem et ineffabilem beneficentiam sibi exhibitam, et ipse erga proximum bene affectus esse, contrario prorsus modo se gessit. *Egressus* enim, inquit, *ille*, qui *Matth.* 18. 27. *Ib.* v. 28. decem millium talentorum remissionem assequutus erat. Audite, obsecro, diligenter: quæ illi acciderunt, sufficiunt ad corripiendas animas nostras, et ad persuadendum ut tollatur gravis ille morbus e mente nostra. *Hic* igitur, inquit, *Egressus invenit unum e conservis suis, qui debebat ei centum denarios.* Vide quantum interest. Hic conservus debebat centum denarios, illic dominus erat qui repetebat decem millia talentorum: nihilominus quia vidit supplicantem et orantem, dimisit. At iste *Apprehensum servum suffocabat, dicens: Redde mihi si quid debes.* Quid igitur? *Procidens*, inquit, *Ibid.* v. 29. *conservus ejus.* Vide quomodo subinde evangelista verbum, *Conservus*, versat, non temere, sed ut discamus illos pares omnino fuisse. Ve-

rumtamen conservus ei supplicabat eodem modo, quo ille antea domino, dicens : *Patientiam habe in me, et omnia tibi reddam. Ille autem,* inquit, *egressus, conjecit illum in carcerem, donec omne debitum sibi numeraret.* O animum summe ingratum! adhuc recenti memoria tenebat, quanta dominus liberalitate secum egerat, neque sic aliqua commiseratione motus est : sed prius quidem suffocabat, nunc vero in carcerem conjecit.

Matth. 18. 30.

Ibid. v. 31. 7. Cæterum vide quid sequatur. *Ut viderunt,* inquit, *conservi illius, contristati sunt : et ut venerunt ad dominum suum, rem omnem declararunt.* Non ille quidem qui ita male affectus erat, (quomodo enim potuisset, in carcerem conjectus?) sed alii conservi, et qui nulla injuria affecti, quasi injuria affecti, ita mœsti erant, dominumque adeuntes, rem narraverunt.

Ibid. v. 32. Jam vide domini indignationem. *Tunc accersito eo,* inquit, *dicit : Serve nequam.* Vere hic videre licet quam perniciosum sit injuriarum reminisci. Quoniam cum decem millia talenta exigebat, non vocavit eum malum : sed nunc, cum conservo crudelis fuit, *Serve nequam,* inquit, *omne debitum remisi tibi, quia rogasti me.* Vide quomodo declarat ingentem ejus malitiam. Num aliquid amplius fecisti? inquit. Nonne paucula tantum verba dixisti, et suscepta petitione tua totum illud grande et immensum debitum remisi? *Nonne et te misereri oportebat conservi tui, sicut ego tui misertus sum?* Qua dignus eris venia, si ego dominus tuus tantum pondus debitorum propter illa nuda verba dimisi : tu autem conservi tui, qui est ejusdem naturæ, non es misertus, neque inflecti potuisti, neque recordatus eorum quæ a me tibi concessa sunt, ullam commiserationem præ te tulisti, sed inhumanus fuisti et crudelis, conservique misereri noluisti? Idcirco hic tandem re ipsa disces quantorum tibi ipsi malorum auctor

Ibid. v. 33.

Ibid. v. 34. fueris. *Et iratus dominus ejus tradidit illum tortoribus.* Vide et nunc ipsum irasci ob inhumanitatem erga servum et tortoribus illum tradere : id quod prius non fecit, cum tot debitorum reus esset, nunc fieri jubet. *Tradidit* enim *illum tortoribus, donec omne debitum redderet :* donec, inquit, decem millia talenta, quæ jam remissa erant, dinumeraret. Magna et ineffabilis Dei clementia : cum ipse quidem debitum repeteret, ad nudas tantum preces totum remit-

ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Ὁ δὲ, φησὶν, ἀπελθὼν ἔβαλέν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. Ὢ τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβολή· ἐναυλον ἔχων τὴν μνήμην τῆς τοσαύτης γενομένης φιλοτιμίας, οὐδὲ οὕτως ἠνέσχετο συμπαθές τι λογίσασθαι· ἀλλὰ πρότερον μὲν ἔπνιγε, νῦν δὲ καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν.

Ἀλλ' ὅρα τί γίνεται. Ἰδόντες δὲ, φησὶν, οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ ἐλυπήθησαν· καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γινόμενα. Οὐκ ἐκεῖνος ὁ πεπονθὼς, (πῶς γὰρ, καθειργμένος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ;) ἀλλ' οἱ σύνδουλοι, οἱ μηδὲν ἠδικημένοι, ὡς ἀδικηθέντες, οὕτως ἠνιάθησαν, καὶ ἐλθόντες ἅπαντα ἐμήνυσαν. Ἀλλ' ὅρα τοῦ δεσπότου λοιπὸν τὴν ἀγανάκτησιν. Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν, φησὶ, λέγει· δοῦλε πονηρέ. Ἀληθῶς ἐντεῦθέν ἐστιν ἰδεῖν ὅσος τῆς μνησικακίας ὁ ὄλεθρος. Ἠνίκα γὰρ τὰ μύρια τάλαντα ἐμεθόδευεν, οὐκ ἐκάλεσεν αὐτὸν πονηρὸν, ἀλλὰ νῦν, ὅτε περὶ τὸν σύνδουλον γέγονεν ἀπηνὴς, Πονηρὲ δοῦλε, φησὶ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με. Ὅρα πῶς δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν. Μὴ γὰρ πλέον τι ἐπεδείξω; φησίν. Οὐχὶ ῥήματα ψιλὰ ἐποιήσω, καὶ δεξάμενός σου τὴν ἱκεσίαν, πᾶσαν ἐκείνην τὴν μεγάλην καὶ ἀπόῤῥητον ὀφειλὴν συνεχώρησα; Οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; Ποίας ἂν εἴης ἄξιος συγγνώμης, εἰ ἐγὼ μὲν ὁ δεσπότης σου τοσοῦτον ὄγκον [a] ὀφειλημάτων διὰ τὰ ψιλὰ ἐκεῖνα ῥήματα συνεχώρησα, σὺ δὲ τὸν σύνδουλόν σου τὸν ὁμογενῆ οὐκ ἠλέησας, οὐδὲ ἐπεκάμφθης, οὐδὲ εἰς μνήμην ἐλθὼν τῶν ὑπαρξάντων σοι παρ' ἐμοῦ, ἐπεδείξω τινὰ περὶ αὐτὸν συμπάθειαν, ἀλλ' ἀνελεὴς ἐγένου καὶ ὠμὸς, καὶ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου οὐκ ἠθέλησας; Διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μαθήσῃ διὰ τῆς πείρας ὅσων κακῶν ἑαυτῷ αἴτιος κατέστης. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς. Ὅρα καὶ νῦν αὐτὸν ὀργιζόμενον διὰ τὴν εἰς τὸν σύνδουλον ἀπανθρωπίαν, καὶ τοῖς βασανισταῖς παραδιδόντα· καὶ ὅπερ πρότερον οὐκ ἐποίησεν, ἠνίκα τοσούτοις τοῖς ὀφειλήμασιν ὑπεύθυνος ἦν, νῦν κελεύει γίνεσθαι. Παρέδωκε γὰρ αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον· ἕως οὗ, φησὶ, τὰ μύρια τάλαντα, ὧν τὴν συγχώρησιν ἤδη λαβὼν ἀπῆλθε, ταῦτα καταβάλλῃ. Μεγίστη καὶ ἄφατος ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· ἠνίκα μὲν γὰρ αὐτὸς ἐμεθόδευεν, ἐπειδὴ τὴν ἱκεσίαν ἐποιήσατο, συνεχώρησεν· ἐπειδὴ δὲ εἶδεν αὐτὸν περὶ τὸν σύνδουλον ὠμὸν καὶ ἀπάνθρω-

[a] Alii ὀφλημάτων.

πον γεγονότα, τότε λοιπὸν τὴν οἰκείαν ἀνακαλεῖται φιλοτιμίαν, δεικνὺς αὐτῷ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὡς οὐ τοσοῦτον ἐκεῖνον ἠδίκησεν, ὅσον ἑαυτόν. Καὶ καθάπερ ἐκεῖνος εἰς φυλακὴν ἔβαλεν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον, οὕτω καὶ αὐτὸς τοῖς βασανισταῖς παραδέδωκεν, ἕως οὗ ἅπασαν καταθῇ τὴν ὀφειλήν. Ταῦτα δὲ οὐ περὶ ταλάντων καὶ περὶ δηναρίων ἁπλῶς εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ ἁμαρτίας ὁ λόγος καὶ μεγέθους πλημμελημάτων, ἵνα μάθωμεν ὅτι ἡμεῖς μὲν μυρίων πλημμελημάτων δίκας ὀφείλοντες τῷ Δεσπότῃ, διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν συγχώρησιν παρ' αὐτοῦ δεχόμεθα. Ἐὰν δὲ περὶ τοὺς δμοδούλους καὶ τοὺς ὁμογενεῖς, καὶ τοὺς τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως κοινωνοῦντας ὠμοὶ καὶ ἀπάνθρωποι γενώμεθα, καὶ τὰ εἰς ἡμᾶς πλημμελούμενα μὴ διαλύσωμεν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν εὐτελῶν τούτων πονηρευώμεθα (ὅσον γὰρ ἑκατὸν δηνάρια πρὸς μύρια τάλαντα, τοσοῦτον τὸ μέσον τῶν ἡμετέρων πρὸς τὸν Δεσπότην πλημμελημάτων, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς γινομένων παρὰ τῶν ὁμογενῶν), τότε καὶ τὴν ἀγανάκτησιν ἐπισπασόμεθα τοῦ Δεσπότου, καὶ ὧν πρότερον τὴν συγχώρησιν ἐδεξάμεθα, τούτων πάλιν τὴν ὀφείλησιν μετὰ βασάνων ἀπαιτεῖσθαι κελευόμεθα. Ἵνα γὰρ μάθωμεν ἀκριβῶς ὅτι πρὸς ὠφέλειαν τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων τὴν παραβολὴν ταύτην παρήγαγεν ὁ Δεσπότης, ἄκουε τοῦ ἐπαγομένου· Οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ποιήσει ὑμῖν, φησίν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Μέγα τῆς παραβολῆς τὸ κέρδος, μόνον ἐὰν προσέχειν βουλώμεθα. Τί γὰρ τοσοῦτον ἀφεῖναι δυνάμεθα, ὅσον ἀφίεται ἡμῖν παρὰ τοῦ Δεσπότου; Καὶ ἡμεῖς μὲν, ἐὰν τοῦτο βουληθῶμεν, δμοδούλοις ἀφίεμεν· αὐτοὶ δὲ παρὰ τοῦ Δεσπότου τὴν συγχώρησιν δεχόμεθα. Καὶ ὅρα καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῶν εἰρημένων. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, ἐὰν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἡμαρτημένα, ἀλλὰ τί; Ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Σκόπει πῶς βούλεται αὐτὴν ἡμῶν τὴν καρδίαν ἐν γαλήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ τυγχάνειν, καὶ τὸν λογισμὸν ἡμῶν ἀτάραχον, καὶ παντὸς ἀπηλλάχθαι πάθους, καὶ πολλὴν πρὸς τοὺς πλησίον ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθαι τὴν φιλαγαθωσύνην. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν ἐστὶν αὐτοῦ ἀκοῦσαι λέγοντος· Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Μὴ τοίνυν νομίσωμεν ἕτερον εὐεργετεῖν, ὅταν τοῦτο ποιῶμεν, ἢ μεγάλην τινὰ εἰς ἐκεῖνον καταθέσθαι χάριν. Αὐτοὶ γὰρ ἐσμεν οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀπολαύοντες, καὶ πολὺ τὸ κέρδος ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν προξενοῦντες· ὥσπερ ἐὰν μὴ τοῦτο ποιῶμεν, πάλιν ἐκείνους μὲν οὐδ' ὅλως ἀδικῆσαί τι δυνησόμεθα, ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἀφόρητον τῆς γεέννης κόλασιν προευτρεπίζομεν. Διὸ, παρακαλῶ, ταῦτα λογιζόμενοι μηδέποτε

tit: cum autem in conservum videt crudelem et inhumanum, suam revocat liberalitatem, monstrans illi ex re ipsa quo pacto non tam illum, quam se ipsum offendisset. Et sicut ille conservum in carcerem conjecit, donec debitum redderet: ita et ipse tortoribus traditur, donec quod debebat numeraret. Hæc autem non de talentis et denariis simpliciter dixit, sed de peccatis erat sermo et delictorum magnitudine, ut discamus, nos quidem infinitorum peccatorum pœnas Domino debentes, propter ineffabilem illius misericordiam, remissionem ab ipso accipere. Si vero erga conservos et proximos, et eos, qui eamdem quam nos naturam sortiti sunt, crudeles et inhumani fuerimus, et quæ in nos commissa sunt non dimiserimus, sed pro re frivola molesti fuerimus (quantum enim interest inter centum denarios, et decem milla talenta, tantum et inter ea quæ nos in Dominum, et ea quæ congeneres in nos deliquerunt), tunc et nos in indignationem Domini incidemus, et ea quæ jam antea dimissa erant, solvere iterum in tormentis cogemur. Porro ut diligenter discamus parabolam hanc ob animarum nostrarum salutem a Domino adductam, audi quæ inferuntur: *Sic et Pater vester cælestis faciet vobis*, inquit; *si non unusquisque fratri suo remiseritis e cordibus vestris delicta illorum*. Magnum parabolæ lucrum, modo attendere voluerimus. Quid enim tantum poterimus dimittere, quantum nobis a Domino dimittitur? Et nos quidem si hoc voluerimus, conservis remittimus; ipsi vero a Domino remissionem accipimus. Et vide ut diligenter singula sunt dicta. Non enim dixit simpliciter, Si non dimiseritis hominibus peccata: sed, *Si non unusquisque fratri suo remiseritis e cordibus vestris delicta illorum*. Adverte quomodo vult cor nostrum in quiete et tranquillitate esse, et mentem nostram a perturbationibus alienam, affectionibusque omnibus liberam, plurimumque nos erga proximum dilectionis studium declarare. Et alio quoque loco iterum dicentem audire licet: *Si dimiseritis hominibus delicta illorum, dimittet et vobis Pater vester cælestis*. Ne igitur putemus, dum hoc facimus, nos alteri gratificari, aut magnum quoddam beneficium apud illum deponere. Nam ipsi sumus qui beneficio fruimur, et multum lucri inde nobis conciliamus: sicut etiam si hoc non fecerimus, omnino nihil eos lædere poterimus, nobis ipsis autem intolerabilem gehennæ pœnam paramus. Idcirco, obsecro, ut cogitantes hæc, numquam

Matth. 18. 35.

Matth. 6. 14.

admittamus, ut eorum qui nos contristarunt, vel alias offenderunt, injuriæ reminiscamur, vel inimico animo erga illos afficiamur: sed considerantes quanta hoc nobis afferat beneficia, et quantam apud Dominum fiduciam; et ante omnia, quod reconciliari cum iis qui nos injuria affecere, peccatorum nostrorum absumtio quædam sit: festinemus et anhelemus ut paratum inde lucrum reputantes, tam officiosi in eos simus qui nos offenderunt, quam sumus in eos qui vere nobis benefaciunt. Nam si sapimus, non ita nobis prodesse poterunt qui benevoli in nos sunt et demereri cupiunt, ut istorum cultus et observatio divinum favorem nobis conciliabit, nosque sarcina peccatorum levabit.

8. Cogita, obsecro, dilecte, quanta sit hujus virtutis magnitudo, et disce vel ex præmiis quæ propter illam universi Dominus promisit. Nam cum dixisset: *Diligite inimicos vestros, benedicite eis qui persequuntur vos, orate pro calumniantibus vos*: quia sublimia sunt præcepta, summumque verticem tangentia, inquit: *Ut efficiamini similes Patri vestro, qui in cœlis est: quia solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Vidisti quantum facultas fert humana, cui similis fiat qui non solum non ulciscitur eum qui offendit, sed et pro eo orare studet? Ne igitur negligentia nostra talibus nos fraudemus bonis, et præmiis quæ omnem sermonem transcendunt: sed modis omnibus boni hujus operis nobis cura sit, cogaturque et erudiatur mens ut pareat Dei præceptis. Nam propterea hanc admonitionem et ego nunc feci, et parabolam in medium attuli; et quanta sit hujus boni operis magnitudo, et quantum inde lucrum nobis accrescat, ostendi, ut cum adhuc tempus est, si quis ex vobis est qui alium habeat sibi infensum, operam det ut officiose reconcilietur. At ne quis mihi dicat: Semel atque iterum oravi, et non assensit: si hoc sincere faciamus, non prius quiescamus, donec multa sedulitate victoriam adepti, illum nobis conciliemus, et a suis in nos inimicitiis abducamus. Numquid illi aliquid largimur? In nos transeunt beneficia: Dei favorem hinc assequimur, peccatorum nostrorum veniam consequimur, magnam apud Dominum fiduciam accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam terribilemque hanc mensam accedere, et verba illa quæ precationi inserta sunt, fideliter dicere. Sciunt initiati quid dicatur. Proinde uniuscujusque con-

Matth. 5. 44.

Ibid. v. 45.

Dimitte nobis

ἀνεχώμεθα τοῖς λελυπηκόσιν ἡμᾶς, ἢ ἑτέρως πως ἀδικήσασι μνησικακεῖν, ἢ ἐχθρωδῶς πρὸς αὐτοὺς διακεῖσθαι· ἀλλ' ἐννοοῦντες ὅσης ἡμῖν εὐεργεσίας πρόξενοι καὶ παῤῥησίας παρὰ τῷ Δεσπότῃ γίνονται, καὶ πρὸ πάντων ὅτι δαπάνη τυγχάνει τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων ἡ πρὸς τοὺς λυπήσαντας καταλλαγή, C σπεύδωμεν καὶ ἐπειγώμεθα, καὶ τὸ ἐκ τούτου κέρδος ἐννοοῦντες τοσαύτην ἐπιδειξώμεθα περὶ τοὺς ἠδικηκότας θεραπείαν, ὡσανεὶ πρὸς εὐεργέτας ἀληθῶς. Ἐὰν γὰρ νήφωμεν, οὐχ οὕτως οἱ γνησίως περὶ ἡμᾶς διακείμενοι καὶ παντὶ τρόπῳ θεραπεύειν σπουδάζοντες ὠφελῆσαι ἡμᾶς δυνήσονται, ὡς ἡ περὶ τούτους θεραπεία, ἀξίους ἡμᾶς τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἀπεργαζομένη, καὶ τοῦ φορτίου τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν ἐπικουφίζουσα.

Ἐννόησον γάρ μοι, ἀγαπητέ, ὅσον τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος ταύτης ἀπὸ τῶν ἐπάθλων, ὧν ἐπηγγείλατο τοῖς ταύτην κατωρθωκόσιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Εἰπὼν γὰρ, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων D ὑμᾶς· ἐπειδὴ μεγάλα ἦν τὰ ἐπιτάγματα καὶ τῆς ἄκρας αὐτῆς ἁπτόμενα κορυφῆς, φησίν· Ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Εἶδες κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην τίνι παρόμοιος γίνεται ὁ μὴ μόνον μὴ ἀμυνόμενος τοὺς λελυπηκότας, ἀλλὰ καὶ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν σπουδάζων; Μὴ τοίνυν ἀποστερῶμεν ἑαυτοὺς διὰ ῥᾳθυμίαν τοιούτων δωρεῶν καὶ τῶν ἐπάθλων τῶν πάντα λόγον ὑπερβαινόντων, ἀλλὰ E παντὶ τρόπῳ τοῦτο κατορθῶσαι σπουδάζωμεν, καὶ βιασάμενοι τὸν λογισμὸν παιδεύσωμεν εἴκειν τῷ τοῦ Θεοῦ ἐπιτάγματι. Διὰ γὰρ τοῦτο κἀγὼ νῦν ἐποιησάμην ταύτην τὴν παραίνεσιν, καὶ τὴν παραβολὴν εἰς μέσον ἤγαγον, καὶ τοῦ κατορθώματος ἔδειξα τὸ μέγεθος, καὶ ὅσον ἡμῖν ἐκ τούτου κέρδος γίνεται, ἵνα, ὡς ἔτι καιρὸς, ἕκαστος ἡμῶν, εἴ τινα ἔχοι ἐχθρωδῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενον, σπουδὴν ποιήσηται διὰ τῆς πολλῆς θεραπείας καταλλάξαι αὐτὸν ἑαυτῷ. Καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον παρεκάλεσα, καὶ οὐ 268 προσήκατο· εἰ ἀπὸ εἰλικρινείας τοῦτο πράττωμεν, μὴ A πρότερον παυσώμεθα, μέχρις ἂν τῇ πολλῇ προσεδρίᾳ νικήσαντες, ἐφελκυσώμεθα αὐτὸν, καὶ ἀποστήσωμεν τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθείας. Μὴ γὰρ ἐκείνῳ τι χαριζόμεθα; Εἰς ἡμᾶς διαβαίνει τὰ τῆς εὐεργεσίας· τοῦ Θεοῦ τὴν εὔνοιαν ἐπισπώμεθα, τῶν ἁμαρτημάτων τὴν συγχώρησιν ἑαυτοῖς προαποτιθέμεθα, παῤῥησίαν πολλὴν πρὸς τὸν Δεσπότην ἐκ τούτου λαμβάνομεν. Ἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δυνησόμεθα μετὰ καθαροῦ συνειδότος καὶ τῇ ἱερᾷ ταύτῃ καὶ φρικτῇ τραπέζῃ προσελθεῖν, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τὰ τῇ εὐχῇ συνεζευγμένα μετὰ παῤῥησίας φθέγξασθαι. Ἴσασιν οἱ

μεμυημένοι τὸ λεγόμενον. Διὸ τῷ ἑκάστου συνειδότι καταλιμπάνω εἰδέναι, πῶς μὲν κατωρθωκότες τὴν B ἐντολὴν μετὰ παῤῥησίας προέσθαι ταῦτα δυνάμεθα κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τὸν φοβερόν. Εἰ δὲ ῥαθυμήσαιμεν, πόσης ἡμῖν οὐκ ἂν γένοιτο κατακρίσεως αἴτιον ἐναντία τοῖς ῥήμασι διαπραττομένοις, τολμᾷν ἁπλῶς καὶ εἰκῇ προφέρειν τὰ τῆς εὐχῆς ῥήματα, καὶ μεῖζον ἑαυτοῖς ἐπισωρεύειν τὸ πῦρ, καὶ τὴν ἀγανάκτησιν ἐκκαλεῖσθαι τοῦ Δεσπότου; Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι ὁρῶν ὑμᾶς μεθ' ἡδονῆς ἀκούοντας τὰ λεγόμενα, καὶ διὰ τοῦ κρότου δεικνύντας, ὅτι ἕτοιμοι γενέσθαι σπουδάζετε, καὶ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν δεσποτικὴν ταύτην παραίνεσιν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἰατρεῖον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τοῦτο φάρμακον τοῖς ἡμετέροις τραύμα- C σιν, αὕτη ἀρίστη ὁδὸς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐαρεστήσεως, τοῦτο μέγιστον δεῖγμα φιλοθέου ψυχῆς, τὸ διὰ τὸν τοῦ Δεσπότου νόμον πάντα καταδέχεσθαι, καὶ μὴ ὑποσύρεσθαι ὑπὸ τῆς τῶν λογισμῶν ἀσθενείας, ἀλλ' ἀνωτέρους γίνεσθαι τῶν παθῶν, ἐννοοῦντας τὰς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας γεγενημένας. Καὶ [a] ὅσῳπερ ἂν ἐπιδειξώμεθα, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν φθάσαι μέρος δυνησόμεθα τῶν τε ἤδη παρασχεθέντων ἡμῖν, τῶν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς ἡμᾶς γινομένων, καὶ τῶν τεταμιευμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, εἰ βουληθείημεν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ D προστεταγμένα. Ἕκαστος τοίνυν ἐντεῦθεν ἐξιὼν, ἔργον τοῦτο ποιησάσθω, καὶ ὡς ἐπὶ θησαυρὸν μέγιστον σπευδέτω, καὶ μηδὲ τὸ τυχὸν ἀναβαλλέσθω. Κἂν καμεῖν δέῃ, κἂν ζητῆσαι, κἂν μακρὰν ὁδὸν ἀπελθεῖν, κἂν δυσκολίαι τινὲς ὦσι, πάντα ταῦτα τὰ κωλύματα ἀνέλωμεν. Ἑνὸς μόνου γινώμεθα, πῶς τὸ παρὰ τοῦ Δεσπότου ἐπιταχθὲν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν δυνηθῶμεν, καὶ τῆς ὑπακοῆς τὸν μισθὸν κομίσασθαι. Μὴ γὰρ οὐκ οἶδα ὅτι βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς φαίνεται τὸ πρὸς τὸν ἐχθρωδῶς διακείμενον καὶ πολεμίως ἀπελθεῖν καὶ E στῆναι καὶ διαλεχθῆναι; Ἀλλ' ἐὰν ἐννοήσῃς τοῦ ἐπαγγέλματος τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς ἀμοιβῆς τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι οὐκ εἰς ἐκεῖνον, ἀλλ' εἰς σὲ ἀνατρέχει τὰ τῆς εὐεργεσίας, πάντα σοι κοῦφα καὶ ῥάδια φανεῖται. Ταῦτα τοίνυν στρέφοντες ἐν τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἡμετέροις, περιγινώμεθα τῆς συνηθείας, καὶ εὐσεβεῖ λογισμῷ τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ Χριστοῦ πληρωταὶ γινώμεθα, ἵνα καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ ἀμοιβῶν ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

scientiæ relinquo quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tempus hæc fidenter dicere possimus. Quod si negligentes fuerimus, quanta hinc nobis condemnationis causa, qui cum ea quæ sunt dictis nostris contraria faciamus, audemus temere verba precum pronuntiare; et majorem nobis ipsis ignem exstruere, iramque Dei in nos provocare? Gaudeo et lætor, quia video vos tanta voluptate quæ dicimus audire, et plausu ostendere vos studere promtos esse, et ad dominici moniti adimpletionem paratos. Hæc enim animarum nostrarum medicina est, hoc vulnerum nostrorum pharmacum, hæc optima Deo placens via, hoc certissimum animæ Dei amantis indicium, suscipere omnia propter legem Domini, et a cogitationum infirmitate non retrahi, sed affectionibus imperare, animo versare beneficia nobis a Deo quotidie exhibita. Et quantumvis conemur, vix minimam partem exponere poterimus eorum vel quæ olim in nos collata sunt, vel quæ quotidie accipimus, vel quæ in futurum reposita sunt bona, si voluerimus mandata Domini opere complere. Igitur hinc exeuntes, istud in primis agendum quique proponant, et quasi ad thesaurum maximum festinent, neque vel minimum differant. Etiamsi labore vel inquisitione vel longo itinere opus sit, etiamsi molestiæ multæ sint, omnia hæc auferamus impedimenta. Unica nobis cura sit, quomodo mandatum Domini adimpleamus, et obedientiæ nobis afferatur merces. Num ignoro grave et molestum videri, ad eum qui hostiliter in te affectus sit, abire, cumque eo stare et loqui? At si mandati cogitaveris dignitatem et mercedis magnitudinem, et quo pacto non in illum, sed in te recurrant beneficia, omnia tibi levia et facilia videbuntur. Hæc igitur in mentibus nostris versantes, consuetudinem nostram vincamus, piaque mente dominica mandata adimpleamus; quo et a Christo remunerari mereamur gratia, et misericordia bonitatis ejus, quicum Patri, et sancto Spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

bis sicut et hos dimittimus.

[a] [Savil. conj. ὅσαπερ.]

HOMILIA XXVIII.

269 A

ΟΜΙΛΙΑ κη'.

Gen. 9. 8. —10. Et dixit Dominus Deus ad Noë, et ad filios ejus cum eo, dicens : Ecce ego statuo testamentum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos, et omni animæ viventi vobiscum, tam in volucribus, quam in pecudibus, et omnibus bestiis terræ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, λέγων · καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀνίστημι τὴν διαθήκην μου ὑμῖν, καὶ τῷ σπέρματι ὑμῶν μεθ' ὑμᾶς, καὶ πάσῃ ψυχῇ ζώσῃ μεθ' ὑμῶν, ἀπό τε ὀρνέων καὶ ἀπὸ κτηνῶν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς.

1. Heri proposita benedictione, quam consequutus est Noë a Domino ; qui post egressum ex arca altare ædificavit, et oblatis in gratiarum actionem hostiis gratum exhibuit animum, ulterius neque progredi, neque lectionem totam enarrare, neque quantam benignus Deus erga justum virum indulgentiam et sollicitudinem exhibuerit, ostendere potuimus. Nam sermonem nostrum, quia longius excurrebat, celeriter succidimus, ut ne multitudine jam dictorum vestra memoria obrueretur, non sine jactura eorum quæ dicenda erant. Non enim hoc solum nobis curæ fuit, ut multa diceremus : sed ut tanta, quæ vobis facile sit mente capere, quo cum lucro hinc abire liceat. Nam si nos plura quam par sit dixerimus, et vos nihil inde lucri percipiatis, quæ utilitas ? Scientes igitur, nos propter vestram utilitatem hunc laborem suscipere, et sufficientem nos mercedem accepisse credimus, si vestrum videamus profectum, et vos diligenter quæ dicuntur tenere in sinibus animi vestri reposita, continuo ea memorantes et ruminantes. Memoria enim olim dictorum faciet ut majori facilitate dicenda capere possitis, atque ita progressu temporis cæteros etiam docere. In hoc enim plane invigilamus et incumbimus, ut omnes vos perfecti et consummati sitis, et nihil eorum quæ in divinis Scripturis continentur vos lateat. Etenim eorum notitia, si vigiles sobriique esse volumus, et ad melioris vitæ frugem plurimum nobis conferet, alacrioresque ad virtutis labores efficiet. Nam cum doceamur omnibus justis magnam apud Deum esse fiduciam, qui afflicti et tentati per totam vitam suam, patientiam et gratum animum declararunt, et sic præmia sunt adepti : quomodo non et nobis curæ erit, ut eamdem incedamus viam, quo et eadem præmia obtineamus ? Ideo obsecro, ut quotidie aliquid accedat boni operis, et crescat vestrum ædificium spirituale, ac bona opera quæ olim fecistis, caute diligenterque custodiatis, et si qua adhuc

Τὴν εὐλογίαν εἰς τὸ μέσον προθέντες χθές, ἧς ὁ Νῶε ἠξιώθη παρὰ τοῦ Δεσπότου μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ θυσιαστήριον οἰκοδομήσας, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους θυσίας ἀναγαγὼν, καὶ τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν, καὶ παντὶ ἐπεξελθεῖν τῷ ἀναγνώσματι, καὶ δεῖξαι τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν συγκατάβασιν καὶ τὴν κηδεμονίαν, ἣν περὶ τὸν δίκαιον ἐπεδείξατο. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς πολὺ μῆκος ἡμῖν ὁ λόγος ἐξετάθη, ταχέως αὐτὸν συνεστείλαμεν, ὥστε μὴ τῷ πλήθει καταχῶσαι τὴν μνήμην ὑμῶν, μηδὲ τοῖς μετὰ ταῦτα λεγομένοις λυμήνασθαι τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἁπλῶς ἐσπουδάσαμεν μόνον, τὸ πολλὰ εἰπεῖν, ἀλλὰ τοσαῦτα βουλόμεθα λέγειν, ὅσα δυνατὸν καὶ ὑμᾶς τῇ μνήμῃ παρακατασχεῖν, καὶ κερδάναντας ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν. Εἰ γὰρ δὴ μέλλομεν καὶ ἡμεῖς πλείονα τοῦ δέοντος λέγειν, καὶ ὑμεῖς μηδὲν ἐκ τῶν λεγομένων καρποῦσθαι, τί τὸ ὄφελος; Εἰδότες τοίνυν ὅτι διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν τοῦτον ἀνεδεξάμεθα τὸν κάματον, καὶ αὐταρκοῦσαν ἀμοιβὴν εἰληφέναι νομίζομεν, εἰ τὴν ὑμετέραν θεασοίμεθα προκοπὴν μετὰ ἀκριβείας κατέχουσαν τὰ λεγόμενα, καὶ ἐν τοῖς κόλποις τῆς ὑμετέρας διανοίας ἐναπόθεσθε συνεχῶς ταῦτα κινοῦντες καὶ [a] ἀναμαρυκώμενοι. Ἡ γὰρ μνήμη τῶν ἤδη ῥηθέντων παρασκευάσει μετὰ πλείονος εὐκολίας ὑμᾶς δέχεσθαι καὶ τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, καὶ οὕτω τοῦ χρόνου προϊόντος καὶ ἑτέροις διδάσκαλοι γενήσεσθε. Τοῦτο γὰρ ἡμῶν ἡ πᾶσα ἀγρυπνία καὶ ἡ σπουδὴ, ὥστε πάντας ὑμᾶς τελείους καὶ ἀπηρτισμένους γενέσθαι, καὶ μηδὲν ὑμᾶς λανθάνειν τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κειμένων. Ἡ γὰρ τούτων γνῶσις, εἰ βουληθείημεν νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ πρὸς τὴν ἀρίστην πολιτείαν τὰ μέγιστα ἡμῖν συμβαλεῖται, καὶ προθυμοτέρους ἐργάσεται πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους. Ὅταν γὰρ παιδευθῶμεν ὅτι ἕκαστος τῶν δικαίων τῶν πολλὴν παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κτησαμένων, διὰ πειρασμῶν καὶ θλίψεων ὁδεύσας ἅπαντα τὸν βίον, καὶ πολλὴν τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἐπιδειξάμενος, οὕτω τῶν ἀμοιβῶν ἠξιώθη, πῶς οὐχὶ καὶ

[a] [Savil. in marg. e var. lect. ἀναμαρ.]

αὐτοὶ [b] σπουδάσομεν τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ὁδὸν ἐλθεῖν, E
ἵνα καὶ τῶν αὐτῶν αὐτοῖς τύχωμεν ἀμοιβῶν; Διὸ πα-
ραλαλῶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσθήκην τινὰ ἐργά-
ζεσθαι, καὶ αὔξειν ὑμῶν τὴν κατὰ Θεὸν οἰκοδομὴν,
καὶ τὰ μὲν ἤδη κατορθωθέντα μετὰ ἀσφαλείας καὶ
πολλῆς τῆς φυλακῆς διατηρεῖν, τὰ δὲ λείποντα προστι-
θέναι, ἵνα οὕτως εἰς αὐτὴν τὴν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς
φθάσητε, εἰς καύχημα ἡμέτερον, εἰς οἰκοδομὴν τῆς
Ἐκκλησίας, εἰς δόξαν Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ὁρῶν ὑμῶν 270
τὸ ἀκόρεστον περὶ τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν, οὐ A
παύομαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καίτοι πενίαν πολλὴν
ἐμαυτῷ συνειδὼς, τὴν ἑστίασιν ὑμῖν τὴν ἀπὸ τῶν
θείων Γραφῶν παρατιθεὶς, καὶ ἅπερ ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ
χάρις διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν καὶ διὰ τὴν ὑμε-
τέραν ὠφέλειαν χορηγήσῃ, ταῦτα ταῖς ὑμετέραις
ἀκοαῖς παρατιθέμενος. Φέρε οὖν καὶ σήμερον δείξω-
μεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὴν
ὑπερβολὴν, ἣν περὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐπιδείκνυ-
ται, αὐτὰ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντα τῷ Νῶε εἰς
μέσον προτιθέντες. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ τοῖς
υἱοῖς αὐτοῦ. Μετὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν καὶ τοὺς υἱοὺς B
αὐτοῦ, καὶ εἰπεῖν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ τὴν
ἀρχὴν τὴν κατὰ τῶν ἀλόγων ἁπάντων ἐγχειρίσαι, καὶ
τὴν ἐξουσίαν δοῦναι τοῦ, ὡς λάχανα χόρτου, οὕτω τούτων
ποιεῖσθαι τὴν μετάληψιν, καὶ ἐντείλασθαι ὥστε κρέα
ἐν αἵματι μὴ φαγεῖν, κηδόμενος ἔτι καὶ τοῦ δικαίου
καὶ τῶν μετὰ ταῦτα μελλόντων ἔσεσθαι, καὶ φιλοτι-
μούμενος ἀεὶ ταῖς εὐεργεσίαις τὴν ἡμετέραν φύσιν,
προστίθησι πάλιν εὐεργεσίας μείζους καί φησι· Καὶ
εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ,
λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνιστῶ τὴν διαθήκην μου ὑμῖν, καὶ
τῷ σπέρματι ὑμῶν μεθ' ὑμᾶς, καὶ πάσῃ ψυχῇ ζώσῃ
μεθ' ὑμῶν, ἀπὸ ὀρνέων καὶ ἀπὸ κτηνῶν, καὶ πᾶσι C
τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ὅσα μεθ' ὑμῶν, ἀπὸ πάντων τῶν
ἐξελθόντων ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ· καὶ στήσω τὴν διαθή-
κην μου πρὸς ὑμᾶς· καὶ οὐκ ἀποθανεῖται πᾶσα σὰρξ
ἔτι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ κατακλυσμοῦ· καὶ οὐκ ἔτι
ἔσται κατακλυσμὸς ὕδατος, καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν
γῆν. Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν τὸν δίκαιον ἔτι ἐναγώνιον εἶναι,
καὶ τῷ δέει καταβεβλῆσθαι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ εἴ
ποτε συμβαίη μικράν τινα ἐπομβρίαν γενέσθαι, ἔμελ-
λεν ἂν ὀλύειν καὶ ἀναχαιτίζειν, ὡς πάλιν τοιούτου
κλυδωνίου τὴν οἰκουμένην καταλαμβάνοντος, ἵνα καὶ
αὐτὸς ἔχῃ θαῤῥεῖν καὶ οἱ εἰς τὸ ἑξῆς ἅπαντες, ὁ ἀγα-
θὸς Δεσπότης εἰδὼς ὅτι καὶ τὸ τυχὸν αὐτὸν λυποῦν D
θορυβῆσαι δυνήσεται· ἡ γὰρ πεῖρα τῶν παρελθόντων
ἱκανὴ πολλὴν δειλίαν ἐμβαλεῖν· ἐπεὶ οὖν εἰκὸς ἦν τὸν
μακάριον τοῦτον καὶ ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὑετοῦ κατα-
πλαγῆναι καὶ δειλιάσαι, διὰ τοῦτο ὁ ἀγαθὸς Θεὸς
μονονουχὶ θαῤῥεῖν αὐτὸν παρασκευάζων, καὶ παντὸς

desiderantur adjiciatis, ut sic in summum virtutis perveniatis fastigium, in nostram gloriam, in ædificationem Ecclesiæ, in honorem Christi. Sane ego videns inexplebile vestrum erga spiritualem doctrinam studium, etiamsi conscius sim magnæ meæ tenuitatis, non intermitto quotidie convivium ex divinis Scripturis apparare, et quæcumque Dei gratia propter suam benignitatem et vestram utilitatem suppeditaverit, vestris auribus proponere. Age igitur et hodie indicemus caritati vestræ eminentem Dei benignitatem, quam humano generi contulit, et ob id verba quæ Deus ad Noë dixit afferamus. 8. *Et dixit Deus ad Noë, et filios illius.* Postquam benedixit illum, et filios illius, et dixit, *Crescite et multiplicamini*, et tradidit illis dominium super bruta omnia, potestatemque dedit hisce quasi oleribus herbarum vesci, nec non et mandavit ut carnes in sanguine non comedant, adhuc gerens curam justi et posteritatis, beneficiisque nostrum genus ubertim afficiens, denuo majora adjicit beneficia et inquit, *Dixitque Dominus Deus Noë et filiis illius cum ipso, dicens*: 9. *Ecce statuo testamentum meum vobiscum, et semini vestro post vos,* 10. *et omni animæ viventi vobiscum, a volucribus et pecoribus, et omnibus bestiis terræ, quæcumque sunt vobiscum, et omnibus quæ egressa sunt ex arca;* 11. *et statuam testamentum meum vobiscum: et non morietur ultra omnis caro ex aquis diluvii; nec erit ultra diluvium aquæ, quod omnem terram corrumpat.* Quia verisimile erat justum illum adhuc in angore esse, et mentem illius formidine teneri; et si quando ingrueret parvus aliquis imber, futurum tristem et attonitum, quasi denuo talis tempestas mundum involutura esset: ideo ut et ipse fidere posset posteritasque omnis, optimus Deus probe sciens illum vel minimam rem turbare posse: nam præteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti: itaque quia verisimile erat beatum hunc parvam ob pluviam formidaturum, idcirco benignus Deus, quasi fiduciam illi adhibiturus,

[b] Savil. et quinque Mss. σπουδάσωμεν. Morel. et alii σπουδάσομεν, et sic legendum arbitratur Savilius.

et ab omni formidine solutum, in magnam securitatem et jucunditatem inducturus, promittit ipsi se ejusmodi pœnam ultra non esse illaturum.

2. Et quidem pridem et ante benedictionem hoc promiserat dicens, quemadmodum audivistis, *Non adjiciam ultra ut maledicam terræ* : etiamsi hominum malitia increscat, non tamen ego humanum genus tali subjiciam pœnæ. Nam monstrando ineffabilem suam benignitatem, idipsum nunc denuo promittit, ut bene confidat justus, nec cogitet apud se, ac dicat : Cum olim benedictionem generi nostro dedisset, et ut valde multiplicaretur effecit ; communem tamen illam omnium internecionem invexit. Ut igitur omnem e cogitationibus illius tumultum expelleret, et certo constaret ipsi non fore ultra rem similem : Quemadmodum, inquit, diluvium ex misericordia induxi, ut et malitia impediatur, neque ulterius progredi possit, ita et nunc eadem misericordia polliceor me id non ultra facturum, ut seposito omni mœrore præsentem vitam transigatis. Ideo dixit : *Ecce statuo testamentum meum*, hoc est, pactum ineo. Sicut in humanis negotiis si quis promittit aliquid, pactum facit, magnam præbens securitatem : ita et bonus Dominus inquit : *Ecce statuo testamentum meum.* Et bene dixit, *Statuo*, pro eo, quod est, Ecce ego instauro ea quæ ex peccatorum pernicie acciderant, et *Statuo testamentum meum vobiscum et cum semine vestro post vos.* Vide clementiam Domini ; quasi diceret : Non tantum vobiscum statuo pactum, sed et iis qui vos sequentur, stabile et firmum fore pronuntio. Postea ut suam declaret liberalitatem, inquit : *Et omni animæ viventi vobiscum, a volatilibus et a pecoribus, et omnibus bestiis terræ, quæcumque sunt vobiscum ex omnibus quæ egressa sunt ex arca ; et statuam testamentum meum vobiscum : et non morietur omnis caro ultra ab aqua diluvii ; et non ultra erit diluvium aquæ, ut corrumpat omnem terram.* Vidisti pactorum magnitudinem? vidisti promissionum ineffabilem liberalitatem? Considera quomodo benignitatem suam denuo usque ad bruta et feras extendat, et merito quidem. Quod enim sæpe dixi, hoc et nunc dico. Nam quia propter hominem hæc producta sunt, ideo et illorum beneficiorum partem habent quæ homini concessa sunt. Et videtur quidem commune

Gen. 8. 21.

271

[a] Aliquot Mss. ὀρνέου.

δέους αὐτὸν ἀπαλλάττων, καὶ ἐν ἀδείᾳ πολλῇ καὶ εὐθυμίᾳ καθιστὰς, ὑπισχνεῖται αὐτῷ μηκέτι τοιαύτην τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν.

Καὶ τοῦτο μὲν ἤδη καὶ πρὸ τῆς εὐλογίας ὑπέσχετο λέγων, καθάπερ ἠκούσατε, ὅτι Οὐ προστιθῶ καταράσασθαι τὴν γῆν· εἰ καὶ οἱ ἄνθρωποι τὰ τῆς κακίας ἐπιτείνουσιν, ἀλλ' ὅμως ἐγὼ οὐκέτι τοιούτῳ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλω τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Δεικνὺς γὰρ αὐτοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν καὶ πάλιν τοῦτο ὑπισχνεῖται, ἵνα θαρρεῖν ἔχῃ ὁ δίκαιος, καὶ μὴ λογίζεσθαι καθ' ἑαυτὸν καὶ λέγειν· καὶ ἤδη εὐλογίας ἀξιώσας τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι παρασκευάσας, τὴν πανωλεθρίαν ταύτην ἐπήγαγεν. Ἵν' οὖν πάντα θόρυβον ἐκβάλῃ ἐκ τῶν αὐτοῦ λογισμῶν, καὶ πληροφορηθῇ ὡς οὐκέτι ἔσται τοῦτο· ὥσπερ γὰρ, φησὶ, τὸν κατακλυσμὸν διὰ φιλανθρωπίαν ἐπήγαγον, ὥστε τὴν κακίαν ἐγκόψαι, καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοὺς προβῆναι, οὕτω καὶ νῦν διὰ τὴν ἐμαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπαγγέλλομαι μηκέτι τοῦτο ποιήσειν, ἵνα πάσης ἀθυμίας ἐκτὸς διάγοντες, οὕτω τὴν παροῦσαν ζωὴν διανύητε. Διὰ τοῦτό φησιν· Ἰδοὺ ἀνίστημι τὴν διαθήκην μου, τοῦτ' ἔστι, συνθήκας ποιοῦμαι. Καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπειδάν τις ἐπαγγέλληταί τι, συντίθεται καὶ πολλὴν παρέχει τὴν πληροφορίαν· οὕτω καὶ ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης φησίν· Ἰδοὺ ἀνίστημι τὴν διαθήκην μου. Καὶ καλῶς εἶπεν, Ἀνίστημι, ἀντὶ τοῦ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀνανεῶ τὴν ὑπὸ τῶν παραπτωμάτων πανωλεθρίαν αὐτῶν γεγενημένην, καὶ Ἀνίστημι τὴν διαθήκην μου ὑμῖν καὶ τῷ σπέρματι ὑμῶν μεθ' ὑμᾶς. Ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότου· οὐ μόνον μέχρις ὑμῶν, φησὶν, ἵστημι τὰς συνθήκας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς μεθ' ὑμᾶς γινομένους ταύτας βεβαίας ἀποφαίνω. Εἶτα ἵνα τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλοτιμίαν, φησί· Καὶ πάσῃ ψυχῇ ζώσῃ μεθ' ὑμῶν, ἀπὸ [a] ὀρνέων καὶ ἀπὸ κτηνῶν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ὅσα μεθ' ὑμῶν ἀπὸ πάντων τῶν ἐξελθόντων ἐκ τῆς κιβωτοῦ· καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται πᾶσα σὰρξ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ οὐκέτι ἔσται κατακλυσμὸς ὕδατος, καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν γῆν. Εἶδες συνθηκῶν μέγεθος ; εἶδες ὑποσχέσεων ἄφατον φιλοτιμίαν ; Σκόπει πῶς πάλιν ἐκτείνει αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων καὶ τῶν θηρίων, καὶ εἰκότως. Ὅπερ γὰρ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν φημι. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸν ἄνθρωπον ταῦτα παρήχθη, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα κοινωνεῖ νῦν τῆς εὐεργεσίας τῆς εἰς τὸν ἄνθρωπον γινομένης. Καὶ δοκεῖ μὲν κοινὴ γενέσθαι ἡ διαθήκη καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὰ ἄλογα, οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο διὰ τὴν αὐτοῦ

παραμυθίαν γίνεται, ἵνα εἰδέναι ἔχῃ [b] πόσης ἀπολαύει τιμῆς, οὐ μόνον μέχρις αὐτοῦ τῆς εὐεργεσίας ἱσταμένης, ἀλλὰ δι' αὐτὸν καὶ τούτων ἁπάντων συναπολαυόντων τῆς φιλοτιμίας τοῦ Δεσπότου. Καὶ οὐκ ἀποθανεῖται, φησὶ, πᾶσα σὰρξ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ οὐκέτι ἔσται κατακλυσμὸς, καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν γῆν. Εἶδες πῶς καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ πολλάκις ὑπισχνεῖται τοιαύτην μηκέτι ἐπαγαγεῖν πανωλεθρίαν, ἵνα τὸν θόρυβον τῶν λογισμῶν ἐκβάλῃ τοῦ δικαίου, καὶ παρασκευάσῃ θαρρεῖν ὑπὲρ τῶν μελλόντων; Εἶτα οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν φύσιν ἀφορῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τὴν ἡμετέραν, οὐκ ἀρκεῖται τῇ διὰ τῶν λόγων ὑποσχέσει, ἀλλὰ τὴν περὶ ἡμᾶς συγκατάβασιν ἐπιδεικνύμενος, καὶ σημεῖον παρέχει τὸ δυνάμενον παντὶ τῷ αἰῶνι συμπαρεκτεινόμενον τοῦ τοιούτου δέους ἀπαλλάσσειν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἵνα κἂν πολὺς ὑετὸς κατενεχθῇ, κἂν σφοδρότερος ὁ χειμὼν γένηται, ἢ καὶ ἐὰν ἡ πλημμύρα τῶν ὑδάτων εἰς πλῆθος ἐπιδιδῷ, μηδὲ οὕτως ἔχωμεν δεδοικέναι, ἀλλὰ θαρρεῖν πρὸς τὸ δοθὲν σημεῖον ἀφορῶντες. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Νῶε· τοῦτο τὸ σημεῖον τῆς διαθήκης ἧς ἐγὼ δίδωμι ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Ὅρα πόσῃ τιμῇ περὶ τὸν δίκαιον κέχρηται. Ὡσανεὶ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ διαλεγόμενος, οὕτω καὶ πρὸς αὐτὸν ποιεῖται τὰς συνθήκας, καί φησι· 272
Τοῦτο τὸ σημεῖον τῆς διαθήκης ἧς ἐγὼ δίδωμι ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης ψυχῆς ζώσης, ἥ ἐστι μεθ' ὑμῶν, εἰς γενεὰς αἰωνίους. Εἶδες πάσῃ τῇ ζωῇ τὸ μέλλον δίδοσθαι σημεῖον παρεκτεινόμενον εἰς γενεὰς αἰωνίους; Οὐ μόνον κοινῇ πᾶσι τοῖς ζῶσι τὸ σημεῖον δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ διηνεκὲς καὶ διαιωνίζον τῇ τοῦ κόσμου συστάσει. Τί οὖν ἐστι τὸ σημεῖον; Τὸ τόξον μου τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ τῆς γῆς. Ἰδοὺ μετὰ τῆς ὑποσχέσεως τῆς διὰ τῶν λόγων καὶ τοῦτο δίδωμι τὸ σημεῖον, [a] τὴν ἶριν λέγω, ἣν τινές φασι γίνεσθαι τοῦ ἡλίου πρὸς τὰ νέφη τὰς ἀκτῖνας ἀφιέντος. Εἰ ὁ λόγος μου, φησὶν, οὐκ ἀρκεῖ, ἰδοὺ καὶ σημεῖον δίδωμι τοῦ μηκέτι τιμωρίαν τοιαύτην ἐπάξειν. Τοῦτο τοίνυν ὁρῶντες τὸ σημεῖον, τοῦ δέους ἀπαλλάττεσθε. Καὶ ἔσται ἐν τῷ συννεφεῖν με, φησὶν, νεφέλας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀφθήσεται τὸ τόξον μου ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ μνησθήσομαι τῆς διαθήκης μου, ἥ ἐστιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης ψυχῆς ζώσης ἐν πάσῃ σαρκί. Τί λέγεις, ὦ μακάριε προφῆτα; Ἀναμνησθήσομαι, φησὶ, τῆς διαθήκης μου, τοῦτ' ἔστι, τῆς συνθήκης μου, τῆς ἐπαγγελίας, τῆς ὑποσχέσεως· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς δεῖται ἀναμνήσεως, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνο τὸ δοθὲν σημεῖον βλέπον-

esse pactum ipsi et brutis, sed non ita est. Nam et hoc ad hominis solatium factum est, ut scire possit in quanto sit honore, quod non solum in se collocentur beneficia, sed propter se in alia quoque animalia extendatur liberalitas Domini. *Et non morietur, inquit, omnis caro ultra ab aqua diluvii, et non erit ultra diluvium, ut corrumpat omnem terram.* Vidisti quomodo et semel et iterum et sæpius polliceatur se non ultra immissurum communem omnium internecionem, ut ex mente justi hanc sollicitudinem adimat, et de futuris bonam spem ille habeat? Dein non suam naturam spectans, sed nostram infirmitatem, non contentus est promissione sua quam verbis dedit: sed iterum ostendit quomodo se nostræ infirmitati attemperet, et signum dat quo perpetuo durante, tali metu humanum genus liberari possit, ut etiamsi sæpe pluviæ deferantur, et violentæ tempestates fiant, etsi aquarum magna sit inundatio, neque sic metuendum sit, sed confidendum nobis ad datum signum respicientibus. 12. *Et dixit Dominus Deus ad Noë: Hoc est signum testamenti quod ego do inter me et te.* Vide quanto honore justum dignatur. Ita enim cum eo paciscitur quasi homo homini loquens, et dicit: *Hoc est signum testamenti quod ego do inter me et te, et omnem animam viventem, quæ vobiscum est, in generationes æternas.* Vidisti quomodo signum dandum omni viventi duraturum sit in generationes æternas? Non solum communiter omnibus viventibus dat signum, sed et perpetuum et æternum illud facit, quamdiu mundus subsistet. Quodnam ergo signum est? 13. *Arcum meum pono in nube, et erit in signum fœderis inter me et terram.* Ecce post pollicitationem verbo factam, et hoc signum do, iridem dicens, quam aliqui fieri dicunt sole radios suos contra nubes mittente. Si sermo meus, inquit, non sufficit, ecce et signum do, numquam ulterius talem me pœnam inducturum. Hoc ergo signum videntes a formidine liberemini. 14. *Et erit cum nubilavero,* inquit, *nubes super terram, et apparebit arcus meus in nube,* 15. *et recordabor testamenti mei, quod est inter me et vos, et inter omnem animam viventem in omni carne.* Quid dicis, o beate propheta? Recordabor, inquit, testamenti mei, hoc est, pacti mei, promissionis, pollicitationis; non quia ipse opus habeat recor-

[b] Quinque Mss. *ὅσης ἀπολαύει.* Editi *λέγω.*

[a] Sex Mss. *τὴν ἶριν λέγων*, atque ita legit Interpres.

datione, sed ut nos ad illud signum respicientes, nihil durum suspicemur, sed statim recordemur divinæ promissionis, et confidamus nihil nos tale passuros.

3. Vidisti quantum Deus se propter nostram infirmitatem demittat, quantam curam gerat nostri generis, quantam misericordiæ magnitudinem declaret, non quia hominum conversionem vidit, sed ut per omnia nos doceat ingentem suam bonitatem? *Et non erit ultra aqua in diluvium, ita ut deleat omnem carnem* : non amplius erit ejusmodi pluvia. Quia scivit hoc timere humanam naturam, vide quomodo continuo hoc pollicetur, quasi dicens : Etiamsi videritis multos imbres demitti, ne quid inde durum suspicemini aut metuatis : *Non* enim *erit aqua in diluvium, ita ut deleat omnem carnem* : talis imber non erit ultra, tantam indignationem non ultra experietur humanum genus. 16. *Et erit,* inquit, *arcus meus in nube, et videbo ut recorder testamenti æterni inter Deum, et inter animam viventem in omni carne.* Considera quomodo volens humanam naturam ad fidem et firmam persuasionem inducere, tanta verborum usus sit attemperatione. Et videbo, inquit, ut recorder testamenti mei. Ergone visus ipsum in memoriam ducit? Non ut hoc suspicemur; absit; sed ut, quando videmus signum hoc, Dei promissioni confidamus, certi non esse possibile Dei promissiones intercidere. 17. *Et dixit Deus,* inquit, *ad Noë : Hoc signum testamenti mei quod posui inter me, et inter omnem carnem quæ est super terram.* Accepisti, inquit, signum id quod dedi inter me et omnem carnem quæ est super terram. Ne ultra confundaris mente, ne turberis animo : sed ad hoc respice, et ipse bonam spem habeto, et omnes qui post te futuri sunt hinc consolationem accipiant : et aspectus signi fiduciam eis præstet, quod numquam talis tempestas terram invasura sit. Nam quamvis peccata hominum crescant, ego tamen quæ promisi adimplebo, et numquam talem indignationem in omnes exhibebo. Vidistis quam ingens sit Domini bonitas? vidistis quantum ad nostram vilitatem verbis se demittat? vidistis ejus erga nos providentiæ magnitudinem? vidistis promittentis liberalitatem? Non enim beneficium suum usque ad duas, vel tres, vel decem generationes extendit, sed promisit quamdiu subsistet mundus extendendum : ut ex utroque emendatiores red-

τες, μηδὲν ὑποπτεύωμεν χαλεπὸν, ἀλλ' εὐθέως εἰς ὑπόμνησιν ἐρχόμενοι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας, θαρρῶμεν ὡς οὐδὲν [b] τοιοῦτο πεισόμεθα.

Εἶδες Θεοῦ συγκατάβασιν, ὅσην ποιεῖται κηδεμονίαν τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου, πόσον μέγεθος φιλανθρωπίας ἐπεδείξατο, οὐκ ἐπειδὴ εἶδε τὴν τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν, ἀλλ' ἵνα διὰ πάντων ἡμᾶς διδάξῃ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν; Καὶ οὐκ ἔσται ἐπὶ ὕδωρ εἰς κατακλυσμὸν, ὥστε ἐξαλεῖψαι πᾶσαν σάρκα· τοιοῦτος ὄμβρος οὐκέτι ἔσται. Ἐπειδὴ οἶδε τοῦτο δεδοικυῖαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὅρα πῶς συνεχῶς ποιεῖται τὴν ὑπόσχεσιν, μονονουχὶ λέγων· κἂν ἴδητε πολλὴν τῶν ὄμβρων τὴν φορὰν, μηδὲ οὕτω χαλεπόν τι ὑποπτεύσητε. Οὐ γὰρ ἔσται τὸ ὕδωρ εἰς κατακλυσμὸν, ὥστε ἐξαλεῖψαι πᾶσαν σάρκα· τοιοῦτος ὄμβρος οὐκέτι ἔσται, τοιαύτης ἀγαναχτήσεως οὐκέτι πειραθήσεται ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. Καὶ ἔσται, φησὶ, τὸ τόξον μου ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ὄψομαι τοῦ μνησθῆναι διαθήκην αἰώνιον ἀνὰ μέσον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης ψυχῆς ζώσης ἐν πάσῃ σαρκί. Σκόπει πῶς βουλόμενος εἰς θάρσος καὶ εἰς πληροφορίαν ἀγαγεῖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, πόσῃ ταπεινότητι τῶν λόγων κέχρηται. Καὶ ὄψομαι, φησὶ, τοῦ μνησθῆναι διαθήκης μου. Ἡ ὄψις οὖν εἰς μνήμην αὐτὸν ἄγει; Οὐχ ἵνα τοῦτο ὑποπτεύσωμεν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἵνα ὅταν ἴδωμεν τὸ σημεῖον τοῦτο, θαῤῥεῖν ἔχωμεν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίᾳ, καὶ ὡς οὐχ οἷόν τε διαπεσεῖν τὰς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεις. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, φησὶ, τῷ Νῶε· τοῦτο τὸ σημεῖον τῆς διαθήκης, ἧς διεθέμην ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης σαρκὸς, ἥ ἐστιν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἴλαβες, φησὶ, τὸ σημεῖον, ὅπερ δέδωκα μεταξὺ ἐμοῦ καὶ πάσης σαρκὸς τῆς οὔσης ἐπὶ τῆς γῆς. Μηκέτι ταράττου τὴν διάνοιαν, μηδὲ θορυβοῦ τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ πρὸς τοῦτο βλέπων καὶ αὐτὸς ἔχε χρησάς τὰς ἐλπίδας, καὶ οἱ μετὰ σὲ πάντες τῆς ἐντεῦθεν παραμυθίας ἀπολαυέτωσαν, καὶ ἡ ὄψις τοῦ σημείου παρεχέτω θαῤῥεῖν, ὡς οὐκέτι τοιοῦτον κλυδώνιον τὴν οἰκουμένην καταλήψεται. Κἂν γὰρ ἐπιτείνηται τῶν ἀνθρώπων τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ἐγὼ ἅπερ ὑπεσχόμην ταῦτα πληρώσω, καὶ οὐκέτι τοιαύτην κατὰ πάντων ἀγανάκτησιν ποιήσομαι. Εἴδετε ἀγαθότητος ὑπερβολήν; εἴδετε συγκαταβάσεως μέγεθος; εἴδετε κηδεμονίας ἐπίτασιν; εἴδετε φιλοτιμίας ἐπαγγελίαν; Οὐ γὰρ μέχρι δύο καὶ τριῶν καὶ δέκα γενεῶν ἐξέτεινεν αὐτοῦ τὴν εὐεργεσίαν, ἀλλὰ τῇ συστάσει τοῦ κόσμου ταύτην παρεκταθῆναι ὑπέσχετο, ἵνα ἐξ ἑκατέρων σωφρονιζώμεθα, καὶ ἐξ ὧν ἐκεῖνοι διὰ τὸ τῶν ἁμαρτημάτων πλῆθος τοιαύτην ἐπεδέξαντο τιμωρίαν, καὶ ἐξ ὧν ἡμεῖς διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν τοιαύ-

[b] Duo Mss. τοιοῦτον πεισήμενοι. Mox quidam πόσην ποιεῖται.

τῆς ἠξιώθημεν ὑποσχέσεως. Τοὺς γὰρ νοῦν ἔχοντας καὶ αἱ εὐεργεσίαι μᾶλλον ἢ αἱ τιμωρίαι ἐφέλκονται πρὸς τὴν ὑπακοὴν τῶν ἐπιταγμάτων. Μὴ τοίνυν ἀγνώμονες γινώμεθα. Εἰ γὰρ καὶ πρὶν ἤ τι ἀγαθὸν ἡμᾶς ἐπιδείξασθαι, μᾶλλον δὲ καὶ κολάσεως ἄξια ἐργασαμένους τοσαύτης ἠξίωσε τῆς εὐεργεσίας, εἰ εὐγνώμονες γενώμεθα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εὐχαριστίαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ πολλὴν τὴν ἐπὶ τὸ C βέλτιον μεταβολὴν ποιησώμεθα, πόσης οὐκ ἂν πάλιν ἡμᾶς ἀξιώσῃ τῆς παρ' αὐτοῦ φιλοτιμίας; Εἰ γὰρ ἀναξίους ὄντας εὐεργετεῖ, καὶ ἡμαρτηκότας φιλανθρωπεύεται· εἰ τῆς κακίας ἀποστάντες τὴν ἀρετὴν μεταδιώξομεν, τίνων οὐκ ἐπιτευξόμεθα; Διὰ γὰρ τοῦτο προλαμβάνων πολλὰς εἰς ἡμᾶς τὰς εὐεργεσίας κατατίθεται, καὶ ἡμαρτηκότας πάλιν ἀξιοῖ συγγνώμης, καὶ τὰς τιμωρίας παρὰ πόδας οὐκ ἐπάγει, ἵνα διὰ πάντων ἡμᾶς ἐφελκύσηται, καὶ δι' ὧν εὐεργετεῖ, καὶ δι' ὧν μακροθυμεῖ. Πολλάκις δὲ καὶ δι' ὧν ἐνίους κολάζει, ἑτέρους ἐνάγειν βούλεται, ἵνα τῷ ἐκείνων φόβῳ σω- D φρονισθέντες τῆς τιμωρίας τὴν πεῖραν διαφύγωσιν. Εἶδες [a] εὐμήχανον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, πῶς πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα δι' ἓν τοῦτο μόνον γίνεται, διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν; Ταῦτα τοίνυν ἐννοοῦντες, μὴ ῥᾳθυμῶμεν, μηδὲ ἀμελῶμεν ἀρετῆς, μηδὲ τοὺς παρ' αὐτοῦ τεθέντας νόμους παρατρέχωμεν. Ἐὰν γὰρ ἴδῃ ἐπιστρέφοντας ἡμᾶς, καὶ ἡσυχάζοντας, καὶ ὅλως ἀρχήν τινα ποιουμένους, καὶ αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρει, κοῦφα καὶ ῥᾴδια ἡμῖν ἅπαντα κατασκευάζων, καὶ οὐκ ἀφιεὶς οὐδὲ αἴσθησιν λαβεῖν τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων. Ὅταν γὰρ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεὸν E τείνῃ τὴν διάνοιαν, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἀπατηθῆναι δύναται ὑπὸ τῆς ὄψεως τῶν ὁρωμένων, ἀλλὰ πάντα παρατρέχουσα, ἀκριβέστερον τούτων τῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν κειμένων ἐκεῖνα φαντάζεται τὰ μὴ βλεπόμενα τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μεταβολὴν οὐκ ἐπιστάμενα, ἀλλὰ διηνεκῶς μένοντα, καὶ πεπηγότα, καὶ ἀκίνητα τυγχάνοντα. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς διανοίας ὀφθαλμοί· πρὸς τὴν ἐκείνων θέαν διηνεκῶς ἀφορῶσι, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν μαρμαρυγαῖς καταυγαζόμενοι πάντα 271 τὰ τοῦ παρόντος βίου, ὡς ὄναρ καὶ σκιὰν, παρατρέ- A χουσιν, οὐκέτι ἀπάτην ὑπομένοντες, οὐδὲ παραλογισθῆναι δυνάμενοι· ἀλλὰ κἂν πλοῦτον ἴδωσιν, εὐθέως καταγελῶσιν, εἰδότες ὅτι δραπέτου παντὸς ἀγνωμονέστερον ἀπὸ τούτου εἰς ἐκεῖνον μεταπηδᾷ, καὶ οὐδέποτε ἵσταται, ἀλλὰ καὶ μυρία κακὰ τοὺς κεκτημένους διατίθησι, καὶ εἰς αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, τῆς κακίας τὸν κρημνὸν αὐτοὺς ὤσας καταβάλλει. Κἂν σώματος εὐμορφίαν θεάσωνται, πάλιν οὐκ ἐπιστρέφονται, λογιζόμενοι τὸ ἐπίκηρον, τὸ εὐμετάβλητον, καὶ ὅτι ἀθρόον νόσος ἐπελθοῦσα πᾶσαν ἐκείνην τὴν εὐμορφίαν ἠφά-

[a] Alii εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ φιλ.

damur, et ex eo quod illi propter multitudinem peccatorum tali pœna puniti sunt, et ex eo quod ille per ineffabilem misericordiam suam, nos tanta promissione dignatus est. Nam cordatos beneficia magis quam pœnæ alliciunt ad mandata servanda. Igitur ne simus ingrati. Nam si nos antequam ullum bonitatis specimen exhibuerimus, imo etiam cum pœnis digna fecerimus, tanta dignatus est beneficentia: si grati fuerimus, et de prioribus gratias retulerimus, converterimusque nos ad meliora, quanta tum denique nos dignabitur liberalitate et gratia? Si enim indignis ita benefacit, et tam benignus est peccatoribus; si a peccatis destiterimus, et virtutem sectemur, quæ non consequuturi sumus? Enimvero hac de causa prior ipse multa in nos beneficia confert, et cum peccaverimus, iterum nobis veniam impartit, et supplicia non e vestigio infert: ut per omnia nos alliciat, et dum benefacit, et dum tolerat. Sæpe etiam dum aliquos punit, alios per hoc inducere vult, ut illorum metu castigati, supplicii periculum effugiant. Vidisti sapientissimi Dei benignitatem, quomodo omnia quæ per ipsum fiunt, propter unum solum, nempe salutis nostræ causa fiant? Hæc itaque cogitantes, ne simus desides, ne virtutem negligamus, ne prætereamus leges ab illo statutas. Nam si viderit nos converti, et quiescere, et principium aliquod ponere, ipse quoque sua simul afferet, facietque nobis omnia levia et facilia, et non permittet ut virtutis labores sentiamus. Nam quando anima ad Deum cogitationem suam intendit, non jam decipi potest a visibilium aspectu: sed præteriens omnia ea quæ non videntur corporalibus oculis, quæ nullam sciunt vicissitudinem, sed perpetuo manent, fixaque sunt ac immota, diligentius speculatur, quam ea quæ in conspectu sunt posita. Tales enim mentis sunt oculi, qui ad illorum spectaculum continuo intendunt, et supernis radiis illustrati, omnia quæ in hac vita sunt, quasi umbram et somnium, transeunt: non ulli ultra deceptioni obnoxii sunt, neque circumveniri possunt; sed etiamsi opes viderint, statim derident, scientes quod fugitivo quovis infideliores ab uno ad alium transeant, et numquam apud eumdem subsistant, et infinita mala possidentibus afferant, quos et in ipsum malitiæ, ut ita dicam, præcipitium impulsos deturbant. Et si corporis formositatem rursus intuiti fuerint, non illa subvertuntur, cogitantes tam fluxam et instabi-

Deus etiam peccatoribus benignus, quanto magis justis?

bilem illam esse, ut superveniens morbus repente omnem illam formam obscuret, et ut nonnumquam ante morbum, si invaserit senectus, facies, quæ antea formosa erat, fiat deformis, et injucunda: mors autem superveniens, omnem corporis pulchritudinem perdat. Et si quem viderint gloria et potentia instructum, et qui in summum dignitatum verticem pervenerit, omnique felicitate fruatur, etiam illum prætereunt, quasi nihil stabile et solidum habentem, sed de illis gloriantem quæ fluminibus ipsis ocyus prætelabuntur. Quid enim omni hujus vitæ gloria vilius, quæ flori herbæ confertur? *Omnis* enim *gloria hominis*, inquit, *sicut flos fœni.*

Isai. 40. 6. 1. *Pet.* 1. 24.

4. Vidistis, dilecti, quam acute videant oculi fidei, si quando in Deum mens intenta fuerit? vidistis quomodo a nulla re visibili decipi possunt, sed rectum habent rerum judicium, neque in ullo falluntur? Sed, si gratum est, iterum ad contextum sermonis revertamur, et paucis propositis finem loquendi faciamus, ut dictorum memoria menti vestræ infigatur. Nam postquam Scriptura sermonem de divino signo finivit, nos iterum docere vult alia quæ ad justum illum et filios illius pertinent, et dicit: 18. *Erant autem filii Noë, qui de arca egressi sunt, Sem, Cham, Japheth. Cham autem erat pater Chanaan.* 19. *Tres sunt hi filii Noë; ab istis dispersi sunt super omnem terram.* Dignum hic fuerit ut inquiramus quare divina Scriptura hos tres filios commemorando, subdit: *Cham autem erat pater Chanaan.* Ne putetis, obsecro, hoc absque causa fuisse adjectum: nihil enim in divina Scriptura continetur, quod non aliqua ratione dictum sit, quæ non et latentem in se habeat utilitatem. Quare ergo significavit, *Cham autem erat pater Chanaan*? Voluit per hoc nobis illius intemperantiam ingentem subindicare, ac neque calamitatis magnitudinem illum coercere potuisse, neque tantam in arca angustiam irrefrenatam illius concupiscentiam sedavisse: sed quamvis frater ejus major nondum filios procreavisset, hunc incontinentiæ deditum, in tempore tantæ indignationis, et generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditum fuisse, et cupiditatis intemperantiam non refrenavisse, sed jam statim ab initio animi sui pravitatem demonstrasse. Itaque cum non multo post propter contumeliam in parentem, maledictionem suscepturus esset ejus filius Chanaan: ideo Scriptura divina id prius assignavit, filiique nomen declaravit, ac simul patris intemperantiam ingentem subindicare, ac neque calamitatis magnitudinem illum coercere potuisse, neque tantam in arca angustiam irrefrenatam illius concupiscentiam sedavisse: sed quamvis frater ejus major nondum filios procreavisset, hunc incontinentiæ deditum, in tempore tantæ indignationis, et generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditum fuisse, et cupiditatis intemperantiam non refrenavisse, sed jam statim ab initio animi sui pravitatem demonstrasse. Itaque cum non multo post propter contumeliam in parentem, maledictionem suscepturus esset ejus filius Chanaan: ideo Scriptura divina id prius assignavit, filiique nomen declaravit, ac simul patris intemperantiam ingentem subindicare, ac neque calamitatis magnitudinem illum coercere potuisse, neque tantam in arca angustiam irrefrenatam illius concupiscentiam sedavisse: sed quamvis frater ejus major nondum filios procreavisset, hunc incontinentiæ deditum, in tempore tantæ indignationis, et generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditum fuisse, et cupiditatis intemperantiam non refrenavisse, sed jam statim ab initio animi sui pravitatem demonstrasse. Itaque cum non multo post propter contumeliam in parentem, maledictionem suscepturus esset ejus filius Chanaan: ideo Scriptura divina id prius assignavit, filiique nomen declaravit, ac simul patris intem-

νισε, καὶ πρὸ τῆς νόσου γῆρας καταλαβὸν ἀηδῆ καὶ ἀτερπῆ τὴν πρὸ τούτου εὔμορφον ὄψιν ἀπειργάσατο, καὶ θάνατος δὲ ἐπελθὼν ἅπασαν τὴν τοῦ σώματος ὥραν διέφθειρε. Κἂν δόξαν ἴδωσί τινα περιβεβλημένον, κἂν δυναστείαν, κἂν εἰς αὐτὴν τῶν ἀξιωμάτων τὴν κορυφὴν ἀνεληλυθότα, καὶ πάσης εὐημερίας ἀπολαύοντα, καὶ τοῦτον παρατρέχουσιν ὡς οὐδὲν βέβαιον ἔχοντα, οὐδὲ ἀκίνητον, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνοις μέγα φρονοῦντα τοῖς ποταμίων ῥευμάτων μᾶλλον παρατρέχουσι. Τί γὰρ τῆς δόξης ἁπάσης τοῦ παρόντος βίου εὐτελέστερον, ὅταν τῷ ἄνθει τοῦ χόρτου παραβάλληται; Πᾶσα γὰρ δόξα ἀνθρώπου, φησὶν, ὡς ἄνθος χόρτου.

Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, πῶς μετὰ ἀκριβείας ὁρῶσιν οἱ τῆς πίστεως ὀφθαλμοὶ, ἐπειδὰν πρὸς τὸν Θεὸν ᾖ τεταμένη ἡ διάνοια; εἴδετε πῶς ὑπ' οὐδενὸς τῶν ὁρωμένων παραλογισθῆναι δύνανται, ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν τῶν πραγμάτων ἔχουσι κρίσιν, οὐδεμίαν ἀπάτην ὑποδεχόμενοι; Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πάλιν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου, καὶ ὀλίγα προσθέντες καταπαύσωμεν τὴν διδασκαλίαν, ὥστε καὶ τὴν μνήμην τῶν εἰρημένων ἐντεθῆναι ὑμῶν τῇ διανοίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐτέλεσεν ἡ θεία Γραφὴ τὴν περὶ τοῦ θείου σημείου διήγησιν, βούλεται πάλιν διδάξαι ἡμᾶς τὰ κατὰ τὸν δίκαιον καὶ τοὺς τούτου υἱοὺς, καί φησιν· Ἦσαν δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Νῶε οἱ ἐξελθόντες ἐκ τῆς κιβωτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ. Χὰμ δὲ ἦν πατὴρ τοῦ Χαναάν. Τρεῖς οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Νῶε· ἀπὸ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε μνημονεύσασα ἡ θεία Γραφὴ ἐπήγαγε, Χὰμ δὲ ἦν πατὴρ τοῦ Χαναάν. Μὴ νομίσητε, παρακαλῶ, ἁπλῶς τοῦτο προσερρῖφθαι· οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων, ὃ μὴ μετά τινος εἴρηται λόγου, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν ἐγκεκυμμένην ἔχοντος. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπεσημήνατο καὶ προσέθηκεν, ὅτι Χὰμ δὲ ἦν πατὴρ τοῦ Χαναάν; Βούλεται διὰ τούτου αἰνίξασθαι ἡμῖν τῆς ἀκρασίας αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι οὐδὲ τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος συσταλῆναι αὐτὸν πεποίηκεν, οὐδὲ ἡ τοσαύτη ἐν τῇ κιβωτῷ στενοχωρία, ἀλλὰ καίτοι τοῦ πρεσβύτου οὐδέπω καὶ νῦν τεκνοποιήσαντος, οὗτος τῇ ἀκρασίᾳ ἑαυτὸν ἐκδοὺς ἐν καιρῷ τοσαύτης ἀγανακτήσεως καὶ πανωλεθρίας τὴν οἰκουμένην καταλαβούσης, περὶ συνουσίαν ἠσχολεῖτο, καὶ τὸ ἀχαλίνωτον τῆς ἐπιθυμίας οὐ κατέστελλεν, ἀλλ' ἤδη ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων ἐκείνου τῆς γνώμης αὐτοῦ τὸ μοχθηρόν. Ἐπεὶ οὖν μετ' οὐ πολὺ διὰ τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸν γεγεννηκότα μέλλει τὴν κατάραν δέχεσθαι ὁ Χαναὰν ὁ τούτου παῖς, διὰ τοῦτο ἤδη προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ ἐπεσημήνατο, καὶ τοῦ παιδὸς ἡμῖν τὴν προσηγορίαν δήλην ἐποίησεν, ὁμοῦ καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸ ἀκρα-

τές· ἵν' ὅταν μετὰ ταῦτα ἴδῃς αὐτὸν πολλὴν τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενον πρὸς τὸν γεγεννηκότα, εἰδέναι ἔχῃς, ὅτι ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοιοῦτος ἦν, ὥς γε οὐδὲ ὑπὸ τῆς συμφορᾶς συνεστάλη. Ἱκανὴ γὰρ ἡ τοσαύτη ἀθυμία πᾶσαν σβέσαι ἡδονὴν, καὶ οὐδὲν οὕτω ταύτην τὴν φλόγα καὶ τὴν μανίαν καταστεῖλαι δύναται, ὡς ἀθυμίας ἐπίτασις καὶ συμφορᾶς ὑπερβολή. Ὁ B τοίνυν ἐν τοσούτῳ μεγέθει τῶν κακῶν τοσαύτην ἐπιδειξάμενος τὴν λύτταν καὶ μανίαν περὶ τὴν παιδοποιίαν, ποίας ἂν εἴη συγγνώμης ἄξιος; ἀλλ' ἐντεῦθεν ἡμῖν πάλιν ἕτερον τίκτεται ζήτημα, τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο καὶ πανταχοῦ περιφερόμενον, τίνος ἕνεκεν τοῦ πατρὸς ἁμαρτόντος ὁ υἱὸς τὴν κατάραν δέχεται; Ἀλλ' ἵνα μὴ νῦν μακρὸν ποιῶμεν τὸν λόγον, τοῦτο ταμιευσόμεθα πρὸς τὸ παρὸν, ἵν' ἐπειδὰν εἰς αὐτὸν τὸν τόπον ἀφικώμεθα, τότε καὶ τὴν λύσιν ἐπαγάγωμεν, ἣν ἂν ὁ Θεὸς παράσχῃ. Οὐδὲν γὰρ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων ἄνευ λόγου τινὸς καὶ αἰτίας ἐστὶν εὑρεῖν ἐγγεγραμμένον. C Τέως οὖν τοῦτο ἔγνωμεν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, τῆς προσηγορίας τοῦ υἱοῦ ἐμνημόνευσεν ὁ Μωϋσῆς εἰπὼν, Χὰμ δὲ ἦν πατὴρ τοῦ Χαναάν. Τρεῖς εἰσιν οὗτοι υἱοὶ, φησὶ, Νῶε, καὶ ἀπὸ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, μηδὲ τὸ νῦν ῥηθὲν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος. Τρεῖς, φησὶν, ἦσαν οὗτοι υἱοὶ Νῶε, καὶ ἐκ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Πῶς ἀπὸ τῶν τριῶν τοσοῦτον πλῆθος ἐπέδωκε; πῶς ἠδυνήθησαν διαρκέσαι; πῶς ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων ἅπας ὁ κόσμος συνέστη; D πῶς αὐτοῖς τὰ σώματα διέμεινεν; Οὐκ ἰατρὸς ἦν ὁ θεραπείαν προσάγων, οὐκ ἄλλη τις ἐπιμέλεια. Οὐδέπω γὰρ οὐδὲ πόλεις [a]ἦσαν δειμάμενοι, ἀλλὰ μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν, καὶ τὴν ἐν τῇ κιβωτῷ διαγωγὴν, ὡς τεταριχευμένοι καὶ κατειργασμένοι ἐξῆλθον, καὶ ἐν τοσαύτῃ μονώσει τυγχάνοντες καὶ ἐρημίᾳ ἀφάτῳ πῶς οὐ διεφθάρησαν; πῶς οὐκ ἀπώλοντο; Ὁ γὰρ φόβος, εἰπέ μοι, καὶ ἡ ἀγωνία οὐ κατέσειεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ διετάρασσε τὸν λογισμόν; Μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα ἐργαζόμενος, καὶ ὁ τῆς φύσεως δημιουργὸς ἦν ὁ πάντα ταῦτα E τὰ κωλύματα ἀναιρῶν, καὶ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ ἐκεῖνο τὸ λέγον, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, [b]αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπίδοσιν ἐχαρίσατο. Ἐπεὶ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται ἡνίκα εἰς Αἴγυπτον τῇ πλινθείᾳ καὶ τῷ πηλῷ κατειργάσθησαν, ταύτῃ πολλῷ μᾶλλον εἰς πλῆθος ἐπέδωκαν, καὶ οὔτε τὸ ἀνηλεὲς ἐκεῖνο καὶ ὠμὸν ἐπίταγμα τοῦ Φαραῶ, τὸ κελεῦον τὰ ἄῤῥενα εἰς τὸν ποταμὸν ῥίπτεσθαι, οὐδὲ ἡ λοιπὴ κακουχία, ἣν ὑπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν ὑπέμενον, ἴσχυσεν

perantiam : ut cum postea videris illum magna ingrati erga patrem animi signa dare, scire possis, ipsum jam olim talem fuisse, utpote neque a tanta calamitate emendatum. Sufficere enim debebat ad exstinguendam libidinem tantus mœror ; nihilque flammam et insaniam hanc ita comprimere potest, ut tristitiæ vehementia, et calamitatis magnitudo. Igitur qui in tanta malorum vi tantæ rabici et insaniæ in procreandis liberis fuit, qua venia dignus fuerit? At hic nobis alia quæstio nascitur, celebris illa, et quæ ubique circumfertur : Quare patre peccante, filius maledictum accipit? Sed ne longum sermonem nunc faciamus, in aliud tempus illam reponemus, ut cum ad eum locum pervenerimus, tunc et solutionem afferamus, quam Deus donaverit. Nihil enim in sacra Scriptura, sicut dixi, invenire licet, quod absque ratione aliqua sit scriptum. Hoc igitur interim exploratum est, nomen filii non absque causa fuisse a Mose commemoratum, cum dixit: *Cham autem erat pater Chanaan. Tres,* inquit, *sunt hi filii Noë, et ab iis dispersi sunt super omnem terram.* Neque hoc dictum obiter prætereamus, dilecti, sed cogitemus ex illo ipso virtutis Dei magnitudinem. *Tres,* inquit, *erant hi filii Noë, et ex illis dispersi sunt super omnem terram.* Quomodo ex tribus tanta multitudo succrevit? quomodo potuerunt sufficere? quomodo ex paucis illis totus mundus constitutus? quomodo eorum permanserunt corpora? Non medicus erat, qui medicinam adhiberet, neque alia cura. Nondum enim erant civitates conditæ, sed post tantam miseriam, et vitam illam in arca, et qua macerati et confecti ob compressionem exierunt, et in tanta solitudine existentes, et ineffabili vastitate, quomodo non enecati sunt? quomodo non perierunt? Timorem enim et metum, dic, oro, non putas commovisse eorum mentem, et concussisse animum? Ne admireris, dilecte : Deus enim erat qui omnia faciebat, et Deus naturæ opifex erat qui omnia impedimenta auferebat mandato suo, quo dixit, *Crescite et multiplicamini, et implete terram.* Hoc enim incrementum dedit. Quia et Israelitæ cum in Ægypto in luto et latere conficiendo onerati essent, in tanto majorem multitudinem excrescebant, quo magis opprimebantur : et neque immisericors et crudele præceptum Pharaonis, quo præcipiebatur masculos in flumina projici ; neque vexatio illa, quam a

Cur patre *Cham* peccante filius *Chanaan* maledicitur.

Gen. I, 22.

Exod. I, et seqq.

[a] Alii πόλεις ἦσαν διανεμόμενοι.

[b] Alii αὐτὸ καὶ, alii αὐτῷ καί.

præfectis operarum patiebantur, valuit imminuere illorum multitudinem, sed magis magisque numero augebantur. Erat enim divina dispensatio, quæ omnia ex adversis operabatur.

Dei præcepto cuncta obediunt.

5. Quando igitur Dominus præcipit, ne quæras ut humano more opera perficiantur. Potentior enim quam natura, non eget naturæ serie ac ministerio, sed et per ea quæ alioquin impediunt, res adauget. Eo modo et nunc per tres illos totum orbem implevit. *A tribus* enim *illis*, inquit, *dispersi sunt in universam terram*. Vidisti Dei potentiam? vidisti quomodo, etsi sint multa obstacula, nihil tamen illius moratur voluntatem? Idipsum et in fine licebit videre. Cum enim tales essent qui oppugnarent, tot qui insidiarentur, et reges, et tyranni, et populi insurgentes, et omnia facientes ut exstinguerent scintillam fidei, per insidiatores, per eos qui vetare volebant, tanta pietatis flamma erupit, ut totum orbem habitatum et inhabitatum invaserit. Etiamsi ad Indos abieris, et ad Scythas, et ad fines orbis terræ, etiamsi ad ipsum Oceanum, ubique invenies Christi doctrinam illustrantem omnium animos. Quod enim admirabile et stupore plenum, piæ religionis doctrina ipsas barbaras nationes convertit, ita ut philosophari dicerint, et abjecta pristina consuetudine ad pietatem translatæ sint. Et sicut per tres illos hominum genus multiplicavit universi Conditor: ita quoque et in fide per undecim piscatores illiteratos et idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi orbem attraxit, atque illiterati isti, et idiotæ, et piscatores, philosophorum obturaverunt ora, et transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes veritatis sermonem, et spinas exsecantes, et pristinas affectiones revellentes, Christique leges ubique plantantes: ac neque quod pauci essent, neque quod privati et illiterati, neque quod austera et insolita juberent, neque quod veteri consuetudine humanum genus præventum esset, obstaculo eis esse potuit: sed prævia gratia sustulit hæc omnia, magnaque facilitate operati sunt omnia, per ipsa obstacula majorem accipientes alacritatem. Enimvero interdum flagellati decedebant gaudentes, non propter flagella simpliciter, sed *Quia pro nomine Christi digni habiti sunt ignominiam pati;* interdum autem in carcerem conjecti, postea quam ab angelo educti fuerunt, iterum eadem continuaverunt, et in templum abeuntes, doctrinæ sermonem seminaverunt, populos quasi piscando ad pietatem inducentes; et iterum de-

Per adversarios efficit Deus ut fides crescat.

Act. 5. 41.

Ibid. v. 19. sqq.

276 ἐλαττῶσαι αὐτῶν τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εἰς πλῆθος ἐπεδίδουν. Ἡ γὰρ ἄνωθεν φοπὴ ἦν ἡ διὰ τῶν ἐναντίων ἅπαντα ἐργαζομένη.

Ὅταν τοίνυν ὁ Θεὸς κελεύῃ, μὴ ζήτει κατὰ ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην διερευνᾶσθαι τὰ πράγματα. Ἀνώτερος γὰρ ὢν τῆς φύσεως, οὐ δεῖται τῆς ἀκολουθίας τῆς φύσεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν κωλυόντων τὰ πράγματα αὐξάνεσθαι παρασκευάζει. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ἀπὸ τῶν τριῶν τούτων τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀνεπλήρωσεν. Ἀπὸ τούτων γάρ, φησί, τῶν τριῶν διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Εἶδες Θεοῦ δύναμιν; εἶδες πῶς, κἂν πολλὰ ᾖ τὰ κωλύματα, οὐδέν ἐστι τὸ διακόπτον αὐτοῦ τὸ βούλημα; Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς πίστεώς ἐστιν ἰδεῖν γινόμενον. Τοιούτων γὰρ ὄντων τῶν πολεμούντων, τοσούτων ὄντων τῶν ἐπιβουλευόντων, καὶ βασιλέων, καὶ τυράννων, καὶ δήμων κατεξανισταμένων, καὶ πάντα ποιούντων, ὥστε σβέσαι τὸν σπινθῆρα τῆς πίστεως, δι' αὐτῶν τῶν ἐπιβουλευόντων, διὰ τῶν κωλύειν βουλομένων, τοσαύτη ἤρθη τῆς εὐσεβείας ἡ φλὸξ, ὡς ἅπασαν καταλαβεῖν τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν ἀοίκητον. Κἂν πρὸς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπέλθῃς, κἂν πρὸς Σκύθας, κἂν πρὸς αὐτὰ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, κἂν εἰς αὐτὸν τὸν ὠκεανὸν, πανταχοῦ εὑρήσεις τοῦ Χριστοῦ τὴν διδασκαλίαν καταυγάζουσαν τὰς ἁπάντων ψυχάς. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ βάρβαρα ἔθνη μετερρύθμισεν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, καὶ φιλοσοφεῖν ἔμαθον καὶ τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἀποστάντες πρὸς τὴν εὐσέβειαν μετετάξαντο. Καὶ καθάπερ διὰ τῶν τριῶν τούτων τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος ἐπιδοῦναι παρεσκεύασεν ὁ τῶν ὅλων δημιουργός· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως διὰ τῶν ἕνδεκα, τῶν ἁλιέων, τῶν ἀγραμμάτων, τῶν ἰδιωτῶν, τῶν μηδὲ διᾶραι τὸ στόμα τολμώντων, ἅπασαν ἐπεσπάσατο τὴν οἰκουμένην. Καὶ οἱ ἀγράμματοι οὗτοι, καὶ οἱ ἰδιῶται καὶ οἱ ἁλιεῖς τῶν φιλοσόφων ἀπέφραξαν τὰ στόματα, καὶ καθάπερ ὑπόπτεροι, οὕτω τὴν οἰκουμένην ἅπασαν διέδραμον κατασπείραντες τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον καὶ τὰς ἀκάνθας ἐκτέμνοντες, καὶ τὰ παλαιὰ ἀνασπῶντες ἔθη, καὶ τοὺς τοῦ Χριστοῦ νόμους πανταχοῦ καταφυτεύοντες· καὶ οὔτε τὸ ὀλίγους αὐτοὺς εἶναι, οὔτε ἡ ἰδιωτεία, οὔτε τὸ αὐστηρὸν τῶν ἐπιταγμάτων, οὔτε τὸ παλαιᾷ συνηθείᾳ προκατειλῆφθαι ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἴσχυσε κώλυμα αὐτοῖς γενέσθαι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀνῄρει προοδοποιοῦσα ἡ χάρις, καὶ μετ' εὐκολίας ἅπαντα εἰργάζοντο, δι' αὐτῶν τῶν κωλυμάτων μείζονα δεχόμενοι τὴν προθυμίαν. Καὶ γάρ ποτε μὲν μαστιζόμενοι ἀνεχώρουν χαίροντες οὐ διὰ τὰς μάστιγας ἁπλῶς, ἀλλ' Ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι· ἄλλοτε δὲ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντες, ἐπειδὴ ὑπ' ἀγγέλου

ἐξηνέχθησαν, πάλιν τῶν αὐτῶν εἴχοντο, καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ἀφιγνούμενοι τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον κατέβαλον, σαγηνεύοντες τὰ πλήθη εἰς τὴν εὐσέβειαν· καὶ πάλιν κατεχόμενοι, οὐ μόνον οὐδὲ ἐντεῦθεν ὀκνηρότεροι ἐγίνοντο, ἀλλὰ καὶ πλείονα τὴν παῤῥησίαν ἐπεδείκνυντο, ἐν μέσῳ μαινομένου δήμου καὶ τοὺς ὀδόντας τρίζοντος ἑστῶτες καὶ λέγοντες, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Εἶδες παῤῥησίας μέγεθος; εἶδες τοὺς ἰδιώτας, τοὺς ἁλιεῖς ὑπερορῶντας τοσούτων δήμων μαινομένων, καὶ πρὸς φόνους καὶ σφαγὰς ἑτοίμων; Ἀλλὰ σὺ ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ τούτοις λογίζου τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν χάριτι τῇ νεῤῥούσῃ καὶ ἀλειφούσῃ αὐτῶν τὴν προθυμίαν. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ μακάριος Πέτρος, ἡνίκα τὸν ἐκ κοιλίας μητρὸς χωλεύοντα ὄρθιον ἀποκατέστησε, πάντων ἐκπληττομένων καὶ θαυμαζόντων αὐτοὺς, ἐπιδεικνύμενος τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην φησίν· Ἄνδρες, τί ἀτενίζετε ἡμῖν, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; Τίνος ἕνεκεν, φησὶν, οὕτω κατεπλάγητε καὶ ἐκπεπληγμένοι ἐστὲ ἐπὶ τῷ γεγονότι; Μὴ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τοῦτο ἐργασάμενοι, ἢ ἰδίᾳ δυνάμει πρὸς ὑγίειαν αὐτὸν ἐπαναγαγόντες, καὶ βαδίζειν παρασκευάσαντες; Τί ἡμῖν ἀτενίζετε; Οὐδὲν πλέον ἡμεῖς εἰσηνέγκαμεν, ἢ ὅτι τὴν γλῶτταν ἐδανείσαμεν· ὁ δὲ τὸ πᾶν ἐργασάμενος, ὁ Δεσπότης ἐστὶ καὶ δημιουργὸς τῆς φύσεως. Ἐκεῖνος Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, οὓς πατριάρχας ἐπιγράφεσθε, ἐκεῖνος Ὃν ὑμεῖς παραδεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν· ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ταῦτα ἐργασάμενος· ὃν Ὑμεῖς, τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον, ἠρνήσασθε, καὶ ἠτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς κατεκρίνατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.

tenti, non solum non segniores inde facti sunt, sed et majorem libertatem præ se tulerunt, in medio insanientis populi et dentibus frementis stantes, ac dicentes, *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Vidisti libertatis magnitudinem? vidisti illiteratos piscatores contemnere tot furentes populos, et ad cædes ac mactationes paratos? At tu, dilecte, audiens hæc omnia ne tribue illis, sed divinæ gratiæ, quæ confirmabat et instruebat illorum alacritatem. Quia et ille beatus Petrus, cum ex utero matris claudum rectum faceret, omnibus obstupescentibus et admirantibus, gratum ipse animum declarans, inquit: *Viri, quid nos intuemini, quasi nostra potentia vel pietate fecerimus illum ambulare?* Quare, inquit, sic obstupescitis, et stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc operati, vel propria virtute incolumitati illum restituimus, et ambulare fecimus? *Quid nos intuemini?* Nihil amplius nos attulimus, quam quod linguam nostram commodavimus. Qui autem omnia fecit, Dominus est, et ille naturæ Conditor, *Deus Abraham, Isaac, et Jacob,* quos patriarchas censetis. Ille *Quem vos tradidistis, et negastis coram facie Pilati judicantis illum dimittendum:* ille est qui omnia operatus est, quem *Vos sanctum et justum negastis, et petiistis virum homicidam vobis tradi: principem autem vitæ condemnastis, quem Deus excitavit a mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis illius, hunc quem videtis et nostis, solidavit nomen illius, et fides, quæ per ipsum est, dedit huic incolumitatem coram omnibus vobis.*

Ib. v. 29.

Act. 3. 12.

Ibid. v. 13—16.

Πολλὴ τῆς παῤῥησίας ἡ ὑπερβολή· μεγάλη καὶ ἄφατος τῆς ἄνωθεν αὐτοῖς παρασχεθείσης χάριτος ἡ δύναμις· σαφεστάτη τῆς ἀναστάσεως ἡ ἀπόδειξις ἡ τοῦ μακαρίου τούτου παῤῥησία γένοιτ' ἄν. Τί γὰρ ἂν τούτου μεῖζον σημεῖον ἐπιζητήσειεν ἄν τις λαβεῖν, [a] ὅταν ὁ πρὸ τοῦ σταυροῦ καὶ κόρης εὐτελοῦς ἀπειλὴν μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν, νῦν οὕτω κατεξανίσταται τοῦ τῶν Ἰουδαίων δήμου, καὶ τοσαύτῃ παῤῥησίᾳ καὶ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος, μόνος ὢν, οὕτως ἀτάκτως μεμηνὸς, ἐπαποδύεται, καὶ τοιαῦτα φθέγγεται, ἃ τὴν μανίαν αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον διεγείρειν δύναται; Εἶδες, ἀγαπητὲ,

6. Magna liberi hujus sermonis excellentia; ingens et ineffabilis vis gratiæ superne illis collatæ; manifestissima resurrectionis demonstratio beati illius in dicendo libertas fuerit. Quod enim majus miraculum illo quis quæreret, cum is qui ante crucem etiam abjectæ puellæ minas ferre non potuit, nunc ad eum modum adversus Judæorum populum insurgit, tantaque fiducia, solus cum esset, contra tantam, tamque furentem multitudinem stat adversus, et loquitur quæ insaniam illorum magis exasperare queant? Vidi-

[a] Savilius: « Εἰ, ὅτε, ἐπειδή, cum indicativo, ἐὰν, ὅταν, ἐπειδάν, rectam grammaticæ regulam sequendo, nonnisi cum subjunctivo: quod hoc loco non observatur, et aliis plerisque apud Chrysostomum: nisi dicamus omnes codices esse vitiosos.»

sti, dilecte, id quod in procœmio dicebam, etiam nunc declaratum? Quod si quis amore in Deum accendatur, non postea feret ea quæ sub corporeorum oculorum aspectum cadunt; sed aliis instructus oculis, oculis inquam fidei, illa semper speculatur, et ad illa mentem habet intentam, ambulansque in terra, tamquam municipatum habens in cælis, ita omnia agit, nullis humanis præpeditus a virtutis cursu. Nam qui talis est, non posthac respicit ad splendida hujus vitæ, neque ad dura et aspera, sed omnia illa prætercurrit, ad patriam suam festinans. Et sicut qui corporalem hunc cursum magna contentione peragit, nullum occurrentium videt, etiamsi sæpius in illum incidat, sed animo ad cursum intento facile omnia transit, festinans ad destinatum scopum: eodem modo, qui cursum virtutis peragere festinat, et a terra in cælum ascendere concupiscit, omnia quæ videntur deorsum relinquit, et totum se cursui dedit, neque prius subsistit, neque a visibili quapiam re detinetur, donec in verticem ascendere potuerit. Ei enim qui sic affectus est, etiam quæ videntur esse terribilia in præsenti vita, contemtibilia fiunt: et qui talis est, neque gladium timet, neque præcipitium, neque ferarum dentes, neque tormenta, neque lictorum manus, neque aliquid triste in hac vita: sed et si carbones videat substratos, quasi prata et paradisos videns transilit; et si aliam quamdam tormentorum speciem intentari videat, non deficit ad aspectum, neque aversatur. Desiderium enim futurorum mentem ipsius transtulit, et quasi frustra corpore amictus, ita affectiones suas moderatur, et superna gratia munitus corporis dolores ne sentit quidem. Quocirca obsecro, ut quo facile virtutis labores ferre possimus, magnum habeamus in Deum amorem et desiderium, et illuc mente nostra intenta, a nulla re hujus vitæ supplantemur in cursu illo, sed futurorum bonorum fruitionem continuo cogitantes, omnes hujus vitæ molestias mansuete feramus, et neque ignominia nos contristet, neque inopia gravet, neque morbus corporis mentis sensum emolliat, neque quod contemnamur despiciamurque ab hominum turba, id segniores nos faciat in virtutis studio: sed omnibus iis, quasi pulvis essent, excussis, assumtoque generoso et sublimi spiritu, magnum per omnia fortitudinis specimen exhibeamus, et sicut heri vestram caritatem obsecravi, cum inimicis magna

Adhortatur ad amorem erga Deum.

πῶς, ὅπερ ἐν προοιμίοις ἔλεγον, τοῦτο καὶ νῦν δείκνυται; Ἐπειδάν τις πυρωθῇ τῷ πρὸς τὸν Θεὸν πόθῳ, οὐκέτι λοιπὸν δρᾷν ἀνέχεται τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις τοῖς σωματικοῖς ὑποπίπτοντα, ἀλλ' ἑτέρους ὀφθαλμοὺς κτησάμενος, τοὺς τῆς πίστεως λέγω, ἐκεῖνα διὰ παντὸς φαντάζεται καὶ πρὸς ἐκεῖνα τὴν διάνοιαν ἔχει τεταμένην, καὶ ἐν γῇ βαδίζων ὡς ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα ἔχων, οὕτω πάντα διαπράττεται, ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων ἐμποδιζόμενος πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν δρόμον. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ τὰ λαμπρὰ τοῦ βίου λοιπὸν δρᾷ, οὐ τὰ δυσχερῆ καὶ ἐναντία, ἀλλὰ πάντα παρατρέχει, πρὸς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ἐπειγόμενος. Καὶ καθάπερ ὁ μετὰ πολλῶν τοῦ τόνου τὸν σωματικὸν τοῦτον δρόμον τρέχων [278] [b] οὐδένα τῶν ἁπαντώντων δρᾷ, κἂν μυριάκις αὐτῷ προσπταίσῃ, ἀλλὰ πρὸς τὸν δρόμον ἔχων τεταμένον αὐτῶν τὸν λογισμὸν, εὐκόλως ἅπαντα παραδραμὼν ἐπείγεται πρὸς τὸν προκείμενον αὐτῷ σκοπόν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ τὸν κατ' ἀρετὴν δρόμον τρέχειν σπουδάζων, καὶ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν ἐπιθυμῶν, πάντα τὰ ὁρώμενα κάτω ἀφίησι, καὶ ὅλος τοῦ δρόμου γίνεται, καὶ οὐ πρότερον ἵσταται, οὐδὲ κατέχεται ὑπό τινος τῶν ὁρωμένων, μέχρις ἂν εἰς αὐτὴν ἀνελθεῖν δυνηθῇ τὴν κορυφήν. Τῷ γὰρ οὕτω διακειμένῳ καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι φοβερὰ κατὰ τὸν παρόντα βίον, εὐκαταφρόνητα γίνεται, καὶ ὁ τοιοῦτος οὔτε ξίφος δέδοικεν, οὔτε κρημνὸν, οὔτε θηρίων ὀδόντας, οὐ βασάνους, οὐ δημίων χεῖρας, οὐκ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον λυπηρῶν· ἀλλὰ κἂν ἄνθρακας ἴδῃ ὑπεστορεσμένους, ὡς λειμῶνας δρῶν καὶ παραδείσους, οὕτως ἐπιπηδᾷ· κἂν ἕτερόν τι τῶν κολαστηρίων εἶδος ἐπαγόμενον θεάσηται, οὐ ναρκᾷ πρὸς τὴν ὄψιν, οὐδὲ ἐπιστρέφεται. Ὁ γὰρ τῶν μελλόντων πόθος μετέστησεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ ὡς ἁπλῶς καὶ εἰκῇ τὸ σῶμα περικείμενος, οὕτως ἀνώτερος γίνεται τῶν παθῶν, καὶ τῇ ἄνωθεν χάριτι φρουρούμενος οὐδὲ αἴσθησιν λαμβάνει τῶν ἀλγηδόνων τῶν σωματικῶν. Διὸ παρακαλῶ, ἵν εὐκόλως τοὺς κατὰ τὴν ἀρετὴν πόνους ἐνεγκεῖν δυνηθῶμεν, πολὺν τὸν περὶ τὸν Θεὸν ἐπιδειξώμεθα πόθον, καὶ ἐκεῖ τὴν διάνοιαν ἡμῶν τείναντες ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πρὸς τὸν ἐκεῖσε δρόμον ὑποσκελιζώμεθα, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν διηνεκῆ ἀπόλαυσιν λογιζόμενοι, πάντα τὰ ἀλγεινὰ τοῦ παρόντος βίου πράως φέρωμεν, καὶ μήτε ἀδοξία ἡμᾶς λυπείτω, μήτε πενία πιεζέτω, μήτε νόσος σώματος τῆς ψυχῆς τὸ φρόνημα χαυνούτω, μήτε τὸ καταφρονεῖσθαι παρὰ τῶν πολλῶν καὶ ἐξευτελίζεσθαι ὀκνηροτέρους περὶ τὴν τῆς ἀρετῆς κατόρθωσιν ἀπεργαζέσθω· ἀλλὰ πάντα ταῦτα, ὥσπερ κόνιν, ἀποτιναξάμενοι, καὶ γενναῖον καὶ ὑψηλὸν φρόνημα

[b] Quatuor Mss. οὐδένα τῶν ἁπάντων ὁρᾷ.

ἀναλαβόντες, οὕτω πρὸς ἅπαντα πολλὴν τὴν ἀνδρείαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ καθάπερ χθὲς παρεκάλεσα τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τὰς πρὸς τοὺς ἐχθροὺς καταλλαγὰς μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ποιησώμεθα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς πάθη ἐξορίσωμεν τῆς ἡμετέρας· κἂν ἐπιθυμία ἄτοπος ἐνοχλῇ, ταύτην φυγαδεύωμεν· κἂν θυμὸς πρὸς ὀργὴν διεγείρῃ, καταστέλλωμεν τὴν φλεγμονὴν τῇ ὠδῇ τῶν πνευματικῶν παραινέσεων, δεικνύντες τοῦ πάθους τὸν ὄλεθρον. Ἀνὴρ γάρ, φησί, θυμώδης, οὐκ εὐσχήμων· καὶ πάλιν, Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Κἂν χρημάτων ἐπιθυμία ταράσσῃ τὸν λογισμὸν, φεύγειν σπουδάζωμεν τὴν [a] ὀλεθρίαν ταύτην λύμην, καὶ καθάπερ ῥίζαν τῶν κακῶν ἁπάντων ἐκτέμνωμεν. Καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἐνοχλούντων ἡμῖν παθῶν διορθοῦν σπουδάζωμεν, ἵνα καὶ τῶν βλαβερῶν ἀπεχόμενοι, καὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις μεταδιώκοντες, δυνηθῶμεν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D alacritate conciliemur, et ex animalibus nostris affectionum eliminemus reliquias; et si qua concupiscentia prava interturbet, eam effugemus; et si furor ad iram exstimulet, comprimamus hunc æstum cantu spiritualium admonitionum, ostendentes quam perniciosæ sint affectiones. *Vir* enim, inquit, *iracundus, non honestus est;* et iterum, *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis.* Et si pecuniarum cupiditas incessat, demus operam, ut mens vitet tantam perniciem, et sicut radicem malorum omnium exscindamus. Sic studeamus singulas E affectiones malas corrigere, quo et abstinendo a malis, et sectando opera bona, possimus in die illo tremendo a Deo misericordiam assequi, gratia et miserationibus unigeniti ejus Filii, cui cum Patre, et Spiritu sancto sit gloria, imperium, et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Prov. 11. 25.

Matth. 5. 22.

ΟΜΙΛΙΑ κθ'.

HOMILIA XXIX.

279 A

Καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη.

Et cœpit Noë homo agricola terræ, et plantavit vineam, et bibit de vino: et inebriatus est.

Gen. 9. 20. 21.

Πρὸς τὸ τέλος λοιπὸν ἐφθάσαμεν τῆς κατὰ τὸν δίκαιον ὑποθέσεως· διὸ, παρακαλῶ, συντείνατέ μοι τὴν διάνοιαν, καὶ μετὰ ἀκριβείας προσέχετε τοῖς λεγομένοις. Οὐδὲ γὰρ μικρὰ, οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐστὶ καρπώσασθαι καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀνεγνωσμένων· τὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς συμβεβηκότα, [a] εἰ βουλοίμεθα νήφειν, μεγίστης ἡμῖν διδασκαλίας ὑπόθεσις γίνεται. B Διὰ γὰρ τοῦτο οὐ μόνον τὰ κατορθώματα τῶν ἁγίων γέγραπται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα τὰ μὲν φεύγωμεν, τὰ δὲ ζηλώσωμεν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ δείκνυσί σοι ἡ θεία Γραφὴ καὶ δικαίους πολλάκις σφαλέντας, καὶ ἁμαρτωλοὺς πολλὴν μεταβολὴν ἐπιδειξαμένους, ἵνα ἑκατέρωθεν ἀρκοῦσαν δεξώμεθα τὴν ἀσφάλειαν, καὶ μήτε ὁ ἑστὼς θαῤῥῇ ὁρῶν καὶ δικαίους [b] καταπεσόντας, μήτε ὁ ἐν ἁμαρτήμασιν ὢν ἀπαγορεύῃ, ἰδὼν πολλοὺς ἀνενεγκόντας καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν κορυφὴν φθάσαι δυνηθέντας. Μηδεὶς τοίνυν, παρακαλῶ, κἂν πολλὰ κατορθώματα ἑαυτῷ συνειδὼς

1. Ad finem tandem argumenti ad justum hunc spectantis venimus: ideo obsecro, mente intenta adeste, et diligenter quæ dicuntur auscultate. Nam ex iis quæ hodie lecta sunt non parvum, neque vulgarem percipere licet fructum: quandoquidem quæ priscis evenerunt, si sapere voluerimus, maximæ nobis doctrinæ sunt occasio. Ideo enim non solum opera sanctorum bona scripta sunt, sed etiam peccata, ut hæc quidem fugiamus, illa vero imitemur: neque hoc solum, sed monstrat insuper divina Scriptura et justos sæpe lapsos, et peccatores magnam exhibentes vitæ conversionem, quo utrinque sufficiens nobis esset cautela, et neque qui stat confidentior sit, videns et justos cecidisse, neque qui in peccatis est desperet, multos conspiciens qui resipuerunt, et ad summum virtutis apicem pervenire potuerunt. Itaque nullus, quæso, tametsi multorum

Non solum bona opera, sed et peccata sanctorum proponuntur.

[a] Quatuor Mss. τὴν ὀλέθριον. Utraque forma in usu est.

[a] Duo Mss. εἰ βουλώμεθα μαθεῖν.

[b] Quinque Mss. καταπεσόντας, καὶ ὁ ἐν ἁμαρτήμασιν ὢν ἀπαγ.

bonorum operum sibi conscius, confidentior sit, sed anxius sit, et sollicitus : et audiat beatum
1. *Cor.* 10. 12. Paulum admonentem et dicentem, *Qui stare sibi videtur, videat ne cadat;* nullus item, qui in profundum ipsum malitiæ descenderit, salutis suæ spem abjiciat, sed ineffabilem Dei misericordiam cogitans, audiat iterum Deum
Jer. 8. 4. per prophetam dicentem : *Num qui cadit, non resurgit; et qui avertit se, non revertitur?*
Ezech. 18. 23. et iterum, *Nolo mortem peccatoris, sicut converti eum et vivere.* Vidisti, dilecte, omnia in divinis Scripturis scripta, non alia de causa memoriæ fuisse tradita, quam propter nostram utilitatem, et humani generis salutem? Hæc secum quisque nostrum expendat, suisque congrua vulneribus pharmaca imponat. Ideo enim hæc ad libitum omnibus sunt proposita, et licet volenti conveniens suis affectionibus remedium apponere, et sanitatem accipere celerrimam, tantum medicinæ curam ne quis rejiciat, sed gratum suum exhibeat animum. Nulla enim est in humana natura vel corporis vel animæ ægritudo, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quomodo? dic, obsecro. Ingreditur quis huc tristitia et negotiorum sollicitudine oneratus, et ingressus huc, ita mœrore obrutus, statim ut au-
Psal. 41. 6. 7. divit prophetam dicentem : *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor ei : salutare vultus mei, et Deus meus;* sufficienti consolatione suscepta abit, et omnem illam mentis tristitiam excutit. Alius item, qui extrema premitur inopia, gravatim fert et mœret, videns alios divitiis affluere, et valde inflari, magnoque apparatu et pompa stipari. Audit et hic eumdem
Psal. 54. 23. prophetam dicentem : *Jacta in Dominum curam tuam, et ipse te enutriet;* et iterum : *Ne*
Psal. 48. 17. 18. *timeas cum ditatus fuerit homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus ejus : quoniam cum interierit, non sumet omnia.* Est et alius quoque qui insidias et calumnias sustinens dolet, et insuavem putat vitam, nusquam humanum invenire valens auxilium. Docetur et hic ab eodem beato propheta in talibus angustiis non ad humanum præsidium confugiendum:
Psal. 108. 4. audit enim ipsum dicentem : *Ipsi detrahebant mihi, ego autem orabam.* Vidisti unde quærat auxilium? Alii, inquit, dolos consuunt et calumnias insidiasque : ego autem ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam anchoram,

ἢ, θαρρείτω, ἀλλ' ἐναγώνιος ἔστω, καὶ ἀκουέτω τῶν μακαρίου Παύλου λέγοντος καὶ παραινοῦντος, Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· μήτε ὁ πρὸς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῆς κακίας κατελθὼν ἀπελπιζέτω ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἐννοῶν τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν ἀκουέτω πάλιν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; καὶ πάλιν, Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν. Εἶδες, ἀγαπητέ, πῶς ἕκαστον τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐγγεγραμμένων δι' οὐδὲν ἕτερον μνήμῃ παρεδόθη, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ἡμετέραν, καὶ τὴν σωτηρίαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους; Ταῦτα δὴ λογιζόμενοι ἕκαστος ἡμῶν τὰ κατάλληλα φάρμακα ἐντεῦθεν ἑαυτῷ ἐπιτιθέτω. Διὰ γὰρ τοῦτο πᾶσιν ἐπ' ἀδείας πρόκειται, καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ τὸ ἁρμόδιον τῷ ἐνοχλοῦντι πάθει φάρμακον ἐπιτιθέναι, καὶ ταχίστην τὴν ὑγίειαν δέξασθαι, μόνον ἐὰν μὴ ἀποσείσηταί τις τὴν ἀπὸ τῆς ἰατρείας θεραπείαν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται. Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν συνεχόντων οὔτε ψυχικὸν οὔτε σωματικὸν πάθος, ὃ μὴ τὴν ἐντεῦθεν ἰατρείαν δέξασθαι δύναται. Τί γάρ, εἰπέ μοι; Εἰσέρχεταί τις ἐνταῦθα λύπῃ καὶ πραγμάτων περιστάσει πιεζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο καταχώννυται τῇ ἀθυμίᾳ, εἰσελθὼν καὶ εὐθέως ἀκούσας τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου· ἱκανὴν λαβὼν παραμυθίαν ἄπεισι, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀθυμίαν ἀποσεισάμενος. Ἕτερος πάλιν πενίᾳ πιεζόμενος ἐσχάτῃ δυσχεραίνει, καὶ ἀλύει 280 A ὁρῶν ἑτέρους πλούτῳ περιῤῥεομένους, καὶ μέγα φυσῶντας καὶ πολλὴν τὴν φαντασίαν περιβεβλημένους. Ἀκούει καὶ οὗτος πάλιν τοῦ αὐτοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει· καὶ πάλιν, Μὴ φόβου ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα. Ἕτερος πάλιν ἐπιβουλὰς καὶ συκοφαντίας ὑπομένων δυσχεραίνει, καὶ ἀβίωτον ἡγεῖται τὸν βίον, οὐδαμόθεν ἀνθρωπίνην βοήθειαν εὑρεῖν δυνάμενος. Διδάσκεται B [a] δὲ καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ μακαρίου τούτου προφήτου ἐν ταῖς τοιαύταις περιστάσεσι μὴ ἐπ' ἀνθρωπίνην συμμαχίαν καταφεύγειν· ἀκούει γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, Αὐτοὶ ἐνδιέβαλόν με, ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Εἶδες ὅθεν τὴν συμμαχίαν ἐπιζητεῖ; Ἕτεροι, φησὶ, δόλους ῥάπτουσι καὶ συκοφαντίας καὶ ἐπιβουλάς· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ἀκαταμάχητον καταφεύγω, ἐπὶ τὴν ἄγκυραν τὴν ἀσφαλῆ, ἐπὶ τὸν λιμένα τὸν ἀκύμαντον,

[a] Δὲ deest in sex Mss., nec ab Interprete lectum est.

OF THE ASIATIC SOCIETY

ἐπὶ τὴν εὐχὴν, δι' ἧς πάντα μοι τὰ δυσχερῆ κοῦφα καὶ ῥᾴδια γίνεται, Ἕτερος πάλιν ὑπὸ τῶν πρότερον C θεραπευόντων καταφρονεῖται καὶ περιορᾶται, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων καταλιμπάνεται, καὶ τοῦτο αὐτοῦ μάλιστα συγχεῖ καὶ ταράσσει τὸν λογισμόν. Ἀλλὰ καὶ οὗτος, εἰ βουληθείη, ἐνταῦθα παραγενόμενος ἀκούσει τοῦ μακαρίου τούτου λέγοντος· Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν, καὶ οἱ ἐγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου· καὶ οἱ ζητοῦντες [b] τὰ κακά μου ἐλάλησαν ματαιότητας, καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν. Εἶδες μέχρις αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὰς ἐπιβουλὰς ῥάπτοντας, καὶ διηνεκῆ τὸν D πόλεμον ἐπιδεικνυμένους; Τὸ γὰρ, Ὅλην τὴν ἡμέραν, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι διὰ πάσης τῆς ζωῆς. Τί οὖν αὐτὸς ἐκείνων ταῦτα ἐπιβουλευόντων καὶ κατασκευαζόντων ἔπραττεν; Ἐγὼ δὲ, φησὶν, ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. Εἶδες φιλοσοφίας ὑπερβολὴν, πῶς διὰ τῶν ἐναντίων ὁδῶν οὗτος περιεγένετο; Ἐκεῖνοι δόλους ἔρραπτον, αὐτὸς καὶ τὰς ἀκοὰς ἔφραττεν, ὡς μηδὲ ἀκούειν· ἐκεῖνοι πάντα τὸν χρόνον οὐκ ἐπαύοντο καὶ τὴν γλῶτταν ἀκονοῦντες, καὶ ματαιότητας καὶ δολιότητας φθεγγόμενοι· οὗτος E δὲ τῇ σιγῇ τὴν μανίαν ἐκείνων κατέστελλε. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὕτως ἑαυτὸν διετίθει, καίτοι ἐκείνων ταῦτα κατασκευαζόντων, καὶ ὡσεὶ κωφὸς, καὶ ἄλαλος, καὶ μήτε ἀκοὰς ἔχων, μήτε γλῶτταν, οὕτω διέκειτο; Ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος τὴν αἰτίαν τῆς τοσαύτης φιλοσοφίας· Ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, Κύριε. Ἐπειδὴ ἐμαυτὸν ἐξήρτησα, φησὶ, τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος, οὐδείς μοι λόγος τῶν παρὰ τούτων γινομένων. Ἡ γὰρ σὴ ῥοπὴ ἱκανὴ πάντα διασκεδάσαι, καὶ ἀκύρους αὐτῶν ποιῆσαι καὶ τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὰς μηχανὰς, καὶ μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ὑπ' αὐτῶν κατασκευαζομένων εἰς ἔργον ἐλθεῖν.

Ἴδετε πῶς δυνατὸν ἑκάστης συμφορᾶς τῆς συνεχούσης τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν κατάλληλον ἐντεῦθεν φάρμακον λαβόντα ἀπελθεῖν, καὶ πᾶσαν ἀπώσασθαι ἀθυμίαν βιωτικὴν, καὶ ὑπὸ μηδενὸς συστέλλεσθαι τῶν συμπιπτόντων; Διὰ τοῦτο παρακαλῶ καὶ συνεχῶς ἐνταῦθα βαδίζειν, καὶ μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει, μὴ μόνον ἐπειδὰν ἐνταῦθα παραγίνησθε, ἀλλὰ καὶ οἴκαδε μετὰ χεῖρας λαμβάνειν τὰ θεῖα Βιβλία, καὶ μετ' ἐπιμελείας δέχεσθαι τῶν ἐγκειμένων τὴν ὠφέλειαν. Πολὺ γὰρ τὸ ἐντεῦθεν τικτόμενον κέρδος· [a] πρῶτον αὐτὸ τοῦτο, τὴν γλῶτταν ἀναπλάττεσθαι ποιεῖ διὰ τῆς ἀναγνώ-

ad portum fluctuum expertem, ad preces, in- Preces omnia levia et facilia
quam, per quas omnia difficilia leviæ et facilia mihi fiunt. Insuper alius ab iis qui prius ipsi reddunt.
ministrabant, despicitur et contemnitur, atque ab amicis relinquitur, et hoc est quod mentem ejus maxime conturbat et confundit. Sed et hic si voluerit, huc accedens audiet beatum illum dicentem : *Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt. Et qui juxta me erant a longe steterunt, et vim faciebant qui quærebant animam meam : et qui quærebant mala mihi, loquuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur.* Vidisti struentes insidias usque ad mortem ipsam, et perpetuum bellum gerentes? Nam hoc indicat, cum dicit : *Tota die meditabantur;* quia per totam vitam. Quid ergo ille interim, dum insidiarentur et molirentur, agebat? *Ego autem,* inquit, *quasi surdus non audiens, et sicut mutus non aperiens os suum; et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.* Vidisti excellentem philosophiam, quomodo diversa via vicit? Illi dolos struebant, ipse aures obturabat, ne audiret : illi omni tempore non cessabant linguam acuere, et vanitates et fraudulentias meditari; hic autem silentio illorum insaniam comprimebat. Et quare sic se gerit, et licet illis hæc apparantibus ipse sic agit quasi surdus et mutus, et quasi neque aures, neque linguam habeat? Audi ipsum tantæ philosophiæ causam dicentem : *Quia in te speravi, Domine.* Quia a te pendet spes mea, inquit, et in te me projeci, nulla mihi cura est, quid illi agant. Tuum enim auxilium satis potens est ad dissipanda hæc omnia, irritasque reddendas illorum machinationes et insidias, ut nihil eorum impleatur quod apparant.

Psal. 37. 12. 13.

Ibid. v. 14. 15.

Ibid. v. 16.

2. Vidistis quomodo quacumque calamitate humanam naturam premente, congruens ex Scripturis antidotum accipere liceat, et omnem vitæ hujus mœrorem repellere, neque ab ullo quod accidit, gravari? Propterea obsecro, ut frequenter huc veniatis, et divinæ Scripturæ lectionem diligenter auscultetis : non solum cum huc venitis, sed et domi divinos libros in manus sumite, ut utilitatem in illis positam magno studio suscipite. Inde enim multum lucri nascitur : primum quidem lectione lingua reformatur; deinde anima excitatur et sublimis efficitur,

Scriptura sacra in calamitatibus antidotum.

[b] Quidam Mss. τὰ κακά μοι.

[a] Sex septemve Mss. πρῶτον αὐτὸ τὸ τὴν γλῶτταν ἀναπλάττεσθαι διὰ τῆς.

jubareque solis justitiæ illustratur, perque tempus illud ab immundarum cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac tranquillitate fruens. Insuper quod ad augendas vires corporis sensibilis ille cibus facit, id animæ lectio præstat. Spirituale enim alimentum est, et fortem reddit animam, et constantiorem, et magis philosophicam, non permittens ut ab affectionibus absurdis capiatur : sed levem et alatam faciens, in cælum ipsum propemodum transfert. Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligentiam amittamus, sed etiam domi vacemus divinarum Scripturarum lectioni, et hic præsentes non in nugis et inutilibus colloquiis tempus insumamus : sed propter quod convenimus, attendamus quæ legantur, ut majori inde fructu percepto discedere liceat. Quod si huc ingressi, ad intempestivas et inutiles confabulationes vos confertis, et absque ampliori fructu hinc abitis, quæ utilitas? Annon enim absurdum est, eos qui ad sæculares nundinas veniunt, sollicitos esse ut antequam redeant, omnia quæ ex nundinis oportet capiant, licet pecuniæ impendendæ sint : eos autem qui huc ad spirituales has nundinas veniunt, non omne studium impendere, ut acceptis utilibus, et in anima depositis, recedant; maxime cum nullo pecuniarum sumtu hic opus sit, sed alacritate sola et attenta mente? Ut igitur ne deteriores simus iis qui ad sæculares mercatus vadunt, operam demus, ut perquam vigilantes simus, ne desint hinc migraturis viatica, quæ non solum nobis sufficiant, sed et quæ suppeditare possimus et aliis, et uxorem corrigendo, et famulos, et vicinum, et amicum, imo etiam inimicum. Talia enim sunt spiritualia dogmata, ut communia omnibus proponantur, nullaque sit in eis diversitas, nisi quando quis magis intentam affert mentem, et fervontiori desiderio alium transcendit. Itaque quia tantum est ex hac doctrina lucrum, age hodie lecta in medium proponamus, et fructu quopiam inde collecto, domum redeamus.° 20. *Et cœpit,* inquit, *Noe homo agricola terræ, et plantavit vineam,* 21. *et bibit de vino, et inebriatus est.* Vide quantæ nobis utilitatis occasio est hujus lectionis procœmium. Quando enim audimus, justum illum et perfectum, qui tantum superne accepit testimonium, bibisse et inebriatum esse : quomodo nos posthac, qui tantis et tam variis peccatis immersi sumus, non magna contentione

σεως· ἔπειτα καὶ ἡ ψυχὴ πτεροῦται καὶ μετάρσιος γίνεται, τῷ φωτὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου καταυγαζομένη, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς τῶν πονηρῶν λογισμῶν λύμης ἀπαλλαττομένη, καὶ γαλήνης ἀπολαύουσα πολλῆς καὶ ἡσυχίας. Καὶ ὅπερ ἡ σωματικὴ τροφὴ πρὸς τὴν σύστασιν τῆς ἡμετέρας ἰσχύος, τοῦτο ἡ ἀνάγνωσις τῇ ψυχῇ γίνεται. Τροφὴ γάρ ἐστι πνευματικὴ, καὶ νευροῖ τὸν λογισμὸν, καὶ ἰσχυρὰν ἐργάζεται τὴν ψυχὴν, καὶ εὐτονωτέραν καὶ φιλοσοφωτέραν, οὐκ ἀφιεῖσα λοιπὸν ἁλίσκεσθαι τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ κοῦφον αὐτῇ τὸ πτερὸν ἐργαζομένη, καὶ πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, τὸν οὐρανὸν μεθιστῶσα. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, τῶν τοσούτου κέρδους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ οἰκίας [b] σπουδάζωμεν τῇ ἀναγνώσει τῶν θείων προσέχειν Γραφῶν, καὶ ἐνταῦθα παραγινόμενοι μὴ εἰς φλυαρίας καὶ ἀνωφελεῖς ὁμιλίας τὸν καιρὸν καταδαπανῶμεν, ἀλλὰ δι' ὃ παραγεγόναμεν, οὕτω συντείνωμεν ἑαυτοὺς, καὶ προσέχωμεν τοῖς ἀναγινωσκομένοις, ἵνα καρπωσάμενοί τι πλέον, οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθητε. Εἰ μέλλοιτε εἰσελθόντες ἐνταῦθα πάλιν εἰς ὁμιλίας ἀκαίρους καὶ [c] ἀνωφελεῖς τὸν καιρὸν καταναλίσκειν, καὶ μηδὲν πλέον εἰς ὠφέλειαν λόγων δεξάμενοι ἐπανιέναι, τί τὸ ὄφελος; Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, εἰς μὲν πανήγυριν βιωτικὴν ἀπιόντας σπουδάζειν πάντα τὰ ἐκ τῆς πανηγύρεως λαβόντας ἐπανελθεῖν οἴκαδε, καὶ ταῦτα χρήματα κατατιθέντας· ἐνταῦθα δὲ εἰς τὴν πανήγυριν ταύτην τὴν πνευματικὴν ἐρχομένους, μὴ πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδὴν λαβόντας τι τῶν χρησίμων, καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἐναποθεμένους οὕτως ἐπανιέναι, καὶ μάλιστα ὅτε οὐδὲ χρημάτων δαπάνην ἐργάσασθαι δεῖ, ἀλλὰ προθυμίαν μόνον εἰσενεγκεῖν, καὶ γνώμην συντεταμένην; Ἵνα οὖν μὴ χείρους γενώμεθα τῶν ταῖς βιωτικαῖς πανηγύρεσιν ἐμβαλλόντων, σπουδάζωμεν πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι τὴν φροντίδα καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ἵν' ἔχωμεν ἐντεῦθεν ἐξελθόντες ἐφόδια, ὥστε μὴ μόνον ἑαυτοῖς ἀρκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἐπιχορηγεῖν, καὶ δύνασθαι καὶ τὴν γυναῖκα διορθοῦν, καὶ τοὺς οἰκέτας, καὶ τοὺς γείτονας, καὶ τὸν φίλον, καὶ τὸν ἐχθρὸν αὐτόν. Τοιαῦτα γὰρ τὰ πνευματικὰ διδάγματα, ὡς κοινὰ πᾶσι προκεῖσθαι, καὶ μηδεμίαν εἶναι ἐν αὐτοῖς διαφορὰν, πλὴν εἰ μή πού τις γνώμην συντεταμένην εἰσενέγκας καὶ προθυμίαν ζέουσαν ὑπερηκόντισε τὸν πλησίον. Ἐπὶ οὖν καὶ τῶν ἐνταῦθα διδαγμάτων τοσοῦτον τὸ κέρδος, φέρε σήμερον τὰ ἀναγνωσθέντα εἰς μέσον προθῶμεν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν κέρδος καρπωσάμενοι, οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθωμεν. Καὶ ἤρξατο, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη. Σκόπει πόσης ἡμῖν ὠφελείας ὑπόθεσις γίνεται αὐτὸ τῆς ἀναγνώσεως τὸ

[b] Quatuor Mss. σπουδάζωμεν κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν. [c] Septem Mss. ἀνωφελεῖς καταναλίσκεσθαι.

προοίμιον. Ὅταν γὰρ ἀκούσωμεν, ὅτι ὁ δίκαιος, ὁ τέλειος, ὁ τὴν ἄνωθεν μαρτυρίαν δεξάμενος ἔπιε καὶ ἐμεθύσθη, πῶς ἡμεῖς λοιπὸν οἱ τοσούτοις καὶ ἑτέροις ἁμαρτήμασι καταβεβαπτισμένοι οὐχὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου σπουδάσομεν φυγεῖν τὴν ἐκ τῆς μέθης λύμην; Καίτοι γε οὐχ ὅμοιόν ἐστι τὸ τὸν δίκαιον τοῦτον ἁλῶναι τῷ πάθει, καὶ ἡμᾶς τῷ αὐτῷ περιπεσεῖν. Πολλὰ γάρ ἐστιν, ἃ τὸν δίκαιον τοῦτον συγγνώμης ἄξιον ἀποφαίνει. Καὶ ταῦτα λέγω οὐ τὸν ὑπὲρ τῆς B μέθης λόγον ποιούμενος, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐξ ἀκρασίας ὁ δίκαιος ὑπεσκελίσθη, ἀλλ' ὑπὸ ἀγνοίας μᾶλλον. [a] Καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς εὗρε τὴν οἰνοποσίαν, ἄκουε αὐτῆς τῆς Γραφῆς λεγούσης καὶ τὴν ἀπολογίαν ποιουμένης, δι' ὧν φθέγγεται· Καὶ ἤρξατο, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη. Αὐτὸ τοῦτο τὸ εἰπεῖν, Ἤρξατο, δείκνυσιν ὅτι αὐτὸς τὴν ἀρχὴν εὗρε τῆς οἰνοποσίας, καὶ διὰ πολλὴν ἄγνοιαν καὶ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τῆς μεταλήψεως τὰ μέτρα εἰς τὴν μέθην ἐξεκυλίσθη. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν *, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀθυμίᾳ πολλῇ κατεχόμενος ἐβουλήθη τὴν ἐντεῦθεν C παραμυθίαν ἑαυτῷ ἐπινοῆσαι, καθάπερ καί τίς φησι σοφός· Δότε οἶνον τοῖς ἐν λύπαις, καὶ μέθην τοῖς ἐν ὀδύναις· δεικνὺς ὅτι οὐδὲν οὕτως ἀθυμίας φάρμακον γενέσθαι δύναται, ὡς ἡ τούτου χρῆσις· μόνον εἰ μή που ἡ ἀμετρία λυμήνηται τὴν ἐξ αὐτοῦ ὠφέλειαν. Ὅτι δὲ ἐν λύπῃ ἦν καὶ ἀθυμίᾳ ὁ δίκαιος οὗτος, ὁρῶν ἑαυτὸν ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνῳ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐῤῥιμμένα, καὶ μετὰ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἀλόγων, καὶ τάφον κοινὸν ἅπασι γεγενημένον, τίς ἀντερεῖ; Ἔθος γὰρ τοῖς προφήταις καὶ τοῖς δικαίοις ἅπασι μὴ μόνον ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀλγεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Καὶ εἴ τις ἐξαριθμῆσαι βούλοιτο, εὑρήσει D πάντας ταύτην τὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνυμένους, καὶ ἀκούσει τοῦ μὲν Ἡσαΐου λέγοντος· Μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με ἐπὶ τοῦ συντρίμματος τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου· τοῦ δὲ Ἱερεμίου, Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; τοῦ δὲ Ἰεζεκιὴλ, Οἴμοι, Κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραήλ; καὶ τοῦ Δανιὴλ θρηνοῦντος, καὶ λέγοντος, ὅτι Ὀλιγοστοὺς ἡμᾶς ἐποίησας παρὰ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τοῦ Ἀμὼς, Μετανόησον, Κύριε, ἐπὶ τούτῳ· καὶ τοῦ Ἀββακοὺμ, Ἵνα τί ἔδειξάς E μοι κόπους καὶ μόχθους; καὶ πάλιν, Καὶ ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης· καὶ τοῦ μακαρίου δὲ αὐτοῦ τούτου Μωϋσέως ἀκούσει λέγοντος,

damnum ebrietatis effugere studebimus? Quamvis non idem ipsum sit, justum illum hoc vitio captum fuisse, et nos in idem incidere. Multa enim sunt, quæ justum illum venia dignum declarant. Quæ non dico quasi ebrietatem excusans, sed demonstrans justum non ex intemperantia, sed potius ex ignorantia supplantatum fuisse. Et quod non ita simpliciter vini potationem invenerit, audi Scripturam ejus apologiam afferentem, cum dicit: *Et cœpit Noë homo agricola terræ, et plantavit vineam, et bibit de vino, et inebriatus est.* Istuc ipsum quod inquit, *Cœpit*, ostendit ipsum vini bibendi primum inventorem fuisse, et per ignorantiam, nescientem justam sumere mensuram, in ebrietatem incidisse. Neque hoc solum in causa est, sed quia magna tenebatur tristitia, et sibiipsi consolationem inde excogitare volebat, sicut et sapiens quidam dicit: *Date vinum iis qui in tristitia, et merum iis qui in dolore*: monstrans nullum esse tam præsens tristitiæ remedium, quam vini usum; tantum utilitatem ejus ni perdat intemperantia. Quod autem in tristitia et mœrore fuerit justus ille, videns seipsum in tanta solitudine, et illorum hominum corpora ante oculos projecta, et commune omnium sepulcrum hominibus et brutis factum, quis negaverit? Mos enim prophetarum et justorum omnium est, non pro iis dumtaxat dolere, qui sibi proximi sunt, sed et pro reliquis hominibus. Et si quis recensere velit, inveniet omnes hunc commiserationis affectum præ se ferre, et audiet Esaiam quidem dicentem: *Nolite contendere, ut me consolemini in contritione filiæ generis mei*: Jeremiam autem, *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Ezechielem vero, *Heu mihi, Domine, delebis tu reliquias Israel?* et Danielem lamentantem, et dicentem, *Pauculos nos fecisti ultra omnes gentes*: et Amos, *Pœniteat te, Domine, super hoc*: et Habacuc, *Quare ostendisti mihi labores eò molestias?* et iterum, *Et facturus es homines quasi pisces maris*: et beatum istum Mosem quoque dicentem audiet: *Si quidem dimittis eis peccatum, dimitte; sin minus, me quoque dele.* Et iterum, cum promisisset illi Deus majoris populi

Noë per ignorantiam inebriatur.

Prov. 31. 6.

Isai. 22. 4.

Jer. 9. 1.

Ezech. 9. 8.

Dan. 9. [?]

Amos. 7. 3.

Habac. 1. 3.

Ibid. v. 14.

Exod. 32. 32.

[a] Καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς εὗρε τὴν οἰνοποσίαν. Hæc ad literam significant: *et quod non simpliciter vini potationem invenerit.* Et tamen Noë vini potationem invenit, ut etiam infra dicit Chrysostomus. Sed hic *οἰνοποσία* potationem nimiam seu ebrietatem significat: sensus ergo est, Noë non fuisse simpliciter et vere auctorem ebrietatis, licet primus in ebrietatem inciderit: quia inscius, nondumque expertus vini naturam, mensuram excessit.

* [Savil. in marg. addit *εἰπεῖν.*]

Exod. 32. 10. præfecturam se traditurum, et dixisset, *Dimitte me, et delebo homines istos, et faciam te in gentem magnam* : neque hoc voluit, sed præesse istis maluit. Item orbis doctor beatus *Rom.* 9. 3. Paulus : *Optabam ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem.*

Εἰ μὲν ἀφίης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μή, καμὲ ἐξάλειψον· καὶ πάλιν ἐπαγγελλομένου τοῦ Θεοῦ μείζονος ἔθνους ἡγεμονίαν αὐτῷ [b] ἐγχειρίσαι, [283] καὶ εἰπόντος, Ἄφες με, καὶ ἐξαλείψω τοὺς ἀνθρώπους A τούτους, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα· οὐδὲ τοῦτο ἐλέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν προστασίαν αὐτῶν προτιμοτέραν ἡγήσασθαι. Καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν, Ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα.

3. Vidistis quomodo justi omnes magnam commiserationem erga proximos præ se ferebant. Considerate nunc quomodo et justus ille se habuerit, quomodo verisimile est eum fuisse affectum; et quomodo a tristitia deprimeretur, cum videret tam immensam solitudinem, et terram illam, quæ antea tam variis luxuriabat plantis, B et floribus ornabatur, repente quasi spoliatam comis et nudam et solitariam. Cum ergo tam invaluerat mœror, parvam quamdam sibi consolationem excogitans, terræ colendæ sese dedidit: et idcirco ait, *Et cœpit Noë homo agricola terræ, et plantavit vineam.* Sed jure hic quæritur, an ipse nunc plantam invenerit, vel antea et ab initio fuerit producta. Verisimile est eam antea et ab initio fuisse in sex illis diebus creatam, quando *Vidit Deus omnia quæ fecit, et erant valde bona (Quievit* enim, dicente Scriptura, *Deus die septimo ab omnibus operibus* C *suis quæ fecit)*: nec tamen usum fructus ex illa manifestum fuisse. Nam si fuisset ab initio notus, omnino Abel inter oblatas hostias etiam vinum libasset. Verum quia ignorabant adhuc fructus usum, planta hac usi non sunt. Hic autem agriculturæ studiosus, et magnæ diligentiæ vir, forte etiam fructum degustavit, et contritis botris vinum fecit, eoque usus est. Et quia neque ipse gustaverat prius, neque alium sciebat qui gustavisset, ignarus qua mensura et qua ratione uti debebat, per ignorantiam in ebrietatem D incidit. Præterea, quoniam carnis esus in vitam hanc introductus fuit, postea et vini potus accessit. Vide autem, dilecte, quomodo paulatim mundi constitutio dispensetur, et quilibet, secundum sapientiam a Deo naturæ inditam, initio artis alicujus inventor sit: sic in hanc vitam artium studia sunt introducta. Primus enim agriculturam invenit, secundus artem pastoralem,

Num invenerit vitem Noë.

Gen. 1. 31.

Gen. 2. 2.

Gen. 4.

Ἴδετε πῶς ἕκαστος τῶν δικαίων πολλὴν τὴν συμπάθειαν περὶ τοὺς ὁμογενεῖς ἐπεδείκνυτο. Ἐννοεῖτε λοιπὸν καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν δίκαιον, πόσα εἰκὸς ἦν πάσχειν, καὶ πῶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας κατεργάζεσθαι, ὁρῶντα καὶ τῆς τοσαύτης ἐρημίας τὴν ἐπίτασιν, καὶ αὐτὴν τὴν γῆν, τὴν πρότερον κομῶσαν τοῖς πολλοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς ἄνθεσι καλλωπιζομένην, ἀθρόον ὥσπερ ἀποχειραμένην τὴν κόμην, καὶ γυμνὴν αὐτὴν καὶ ἔρημον τυγχάνουσαν. Ἐπεὶ οὖν τοσαύτη τῆς ἀθυμίας ἦν ἡ ἐπίτασις, μικράν τινα ἑαυτῷ παραμυθίαν ἐντεῦθεν ἐπινοῶν, ἐπὶ τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἑαυτὸν ἐξέδωκε· διὰ τοῦτό φησι, Καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα. Ἀλλ' ἄξιον ζητῆσαι εἰ νῦν αὐτὸς ἐξηῦρε τὸ φυτὸν, ἢ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἦν παραχθέν. Εἰκὸς μὲν τοῦτο ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν δεδημιουργῆσθαι, ἡνίκα Εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν (Κατέπαυσε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε), μὴ μέντοι γνώριμον εἶναι τοῦ φυτοῦ τὴν χρῆσιν. Εἰ γὰρ ἦν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸ φυτὸν γνώριμον γεγονὸς, ἦ ὁ ἐξ αὐτοῦ καρπὸς κατάδηλος, πάντως ἂν καὶ [a] οἱ περὶ τὸν Ἄβελ τὰς θυσίας ἀνάγοντες καὶ οἶνον ἔσπεισαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἠγνόουν ἔτι τοῦ καρποῦ τὴν χρῆσιν, οὐκ ἐχρήσαντο τῷ φυτῷ. Οὗτος δὲ φιλότεχνος ὢν περὶ τὴν γεωργίαν, καὶ πολλῇ τῇ ἐπιμελείᾳ χρησάμενος, ἴσως καὶ τοῦ καρποῦ ἐγεύσατο, καὶ τοὺς βότρυας ἀποθλίψας καὶ τὸν οἶνον ποιήσας μετέλαβε τῆς χρήσεως. Καὶ ἐπειδὴ μήτε αὐτὸς ἐγεύσατο πρότερον, μήτε ἕτερον εἶδε μετειληφότα, οὐκ εἰδὼς πόσῳ δεῖ χρήσασθαι μέτρῳ, οὔτε ὅπως αὐτοῦ τῆς μεταλήψεως προσήκει μετασχεῖν, ὑπ' ἀγνοίας εἰς τὴν μέθην ἐξώλισθεν. Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ ἡ κρεωφαγία εἰσηνέχθη εἰς τὸν βίον, λοιπὸν καὶ ἡ οἰνοποσία. Ὅρα δέ μοι κατὰ μικρὸν, ἀγαπητὲ, πῶς ἡ τοῦ κόσμου σύστασις οἰκονομεῖται, καὶ ἕκαστος ὑπὸ τῆς παρὰ Θεοῦ σοφίας ἐγκειμένης τῇ φύσει εὑρετὴς ἐκ προοιμίων τέχνης τινὸς γέγονε, καὶ οὕτως εἰς τὸν βίον εἰσήνεγκε τὰ τῶν

[b] Octo Mss. ἐγχειρίζειν.

[a] Hic *οἱ περὶ τὸν Ἄβελ* de Abele solum dicitur ut liquet: hæcque loquendi formula non raro unum exprimit. Sed plerumque etiam plures, et aliquando magnam catervam, ut *οἱ περὶ Εὐσέβιον*, Eusebiani, *οἱ περὶ Ἄρειον*, Ariani, frequentissime apud Athanasium.

τεχνῶν ἐπιτηδεύματα. Ὁ γὰρ πρῶτος τὴν ἐργασίαν εὗρε τῆς γῆς, ὃ μετ' αὐτὸν τὴν ποιμαντικὴν, ἕτερος τὴν κτηνοτροφίαν, καὶ ἄλλος τὴν μουσικὴν, ἕτερος τὴν χαλκευτικήν· οὗτος δὲ ὁ δίκαιος τὴν ἀμπελουργικὴν ἀπὸ τῆς ἐγκειμένης τῇ φύσει διδασκαλίας ἐπενόησε. Καὶ ἤρξατο, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη. Σκόπει πῶς τὸ τῆς ἀθυμίας φάρμακον, τὸ τῆς ὑγιείας ποιητικὸν, ἐπειδὴ εἰς ἀμετρίαν ὑπερέβη διὰ τὴν ἄγνοιαν, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφέλησεν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐλυμήνατο αὐτοῦ τῇ κατα- 284
στάσει. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τίνος ἕνεκεν τοσούτων A
γέμον κακῶν φυτὸν εἰς τὸν βίον εἰσηνέχθη; Μὴ ἁπλῶς τὰ ἐπιόντα φθέγγου, ἄνθρωπε. Οὐ γὰρ τὸ φυτὸν κακὸν, οὔτε ὁ οἶνος πονηρὸν, ἀλλ' ἡ παρὰ τὸ δέον χρῆσις. Ὅτι γὰρ οὐ παρὰ τὸν οἶνον τὰ ἁμαρτήματα τὰ ὀλέθρια τίκτεται, ἀλλὰ παρὰ τὴν διεφθαρμένην γνώμην, καὶ τῷ τῇ ἀμετρίᾳ λυμαίνεσθαι τὴν ἐκ τούτου ἐγγινομένην ὠφέλειαν· διὰ τοῦτο νῦν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δείκνυσί σοι τοῦ οἴνου τὴν χρῆσιν, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ πρὸ τῆς τοῦ οἴνου χρήσεως καὶ εἰς ἀσέλγειαν ὑπερβάλλουσαν ἐξώκειλεν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ πολλὴν τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἐπίτασιν ἐπεδείξατο, καὶ ταῦτα οἴνου μηδαμοῦ φαι- B
νομένου· ἵνα καὶ ὅταν ἴδῃς τὴν τοῦ οἴνου χρῆσιν, μὴ τῷ οἴνῳ τὸ πᾶν λογίσῃ, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῇ διεφθαρμένῃ, καὶ πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολησάσῃ. Ἄλλως δὲ καὶ ἐννόησον ποῦ χρήσιμος γέγονεν ὁ οἶνος, καὶ φρῖξον, ἄνθρωπε. Ἡ γὰρ ὑπόθεσις τῆς σωτηρίας ἡμῶν τῶν ἀγαθῶν διὰ τούτου τελεῖται. Ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον. Καὶ ἤρξατο Νῶε, φησὶν, ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη, καὶ ἐγυμνώθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν, ἀγαπητὲ, ἡ μέθη, καὶ ἱκανὴ πηρῶσαι τὰς αἰσθήσεις, καὶ καταβαπτίσαι τὸν λογισμόν. Τὸν γὰρ λογικὸν ἄνθρωπον, C
καὶ τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἀναδεδεγμένον, καθάπερ νεκρὸν καὶ ἀνενέργητον, δεσμοῖς τισιν ἀλύτοις πεδήσασα κεῖσθαι παρασκευάζει· μᾶλλον δὲ καὶ νεκροῦ χεῖρον. Ὁ μὲν γὰρ καὶ πρὸς τὰ καλὰ καὶ πρὸς τὰ κακὰ ἀνενέργητος τυγχάνει, οὗτος δὲ πρὸς μὲν τὰ καλὰ ἀνενέργητος, πρὸς δὲ τὰ κακὰ μᾶλλον ἐνεργεῖ, καὶ κοινὸς πᾶσι γέλως πρόκειται, καὶ τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παιδίοις καὶ αὐτοῖς τοῖς οἰκέταις. Οἱ μὲν γὰρ φίλοι οἰκείαν τὴν αἰσχύνην λογιζόμενοι ἐγκαλύπτονται, καὶ αἰσχύνονται, οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐφήδονται καὶ κωμῳδοῦσι D
καὶ ἐπαρῶνται, μονονουχὶ ταῦτα λέγοντες τὰ ῥήματα· τοῦτον δεῖ ὅλως ζῆν; τοῦτον δεῖ ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα; τὸ βόσκημα, τὸν χοῖρον, καὶ ἔτι τούτων χαλεπώτερα φθεγγόμενοι. Τῶν γὰρ ἀπὸ τῶν πολέμων ἐπανελθόντων, καὶ τὰς χεῖρας ἡμαγμένας ἐχόντων, καὶ φοράδην ἀγομένων χεῖρον οὗτοι διάκεινται. Ἐκείνους μὲν

alius armentariam, alius musicam, alius fabrilem: hic autem justus vineæ colendæ artem naturali solertia excogitavit. *Et cœpit*, inquit, *Noë homo agricola terræ, et plantavit vineam, et bibit e vino, et inebriatus est.* Cogita quomodo hoc tristitiæ medicamentum, sanitati parandæ aptum, ei qui modum per ignorantiam transcendit, non solum nihil profuit, sed et statum ejus offendit. Jam forte quærat aliquis, Quare planta tot malis plena in hanc vitam producta est? Ne ita temere loquaris, homo, omnia quæ in buccam veniunt. Non est planta hæc mala, neque vinum malum, sed illius abusus; quia non ex vino, sed ex perversa voluntate nefaria scelera patrantur: et cum in eo sit utilitas, si noceat, in causa est intemperantia. Quocirca nunc post diluvium ostendit tibi vini usum, ut ostendat etiam ante vini usum in immodicam luxuriam humanum genus incidisse, multisque peccatis se contaminavisse, cum adhuc vini usus nesciretur: ut et quando videris usum vini, non vino totum tribuas, sed corruptæ voluntati sua sponte ad malum ruenti. Alia quoque ratione considera, ubi vinum fuerit utile, et contremisce, mi homo. Nam per hoc materia bonorum salutis nostræ perficitur. Sciunt qui mysteriis initiati sunt, quid dicatur. *Et cœpit* inquit, *Noë agricola terræ, et plantavit vineam, et bibit de vino, et inebriatus est, et nudatus est in domo sua.* Gravissimum quiddam est ebrietas, dilectissime, quod possit excæcare sensus, et submergere mentem. Hominem quippe rationalem, qui super omnia dominium suscepit, injectis vinculis insolubilibus, quasi mortuum et operatione carentem prosternit: imo deterius habentem, quam mortuum. Nam mortuus neque bona, neque mala operari potest: ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum plus potest, jacetque ridiculus omnibus, et uxori et filiis et famulis. Amici enim suam ignominiam cogitantes, rubore et pudore suffunduntur: inimici autem oblectantur, et irrident, et exsecrantur, hæc propemodum loquentes: Hunccine oportebat vivere? et hunccine oportebat spirare aerem? o pecus! o porcum! et adhuc graviora loquuntur. Deteriore enim in statu sunt quam ii, qui ex præliis redeunt cæde coinquinatis manibus, et tumultuose reportantur. Illos enim fortassis multi laudibus extollunt propter tropæa, propter victorias, propter vulnera et cædes: ebrios autem miseros proclamant, ærumnosos vocant, et innumera

Cur vitis in hanc vitam introducta.

Vinum in mysteriis.

eis mala imprecantur. Quid enim eo miserius fuerit, qui ebrietati deditus est, et quotidie vinum effundit, ac mentis suæ judicium corrumpit? Eapropter et sapiens quidam admonebat dicens: *Principium vitæ hominis panis et aqua et vestis, et domus tegens turpitudinem:* ut si quis ebrietate vincitur, ne in vulgus traducatur, sed a suis contegatur: et non sit omnibus risus et turpitudinis argumentum. *Et cœpit,* inquit, *Noë homo agricola terræ, et plantavit vineam, et bibit de vino, et inebriatus est.*

Eccli. 29. 28.

Ebrietas pro satietate.

4. Ebrietatis nomen, carissime, in sacra Scriptura non ubique de temulentia dictum est, sed et satietatem significat. Hoc itaque forte quis de justo hoc dicet, quod non ut intemperans inebriatus fuerit, sed ob satietatem hoc ei contigerit. Audi enim David dicentem: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ:* hoc est, implebuntur. Alioquin ii qui ebrietati vacant numquam satiantur, sed quanto magis sese vino ingurgitant, tanto magis siti flagrant, et inflammatio quædam est eis vini usus: ac voluptates quidem evanescunt, sitis autem inexplebilis in præcipitium ebrietatis eos, qui sub illa captivi sunt, deducit. *Et plantavit,* inquit, *vineam et bibit ex vino, et inebriatus est, et nudatus est in domo sua.* Considera hoc non foris illi accidisse, sed in domo sua. Idcirco enim hoc designavit divina Scriptura, *In domo sua,* ut ex iis quæ sequuntur, malitiæ vehemens studium videas ejus qui nuditatem evulgare fuerit ausus. 22. *Et vidit,* inquit, *Cham pater Chanaan nuditatem patris sui, et egressus annuntiavit duobus fratribus suis foris.* Fortassis si et alii quidam adfuissent, et illis nuntiasset patris sui turpitudinem: tanta erat pueri nequitia. Propterea enim, ut discas jampridem et ab initio eum corruptæ mentis fuisse, non simpliciter dicit Scriptura, Vidit Cham nuditatem patris sui: sed quid? *Et vidit Cham pater Chanaan.* Quare, dic mihi, et hoc loco filii vocabulum assignat? Ut discas illum fuisse intemperantem et incontinentem, et eadem mente qua in tanta turbatione procreandæ proli vacavit, eadem etiam nunc in contumeliam patris prorupit. *Et egressus,* inquit, *annuntiavit duobus fratribus suis foris.* Vide, obsecro, hic, dilectissime, non in natura sita esse vitia, sed in arbitrio et voluntate. Ecce enim utrique fratres

Vitia non in natura sita, sed in voluntate.

285

γὰρ ἴσως καὶ ἐγκωμιάζουσιν οἱ πολλοὶ διὰ τὰ τρόπαια, διὰ τὰς νίκας, διὰ τὰ τραύματα καὶ τὰς σφαγάς· τούτους δὲ ταλανίζουσιν, ἀθλίους ἀποκαλοῦσι, μυρία αὐτοῖς ἐπαρῶνται καχά. Τί γὰρ ἂν εἴη ἀθλιώτερον τοῦ τῇ μέθῃ προσηλωμένου, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν ἄκρατον ἐκχεομένου, καὶ τῶν λογισμῶν τὸ κριτήριον διαφθείροντος; Διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις παρῄνει λέγων· Ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου ἄρτος καὶ ὕδωρ καὶ ἱμάτιον, καὶ οἶκος καλύπτων ἀσχημοσύνην, ἵνα κἂν ἀλῷ τις ὑπὸ τῆς μέθης, μὴ ἐκπομπεύηται, μηδὲ δημοσιεύηται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων περιστέλληται, καὶ μὴ προκέηται πᾶσι γέλωτος καὶ ἀσχημοσύνης ὑπόθεσις. Καὶ ἤρξατο, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη.

Τὸ τῆς μέθης ὄνομα, ἀγαπητὲ, ἐπὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς οὐ πανταχοῦ ἐπὶ τούτου εἴρηται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλησμονῆς. Τοῦτο οὖν ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ δικαίου τούτου, ὅτι οὐ δι' ἀκρασίαν εἰς τὴν μέθην κατέπεσεν, ἀλλ' ἡ πλησμονὴ τοῦτο αὐτῷ εἰργάσατο. Ἄκουε γὰρ τοῦ Δαυὶδ λέγοντος, Μεθυσθήσονται ἀπὸ τῆς πιότητος τοῦ οἴκου σου, ἀντὶ τοῦ, πλησθήσονται. Ἄλλως δὲ οἱ τῇ μέθῃ ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες οὐδέποτε κόρον λαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅσῳ ἂν ἐγχέωσιν ἑαυτοῖς τὸν ἄκρατον, τοσούτῳ μᾶλλον πρὸς τὸ δίψος ἐκκαίονται, καὶ ἡ μετάληψις ἀεὶ ὑπέκκαυμα γίνεται τοῦ δίψους· καὶ τὰ μὲν τῆς ἡδονῆς ἠμαύρωται λοιπὸν, τὸ δὲ δίψος ἀκατάπαυστον γεγονὸς εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν τῆς μέθης κατάγει τοὺς ὑπ' αὐτῆς αἰχμαλώτους γεγενημένους. Καὶ ἐφύτευσε, φησὶν, ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη, καὶ ἐγυμνώθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Ὅρα αὐτὸν οὐκ ἔξω που τοῦτο πάσχοντα, ἀλλὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐπεσημήνατο ἡ θεία Γραφὴ ὅτι Ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἵνα ἐκ τῶν ἐπαγομένων τὴν ἐπίτασιν ἴδῃς τῆς πονηρίας τοῦ τὴν γύμνωσιν ἐκπομπεύσαντος. Καὶ εἶδε, φησὶ, Χὰμ ὁ πατὴρ Χαναὰν τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελθὼν ἀνήγγειλε τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἔξω. Τάχα εἰ καί τινες ἕτεροι ἦσαν, κἀκείνους ἂν ἐμήνυσε τὴν τοῦ πατρὸς ἀσχημοσύνην· τοσαύτη ἦν τοῦ παιδὸς ἡ μοχθηρία. Διὰ γὰρ τοῦτο, ἵνα μάθῃς ὅτι ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς διεφθαρμένος ἦν τὴν γνώμην, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι εἶδε Χὰμ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ τί; Καὶ εἶδε Χὰμ ὁ πατὴρ Χαναάν. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ ἐνταῦθα τοῦ υἱοῦ λέγει τὴν προσηγορίαν; Ἵνα μάθῃς ὅτι ἀκρατής τις ἦν καὶ ἀκόλαστος, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης, ἀφ' ἧς ἐν τοσαύτῃ καταστάσει παιδοποιεῖν ἠνέσχετο, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ νῦν εἰς τὸν γεγεννηκότα ἐξύβρισε. Καὶ ἐξελθὼν, φησὶν, ἀνήγγειλε τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἔξω. Ὅρα μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, πῶς οὐκ ἐν τῇ φύσει τὰ τῆς κακίας ἔγκειται, ἀλλ' ἐν τῇ γνώμῃ καὶ ἐν τῇ προαιρέσει. Ἰδοὺ γὰρ

ἀμφότεροι τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ ἀδελφοὶ, τὸν αὐ- D
τὸν ἔσχον πατέρα, τῶν αὐτῶν ἀπήλαυσαν ὠδίνων,
τῆς αὐτῆς ἐπιμελείας ἔτυχον, ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν προαί-
ρεσιν ἐπεδείξαντο· ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς τὴν κακίαν ἐξώλι-
σθεν, οἱ δὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ πατρὶ τιμὴν ἀπένει-
μαν. Ἴσως δὲ καὶ ἐπεμβαίνων τῇ τοῦ πατρὸς ἀσχη-
μοσύνῃ καὶ κωμῳδῶν τὸ γεγονὸς ἐξήγγειλε, καὶ οὐκ
ἤκουσε σοφοῦ τινος λέγοντος· Μὴ δοξάζου ἐν ἀτιμίᾳ
πατρός σου. Ἀλλ' οἱ ἀδελφοὶ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τί;
Ταῦτα ἀκούσαντες, Λαβόντες, φησὶ, Σὴμ καὶ Ἰάφεθ
τὸ ἱμάτιον, ἐπέθεντο ἐπὶ τὰ δύο νῶτα αὐτῶν, καὶ
ἐπορεύθησαν ὀπισθοφανῶς, καὶ συνεκάλυψαν τὴν γύ-
μνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν E
ὀπισθοφανὲς, καὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐκ
εἶδον. Εἶδες εὐγνωμοσύνην παίδων; Ὁ μὲν καὶ ἐξε-
πόμπευσεν, οἱ δὲ οὐδὲ ἰδεῖν ἀνέχονται, ἀλλ' ὀπισθο-
φανῶς βαδίζουσιν, ἵνα ὀρθῶς βαδίσαντες συγκαλύ-
ψωσι τοῦ πατρὸς τὴν γύμνωσιν. Καὶ ὅρα αὐτῶν μετὰ
τῆς πολλῆς εὐγνωμοσύνης καὶ τὴν ἐπιείκειαν. Οὔτε
γὰρ ἐπιτιμῶσιν, οὔτε ἐπιπλήττουσι τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ'
ἀκούσαντες, ἑνὸς μόνου γίνονται, τοῦ τὴν διόρθωσιν
ταχεῖαν ποιήσασθαι, καὶ τὰ εἰς τιμὴν τοῦ γεγεννη- 286
κότος συντείνοντα ἐπιδείξασθαι. Καὶ τὸ πρόσωπον A
αὐτῶν, φησὶν, ὀπισθοφανὲς, καὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ
πατρὸς αὐτῶν οὐκ εἶδον. Πολλὴ τῶν παίδων ἡ εὐλά-
βεια, καὶ ταύτην ἡμῖν δείκνυσιν οὐ τὸ σκεπάσαι μό-
νον, ἀλλὰ καὶ μὴ *ἀνασχέσθαι ἰδεῖν. Παιδευθῶμεν
τοίνυν καὶ ἐντεῦθεν, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων κερδάνωμεν,
καὶ τούτους μὲν μιμώμεθα, ἐκείνου δὲ τὸν ζῆλον φεύ-
γωμεν. Εἰ γὰρ γύμνωσιν αἰσθητὴν ὁ ἐκπομπεύσας,
κατάρας ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατέστησε, καὶ τῆς ὁμοτι-
μίας τῶν ἀδελφῶν ἐκπεσὼν, δουλεύειν αὐτοῖς κατεδικά-
σθη, εἰ καὶ μὴ αὐτὸς ἐκεῖνος, ἀλλ' οἱ ἐξ αὐτοῦ πάν-
τες· τί πείσονται οἱ τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀδελφῶν
ἐκπομπεύοντες, καὶ οὐ μόνον οὐ περιστέλλοντες, ἀλλὰ B
καὶ μειζόνως αὐτὰ ποιοῦντες κατάδηλα, καὶ πολλὰ ἐκ
τούτου ἐργαζόμενοι τὰ ἁμαρτήματα; Ὅταν γὰρ δη-
μοσιεύσῃς τοῦ ἀδελφοῦ τὸ πταῖσμα, οὐ μόνον ἐκεῖνον
ἀναισχυντότερον καὶ ὀκνηρότερον εἰργάσω ἴσως πρὸς
τὴν ἐπάνοδον τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας
ῥᾳθυμοτέρους κατέστησας, καὶ [a] πρὸς ἀπόνοιαν ἤλει-
ψας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ βλασφημεῖσθαι
τὸν Θεὸν παρεσκεύασας. Τοῦτο δὲ ὅσην προξενεῖ τὴν
κόλασιν τοῖς τὴν αἰτίαν παρέχουσιν, οὐδεῖς ἀγνοεῖ.
Φύγωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τοῦ Χὰμ τὸν ζῆλον,
μιμησώμεθα δὲ τῶν εὐγνωμόνων τούτων παίδων τὴν C
αἰδῶ, ἣν περὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἐπεδείξαντο·

fuerunt, et ejusdem naturæ, eumdem habuerunt, patrem, eodem utero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati, sed non eumdem animum declaraverunt : sed ille quidem in malitiam incidit, ii vero parenti debitum impenderunt honorem. Fortassis autem et irrisit ac subsannavit patrem, turpitudinem illius nuntiando : et non audivit sapientem quemdam dicentem : *Ne glorieris in ignominia patris tuis.* Verum fratres non sic egerunt. Et quomodo ? Cum hæc audivissent 23. *Sem et Japheth, acceptis,* inquit, *vestibus super humeros suos, incesserunt retrorsum, et operuerunt nuditatem patris sui : et facies eorum retrorsum, et nuditatem patris sui non viderunt.* Vidisti probitatem filiorum ? Ille evulgavit et traduxit, isti neque videre sustinuerunt : sed retrorsum ibant, ut recta adirent patris contecturi nuditatem. Et vide illorum cum magna probitate mansuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem : sed ut audierunt, mox id unum curarunt, ut factum quamprimum emendaretur, et honore genitor afficeretur. *Faciesque illorum aversæ erant, et nuditatem patris sui non viderunt.* Magna filiorum reverentia, quam nobis Scriptura monstrat, quod non solum tegant, sed et videre non sustineant. Eruditmur hinc, atque ex utrisque lucrifaciamus aliquid : et hos quidem imitemur, illius autem mores fugiamus. Nam si is, qui sensibilem nuditatem evulgavit, maledicto se fecit obnoxium, et excidens ab honore quem parem habuit cum fratribus, condemnatus est ut illis serviret ; licet autem non ipse, omnes tamen qui ex ipso, servi facti sunt : quid patientur qui peccata fratrum evulgant, et non solum non contegunt et excusant, sed magis ea palam faciunt, multaque ex hoc operantur peccata ? Quando enim fratris peccatum evulgas, non illum tantum ignominiosiorem facis, et segniorem forte ad virtutis viam repetendam, sed et eos qui audiunt, negligentiores reddis, et ad socordiam inducis : neque hoc solum, sed etiam id efficis ut Deus blasphemetur. Istud autem quantum affert supplicium iis qui causam præbent, nemo est qui ignoret. Fugiamus igitur, obsecro, mores Cham, imitemur autem proborum illorum filiorum pudorem, quem in contegenda parentis nuditate declara- Eccli. 3. 12.

* [Savil. in textu μὴ τὸ (sic) ἀνέχεσθαι : in marg. ἀνασχέσθαι.]

[a] Πρὸς ἀπόνοιαν. Ἀπόνοια insaniam et amentiam vulgo significat. Apud Chrysostomum autem ἀπόνοια ut plurimum est *arrogantia*, *superbia*. Hoc autem loco neutram ex præmissis significationibus apte adhibueris : Interpres vetus *socordiam* vertit, quæ significatio quadrare videtur ad seriem orationis.

runt: et ita obtegamus fratrum peccata, non ut ipsos negligentiores per hoc reddamus, sed ut hac ratione majorem illis occasionem præbeamus, ut cito ab hac pernicie liberentur, et in virtutis viam redeant. Nam sicut non multos habere delictorum testes resipiscenti faciliorem reditum præbet: sic, si frontem perfricuerit animus, et viderit neminem ignorare quæ mala admiserit, non facile desistere volet: sed quasi in profundum lutum incidisset, et deorsum ab innumeris raperetur fluctibus, difficile emergere poterit: in desperationem enim cadit, et nullum sibi reditum promittit.

5. Idcirco, precor, ne detegamus proximorum lapsus, et si ab aliis eos didicerimus, ne satagamus ut nuditas videatur: sed sicut probi illi filii obtegamus, adumbremus, admonitione et consiliis lapsam animam erigere studeamus, misericordiæ Dei magnitudinem docentes, et bonitatis ejus excellentiam et misericordiæ immensitatem, ut majorem quam illi benedictionem ab omnium
1. *Tim.* 2. 4. Domino consequamur, *Qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire:*
Ezech. 18. 23. qui non vult *Mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Et nuditatem,* inquit, *patris sui non viderunt.* Vide quomodo per legem naturæ inditam prius et ab initio impleverunt ea quæ post ad erudiendum humanum genus in lege scripta
Exod. 20. 12. fuerunt: et id quod lex dicebat: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi:*
Exod. 21. 17. et, *Qui maledicit patri vel matri, morte moriatur:* hoc jam operibus impleverunt. Vidisti quomodo natura prius sufficientem habuit doctrinam? 24. *Evigilavit autem,* inquit, *Noë a vino, et cognovit quæ fecerat sibi filius junior. Evigilavit autem,* inquit. Audiant qui totis diebus in conviviis versantur lapsus gravitatem, fugiantque quod ex ebrietate est damnum. *Sui autem factus compos,* inquit. Quid est, *Sui factus compos?* Id quod nos dicere solemus de furiosis, si quando ad se redeant: Hic a dæmone correptus sui compos factus, et ab illius tyrannide liberatus est: id sibi vult hoc loco Scriptura. Vere enim ebrietas voluntarius est dæmon, et gravius quam dæmon mentem obtenebrat, et captum omni benevolentia destituit. Sæpe enim dæmoniacum videntes misericordia movemur, et condolemus, magnamque

Ebrietas dæmon voluntarius.

καὶ οὕτω τὰ τῶν ἀδελφῶν συσκιάζωμεν ἁμαρτήματα, οὐχ ἵνα εἰς ῥᾳθυμίαν αὐτοὺς παιδοτριβήσωμεν, ἀλλ' ἵνα ταύτῃ μάλιστα πλείονα αὐτοῖς ἀφορμὴν παράσχωμεν τοῦ ταχέως τῆς λύμης ἐκείνης ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον ἐπανελθεῖν. Ὥσπερ γὰρ τὸ μὴ πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας τῶν οἰκείων πλημμελημάτων εὐκολωτέραν κατασκευάζει τῷ νήφοντι τὴν ἐπάνοδον· οὕτως, ἐπειδὰν ἀπερυθριάσῃ ψυχὴ, καὶ ἴδῃ ὅτι οὐδένα λέληθε τὰ πονηρὰ διαπραττομένη, οὐκ εὐκόλως ἀποστῆναι ἀνέχεται, ἀλλὰ καθάπερ εἰς ὕλην τινὰ καὶ βυθὸν ἐμπεσοῦσα, καὶ ὑπὸ μυρίων κυμάτων κάτω παρελκομένη δυσκόλως ἀνανεῦσαι δυνήσεται, εἰς ἀπόγνωσιν λοιπὸν ἐμπεσοῦσα καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἀπαγορεύουσα.

Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, μήτε ἐκπομπεύωμεν τὰ τῶν πλησίον σφάλματα, καὶ ἐπειδὰν παρ' ἑτέρων ταῦτα μάθωμεν, μὴ ἐπειγώμεθα ὥστε τὴν γύμνωσιν ἰδεῖν· ἀλλὰ καθάπερ οὗτοι οἱ εὐγνώμονες παῖδες, συγκαλύπτωμεν, συσκιάζωμεν, τῇ παραινέσει, ταῖς συμβουλαῖς καταπεπτωκυῖαν τὴν ψυχὴν ἀνορθοῦν σπουδάζωμεν, τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος διδάσκοντες, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, τῆς εὐσπλαγχνίας τὸ ἄμετρον, ἵνα μείζονος, ἧπερ οὗτοι, εὐλογίας ἀπολαύσωμεν παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, τοῦ βουλομένου Πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, τοῦ μὴ βουλομένου Τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Καὶ τὴν γύμνωσιν, φησὶ, τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐκ εἶδον. Ὅρα πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἐν τῷ νόμῳ τῷ γραπτῷ πρὸς διδασκαλίαν τοῦ 287
A τῶν ἀνθρώπων γένους νενομοθετημένα προλαβόντες ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ φύσει κειμένου νόμου ἐπλήρουν, καὶ ὅπερ ὁ νόμος ἔλεγε· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω· τοῦτο ἤδη διὰ τῶν ἔργων ἐπληροῦτο. Εἶδες πῶς προλαβοῦσα ἡ φύσις ἀρκοῦσαν εἶχε διδασκαλίαν; Ἐξένηψε δὲ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. Ἐξένηψε δὲ, φησίν. Ἀκουέτωσαν οἱ ἐν τοῖς συμποσίοις διημερεύοντες τοῦ ὀλίσθου τὸ μέγεθος, καὶ φυγέτωσαν τὴν ἐκ τῆς μέθης λύμην. Ἐξένηψε δὲ, φησίν. Τί ἐστιν, Ἐξένηψεν;
B Ὅπερ ἡμῖν ἔθος περὶ τῶν μεμηνότων λέγειν, ἐπειδὰν ἐν ἐκστάσει γένωνται, ὅτι ὁ δεῖνα ἐξένηψεν ἀπὸ τοῦ δαίμονος, καὶ ἀπηλλάγη τῆς ἐκείνου τυραννίδος· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔφησεν ἡ Γραφή. Ἀληθῶς γὰρ ἡ μέθη αὐθαίρετός ἐστι δαίμων, καὶ χαλεπώτερον ἐκείνου σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ πάσης * εὐγνωμοσύνης ἀποστερεῖ τὸν ἁλόντα. Τὸν μὲν γὰρ δαιμονιῶντα πολ-

* Εὐγνωμοσύνη, ut plurimum apud Chrysostomum est, *gratus animus*, vel *ad gratiam habendam affectus*, nonnumquam etiam *probitatem* significat. Hic autem recte, ut videtur, *benevolentia* verti potest.

λάκις ὁρῶντες καὶ ἐλεοῦμεν, καὶ συναλγοῦμεν, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνύμεθα· ἐπὶ δὲ τοῦ μεθύσου τὸ ἐναντίον ἐργαζόμεθα· ἀγανακτοῦμεν, δυσχεραίνομεν, μυρία ἐπαρώμεθα. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ [a] δαίμονος ἐλαυνόμενος, ἄκων διαπράττεται ἅπερ ἂν C διαπράξηται· κἂν λακτίσῃ, κἂν διαῤῥήξῃ χιτωνίσκον, κἂν αἰσχρά τινα φθέγξηται, συγγνώμης ἀξιοῦται· ὁ δὲ μεθύων, καὶ ὅπερ ἂν ἐπιδείξηται, οὐκ ἂν ἔσται συγγνώμης ἄξιος, ἀλλὰ καὶ οἰκείους, καὶ φίλους, καὶ γείτονας, καὶ πάντας ἔχει σφοδροὺς κατηγόρους, ἐπειδὴ οἴκοθεν ἀπὸ προαιρέσεως τὴν κακίαν μετελήλυθε, καὶ τῇ τυραννίδι τῆς μέθης ἑαυτὸν [b] ἐξέδωκε. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα τοῦ δικαίου κατηγορήσω· πολλὰ γὰρ ἦν τὰ τὴν συγγνώμην αὐτῷ παρέχοντα· καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ὅπερ μέγιστον ἂν εἴη δεῖγμα καὶ τοῦ προτέρου ἁμαρτήματος, ὅτι ἐξ ἀγνοίας, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ D ῥᾳθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν. Εἰ γὰρ ἀπὸ ῥᾳθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν, ἐχρῆν ἄρα καὶ πάλιν αὐτὸν ἁλῶναι τῷ πάθει· ἀλλ' οὐκέτι τοῦτο πέπονθεν. Εἰ γὰρ καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ὑπέμεινεν, οὐκ ἂν ἡ Γραφὴ παρεσιώπησεν, ἀλλ' ἐγνώρισεν ἂν ἡμῖν. Εἷς γάρ ἐστι σκοπὸς καὶ εἷς ὅρος τῆς θείας Γραφῆς, τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν γεγονότων, ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας ἡμᾶς διδάσκειν. Οὔτε γὰρ φθόνῳ τινὶ τὰς ἀρετὰς τῶν δικαίων παρατρέχει, οὔτε χάριτι πάλιν τὰ ἁμαρτήματα συσκιάζει, ἀλλ' ἅπαντα εἰς μέσον ἡμῖν προτίθησιν, ἵν' ὑπογραμμόν τινα καὶ διδασκαλίαν ἔχωμεν, καὶ ἐπειδὰν καὶ ἡμεῖς διὰ ῥᾳθυ- E μίαν ἁλῶμέν τινι πταίσματι, ἀσφαλιζώμεθα μὴ πάλιν τῷ αὐτῷ περιπεσεῖν. Οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἁμαρτεῖν χαλεπὸν, ὡς τὸ ἁμαρτήματι ἐπιμένειν. Μὴ τοίνυν τοῦτο ἴδῃς ὅτι ἐμεθύσθη ὁ δίκαιος, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔτι τοῦτο πέπονθεν. Ἀλλ' ἐννόει μοι τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς οἰνοφλυγίαις καταδαπανωμένους, καὶ 238 ἐφ' ἑκάστης σχεδὸν εἰπεῖν ἀποθνήσκοντας· καὶ ἐπει- A δὰν εἰς αἴσθησιν ἔλθωσιν, οὐδὲ οὕτω φεύγοντας τὴν ἐκεῖθεν λύμην, ἀλλ' ὡς ἔργον τι τοῦτο καὶ ἀνδρείαν μεταδιώκοντας. Πάλιν δὲ κἀκεῖνο ἂν τις ἐννοήσειεν, ὅτι δίκαιος οὗτος, εἰ καὶ ὑπὸ ἀπειρίας καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι τὰ μέτρα τῆς μεταλήψεως πιὼν ἐμεθύσθη, ἀλλ' ὅμως δίκαιος ὢν καὶ πολλὰ ἔχων κατορθώματα, συσκιάζειν ἠδύνατο τὸ συμβὰν ἁμάρτημα· ἡμεῖς δὲ ὅταν καὶ ὑφ' ἑτέρων μυρίων ὦμεν πολιορκούμενοι παθῶν, καὶ μετ' ἐκείνων καὶ ὑπὸ τῆς μέθης ἑαυτοὺς καταβαπτίζωμεν, ποίαν ἕξομεν παραμυθίαν, εἰπέ μοι; τίς δὲ ἡμᾶς ἀξιώσει συγγνώμης οὐδὲ ὑπὸ τῆς πείρας αὐτῆς σωφρονιζομένους; Ἐξένηψε δὲ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ B τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ

erga illum commiserationem declaramus; contra autem facimus circa ebrios: indignamur enim, ægre ferimus, innumera imprecamur. Quare et qua de causa? Quia ille qui a malo dæmone agitatur, involuntarius operatur ea quæ operatur, ac licet recalcitret, licet rumpat vestem, et obscœna quæpiam loquatur, venia dignus censetur: at qui ebrius est, quidquid fecerit, non est venia dignus: sed et valde incusant illum familiares, amici, et vicini, et in summa omnes; quia sponte et voluntarie in hanc nequitiam transiit, et ebrietatis tyrannidi seipsum dedidit. Et hæc dico non ut justum incusem: multa enim erant propter quæ illi venia debebatur, et cum primis, quod non in id vitii postea relapsus est, id quod maximum fuerit indicium eum ex ignorantia, non ex negligentia prius deliquisse. Nam si hoc fuisset negligentiæ, oportebat eum iterum eodem morbo capi: id quod non evenit. Nam si denuo id accidisset, Scriptura utique non obticuisset, sed significasset nobis. Unus enim scopus et terminus Scripturæ divinæ est, ne quid factorum intermittat, sed veritatem nos doceat. Neque enim propter invidiam justorum virtutes præterit, neque propter gratiam peccata adumbrat: sed omnia in medium nobis proponit, ut regulam et doctrinam quamdam habeamus, et ut si quando etiam nos per socordiam in quid vitii inciderimus, cautiores simus postea, ne denuo incidamus. Neque enim tam grave est peccare, quam in peccatis perseverare. Itaque non attende solum quod inebriatus sit justus, sed quod postea non iterum hoc ei acciderit. Illud vero considera, eos qui in tabernis vinariis quotidie consumuntur, et ferme dixerim, quotidie moriuntur: etiamsi quando sui compotes fuerint facti, neque sic sibi cavent ab eodem periculo, sed quasi ad opus quoddam strenuum redeunt. Insuper et hoc quis jure cogitabit, justum illum, etsi quod non expertus esset, nec sciret qua mensura esset utendum, inebriatus sit; attamen cum justus esset, et multis bonis polleret operibus, peccatum, quod casu evenit, obtegere potuisse: nos autem cum ab innumeris aliis affectionibus infestemur, et hoc addamus, ut et ab ebrietate submergamur, quid excusabit? vel quis, dic, oro, nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit castigatiores? *Evigilavit autem Noë*, inquit, *a vino, et cognovit quæ fecit sibi fi-*

[a] Quinque Mss. δαίμονος ἐνοχλούμενος.

[b] Sex Mss. post ἐξέδωκεν hæc addunt: ἐξένηψε δὲ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος καὶ ταῦτα etc. Savil. et alii melius ut in textu.

lius suus junior. Unde cognovit? Forte fratres significaverunt, non ut fratrem accusarent, sed rem ut facta erat docentes, ut conveniens ille suo vulneri remedium acciperet. *Et cognovit,* inquit, *Noë quæcumque fecerat sibi filius suus junior.* Quid est, *Quæcumque fecerat?* Magnam et intolerabilem rem dicere vult. Animadverte enim quomodo intus in domo visa patris turpitudine, cum debuisset obtegere, egressus evulgavit, et risui atque subsannationi patrem, quantum in ipso erat, exposuit, fratresque pravæ suæ voluntatis socios esse voluit: cum oportuisset, si omnino nuntiaturus erat, illos intra domum vocare, et sic nuditatem effari: sed ipse foras exiit, nuditatem declaravit, quasi etiam alia adesset turba hominum, quos etiam facturus esset paternæ turpitudinis testes: propter hoc inquit, *Quæ fecerat;* id est, contumeliosus patri fuit, oblitus est honoris quem debent parentibus filii, prodidit peccata, fratres voluit allicere, et socios facere suæ contumeliæ. *Quæ fecerat sibi,* inquit, *filius suus junior.* Atqui non hic erat junior; secundus enim erat, et major natu quam Japheth: at licet ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, et temeritas illum dejecit. Nam quia noluit intra suos limites manere, amisit honorem sibi a natura traditum: et sicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis amisit, ita Japheth quod natura non habuit, saniorem ob mentem accepit.

6. Vidisti quomodo nihil temere et fortuito in divina Scriptura reperitur? *Quæ fecerat sibi,* inquit, *filius suus junior.* 25. *Et dixit: Maledictus Chanaan filius, servus erit fratribus suis.* Ecce pervenimus ad quæstionem illam ubique motam. Multos enim audimus dicentes: Quare cum peccaverit pater, et prodiderit nuditatem, filius maledictum suscipit? Obsecro, attendite diligenter, et solutionem accipite. Illa enim dicemus, quæ suppeditaverit divina gratia propter vestram utilitatem. *Et dixit: Maledictus Chanaan filius, servus erit fratribus suis.* Non simpliciter, neque in vanum commemoravit filium, sed ob latentem rationem. Volebat enim simul et ipsum corripere propter peccatum, et contumeliam qua se affecerat; et simul nolebat labefactare benedictionem, quæ illi pridem a Deo facta fuerat: *Benedixit* enim, inquit, *Deus Noë quando exivit ex arca, et filios illius.* Ut igitur ne videatur maledicere quem Deus

Cur filius maledictus sit ob patris peccatum.

Gen. 9. 1.

χάριν πολλάκις γινομένους ἐπαίνους, τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότου εὐφημίας ἑαυτοὺς ἀναξίους καταστήσωμεν. D Καὶ γὰρ ἀμφότερα ὀλέθρια, καὶ λύμη τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ τὸ πρὸς δόξαν ἀνθρωπίνην ἀφορῶντά τι διαπράττεσθαι τῶν πνευματικῶν, καὶ τὸ μέγα φρονεῖν ἐφ' οἷς ἂν κατορθῶσαι δυνηθῇ. Δι' ὃ νήφειν χρὴ καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς φάρμακα ἐπιτιθέναι συνεχῶς ἑαυτοῖς, ὥστε μὴ ἁλῶναι τοῖς ὀλεθρίοις τούτοις πάθεσι. Κἂν γὰρ μυρία τις κατωρθωκὼς ᾖ, καὶ ἅπασαν τὴν ἀρετὴν διανύσας, μέγα δὲ φρονῇ, πάντων ἐλεεινότερος ἂν γένοιτο καὶ ἀθλιώτερος. Καὶ τοῦτο δῆλον ἡμῖν γεγένηται, ἐξ ὧν ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖνος ὑπέμεινε, μεγάλα φρονήσας κατὰ E τοῦ τελώνου, καὶ ἐλάττων τοῦ τελώνου ἀθρόον γεγονὼς, καὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης πάντα αὐτοῦ τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς ἐκχέας, καὶ γυμνὸν καὶ ἔρημον ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ ξένον καὶ καινὸν ναυάγιον ὑπομείνας. Εἰς αὐτὸν γὰρ ἐλθὼν τὸν λιμένα ἅπαντα τὸν φόρτον αὐτοῦ κατέδυσε. Τὸ γὰρ ἀπ' ὀλυχῆς τῆς οὐ δεόντως γεγενημένης τοῦτο παθεῖν, ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐν αὐτῷ μέσῳ τῷ λιμένι ναυάγιον ὑπομεῖναι. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς παραγγέλλων τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν, Ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ἀσφαλιζόμενος αὐτοὺς, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος βουλόμενος τοῦ ὀλεθρίου τούτου πάθους ἐκτὸς αὐτοὺς γενέσθαι. Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, πῶς οὔτε ὁ 307 πρὸς δόξαν ἀνθρωπίνην κεχηνὼς, καὶ διὰ ταύτην τὰ A τῆς ἀρετῆς ἔργα μετιὼν, ἔχει τινὰ ὄνησιν, καὶ ὅτι καὶ μετὰ τὸ κατορθῶσαι πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς, εἰ δόξει μέγα φρονεῖν ἐπὶ τούτοις, πάντων ἔρημος γίνεται καὶ γυμνός; Φεύγωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, ταῦτα τὰ ὀλέθρια πάθη, καὶ πρὸς ἐκεῖνον μόνον ὁρῶμεν τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχωμεν πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς, μηδὲ ἐπιζητῶμεν τὸν παρὰ τούτων ἔπαινον, ἀλλ' ἀρκώμεθα τῷ παρὰ τοῦ Δεσπότου. Οὗ ὁ ἔπαινος γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. Καὶ ὅσῳ ἂν πρὸς μείζονα ἐπιδιδῶμεν ἀρετὴν, τοσούτῳ μᾶλλον ἑαυτοὺς μετριάζειν παρασκευάζωμεν, καὶ συνεστάλθαι. Κἂν γὰρ πρὸς αὐτὴν φθάσωμεν τῆς B ἀρετῆς τὴν κορυφὴν, ἐὰν ἀντιθῶμεν τὰς παρὰ τοῦ Δεσπότου εὐεργεσίας μετὰ πολλῆς εὐγνωμοσύνης, τότε καλῶς ὀψόμεθα, ὅτι οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς ὑπηργμένων εἰσηνέγκαμεν. Καὶ γὰρ ἕκαστος τῶν ἁγίων ἐντεῦθεν ηὐδοκίμησε. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τοῦ τῆς οἰκουμένης διδασκάλου, τῆς οὐρανομήκους ἐκείνης ψυχῆς, πῶς μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα, μετὰ τὴν τοσαύτην ἄνωθεν μαρτυρίαν (Σκεῦος γὰρ, φησὶν, ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος), οὐκ ἐπιλανθάνεται τῶν οἰκείων πλημμελημάτων, ἀλλ' ἀμφοῖν ταῦτα περιστρέφει, καὶ ὑπὲρ ὧν μάλιστα πε- C πληροφόρητο, ὅτι τὴν συγχώρησιν ἐδέξατο διὰ τοῦ βαπτίσματος, οὐδὲ τούτων ἐπιλανθάνεσθαι ἀνέχεται,

dibus. Hæc enim ambo perniciosa sunt, et saluti nostræ noxia; spirituale aliquid operando ad humanam spectare gloriam, et bene agendo sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse nos oportet ac vigiles, et apponere nobis quotidiana e sacris Literis pharmaca, ita ut perniciosis affectionibus istis non irretiamur. Nam etsi quis innumera bona opera fecerit, virtutemque omnem absolverit, si tamen magnum quid de se sentiat, omnium miserrimus fuerit. Quod nobis manifestum est ex iis quæ Pharisæo acciderunt, qui dum magna *Luc.* 18. de se sensit, et publicanum contemsit, subito deterior factus est publicano, et omnes virtutum divitias lingua sua effudit: ac se nudans vacuumque constituens, stupendum et novum naufragium pertulit. Cum enim ad portum pervenisset, omnes merces suas submersit. Nam si id infortunii propter preces indigne emissas accidit, perinde est ac si quis in medio portu naufragium faciat. Propterea et Christus discipulis suis præcipiens, dicebat: *Cum omnia feceritis, dicite:* *Luc.* 17. 10. *Servi inutiles sumus.* Quo dicto munire eos vult, et quam longissime a pernicioso illo morbo alienare. Vidistis, carissimi, quomodo is qui humanam gloriam ambit, ejusque gratia virtutis exercitia adit, utilitatem nullam percipit: et post exantlatos omnes virtutis labores, si de iis videatur altum sapere, omnium vacuus nudusque evadat? Fugiamus igitur, obsecro, perniciosas illas affectiones, et ad illum semper vigilem oculum spectemus tantum: ac nihil commune habeamus cum nostri generis hominibus, neque ab eis laudari quæramus: sed contenti simus dominica laude. *Cujus laus,* inquit, *non ex homi-* *Rom.* 2. 29. *nibus, sed ex Deo.* Et quo magis virtutibus locupletamur et crescimus, hoc magis modesti simus et humiliemur. Nam etsi ad summum virtutis apicem pertigerimus, si id grato animo cum Dei beneficiis comparemus, facile videbimus, ne minimam quidem partem nos eorum, quæ in nos contulit, adæquasse. Hinc enim omnes sancti probati fuerunt, et Deo accepti. Hoc ut discas, audi doctorem orbis, animam illam quæ in cælum usque pertingit, quomodo post tot præclara opera, post tantum de cælo testimonium (*Vas* enim, in- *Act.* 9. 15. quit, *electionis est mihi hic*), non obliviscitur suorum delictorum, sed ambabus manibus, ut aiunt, ea versat, et neque eorum memoriam obliterari patitur, de quibus certissimus erat, ipsa per baptismum fuisse dimissa, sed clamat et dicit: *Minimus sum apostolorum, et non sum* 1. *Cor.* 15. *dignus vocari apostolus.* Et postea, ut ingen- 9.

tem ejus discamus humilitatem, addit : *Eo quod persequutus sum Ecclesiam Dei.* Quid agis, o Paule? Dominus per misericordiam suam delevit et dimisit omnia peccata tua, et tu ea adhuc subinde versas, et memoras? Etiam : scio enim, inquit, et non ignoro Dominum meum illa dimisisse : sed dum mecum considero quæ fecerim, et video divinæ misericordiæ pelagus : tunc probe disco me gratia et misericordia Dei esse id quod sum. Nam cum dixisset, *Non sum dignus vocari apostolus, eo quod Ecclesiam Dei* 1. Cor. 15. 10. *persequutus,* subdidit : *Gratia autem Dei sum id quod sum.* Ego quidem, inquit, tanta ferebar insania; ineffabilis autem ejus bonitas et gratia remissionem dedit. Vidistis animam contritam, et memoriam peccatorum, quæ ante baptismum commiserat, perpetuo circumferentem? Illum et nos imitemur, et eorum quæ post baptismum admisimus quotidie memores, continuoque ea in mente versantes, numquam permittamus ut ipsorum obliviscamur. Hoc enim frenum sufficiet ad humiliandum nos, et ad modestiam ingenerandam. Et quid dico Paulum tantum et talem virum? Vis videre etiam eos qui in veteri lege hinc maxime claruerunt, quod post innumera bona opera, et ineffabilem apud Deum fiduciam modesti fuerint? Audi quid dicat patriarcha, postquam consuetudinem cum Deo habuit, Gen. 18. 27. et facta est ei promissio : *Ego autem,* inquit, *terra sum et cinis.*

3. Cæterum quia in patriarchæ mentionem incidimus, si placet, ea quæ hodie lecta sunt, proponamus caritati vestræ, quo illis explicatis videamus excellentem justi virtutem. 31. *Et accepit,* inquit, *Tharra Abram et Nachor filios suos, et Lot filium filii sui : et Saram nurum suam, uxorem autem Abræ filii sui, et eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terram Chananæorum, et venit usque ad Charran, et habitavit illic.* 32. *Et fuerunt omnes dies Tharræ in Charran, anni ducenti quinque, et mortuus est in Charran.* Animum diligenter, obsecro, iis quæ lecta sunt adhibeamus, ut mentem eorum, quæ in scriptis latent, deprehendamus. Ecce enim mox in principio videtur esse quæstio. Nam cum ille beatus propheta, Moses inquam, dixerit : *Accepit Tharra Abram et Nachor, et eduxit ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terram Chananæorum : et venit usque ad Charran, et habitavit illic* : beatus Stephanus Judæos laudans, inquit :

ἀλλὰ βοᾷ καὶ λέγει, ὅτι Ἐλάχιστός εἰμι τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Εἶτα ἵνα τὴν ὑπερβολὴν αὐτοῦ παιδευθῶμεν τῆς ταπεινοφροσύνης, προσέθηκε, Διότι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Τί ποιεῖς, ὦ Παῦλε; Ὁ Δεσπότης διὰ τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν συνεχώρησε, καὶ ἀπήλειψεν ἅπαντα τὰ ἡμαρτημένα σοι, καὶ σὺ ταῦτα στρέφεις; Ναί, οἶδα, φησὶ, καὶ οὐκ ἀγνοῶ τοῦ Δεσπότου τοῦ ἐμοῦ τὴν λύσιν· ἀλλ' ὅταν ἐννοήσω τὰ ἐμοὶ εἰργασμένα, καὶ ἴδω τὸ πέλαγος τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τότε μανθάνω καλῶς, ὅτι χάριτι αὐτοῦ καὶ φιλανθρωπίᾳ εἰμὶ ὅ εἰμι. Εἰπὼν γὰρ ὅτι Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐπήγαγε· Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι. Ἐγὼ μέν, φησὶ, τοσαύτην ἐπεδειξάμην τὴν μανίαν· ἡ δὲ ἄφατος αὐτοῦ ἀγαθότης καὶ ἡ χάρις τὴν συγχώρησιν ἐχαρίσατο. Εἶδες ψυχὴν συντετριμμένην, καὶ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἡμαρτημένων διηνεκῶς τὴν μνήμην περιφέρουσαν; Τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμῖν ἡμαρτημένα, ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν μιμνησκόμενοι, καὶ διηνεκῶς ἐν τῇ διανοίᾳ περιστρέφοντες, μηδέποτε συγχωρῶμεν εἰς λήθην ἡμᾶς αὐτῶν ἐμπεσεῖν. Ἱκανὸς γὰρ ἡμῖν χαλινὸς τοῦτο γενήσεται πρὸς τὸ συνεστάλθαι καὶ μετριάζειν. Καὶ τί λέγω Παῦλον, τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον; Θέλεις ἰδεῖν καὶ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ ἐντεῦθεν μάλιστα εὐδοκιμήσαντας, ἀπὸ τοῦ μετριάζειν μετὰ μυρία κατορθώματα, καὶ τὴν ἄφατον παῤῥησίαν; Ἄκουε τοῦ πατριάρχου λέγοντος, μετὰ τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν, μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην· Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός.

308

Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πατριάρχου ἐμνήσθην, εἰ δοκεῖ, τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα προθῶμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἵνα ταῦτα ἀναπτύξαντες ἴδωμεν τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου τὴν ὑπερβολήν. Καὶ ἔλαβε, φησὶ, Θάῤῥα τὸν Ἄβραμ καὶ τὸν Ναχὼρ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν Σάρραν τὴν νύμφην αὐτοῦ, γυναῖκα δὲ Ἄβραμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων, πορευθῆναι εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναναίων, καὶ ἦλθεν ἕως Χαῤῥὰν καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ· καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Θάῤῥα ἐν Χαῤῥὰν ἔτη διακόσια πέντε, καὶ ἀπέθανεν ἐν Χαῤῥάν. Μετὰ ἀκριβείας προσέχωμεν, παρακαλῶ, τοῖς ἀναγνωσθεῖσιν, ἵνα δυνηθῶμεν καταλαβεῖν τὸν νοῦν τῶν ἐγγεγραμμένων. Ἰδοὺ γὰρ ἐν προοιμίοις δοκεῖ ζήτημα εἶναι ἐν τοῖς εἰρημένοις. Τοῦ γὰρ μακαρίου τούτου προφήτου, τοῦ Μωϋσέως λέγω, εἰπόντος, ὅτι Ἔλαβε Θάῤῥα τὸν Ἄβραμ καὶ τὸν Ναχὼρ, καὶ ἐξήγαγεν ἐκ γῆς Χαλδαίων, πορευθῆναι εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναναίων, καὶ ἦλθεν ἕως Χαῤῥὰν, καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ· ὁ μακάριος Στέφανος ἐγκωμιάζων τοὺς Ἰουδαίους φησίν· Ὁ Θεὸς

τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραμ ὄντι ἐν Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν, κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτόν. Τί οὖν ἐστιν; ἐναντιοῦται ἑαυτῇ ἡ C θεία Γραφή; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ συνιδεῖν ἐκ τούτου προσήκει, ὅτι θεοφιλοῦς ὄντος τοῦ παιδὸς, ὀφθεὶς αὐτῷ ὁ Θεὸς προσέταξε μεταναστῆναι ἐκεῖθεν. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ Θάρρα ὁ τούτου πατὴρ, εἰ καὶ ἄπιστος ἐτύγχανεν, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τοῦ πρὸς τὸν παῖδα φίλτρου συνωνῆσαι αὐτῷ κατεδέξατο τῆς ἀποδημίας, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν Χαρράν, κἀκεῖ κατοικήσας, οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον· καὶ τότε κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ μετανίσταται εἰς τὴν Χαναναίαν ὁ πατριάρχης. Ἀμέλει οὐ πρότερον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκεῖθεν ἀνέστησε, μέχρις ὅτε Θάρρα ἐτελεύτησε. Τότε γὰρ μετὰ τὴν ἐκεί- D νου τελευτὴν, φησὶ, Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἀβραμ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ἕκαστον τῶν εἰρημένων μετὰ ἀκριβείας διερευνησώμεθα, ἵνα ἴδωμεν τῆς γνώμης τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόθεον. Μὴ E γὰρ ἁπλῶς παραδράμωμεν τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ἐννοήσωμεν ὅσος τοῦ ἐπιτάγματος ὁ ὄγκος. Ἔξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Κατάλιπε, φησὶ, τὰ δῆλα καὶ τὰ ὡμολογημένα, καὶ προτίμησον τὰ ἄδηλα καὶ τὰ μὴ φαινόμενα. Σκόπει πῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ἐγυμνάζετο ὁ δίκαιος τὰ μὴ φαινόμενα τῶν φαινομένων προτιμᾶν, καὶ τὰ μέλλοντα τῶν ἐν χερσὶν ὄντων. 309
Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἦν ὅπερ ἐπετάττετο ποιῆσαι, κα- A
ταλιπεῖν τὴν γῆν, ἔνθα τοσοῦτον ᾤκησε χρόνον, καὶ τὴν συγγένειαν ἅπασαν, καὶ πάντα τοῦ πατρὸς τὸν οἶκον, καὶ ἐλθεῖν ἔνθα μὴ ᾔδει, μηδὲ ἠπίστατο. Οὐ γὰρ εἶπεν εἰς ποίαν αὐτὸν χώραν βούλεται μεταστῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἀδιορίστῳ τοῦ ἐπιτάγματος ἐγύμναζε τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόθεον. Δεῦρο γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Ἐννόησόν μοι, ἀγαπητὲ, ὅπως ὑψηλῆς ἐδεῖτο γνώμης τὸ ἐπίταγμα, καὶ μηδεμιᾷ προσπαθείᾳ ἢ συνηθείᾳ κατεχομένης. Εἰ γὰρ νῦν μετὰ τὸ ἐπιδοῦναι τὴν εὐσέβειαν, οὕτως εἰσὶ πολλοὶ τῇ συνηθείᾳ προσδεδεμένοι, ὡς καὶ μυριάκις ἂν ἕλοιντο, κἂν ἀνάγκη κατεπείγῃ, πάντα ὑπομεῖναι ἢ B
τῶν τόπων μεταστῆναι, ἔνθα πρότερον τὴν οἴκησιν ἔσχον, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων μόνον ἀνδρῶν ἐστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν φυγόντων τοὺς ἐν μέσῳ θορύβους, καὶ τὸν τῶν μοναχῶν ἑλομένων βίον· πολλῷ δὴ μᾶλλον τότε· τὸν δίκαιον τοῦτον εἰκὸς ἦν

Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, et illinc, postquam mortuus est pater ejus, proficisci jussit. Quid igitur? dissidentne a seipsis divinæ Scripturæ? Absit; sed ex hoc animadvertere licet, quod cum filius religiosus esset, visus ei Deus imperavit ut inde migraret. Quod ut agnovit Tharra pater ejus, licet infidelis esset, attamen ob amorem in filium socius illi peregrinationis esse voluit. Et ut venit in Charran, ac illic habitavit aliquamdiu, vita hac excessit: patriarcha autem tunc jubente Deo in Chananæam concessit. Denique non antea eum Deus inde evocavit, donec mortuus est Tharra. Act. 7. 2. 4.

Scripturæ divinæ nunquam sibi repugnant.

Tunc enim illo defuncto, inquit: 1. *Et dixit Dominus Abræ: Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero tibi.* 2. *Et faciam te in gentem magnam: et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus;* 3. *et benedicam benedicentibus te, et maledicentes te maledicam; et benedicentur in te omnes tribus terræ.* Singula dicta diligenter perscrutemur, ut religiosam et piam patriarchæ mentem videamus. Ne prætereamus obiter dicta, sed animadvertamus quantum imperii pondus. *Egredere*, inquit, *de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero tibi.* Quasi diceret: Relinque certa et omnibus aperta, et elige magis incerta et non apparentia. Considera quomodo ab initio exercetur justus, ut præeligat non apparentia præ apparentibus, et futura præ iis quæ in manibus sunt. Neque enim vulgare et parvum aliquid erat id, quod ei ut faceret præcipiebat Deus: nempe ut terram relinqueret, quam inhabitarat tanto tempore, et omnem cognationem, et totam patris domum, iretque nesciens et ignorans quorsum. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum vellet, sed mandato indefinito pium patriarcham exercuit. *Veni* enim, inquit, *in terram quam monstravero tibi.* Cogita, quæso, dilecte, quam sublimem animum requirebat hoc mandatum: qui plane nulla vel affectione, vel consuetudine impediri potuerit. Si enim nunc, post tanta religionis incrementa, multi adeo sunt consuetudini suæ alligati, ut potius multa, etsi necessitas urgeat, omniaque ferre velint, quam loca mutare in quibus prius habebant domicilium: id quod non solum a vulgaribus hominibus fieri videmus, sed etiam ab iis qui e medio tumultu fugere, et monasticam vitam delegerunt: quanto magis veri-

Cap. 12.

Quantum sit patriam suam relinquere.

simile erat justum illum ad hoc mandatum tardiorem fore? Egredere, inquit, et relinque cognatos, et domum paternam, et veni in terram quam monstravero tibi. Quem non turbarent verba ista? Neque locum, neque regionem certam ei designat, sed indefinito præcepto mentem explorat justi. Nam si quis alius, et e vulgo fuisset C is qui mandatum accepit, dixisset utique: Esto; præcipis, ut relinquam terram quam inhabito, cognationem, domum paternam: quare non etiam locum declaras, in quem me proficisci jubes, ut certiorem me reddas quantum sit iter agendum? Unde enim nosse valeam hac, quam relinquo, uberiorem et præstantiorem illam esse? At justus nihil horum vel dixit, vel cogitavit: sed respiciens ad magnitudinem eorum quæ imperata erant, iis quæ in manibus habebat incerta præferebat. Atqui si non tam generosum spiritum, D nec tam philosophicam mentem habuisset, nec didicisset per omnia Deo parendum esse; fuisset tamen ei et aliud etiam ipsum non parvum impedimentum; nempe mors patris. Scitis enim multos sæpenumero propter sepulcra cognatorum in illis locis mori deligere, ubi parentes eorum mortui et sepulti sunt.

4. Verisimile igitur erat et justum hunc, nisi Deum plurimum amasset, talia potuisse cogitare: Ecce pater propter suum in me amorem e domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, et contemtis omnibus huc usque E venit; quasi diceret: Propter me in aliena terra vita defunctus est: ego autem non daturus sum operam, ut post mortem par ei reddam, sed relicto cum cognatione patris sepulcro, hinc abeam? Atqui nihil horum alacritatem ejus remorari potuit: sed omnia levia et facilia ei repræsentabat suus in Deum amor. Fortassis et illud mente tractasset, siquidem humanis rationibus res suas moderari voluisset: In hac ætate, qua nunc ad postremam senectam tendo, quor- 310 sum abiturus sum? non fratrem mecum ducens, A neque cognatos mecum habens, sed ab omnibus consanguineis sequestratus, quomodo solitarius et peregrinus in terram alienam pergam, nescius ubi errandi finis futurus sit? Quod si medio in itinere contingat me vita defungi, quæ tantæ miseriæ fuerit utilitas? quis me mortuum curabit senem, peregrinum carentem civitate, carentem domo? Fortassis uxor vicinos exorabit, ut

δυσχερᾶναι πρὸς τὸ ἐπίταγμα, καὶ ὀκνηρότερον κατασταθῆναι. Ἔξελθε, φησὶ, καὶ κατάλιπε τοὺς συγγενεῖς, καὶ τὸν οἶκον τὸν πατρικὸν, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Τίνα οὖν οὐκ ἂν ἐθορύβησε ταυτὶ τὰ ῥήματα; Οὔτε τὸν τόπον, οὔτε τὴν χώραν δῆλην αὐτῷ ποιεῖ, ἀλλὰ τῷ ἀδιορίστῳ βασανίζει τοῦ δικαίου τὴν γνώμην. Εἰ γὰρ ἕτερός τις ἦν ὁ κελευσθείς, καὶ εἷς τῶν πολλῶν, εἶπεν ἄν· ἔστω· κελεύεις με καταλιπεῖν τὴν γῆν ἔνθα νῦν οἰκῶ, τὴν συγγένειαν, τὸν οἶκον τὸν πατρικόν· τίνος ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τὸν τόπον, ἔνθα ἀφικέσθαι με προστάττεις, δῆλον ποιεῖς, ἵνα εἰδέναι ἔχω κἂν τοῦ διαστήματος τὸ μέγεθος; Πόθεν γάρ μοι ἐκεῖνο γνώριμον ἂν γένοιτο, ὅτι ταύτης, ἧς καταλιμπάνω, βελτίων ὀφθήσεται ἐκείνη μᾶλλον καὶ εὐπορωτέρα; Ἀλλ' ὁ δίκαιος οὐδὲν τούτων οὐδὲ εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλὰ πρὸς τὸ τῶν ἐπιτεταγμένων μέγεθος ἀπιδὼν, τὰ ἄδηλα τῶν ἐν χερσὶ προετίθει. Καίτοι εἰ μὴ ὑψηλὸν εἶχε φρόνημα, καὶ φιλόσοφον γνώμην, καὶ ἐπεπαίδευτο πάντα πείθεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ ἕτερον ὢν μικρὸν εἶχεν ἂν κώλυμα, αὐτὴν τοῦ πατρὸς τὴν τελευτήν. Ἴστε γὰρ ὅτι πολλοὶ πολλάκις διὰ τοὺς τάφους τῶν προσηκόντων εἵλοντο τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐναποθανεῖν, ἔνθα τὸν βίον κατέλυσαν οἱ γονεῖς.

Εἰκὸς τοίνυν ἦν καὶ τὸν δίκαιον τοῦτον, εἴγε μὴ ἦν σφόδρα φιλόθεος, καὶ τοῦτο λογίσασθαι, ὅτι ὁ μὲν πατὴρ διὰ τὸ περὶ ἐμὲ φίλτρον οἴκοθεν ἐξανέστη, καὶ συνηθείας παλαιᾶς ὑπερεῖδε, καὶ πάντων ἀνώτερος γεγονὼς μέχρι τούτου παρεγένετο, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, δι' ἐμὲ ἐν ἀλλοτρίᾳ τὸν βίον κατέλυσεν· ἐγὼ δὲ οὐδὲ μετὰ τὸν θάνατον τὴν ἴσην αὐτῷ ἀμοιβὴν ἀποδοῦναι σπουδάζω, ἀλλὰ καταλιπὼν μετὰ τῆς συγγενείας τοῦ πατρὸς τὸν αὐτοῦ τάφον, ἀπελεύσομαι; Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αὐτοῦ ἀπαμβλῦναι τὴν ὁρμὴν ἴσχυσεν· ἀλλὰ πάντα εὔκολα αὐτῷ, καὶ ῥᾴδια φαίνεσθαι ἐποίει τὸ περὶ τὸν Θεὸν φίλτρον. Ἐπεὶ κἀκεῖνο ἂν ἐνενόησεν, εἴγε ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψαι ἐβούλετο· ἐν ἡλικίᾳ, λέγων, τοιαύτῃ, καὶ λοιπὸν πρὸς γῆρας ἔσχατον ἐλαύνων ποῦ ἀπελεύσομαι; Οὐ τὸν ἀδελφὸν ἐπιφερόμενος, οὐ τοὺς συγγενεῖς ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ πάντων τῶν πρὸς γένος διαφερόντων μοι κεχωρισμένος, πῶς ἔρημος καὶ ξένος οὕτω τὴν ἀλλοτρίαν καταλήψομαι, οὐδὲ εἰδὼς ὅπου στήσομαι τῆς πλάνης; Εἰ δὲ καὶ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν συμβῇ με καταλῦσαι τὸν βίον, τί τὸ ὄφελος τῆς τοιαύτης ταλαιπωρίας; [a] τίς με περιστελεῖ τὸν γέροντα, τὸν ξένον, τὸν ἄπολιν, τὸν ἄοικον; Ἴσως ἡ γυνὴ τοὺς γείτονας παρακαλέσει συμπάθειάν τινα ἐπιδείξασθαι καὶ

[a] Τίς με περιστελεῖ. Vetus Interpres, *quis me sepeliet? ponet ad sepulturam?* Aptius vertas, *quis me curabit, quis mihi vestes com-*

ἐξ ἐράνου τινὸς καὶ συνεισφορᾶς τὰ καθήκοντα πληρώσει. Καὶ πόσῳ βέλτιον αὐτὸν τὸν βραχὺν χρόνον τὸν ὑπολειπόμενον ἡμῖν εἰς ζωὴν, καθεζόμενον ἐν ταῦθα καταλῦσαί με τὸν βίον, ἢ μετὰ γῆρας ὧδε κἀκεῖσε περιέλκεσθαι, καὶ τὰ παρὰ πάντων ὑπομένειν σκώμματα, ὡς οὐδὲ ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ δυνηθέντα ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν, ἀλλὰ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν, καὶ μηδαμοῦ ἵστασθαι; Ἀλλὰ τούτων μηδὲν ὑπολογισάμενος ὁ δίκαιος οὗτος ὑπακούειν ἔσπευδε τῷ ἐπιτάγματι. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι ἱκανὸν ἦν αὐτῷ εἰς προτροπὴν τὸ λέγειν· Δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ μάλιστα, εἰ μὴ φιλόθεος ἦν, ἤρκει ὀκνηρότερον αὐτὸν περὶ τὴν ὑπακοὴν ἐργάσασθαι. Ἠδύνατο γὰρ εἰπεῖν, εἰ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, ὅτι τίνος ἕνεκεν εἰς τὴν ξένην με ἀπάγεις, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν με καταλαβεῖν κελεύεις; Διὰ τί γάρ με ἐνταῦθα, εἴγε βούλει μέγαν ποιῆσαι, οὐ ποιεῖς; διὰ τί ἐπὶ τῆς οἰκίας τῆς πατρῴας διάγοντα οὐκ ἀξιοῖς τῆς σῆς εὐλογίας; Ὡς εἰ συμβαίη με, πρὶν ἢ φθάσαι εἰς τὸν τόπον ἔνθα κελεύεις, κατεργασθέντα ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν καμάτων καὶ διαφθαρῆναι, καὶ τὸν βίον καταλῦσαι, τί μοι τὸ ὄφελος τῶν ἐπηγγελμένων; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαβεῖν κατεδέξατο, ἀλλὰ, καθάπερ εὐγνώμων οἰκέτης, τῷ ἐπιτάγματι μόνον ὑπήκουεν, οὐ περιεργαζόμενος, οὐδὲ πολυπραγμονῶν, ἀλλ' ἐπείθετο, καὶ πεπληροφορημένος ἐτύγχανεν, ὅτι ἀψευδεῖς ἦσαν αἱ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαι· Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Μέγας τῆς ὑποσχέσεως ὁ ὄγκος. Ποιήσω σε, φησὶν, εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου. Οὐ μόνον ἔθνει σε μεγάλῳ ἐπιστήσω, καὶ τὸ ὄνομά σου μέγα ἀπεργάσομαι, ἀλλὰ καὶ Εὐλογήσω σε, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Μὴ νομίσῃς, ἀγαπητὲ, ταυτολογίαν εἶναι τὸ εἰρημένον τὸ, Καὶ εὐλογήσω σε, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Τοσαύτης σε, φησὶν, εὐλογίας ἀξιώσω, ὡς παντὶ τῷ αἰῶνι συμπαρεκτείνεσθαι αὐτήν. Ἔσῃ γὰρ εὐλογημένος, ὡς ἕκαστον ἀντὶ μείζονος τιμῆς [b] σπουδὴν ποιεῖσθαι εἰσωθεῖν ἑαυτὸν εἰς τὴν πρὸς σὲ οἰκειότητα. Ὅρα πῶς ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῷ προέλεγε τὴν περιφάνειαν, ἐν ᾗ καταστήσειν αὐτὸν ἔμελλε. Ποιήσω σε, φησὶν, εἰς ἔθνος μέγα, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ Ἰουδαῖοι μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πατριάρχῃ ἐβούλοντο εἰς τὴν τούτου συγγένειαν ἑαυτοὺς εἰσωθεῖν, καὶ ἔλεγον· Τέκνα τοῦ Ἀβραάμ ἐσμεν. Ἀλλ' ἵνα μάθωσιν, ὅτι ἀπὸ τῆς τῶν τρόπων κακίας ἀνάξιοι τυγχάνουσι τῆς συγγενείας, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς,

commiserationem quamdam in me exhibeant, et justa ex collatitia stipe faciet. Quanto satius fuerit, ut ipse brevi quod superest tempore hic residens vitam terminem, quam si senex hinc et inde vager, et omnium scommatis incessar, qui neque in ætate illa quietus vivam, sed loca locis mutans, nullibi subsistam? Cæterum justus iste nihil horum cogitavit, sed præcipienti obedire festinavit. Sed forte dixerit quispiam : Ad incitamentum satis fuit ei, *Veni in terram quam tibi monstravero ; et faciam te in gentem magnam, et benedicam te.* Verum istuc ipsum, nisi pius fuisset, satis erat ad reddendum eum segniorem, et ad obedientiam magis cunctabundum. Nam si unus aliquis e vulgo fuisset, dicere potuisset : Quare me peregre proficisci jubes, et in alienam terram abducis? quare si me magnum facere vis, non hic magnum facis? quare in domo paterna versantem, tua benedictione non dignaris? Quod si contingat priusquam perveniam in locum quem jubes, defatigatum me itineris laboribus perire, et vitam finire, quæ mihi ex promissis utilitas? At nihil horum vel in mente suscipiendum censuit, sed, sicut fidelis servus, ad solum imperium obedivit, nihil curiose quærens, nullumque aliud negotium prætexens; sed obtemperavit, certum habens, neutiquam mendacia esse Dei promissa : *Et faciam te in gentem magnam,* inquit, *et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus.* Magnum promissionis pondus. *Faciam te,* inquit, *in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum.* Non solum genti magnæ te præficiam, et nomen tuum extollam : sed et *Benedicam te, et eris benedictus.* Ne putes, dilecte, meram repetitionem esse, et idem bis proferri, cum dicitur : *Benedicam te, et eris benedictus.* Tanta enim te, inquit, benedictione dignabor, ut illa in omne sæculum sit duratura. *Eris* enim *benedictus,* ita ut omnes summi honoris loco habituri sint, si eis tecum familiaritas contingat. Vides quomodo antea et ab initio ei prædicit claritatem quam illi daturus erat. *Faciam te,* inquit, *in gentem magnam, et magnificabo nomen tuum, et benedicam te, et eris benedictus.* Idcirco et Judæi de patriarcha superbientes volebant se in ejus familiam intrudere, et dicebant : *Filii Abraam sumus.* Sed ut discant se propter malos mores indignos esse illa familia et genere, dicit eis Chri-

[b] Savil. σπουδὴν ποιεῖσθαι εἰσαχθῆναι αὐτὸν εἰς τήν. Morel. εἰσωθεῖν εἰς τήν. Quatuor Mss. ἰσωθῆναι αὐτὸν εἰς τήν.

Joan. 8. 39. sus : *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis utique.* Joannes quoque, Zachariæ filius, cum ad Jordanem confluerent baptizari cupientes, dicebat eis : *Progenies viperarum, quis monstravit vobis fugere a futura ira ? Facite igitur fructum dignum pœnitentiæ, et ne præsumatis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod potest Deus ex lapidibus istis excitare filios Abrahæ.* Vidistis quomodo magnum apud omnes ejus nomen fuerit ? Sed ante eventum justi pietas monstratur, quomodo dictis Dei crediderit, et omnia quæ videbantur esse gravia, magna facilitate susceperit. *Et benedicam,* inquit, *benedicentes te, et maledicentes te maledicam : et benedicentur in te omnes tribus terræ.* Vide quomodo attemperat sermonem Deus, et quantum amicitiæ monstrat argumentum. Illos, inquit, amicos habebo, qui benevole erga te erunt affecti : et illos inimicos habebo, qui erga te contrario modo erunt affecti : id quod vix filii erga patres faciendum putarent, ut eosdem quos illi haberent amicos et inimicos. Maxima, dilecti, in patriarcham Dei hæc est benevolentia. Illos enim, inquit, benedicam, qui benedicent tibi : et illos maledicam, qui maledicent tibi : *Et benedicentur in te omnes tribus terræ.* Ecce et alterius liberalitatis additamentum. Omnes enim tribus terræ enitentur, ut in tuo nomine benedicantur, et res suas tua appellatione honestiores faciant.

Matth. 3. 7—9.

Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. Καὶ Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ Ζαχαρίου χήνικα συνέῤῥεον εἰς τὸν Ἰορδάνην οἱ βαπτισθῆναι σπεύδοντες, ἔλεγε πρὸς αὐτούς· Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φεύγειν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Εἶδες πῶς μέγα αὐτοῦ τὸ ὄνομα παρὰ πᾶσιν ἦν; Ἀλλὰ τέως πρὸ τῆς ἐκβάσεως τὸ φιλόθεον τοῦ δικαίου δείκνυται, πῶς τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθεῖσιν ἐπίστευσε, καὶ ἅπαντα τὰ δοκοῦντα εἶναι φορτικὰ μετ' εὐκολίας κατεδέχετο. Καὶ εὐλογήσω, φησὶ, τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ὅρα Θεοῦ συγκατάβασιν, καὶ πόσης αὐτῷ φιλίας δείκνυσι τεκμήριον. Ἐκείνους, φησὶ, φίλους ποιήσομαι, τοὺς πρὸς σὲ γνησίως διακειμένους, καὶ ἐκείνους ἐχθροὺς, τοὺς ἐναντίως πρὸς σὲ ἔχοντας· ὅπερ σχεδὸν οὐδὲ παῖδες πρὸς πατέρας ἐπιδεῖξαι ἀνέχονται, τὸ τοὺς αὐτοὺς ποιεῖσθαι αὐτοῖς καὶ φίλους καὶ ἐχθρούς. Μεγίστη οὖν, ἀγαπητὲ, ἡ περὶ τὸν πατριάρχην τοῦ Θεοῦ εὔνοια. Ἐκείνους, φησὶν, εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ ἐκείνους καταρῶμαι τοὺς καταρωμένους σε· Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ἰδοὺ προσθήκη καὶ ἑτέρας φιλοτιμίας. Πᾶσαι γὰρ, φησὶν, αἱ φυλαὶ τῆς γῆς ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι ἐνευλογεῖσθαι σπουδάσουσι, καὶ ἀπὸ τῆς σῆς προσηγορίας σεμνότερα τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐγκαταστήσουσιν.

5. Audistis, dilecti, qualia imperavit Dominus Chaldæo seni, qui neque legem noverat, neque prophetarum legerat vaticinia, neque ullam aliam doctrinam acceperat? Vidistis quanta præceptorum moles? quomodo ad ea perficienda sublimi et juvenili animo habebat opus? Videte posthac et patriarchæ probitatem, quomodo nobis eam Scriptura manifestet. 4. *Et profectus est,* inquit, *Abram, sicut loquutus est ei Dominus Deus, et ivit cum eo Lot.* Non simpliciter dixit, *Et profectus est Abram* : sed, *Sicut loquutus est ei Dominus Deus.* Omnia, inquit, fecit quæ ad præceptum hoc pertinebant. Dixit ut relinqueret omnia, et cognationem et domum; et reliquit. Dixit ut iret in terram quam nesciret : obtemperavit. Promisit Deus se facturum eum in gentem magnam, et benedicturum : credidit Abram etiam hoc even-

Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, οἷα ἐπέταξεν ὁ Δεσπότης τῷ Χαλδαίῳ, τῷ γέροντι, τῷ μήτε νόμον ἐγνωκότι, [a]μήτε προφήταις ἐντυχόντι, μήτε ἑτέρας διδασκαλίας τινὸς ἀπολαύσαντι; Εἴδετε ὅσος τῶν ἐπιταγμάτων ὁ ὄγκος; πῶς ὑψηλῆς τινὸς καὶ νεανικῆς δεόμενος ψυχῆς πρὸς τὴν τούτων ἐκπλήρωσιν; Βλέπετε λοιπὸν καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν εὐγνωμοσύνην, ὅπως ἡμῖν ἡ Γραφὴ φανερὰν αὐτὴν καθίστησι. Καὶ ἐπορεύθη, φησὶν, Ἄβραμ καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός· καὶ ᾤχετο μετ' αὐτοῦ Λώτ. Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἐπορεύθη Ἄβραμ, ἀλλὰ, Καθάπερ ἐλάλησεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός. Ἀκόλουθα, φησὶ, τῷ ἐπιτάγματι ἅπαντα διεπράξατο. Εἶπεν ἀφεῖναι πάντα, καὶ συγγένειαν, καὶ οἶκον· καὶ ἀφῆκεν. Εἶπεν ἐλθεῖν εἰς γῆν, ἣν οὐκ ᾔδει· κατεδέξατο. Ἐπηγγείλατο ποιήσειν εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσειν· ἐπίστευσεν ὅτι ἔσται καὶ τοῦτο. Καὶ καθάπερ ἐλάλησεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς, οὕτως ἐπορεύθη· ἀντὶ τοῦ, ἐπίστευσε τοῖς παρὰ τοῦ

[a] Μήτε προφήταις ἐντυχόντι, *neque prophetarum legerat vaticinia.* Recte : sed posset etiam sic intelligi, *neque cum prophetis versatus fuerat.*

Θεοῦ ῥηθεῖσιν, οὐδὲν ἐνδοιάσας, οὐδὲ ἀμφιβάλλων, ἀλλ' ἐστηριγμένην ἔχων τὴν διάνοιαν καὶ τὸν λογισμὸν, οὕτως ἐπορεύθη· διὸ καὶ πολλῆς εὐνοίας ἀπήλαυσε παρὰ τοῦ Δεσπότου. Καὶ ᾤχετο, φησὶ, καὶ Λὼτ μετ' αὐτοῦ. Τίνος ἕνεκεν, εἰπόντος τοῦ Θεοῦ, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, τοῦτον ἐπεφέρετο; Οὐχὶ παρακούων τοῦ Δεσπότου, ἀλλ' ἴσως ἐπειδὴ νέος ἦν, καὶ πατρὸς χώραν αὐτῷ ἐπεῖχε, κἀκεῖνος διὰ φιλοστοργίαν, καὶ τὴν τῶν τρόπων ἐπιείκειαν, δυσαποσπάστως εἶχε τοῦ δικαίου, ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας οὐκ ἀνέχεται αὐτὸν καταλιπεῖν. Λοιπὸν δὲ καὶ ἐν τάξει παιδὸς αὐτὸν εἶχεν, ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ παῖδας ἔχειν μὴ δυνηθεὶς διὰ τὴν τῆς Σάρας στείρωσιν. Ἄλλως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ νέου οὐ πολὺ ἀπέδει τοῦ δικαίου. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸ, προκειμένων τῶν δύο ἀδελφῶν, προσνεῖμαι ἑαυτὸν τῷ δικαίῳ, πόσης ἦν συνέσεως, τὸ διακρῖναι καὶ δοκιμάσαι τίνι τῶν θείων δέοι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψαι; Καὶ τὸ ἐλέσθαι τὴν ἀποδημίαν, καὶ αὐτὸ πάλιν δεῖγμα τῆς τῶν τρόπων ἦν κοσμιότητος. Εἰ γὰρ καὶ τὸ τελευταῖον ἔν τισιν ἔδοξε διαμαρτάνειν, ἡνίκα τοῖς πρωτείοις ἐπεπήδησεν, ἀλλ' ὅμως κατ' ἴχνος τοῦ δικαίου ἐσπούδαζε πορεύεσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ δίκαιος κοινωνὸν ἐλάμβανε τῆς ὁδοιπορίας, κἀκεῖνος μετὰ προθυμίας τῆς οἴκοι διατριβῆς τὴν ξένην προετίμησεν. Εἶτα ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ νεανίσκῳ ὄντι τῷ πατριάρχῃ ταῦτα ἐπέταττεν ὁ Δεσπότης, ἀλλ' ἤδη πρὸς γῆρας ἐλαύνοντι, ὅτε καὶ ὀκνηρότερον λοιπὸν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰς ἀποδημίας διάκεινται, φησίν· Ἄβραμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν. Εἶδες πῶς οὔτε ἡ ἡλικία, οὔτε ἕτερόν τι τῶν δυναμένων αὐτὸν ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν οἴκοι παραμονὴν κώλυμα αὐτῷ γέγονεν, ἀλλὰ πάντων ἀνώτερος ἐγένετο ὁ τοῦ Θεοῦ πόθος. Ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ διεγηγερμένη καὶ νήφουσα ᾖ, πάντα διατέμνει τὰ κωλύματα, καὶ ὅλη γίνεται τοῦ ποθουμένου, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἐν μέσῳ φαινομένων δυσχερῶν διακόπτεται, ἀλλὰ πάντα παρατρέχει, καὶ οὐ πρότερον ἵσταται, μέχρις ἂν ἐπιτύχῃ τοῦ σπουδαζομένου. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ δίκαιος οὗτος, καὶ ὑπὸ τοῦ γήρως καὶ ὑπὸ ἑτέρων πλειόνων κωλύεσθαι δυνάμενος, πάντα διαῤῥήξας τὰ δεσμὰ, καθάπερ νέος καὶ σφριγῶν, καὶ ὑπὸ μηδενὸς κωλυόμενος, οὕτως ἔσπευδε καὶ ἠπείγετο εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τοῦ Δεσπότου τὸ ἐπίταγμα. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ ποτε βουληθέντα τινὰ γενναῖόν τι καὶ ἀνδρεῖον ἐπιδείξασθαι, ἑτέρως τοῦτο εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, μὴ πρότερον αὐτὸν πρὸς ἅπαντα τὰ μέλλοντα αὐτῷ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν ἐμποδὼν ἵστασθαι παρασκευάμενον. Τοῦτο δὴ σαφῶς καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ἐπιστάμενος, πάντα παραδραμὼν, καὶ μήτε συνήθειαν, μήτε συγγένειαν, μήτε οἰκίαν πατρι-

turum. Sicut loquutus est ei Dominus, ita profectus est: id est, credidit iis quæ sibi a Deo sunt 312
dicta, nihil fluctuans, nihil dubitans, sed firmato animo ita profectus est: idcirco et a Domino magnam obtinuit gratiam. *Et ivit*, inquit, *et Lot cum eo*. Quare cum Dominus dixerit: *Egredere de terra tua, et de cognatione tua et de domo patris tui*; hunc assumsit? Non fuit inobediens Domino: sed forte quia juveni erat patris loco præfectus: et ille, ob singularem amorem, morumque suavitatem, a justo divelli noluit, hac de causa Abram eum relinquere noluit: insuper eum filii loco postea habuit; præsertim quod tam grandævus nullum adhuc haberet filium propter Saræ sterilitatem. Alioquin etiam mores adolescentis non multum a justi probitate aberant. Nam hoc ipsum quod, propositis ei duobus fratribus, ipse justo adhæreret, quantæ prudentiæ fuit, dijudicare nempe et discernere cui patruorum sui curam permittere deberet? Insuper et peregrinationem eligere, honestatis morum erat indicium. Nam licet tandem in quibusdam errasse videatur, quando potiores sibi partes usurpavit, attamen vestigium justi subsequi proxime studebat. Atque ideo justus illum in socium itineris accepit, et ipse magna alacritate peregrinam vitam domesticæ prætulit. Porro ut sciamus hæc a Deo fuisse imperata patriarchæ, non cum juvenis esset, sed jam ad senectam vergenti, quando plerique hominum ad peregrinandum segniores sunt, inquit: *Abram autem erat annorum septuaginta quinque, quando exivit ex Charran.* Vidistis quomodo nec ætas ei fuit obstaculo, neque aliud quiddam potuit eum detinere ut domi resideret: sed vicit omnia ipsius in Deum amor. Anima enim vigilans et sobria cuncta abrumpit impedimenta, totaque fit ejus quem amat, et a nullo quod in medio difficile appareat, retardari se patitur: sed omnia præterit, nec subsistit priusquam re desiderata potiatur. Propterea et justus iste neque senectute, neque alia pluribus causis prohiberi potuit, quin omnibus disruptis vinculis, quasi juvenis et ætate florens, quasi a nullo prohibitus, festinaret et anhelaret Domini præceptum perficere. Neque enim possibile est, ut rem fortem et egregiam quis umquam aliter faciat, nisi antea adversus omnia quæ ejusmodi conatui obsistere possunt, se armet et instruat. Hoc utique clare sciens justus ille, omnibus præteritis, non curabat vel consuetudinem, vel domum pa-

ternam, vel sepulcrum, vel senectutem ipsam, sed in hoc dumtaxat figebat mentem, quomodo implere posset quod a Domino fuerat imperatum. Et videre erat rem magno periculo plenam hominem in provectissima senecta, cum uxore etiam ipsa ætatis provectæ et multis famulis se alio transferre, nescium ubinam errandi futurus finis esset. Quod si quis et illud prudenter expendat, quantæ per illud tempus viarum difficultates erant: neque enim, sicut nunc, licebat impavide cum aliis versari, et tam facile profectiones suscipere, cum singula loca propriis principatibus distincta essent, necesseque esset iter agentibus ab aliis ad alios principes transire, et fere quotidie de regno in regnum progredi: erat igitur et hoc obstaculum justo, nisi tantum habuisset amoris et mandata perficiendi desiderium. Verum omnibus illis impedimentis, quasi aranææ telæ essent, disruptis menteque fide roborata, probe fidens dignitati promittentis, iter aggressus est. 5. *Et accepit,* inquit, *Abram Saram uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam quam possederant in Charran, et exivit ut proficisceretur in terram Chanaan.*

6. Vide Scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia narrat, ut per omnia discamus justi pietatem ac religionem. *Accepit,* inquit, *Saram uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam quam possederant in Charran.* Non simpliciter dixit: *Omnia quæcumque possederant in Charran:* sed ut discamus nihil ex bonis Chaldaicis accepisse patriarcham, sed paternis illis omnibus fratri relictis exiisse, ea solum secum ferentem quæ et in Charran possidebat. Et hoc faciebat vir admirandus, non quod illa magni faceret vel quod avarus esset: sed ut ex facultatibus illis posset omnibus testari, quanta Dei erga se fuisset providentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum eduxit, et iterum inde migrare jussit, ipse et substantiam illius quotidie augebat, et omnem molestiam auferebat. Itaque quod hæc secum ferret, et per totam viam sic procederet, specimen erat piæ religiosæque mentis. Quicumque enim eum videbat, merito causam inquirebat, quare justus ille peregrinaretur. Deinde intelligens, eum jussu Dei in alienam terram, relictis propriis, transire, per opera ipsa docebatur et discebat quam pia esset justi obedientia, et quam ingens Dei erga illum providentia. *Et exivit,* inquit, *ut proficisceretur in terram Chanaan.* Unde

κὴν, μήτε τάφον, μήτε τὸ γῆρας αὐτὸ λογισάμενος, εἰς ἐκεῖνο μόνον ἔτεινεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὅπως δυνηθῇ πληρῶσαι τὸ προσταχθὲν παρὰ τοῦ Δεσπότου. Καὶ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα πολλοῦ θαύματος γέμον, ἄνθρωπον ἐν γήρᾳ βαθυτάτῳ μετὰ γυναικὸς, καὶ αὐτῆς προβεβηκυίας λοιπὸν, καὶ πλήθους οἰκετῶν μεταναστάμενον, καὶ οὐδὲ, ὅπου λήξει αὐτῷ τὰ τῆς πλάνης, εἰδότα. Εἰ δέ τις καὶεῖνο συνετῶς λογίσαιτο, πόση κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁδῶν ἡ δυσκολία ἦν· 313
A οὐδὲ γὰρ καθάπερ νῦν μετὰ ἀδείας ἐξῆν ἐπιμίγνυσθαί τισι, καὶ οὕτως εὐκόλως τὰς ἀποδημίας ποιεῖσθαι, τῆς ἀρχῆς κατὰ τόπους οὔσης διῃρημένης, καὶ ἀναγκαζομένων τῶν διοδευόντων ἀπὸ ἀρχόντων εἰς ἄρχοντας μεταπηδᾶν, καὶ καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἀπὸ βασιλείας εἰς βασιλείαν μεταβαίνειν· καὶ τοῦτο τοίνυν ἱκανὸν ἦν κώλυμα τῷ δικαίῳ, εἴγε μὴ πολὺν εἶχε τὸν πόθον, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἐπιτάγματος ὑπακοήν. Ἀλλ' οὗτος, καθάπερ ἀράχνην, ταῦτα πάντα διασπάσας τὰ κωλύματα, καὶ τῇ πίστει νευρωθεὶς τὸν λογισμὸν, καὶ τῷ ἀξιώματι τοῦ ἐπαγγειλαμένου πεποιθὼς,
B ἤρτετο τῆς ὁδοιπορίας. Καὶ ἔλαβε, φησὶν, Ἄβραμ Σάραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, ὅσα ἐκτήσαντο ἐν Χαρρὰν, καὶ ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν.

Ὅρα τῆς Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, πῶς ἡμῖν ἅπαντα διηγεῖται, ἵνα διὰ πάντων μάθωμεν τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον. Καὶ ἔλαβε, φησὶ, Σάραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐκτήσαντο ἐν Χαρράν. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Πάντα ὅσα ἐκτήσαντο ἐν Χαρράν, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐδὲν τῶν ἀπὸ τῶν Χαλδαίων ἐπηγάγετο ὁ πατριάρ-
C χης, ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τῶν πατρῴων παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ, οὕτως ἐξῄει ἐκεῖνα μόνα ἐπιφερόμενος, ὅσα εἰς τὴν Χαρρὰν ἠδυνήθη κτήσασθαι. Καὶ τοῦτο δὲ ἐποίει ὁ θαυμάσιος οὗτος, οὐχὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενος ταῦτα, οὐδὲ ὡς φιλοχρήματος τυγχάνων, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἔχῃ δεικνύναι διὰ τῆς περιουσίας αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν. Ὁ γὰρ ἐκ τῆς Χαλδαίων γῆς αὐτὸν ἀναστήσας, καὶ πάλιν ἐντεῦθεν μετοικισθῆναι προστάξας, αὐτὸς ἦν ὁ καὶ τὴν περιουσίαν αὐτῷ αὔξων ἐφ' ἑκάστης, καὶ ἅπασαν δυσκολίαν ἀναιρῶν· ὥστε καὶ τοῦτο αὐτὸ δεῖγμα τῆς φιλοθέου αὐτοῦ γνώμης ἐτύγχανε, τοσαῦτα ἐπιφερό-
D μενον, οὕτω διὰ πάσης ἰέναι τῆς ὁδοῦ. Ἕκαστος γὰρ τῶν ὁρώντων εἰκότως τὴν αἰτίαν μανθάνειν ἐβούλετο τῆς τοῦ δικαίου ἀποδημίας. Εἶτα πυνθανόμενος, ὅτι τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν μεθίστατο, τὰ οἰκεῖα καταλιπὼν, δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐδιδάσκετο, καὶ τῆς τε ὑπακοῆς τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον ἐμάνθανε, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν προνοίας τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολήν. Καὶ ἐξῆλθε, φησὶ, πορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν.

Πόθεν ἤδει, ὅτι εἰς τὴν Χαναναίων γῆν λήξει αὐτῷ τὰ τῆς ἀποδημίας, καίτοι τοῦ ἐπιτάγματος οὕτως ἔχοντος, ὅτι Δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω; Ἴσως ὁ Θεὸς αὐτῷ καὶ τοῦτο ἐμήνυσεν, ὑποδείξας αὐτοῦ τῇ E διανοίᾳ τὴν γῆν, εἰς ἣν ἐβούλετο αὐτὸν καταστῆσαι. Διὰ γὰρ τοῦτο, ἡνίκα αὐτῷ ἐπέταττεν, ἀδιορίστως ἔλεγε, Δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω, ἵνα ἡμῖν ἐκαλύψῃ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. Εἶτα ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας εἰσήνεγκε, ταχέως καὶ αὐτὸς τὴν γνῶσιν αὐτῷ ἐνέθηκε τῆς γῆς, εἰς ἣν ἐβούλετο αὐτὸν τὴν οἴκησιν ποιήσασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ προεώρα τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου τὸ μέγεθος, διὰ τοῦτο καὶ οἴκοθεν αὐτὸν ἀνέστησε, καὶ οὔτε τὸν ἀδελφὸν λαβεῖν ἐπέταξεν, ἐπειδὴ ἐβούλετο τοῦτον διδάσκαλον νῦν 314
μὲν τοῖς κατὰ τὴν Παλαιστίνην ἅπασι γενέσθαι, μετὰ A
βραχὺ δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον. Εἴδες πῶς οὐκ ἐν τῇ φύσει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει τῆς γνώμης τῆς ἡμετέρας κεῖται καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ τὰ τῆς κακίας; Ἰδοὺ γὰρ κατὰ μὲν τὴν φύσιν ἀδελφοὶ ἐτύγχανον ὅ τε πατριάρχης, καὶ ὁ Ναχὼρ, κατὰ δὲ τὴν προαίρεσιν οὐκ ἔτι· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν καίτοι τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς τοσαύτην ἀρετὴν φθάσαντος, ἔτι τῇ πλάνῃ προκατείληπτο· οὗτος δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐδείκνυ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἅπασι τῆς κατὰ Θεὸν αὐτοῦ ἀρετῆς τὴν ἐπίδοσιν. Καὶ ἦλθε, φησὶν, εἰς γῆν Χαναὰν, καὶ διώδευσεν Ἄβραμ τὴν γῆν εἰς τὸ μῆκος αὐτῆς, ἕως τοῦ τόπου τοῦ Συχὲμ, ἐπὶ τὴν δρῦν τὴν B
ὑψηλήν. Διδάσκει ἡμᾶς ἡ Γραφὴ τὸ μέρος τῆς χώρας, εἰς ὃ νῦν τὴν κατοίκησιν ποιεῖται ὁ δίκαιος. Εἶτα, ἵνα μάθωμεν ὅπως διέκειτο ἔτι τὰ αὐτόθι, φησὶν, Οἱ δὲ Χαναναῖοι τότε κατῴκουν τὴν γῆν. Οὐχ ἁπλῶς τοῦτο ἐπεσημήνατο πάλιν ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν καὶ ἐντεῦθεν τὴν φιλόσοφον γνώμην τοῦ πατριάρχου, ὅτι τῶν τόπων ἔτι προκατειλημμένων ὑπὸ τῶν Χαναναίων, ἠναγκάζετο καθάπερ ἀλήτης καὶ ξένος, καὶ ὡς εἷς τῶν εὐτελῶν καὶ ἀπερρίμμενων, ὡς ἔτυχε καταλύειν, οὐδὲ καταγωγίου ἴσως εὐπορῶν. Καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ εἶπε· τί τοῦτο; ὁ μετὰ τοσαύτης τιμῆς καὶ θεραπείας διάγων ἐν τῇ C
Χαρράν, νῦν ἀναγκάζομαι, ὡς ἄπολις, καὶ ξένος, καὶ ἔπηλυς, ἐν χάριτος μέρει περιιέναι, καὶ καταγωγίου εὐτελοῦς ἐπιζητεῖν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπιτυγχάνειν δύναμαι αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν σκηναῖς καὶ καλύβαις με διάγειν ἀνάγκη, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας φέρειν ταλαιπωρίας. Τοῦτό ἐστιν ὅλον ὃ ἔλεγε, Δεῦρο, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα; Τέως μοι καλὰ τὰ προοίμια· τί χρηστὸν ἐστι προσδοκῆσαι λοιπόν; Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἠνέσχετό τι τοιοῦτον εἰπεῖν ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἐνδοιάσαι· ἀλλ' ὁλοκλήρῳ τῇ διανοίᾳ, καὶ τελείᾳ τῇ πίστει θαρ- D
ρήσας ταῖς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσιν, ἀκλινῆ διηνεκῶς

sciebat, in terra Chananæorum futurum esse suæ peregrinationis terminum; quamvis præceptum ita se haberet: *Veni in terram quam monstravero tibi?* Fortasse Deus ei et hoc significavit, indicans menti ejus terram, in qua ipsum constituere volebat. Propterea enim cum præciperet ei, indefinite dicebat: *Veni in terram, quam monstravero tibi*, ut nobis justi virtutem detegeret. Deinde postquam ille quod suum erat abunde attulit, mox Deus ei significavit, in qua terra vellet eum domicilium habere. Quia enim eximias justi virtutes prævidebat, idcirco eum ex eo loco evocavit, et neque fratrem ut acciperet jussit: quoniam volebat hunc doctorem fieri, nunc quidem omnibus Palæstinam incolentibus, paulo post autem etiam Ægyptiis. Vidistis quomodo non in natura, sed in voluntate et animo nostro sita sunt tam quæ ad virtutem, quam quæ ad vitia pertinent? Ecce natura quidem fratres erant, ipse patriarcha et Nachor, voluntate autem non item: sed ille, licet frater ad tantam virtutem pervenisset, adhuc errore præoccupatus erat: hic autem omnibus quotidie per opera ipsa monstrabat virtutis suæ secundum Deum incrementa. 6. *Et venit*, inquit, *in terram Chanaan, et pertransivit Abram terram in longitudinem ejus, usque ad locum Sychem, ad quercum excelsam.* Docet nos Scriptura locum regionis, in quo nunc justus domicilium collocat. Deinde, ut sciamus quomodo se illic res habebant, inquit: *Chananæi autem tunc inhabitabant terram.* Neque hoc simpliciter et absque causa beatus Moses assignavit, sed ut discamus etiam illinc mentem patriarchæ philosophicam: quia cum loca illa præoccupata essent a Chananæis, cogebatur quasi vagus et peregrinus, et quasi abjectus et vilis homo diversari, sine ullo forte hospitio. Attamen neque illud moleste ferebat, neque dicebat: Quid hoc est? egone qui tanto cum honore, et tanta cum familia agebam in Charran, nunc cogor sicut civitate carens, et peregrinus, et advena obambulare, idque gratiæ loco ducere, et quietem in vili quærere diversorio; et neque hoc invenire possum, sed in tabernaculis et tuguriolis versari, aliasque miserias ferre cogit me necessitas. Hoccine est, quod dicebat: *Veni, et faciam te in gentem magnam?* Pulchra scilicet præludia; quid suave posthac exspectandum? At nihil tale dicebat justus, neque fluctuabat; sed integra mente et perfecta fide, bene fidens Dei promis-

Non in natura, sed in voluntate virtus et vitia sunt sita.

sis, immoto perstitit animo; unde statim et supernam consolationem accipere meruit.

Moralis exhortatio.

7. Verum ne sermonem producamus longius, hic ei finem imponamus; illud unum orantes caritatem vestram, ut mentem justi illius imitemini. Etenim absurdissimum esset, si cum justus ille, de terra in terram vocatus, tantam præ se tulerit obedientiam, et neque senectus, neque alia quæ enumeravimus præpedimenta, neque temporum difficultas, neque ulla alia, quæ remorari ipsum posse videbantur, ad obediendum tardiorem eum facere potuerint; sed omnibus vinculis ruptis, cucurrerit et festinaverit senex, quasi juvenis resumtis viribus, cum uxore, et fratris filio, et famulis, ut perficiens opere quod sibi a Deo demandatum erat: nos autem qui non de terra in terram vocamur, sed de terra in cælum, non eamdem quam ille justus alacritatem obediendo exhibeamus, sed frigidas plerumque et inutiles prætexamus causas; et neque nos promissorum magnitudo, neque visibilium rerum vilitas, neque quod terrenæ illæ sint et momentaneæ, neque vocantis dignitas adeo attrahat: sed adeo simus negligentes, ut præferamus momentanea semper manentibus, terram cælo, ea quæ avolant antequam habeantur, iis quæ numquam finem accipere possunt. Quousque enim, dic, quæso, ita insaniemus in colligendis pecuniis? quæ rabies cogit quotidie a tam molesta concupiscentia infestari, et numquam satiari, sed deterius habere quam qui sunt ebrii? Nam sicut illi quanto magis mero se distendunt, tanto magis flagrant siti, et caminum succendunt graviorem: ita nimirum et isti qui sese tyrannidi avaritiæ subjecerunt, nullum concupiscendi finem faciunt: sed quanto plura affluunt, tanto magis flamma crescit, et caminus ardet validius. Non videmus quod ii qui ante nos fuere, quamvis propemodum totius orbis domini essent, nudi et solitarii ex hac vita abrepti sunt, hoc solum inde consequuti quod rationes et pœnæ pro omnibus illic ab eis exigendæ sint? Et quidem sæpenumero diversi facultates eorum inter se distribuerunt: peccata autem ex illis contracta ipse solum secum auferens, abscedit, et pro iis magnæ indignationis supplicia sustinens, consolatione undique destituitur. Quare igitur, dic, ἔσχε τὸν λογισμόν· δι' ὃ καὶ ταχέως ἠξιώθη τῆς ἄνωθεν παραμυθίας.

Ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος ἐκτείνωμεν τὴν διδασκαλίαν, ἐνταῦθα στήσαντες καταπαύσωμεν τὸν λόγον, ἐκεῖνο παρακαλέσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μιμήσασθαι τοῦ δικαίου τούτου τὴν γνώμην. Καὶ γὰρ ἂν εἷς τῶν ἀτοπωτάτων, εἰ ὁ μὲν δίκαιος οὗτος, ἀπὸ γῆς εἰς γῆν καλούμενος, τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοήν, καὶ οὔτε τὸ γῆρας, οὔτε τὰ ἄλλα, ἅπερ ἀπηριθμησάμεθα, κωλύματα, οὔτε ἡ τῶν καιρῶν δυσκολία, οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐπισχεῖν αὐτὸν δυναμένων ἴσχυσεν ὀκνηρότερον αὐτὸν περὶ τὴν ὑπακοὴν καταστῆσαι, ἀλλὰ πάντα διαῤῥήξας τὰ δεσμὰ ἔτρεχε, καὶ ἠπείγετο ὁ γέρων, καθάπερ νέος σφριγῶν, μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ ἀδελφιδοῦ, καὶ τῶν οἰκετῶν, εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπιταχθέν· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν καλούμενοι, ἀλλ' ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τῷ δικαίῳ προθυμίαν περὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδειξόμεθα, ἀλλὰ ψυχρὰς πολλάκις καὶ ἀνονήτους [a] προβαλλόμεθα αἰτίας, καὶ οὔτε τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν, οὔτε τὸ εὐτελὲς τῶν ὁρωμένων, ὅτι γήϊνα καὶ πρόσκαιρα, οὔτε τὸ τοῦ καλοῦντος ἀξίωμα ἐφέλκεται ἡμᾶς· ἀλλὰ τοσαύτην ἐπιδεικνύμεθα τὴν ῥᾳθυμίαν, ὡς προτιμᾶν τῶν ἀεὶ μενόντων τὰ πρόσκαιρα, καὶ τὴν γῆν τοῦ οὐρανοῦ, [b] καὶ τὰ μηδέποτε τέλος λαβεῖν δυνάμενα τῶν πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπταμένων. Μέχρι γὰρ πότε, εἰπέ μοι, οὕτως ἂν μεμήναμεν περὶ τὴν τῶν χρημάτων συλλογήν; τίς ἡ λύσσα τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὸ τῆς χαλεπῆς ἐπιθυμίας πολιορκεῖσθαι, καὶ μηδέποτε κόρον λαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τῶν μεθυόντων χαλεπώτερον διακεῖσθαι; Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅσῳ ἂν πλείονα πίνωσι τὸν ἄκρατον, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκκαίονται πρὸς τὸ δίψος, καὶ χαλεπωτέραν τὴν κάμινον ἀνάπτουσιν· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τῇ τυραννίδι τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες οὐδέποτε ἵστανται τῆς ἐπιθυμίας· ἀλλ' ὅσῳ ἂν πλείονα περιβάλλωνται, τοσούτῳ μᾶλλον αἴρεται ἡ φλὸξ, καὶ σφοδροτέρα ἡ κάμινος ἀνάπτεται. Οὐχ ὁρῶμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν, ὅτι μετὰ τὸ ἅπασαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκουμένην περιβαλέσθαι, γυμνοὶ καὶ ἔρημοι ἐντεῦθεν ἀνηρπάσθησαν, τοσοῦτον μόνον ἀπολαύσαντες, ὅσον δίκας ἐκεῖ καὶ εὐθύνας ὑπὲρ ἁπάντων ἀπαιτεῖσθαι; Καὶ τὰ μὲν τῆς οὐσίας πολλάκις διενείμαντο διάφοροι· τὰ δὲ ὑπὲρ τούτων ἁμαρτήματα αὐτὸς μόνος ἐπιφερόμενος ἄπεισι, τὰς ὑπὲρ τούτων κολάσεις μετὰ πολλῆς τῆς ἀγανακτήσεως ὑπέχων, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν παραμυθίαν εὑρεῖν δυνάμενος. Τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπέ

[a] Προβαλλόμεθα ἀπολογίας. Sic quidam Mss.

[b] Καὶ τὰ μηδέποτε τέλος etc. Sic omnes omnino Mss. et Editi: ita ut verisimile sit ita Chrysostomum dixisse, et hac stupenda ἐναλλαγῇ usum fuisse; debuerat enim dicere, καὶ τῶν μηδέποτε τέλος λαβεῖν δυναμένων τὰ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπτάμενα. [Videtur potius excidisse verbum posthabendi. Infra Coisl. οὕτω μεμήναμεν, recte. Savil. in textu οὕτως ἂν μεμήναιμεν, in marg. conj. οὕτως ἂν μεμήνοιμεν.]

μοι, οὕτως ἀμελῶς πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν διακείμεθα, καὶ ὡς περὶ ἀλλοτρίας οὕτω βουλευόμεθα περὶ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Καὶ πάλιν, Τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Μὴ γὰρ ἔχεις τι ταύτης ἀντάξιον; Κἂν τὴν οἰκουμένην ὅλην εἴπῃς, οὐδὲν ἐρεῖς. Τί γὰρ ὄφελος, καθάπερ D ὁ Χριστὸς εἶπε, πάντα τὸν κόσμον κερδᾶναι, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῆναι, ἧς ἡμῖν οἰκειότερον οὐδέν; Ταύτην οὖν τὴν οὕτω τιμίαν, τὴν οὕτως ὀφείλουσαν ἡμῖν εἶναι περισπούδαστον, ταύτην οὕτω περιορῶμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν σπαραττομένην, καὶ ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας πολιορκουμένην, ποτὲ δὲ ὑπὸ ἀσελγείας καταξαινομένην, ἄλλοτε δὲ ὑπὸ θυμοῦ καταισχυνομένην, καὶ διαφόρως ὑφ' ἑκάστου τῶν παθῶν κατατεινομένην, καὶ οὐδεμίαν ὀψὲ γοῦν ποτε περὶ αὐτὴν πρόνοιαν ποιησόμεθα; Καὶ τίς ἀξιώ- E σει ἡμᾶς λοιπὸν συγγνώμης, ἢ ἐξαιρήσεται τῆς ἐπικειμένης κολάσεως; Δι' ὃ, παρακαλῶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, ἀποσμήχωμεν αὐτῆς τὸν ῥύπον διὰ δαψιλοῦς ἐλεημοσύνης, καὶ σβέσωμεν διὰ ταύτης τὴν πυρὰν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. Πῦρ γὰρ, φησὶ, φλογιζόμενον ἀποσβέσει ὕδωρ, καὶ ἐλεημοσύναις ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἕτερον οὕτως ἐξελέσθαι ἡμᾶς δυνήσεται τῆς τοῦ πυρὸς γεέννης, ὡς ἡ περὶ ταύτην δαψίλεια. Ἂν ταύτην ἐπιδειξώμεθα κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δοθέντας νόμους, μηδὲν πρὸς ἐπί- 316
δειξιν διαπραττόμενοι, ἀλλὰ διὰ τὸν περὶ τὸν Θεὸν A
πόθον, δυνησόμεθα καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὸν ῥύπον ἀπονίψασθαι, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, μεθ' οὗ αὐτῷ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

oro, tam negligentes salutis nostræ, ita segniter animæ nostræ consulimus, quasi aliena esset, et non nostra? Non audis Christum dicentem: *Quam dabit homo commutationem pro anima* Matth. 16. *sua?* Et iterum: *Quid prodest homini si totum* 26. *mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur?* Num quidpiam habes huic æquiparandum? Etiamsi totum orbem dixeris, nihil dices. Quæ enim utilitas, sicut dixit Christus, totum mundum lucrifacere, animæ autem detrimentum pati, qua nihil nobis magis proprium? Verum eam quæ tam pretiosa est, cujus tantam curam agere debemus, ut nihil illi præferri debeat, sic despicimus, ut quotidie discerpatur, et interdum ab avaritia obsideatur, aliquando a luxuria laceretur, interdum ab ira confundatur, et a singulis affectibus multifariam vexetur, et nullam vel sero tandem illius geramus sollicitudinem? Quis nos posthac dignabitur venia, et ab imminente supplicio eripiet? Idcirco, obsecro, ut dum tempus habemus, detergamus ejus sordes largis eleemosynis, et illis peccatorum nostrorum flammam exstinguamus. *Ignem* enim, Eccli. 3. 33. inquit, *ardentem exstinguet aqua, peccatum vero eleemosynis purgatur.* Nihil enim prorsus perinde nos eximere potest a gehenna ignis, atque largitas eleemosynæ. Istam si præstiterimus secundum leges a Domino traditas, nempe nihil ad ostentationem facientes, sed ob amorem in Deum, poterimus et peccatorum nostrorum maculas abluere, et divinam misericordiam assequi, gratia et miserationibus unigeniti Filii ejus, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ λβ'.

HOMILIA XXXII.

Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἀβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην· καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ τῷ ὀφθέντι αὐτῷ. B

Et visus est Dominus Abræ, et dixit ei: Semini Gen. 12. 7. tuo dabo terram hanc; et exstruxit ibi altare Domino, qui visus est ei.

Πολὺς ὁ θησαυρὸς καὶ ἄφατος, ἀγαπητοὶ, ἐν τοῖς πρόσφατον ἀναγνωσθεῖσι, καὶ δεῖ συντεταμένης διανοίας, καὶ λογισμοῦ νήφοντος καὶ διεγηγερμένου, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς παραδραμεῖν τῶν ἐγκεκρυμμένων τοῖς βραχέσι τούτοις ῥήμασι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς οὐκ αὐτόθεν καὶ ἐκ ψιλῆς ἀναγνώσεως πάντα τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς κείμενα εὐσύνοπτα καὶ δῆλα ἡμῖν τυγχάνειν συνεχώρησεν, ἵνα τὴν νωθείαν ἡμῶν διεγείρῃ, καὶ πολλὴν τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδειξάμενοι, οὕτω τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρπωσώμεθα. C

1. Multus et immensus in iis, quæ paulo ante sunt lecta, thesaurus latet, dilectissimi, et opus est intenta mente, sobriaque et vigilanti ratione, ita ut nihil eorum quæ in brevibus verbis latent, nos prætereat. Nam propter hoc et misericors Deus non facili et perfunctoria lectione voluit nobis omnia quæ in Scripturis continentur, manifesta et perspicua esse, ut excussa somnolentia nostra vigilantia multa utentes decerpamus utilitatem. Solent enim ea quæ labore et inquisitione aliqua

Cur noluerit Deus claram esse Scripturam

inveniuntur, magis infigi nostræ menti : ea vero quæ facile inveniuntur, citius e corde nostro avolare. Obsecro igitur ne simus negligentes, sed excitemus mentem nostram, et penitus in ipsam Scripturarum profunditatem intueamur, ut majori inde lucro accepto, domum redire liceat. Est enim ecclesia Dei mercatus quidam spiritualis medicorumque officina animabus : et par est, ut sicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus collectis redeamus : vel quasi e medici domo, receptis quæ morbis nostris congruunt medicamentis, exeamus. Non enim ideo quotidie confluimus, ut dumtaxat conventus fiant simpliciter : sed propterea congregamur, ut unusquisque pharmacó suis affectibus congruenti susceptо, domum concedat. Quomodo enim non fuerit absurdissimum, nos a puerulis nostris ad ludum literarium missis quotidie petere, quid discendo profecerint, et adjecerint; neque enim sineremus eos frustra, et absque utilitate in ludum ire, nisi fructum ampliorem inde conequutos videremus; nos autem qui justam ætatem habemus, et in spirituales scholas ventitamus, non par illis studium exhibere, maxime cum hæc in lucrum et salutem animarum spectent? Igitur obsecro, ut seipsum quotidie scrutetur unusquisque, quid ex hodierna, quid ex proxima lectione utilitatis retulerit, ut ne videamur et nos temere atque frustra adesse. Quod autem hoc nos culpa immunes reddat (offerimus enim quidquid nostri est officii, et nihil prorsus quod nostræ sit facultatis præterimus); quod vero iis qui nobis succensent, nec occurrunt, nec dicta diligenter auscultant, majoris condemnationis sit occasio, audi Christum dicentem ei qui talentum defoderat : *Serve nequam, oportebat te pecuniam meam apud numularios deposuisse, et veniens ego repetiissem eam cum usura;* de Judæis autem : *Si non venissem, et loquutus fuissem eis, peccatum non habuissent; nunc autem excusationem non habent.* Cæterum nos nunc non hoc curamus, ut prorsus crimine careamus, et in nullo arguamur, sed vestrum profectum videre cupimus, et nostram lætitiam imminui arbitramur, etiam quantumvis innoxii ipsi simus, nisi et vos studium laboribus nostris dignum exhibueritis. Hæc enim nostræ lætitiæ materia est, si vestra in spiritualibus incrementa videamus. Et scio quidem vos per gratiam Dei tantum pollere intellectu, ut et alios valeatis exhortari; sed secundum beatum Paulum, memoriam vestram refrico, et provoco ve-

Matth. 25. 26. 27.

Joan. 15. 22.

Rom. 15. 15.

Εἴωθε γάρ πως τὰ μὲν μετὰ πόνου καὶ ζητήσεως εὑρισκόμενα μᾶλλον ἐμπήγνυσθαι ἡμῶν τῇ διανοίᾳ· τὰ δὲ μετ' εὐκολίας, θᾶττον ἀφίπτασθαι τῆς καρδίας τῆς ἡμετέρας. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν, παρακαλῶ, ἀλλὰ διεγείρωμεν ἡμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ πρὸς τὸ βάθος αὐτὸ τῶν γεγραμμένων ὁλοσχερῶς κατοπτεύσωμεν, ἵνα δυνηθῶμεν κερδάναντές τι πλέον ἐντεῦθεν, οὕτως οἴκαδε ἐπανελθεῖν. Καὶ γὰρ πανήγυρίς ἐστι πνευματικὴ τοῦ Θεοῦ ἡ ἐκκλησία, καὶ ἰατρεῖόν ἐστι ψυχῶν· καὶ δεῖ, καθάπερ εἰς πανήγυριν παραγενομένους, πολλὴν τὴν εὐπορίαν ἐντεῦθεν συλλέξαντας, οὕτως ἐπανιέναι, καὶ καθάπερ εἰς ἰατρεῖον ἅπαντῶντας, τὰ κατάλληλα τοῖς ὑποκειμένοις πάθεσι φάρμακα λαβόντας ἐξιέναι. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνεδρεύομεν, ἵνα τὰς πρὸς ἀλλήλους συντυχίας ἁπλῶς ποιησάμενοι, οὕτως ἅπαντες διαλυθῶμεν· ἀλλ' ἵνα ἕκαστόν τι τῶν χρησίμων μαθὼν, καὶ πρὸς τὸ ἐνοχλοῦν πάθος τὴν ἰατρείαν δεξάμενος, οὕτως ἐντεῦθεν ἀναχωρήσῃ. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, τὰ μὲν παιδία τὰ ἡμέτερα εἰς διδασκαλεῖον ἀποστέλλοντας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαιτεῖν παρ' αὐτῶν προσθήκην τινὰ τῶν μαθημάτων, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἀνασχοίμεθα ἁπλῶς καὶ εἰκῇ ταῦτα βαδίζειν ἐκεῖσε, εἰ μὴ ἴδωμεν καρπούμενά τι πλέον· ἡμᾶς δὲ τοὺς εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσαντας, καὶ εἰς τὸ πνευματικὸν τοῦτο διδασκαλεῖον παραγενομένους, μὴ τὴν ἴσην ἐκείνοις σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ταῦτα ἔνθα εἰς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν τὸ κέρδος διαβαίνει; Ἕκαστος τοίνυν ἡμῶν, παρακαλῶ, ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν διερευνάσθω, τί μὲν ἐκ τῆς ἡμερινῆς ἐκέρδανε διαλέξεως, τί δὲ ἐκ τῆς ἐπιούσης, ἵνα μὴ δόξωμεν καὶ ἡμεῖς εἰκῇ καὶ ἁπλῶς ἐνταῦθα παραγίνεσθαι. Ὅτι δὲ τοῦτο ἡμᾶς μὲν πάσης αἰτίας ἀφίησι (τὰ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς ἅπαντα εἰσφέρομεν, καὶ οὐδὲν τῶν εἰς δύναμιν παραλιμπάνομεν), τοῖς δὲ ἀγαναχτοῦσι, καὶ μετὰ ἀκριβείας μὴ προσέχουσι, καὶ καρποῦσθαί τι πλέον μὴ βουλομένοις μείζονος αἴτιον κατακρίσεως γίνεται, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος πρὸς μὲν τὸν καταχώσαντα τὸ τάλαντον· Πονηρὲ δοῦλε, ἔδει σε τὸ ἀργύριόν μου καταβαλεῖν ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, καὶ ἐγὼ ἂν ἐλθὼν ἀπήτησα αὐτὸ μετὰ τόκου· περὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων, Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσιν. Ἀλλὰ νῦν ἡμεῖς οὐ τοῦτο σκοποῦμεν, εἰ ἔζω τῶν ἐγκλημάτων ἐσμὲν, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν ἐπιθυμοῦμεν προκοπὴν, καὶ ἀκρωτηριάζεσθαι ἡμῖν ἡγούμεθα τὰ τῆς εὐφροσύνης, κἂν μυριάκις αὐτοὶ ὦμεν ἀνεύθυνοι, εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀξίαν τῶν πόνων τῶν ἡμετέρων τὴν σπουδὴν ἐπιδείξησθε. Αὕτη γὰρ ἡμῶν τῆς εὐφροσύνης ἡ ὑπόθεσις, τὸ ὁρᾷν ὑμῶν τὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἐπίδοσιν. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν συνέσεως πεπληρωμένοι ὄντες, δυνήσεσθε καὶ ἄλλους νουθετεῖν· ἀλλὰ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἐπαναμιμνήσκων

ὑμᾶς, καὶ διεγείρων ὑμῶν τὸν ζῆλον καὶ τὴν προθυμίαν, ταῦτα συνεχῶς παραινῶ, βουλόμενος ὑμᾶς τελείους καὶ ἀπηρτισμένους γενέσθαι. Οὐ μικρὸν γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ δεῖγμα ποιοῦμαι τῆς κατὰ Θεὸν ὑμῶν προκοπῆς, τὸ μετὰ τοσαύτης προθυμίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνταῦθα παραγίνεσθαι, καὶ ἀκορέστως ἔχειν περὶ τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν. Ὥσπερ γὰρ ἡ περὶ τὴν σωματικὴν τροφὴν ὄρεξις ὑγιείας ἂν εἴη μεγίστης σημεῖον· οὕτως ἡ περὶ τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν ἐπιθυμία τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγιείας τεκμήριον ἂν εἴη ἐναργέστατον. Διά τοι τοῦτο κἀγὼ εἰδὼς ὑμῶν τὸν πόθον, καὶ ὅτι κἂν μυριάκις παρατείνω τὴν διδασκαλίαν, οὐδὲ οὕτως ἐμπλῆσαι ὑμῶν δύναμαι τὴν ἐπιθυμίαν; καὶ κόρον ἐμποιῆσαι τῆς τροφῆς ταύτης τῆς πνευματικῆς, οὐ παύσομαι κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν, ἅπερ ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις παρέχῃ, εἰς ὠφέλειαν ὑμετέραν ταῦτα ἐφ' ἑκάστης ὑμῖν παρατιθεὶς, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν διδάγματα ἐναποτιθέμενος ταῖς ὑμετέραις διανοίαις.

strum zelum animique studium, subinde hæc admonens, et cupiens vos perfectos et absolutos esse. Non enim mediocre argumentum mihi est hoc vestri in divinis profectus, quod tanta alacritate quotidie huc conveniatis, et spirituali doctrina expleri non possitis. Nam quemadmodum corporalis cibi appetitus, indicium est optimæ valetudinis : ita desiderium spiritualis doctrinæ, manifestissimum argumentum est animæ bene valentis. Quapropter et ego bene conscius vestri desiderii, quod scilicet quantumvis producam sermonem, non possim vel sic explere desiderium, et alimento spirituali vos satiare, non desisto pro mea virili, ea quæ Dei gratia suppeditat, in vestram utilitatem quotidie vobis proponere, et divinæ Scripturæ doctrinam mentibus vestris inserere.

Φέρε οὖν καὶ σήμερον τὸν φιλάνθρωπον Δεσπότην παρακαλέσαντες δδηγῆσαι ἡμῶν τὴν γλῶσσαν πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν, τὴν συνήθη παραθῶμεν ὑμῖν διδασκαλίαν, αὐτὰ πρότερον τὰ ἀναγνωσθέντα προθέντες ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Καὶ ὤφθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Οὐ καλῶς ἔλεγον ἐξ ἀρχῆς, ὅτι πολὺς ὁ θησαυρὸς ἐναπόκειται τοῖς βραχέσι τούτοις ῥήμασιν; Ἰδοὺ γὰρ εὐθέως ξένον καὶ καινὸν τὸ προοίμιον τῶν εἰρημένων· Καὶ ὤφθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ.. Πρῶτον τοῦτο εὑρίσκομεν ἐν τῇ Γραφῇ νῦν τὸ ῥηθὲν, ὅτι ὤφθη· οὔτε γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, οὔτε ἐπὶ τοῦ Ἄβελ, οὔτε ἐπὶ τοῦ Νῶε, οὔτε ἐπ' ἄλλου τινὸς ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ λέξει ἡ θεία Γραφή. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον, Καὶ ὤφθη, φησί; Καὶ πῶς ἑτέρωθι λέγει, οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται; Τί οὖν ἂν εἴποιμεν νῦν τῆς Γραφῆς λεγούσης ὅτι ὤφθη; Πῶς ὤφθη τῷ δικαίῳ; Ἆρα αὐτὴν τὴν οὐσίαν εἶδεν; Οὐχί· μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ τί; Οὕτως ὤφθη, ὡς αὐτὸς οἶδε μόνος, καὶ ὡς ἐκείνῳ 318 δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. Εὐμήχανος γὰρ ὢν ὁ σοφὸς καὶ A φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης, καὶ συγκαταβαίνων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τοῖς ἀξίως προπαρεσκευασμένοις ἑαυτὸν ἐμφανίζει. Καὶ τοῦτο δείκνυσι διὰ τοῦ προφήτου, λέγων, Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. Ἐπεὶ καὶ Ἡσαΐας εἶδεν αὐτὸν καθήμενον· τοῦτο δὲ ἀνάξιον Θεοῦ· Θεὸς γὰρ οὐ κάθηται· πῶς γὰρ ἡ ἀσώματος ἐκείνη καὶ ἀνώλεθρος φύσις; καὶ ὁ Δανιὴλ πάλιν εἶδεν αὐτὸν, ὡς παλαιὸν ἡμερῶν· καὶ ὁ Ζαχαρίας ἕτερος αὐτὸν ἐθεάσατο, καὶ Ἰεζεκιὴλ πάλιν ἄλλως. Διὰ τοῦτο οὖν ἔλεγεν, Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὴν ἑκάστου B ἀξίαν οὕτως ὤφθην. Καὶ νῦν οὖν, ἐπειδὴ ἀνέστησε τὸν δίκαιον οἰκοθεν, καὶ προσέταξεν εἰς τὴν ἀλλοτρίαν

2. Age igitur et hodie misericordem Deum obsecremus, ut linguam nostram dirigat ad inveniendum quod quærimus, et pro more nostro vobis afferamus doctrinam, propositis primum his quæ lecta sunt caritati vestræ. 7. *Et visus est*, inquit, *Dominus Abræ. Et dixit ei.* Nonne bene dicebam ab initio, latere in paucis illis verbis magnum thesaurum? Ecce enim statim rarum et admirabile procemium : *Et visus est*, inquit, *Dominus Deus Abræ.* Hoc primum invenimus in Scriptura nunc dictum, quod visus sit : neque enim Scriptura divina verbo hoc usa est, cum de Adam, vel de Abel, vel de Noë, vel de alio quopiam loquuta est. Quid igitur est quod dicitur : *Et visus est?* Et quomodo alibi dicit : *Nullus videbit Deum, et vivet?* *Exod.* 33. 20. Quid igitur dicemus nunc Scriptura dicente : *Et visus est?* Quomodo visus est justo? Num ipsam substantiam vidit? Non, absit. Sed quid? Sic visus est, ut ipse solus scit, et ut illi possibile erat videre. Solers enim cum sit sapiens et misericors Dominus noster, se humanæ attemperat naturæ, et semetipsum iis qui se antea digne præparaverunt, ostendit. Idque demonstrat per prophetam, dicens : *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus fui.* Quoniam et Isaias vidit eum sedentem : hoc autem Deo indignum : Deus enim non sedet ; qui enim potest, cum sit incorporea, et interitui non obnoxia natura? et Daniel quoque vidit eum, ut antiquum dierum ; Zacharias autem aliter eum contuitus est ; sed et Ezechiel aliter. Unde dicebat : *Ego visiones multiplicavi :*

Deus quomodo videatur.

Ose. 12. 10. *Isai.* 6. 1. *Dan.* 7. 22. *Zach.* 1.

hoc est, unicuique apparui pro sua dignitate. Et nunc quoque, quia justum a domo ejus evocarat, et jusserat in alienam ire terram, in quam cum venisset, tamquam vagus agebat et peregrinus, utpote Chananæis illic adhuc habitantibus, inquirens ubi domicilium collocare ipsum conveniret : bonus Dominus consolari eum, et ejus firmare alacritatem volens, ut ne torpesceret, neque dubitaret de promissione jam sibi facta, qua dixit : *Veni huc, et faciam te in gentem magnam* (quandoquidem diversa a promissione videbat fieri, et se obambulare uti abjectum et vilem, et omni præsidio destitutum, neque habentem ubi diverteret), ut igitur mentem ejus excitet, inquit : *Et visus est Dominus Abræ et dixit ei : Semini tuo dabo terram hanc.* Est et hæc pollicitatio magna, et similis illi per quam eum a domo evocarat. Dixerat enim : *Magnificabo nomen tuum :* propterea nunc iterum dicit : *Semini tuo dabo terram hanc.* Nam cum jam senex esset justus, filioque careret ob Saræ sterilitatem, promittit se ei, qui ex ipso nasciturus sit, terram daturum. Misericordiam Dei hic, oro, considera, quomodo cum præsciret justi virtutem, vult eum omnibus manifestum facere, et in lucem efferre quasi margaritam aliquam ante occultam. Unde cum promissiones promissionibus adjunxisset, iterum parvam moram trahit et differt, ut hac potissimum ratione patriarchæ pietas monstretur, quia res secus quam promittebantur evenire videns beatus ille, non inquietus erat, nec impatiens, nec turbabatur, sed immotum habebat animum, certus ea quæ semel a Deo sibi promissa fuerant, rata et firma fore. Paulatim vero perscrutemur singula, ut sic solertem optimi Dei sapientiam, simulque curam quam erga justum hunc declaravit, et patriarchæ in Dominum amorem addiscamus. *Et visus est,* inquit, *Dominus Abræ.* Quomodo visus est? Sicut ipse Deus solus scit, et ille videre potuit. Non enim hoc dicere desinam, quandoquidem modum ignoro : audio enim solum Scripturam dicentem : *Et visus est Dominus Deus Abræ, et dixit ei : Semini tuo dabo terram hanc.* Memores estote promissionum quæ a Deo factæ sunt, ut cum audieritis justum variis casibus jactari, discatis quanta fuerit philosophia instructus, quam solida fortitudine, quam firmo et immoto in deum amore, et ex iis quæ justo illi contigerunt, erudiamini, ut ne existimetis, eum derelictum esse a Deo, si quando videritis probum aliquem tentationibus vel aliis

Non deseruntur a

ἐλθεῖν, παραγενόμενος δὲ, καθάπερ ἀλήτης καὶ ξένος, οὕτω περιῄει, τῶν Χαναναίων ἔτι κατοικούντων, ἐπιζητῶν ὅπου τὴν κατοίκησιν αὐτὸν ποιήσασθαι προσῆκεν· ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης παραμυθήσασθαι αὐτὸν βουλόμενος, καὶ νευρῶσαι αὐτοῦ τὴν προθυμίαν, ὥστε μὴ ναρκῆσαι, μηδὲ ἐνδοιάσαι πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τὴν ἤδη γεγενημένην πρὸς αὐτὸν, ὅτι Δεῦρο, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα (καὶ γὰρ ἐναντία τῇ ἐπαγγελίᾳ ἑώρα τὰ γινόμενα ὁ δίκαιος, καὶ ὡς ἕνα C τῶν εὐτελῶν καὶ ἀπερρίμμενων, καὶ ἀπροστατεύτων ἑαυτὸν περιιόντα, καὶ οὐδὲ ὅπου καταχθῆναι ἔχοντα), ἵν' οὖν διεγείρῃ αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, φησί· Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἀβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Τέως ἡ ὑπόσχεσις μεγάλη, καὶ ἀκόλουθος τῇ ἐπαγγελίᾳ, δι' ἧς οἴκοθεν αὐτὸν ἀνέστησεν. Εἶπε γὰρ, Μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου· διὰ τοῦτο νῦν φησι πάλιν, Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν γήρᾳ τυγχάνων ὁ δίκαιος ἅπαις ἦν, διὰ τὴν τῆς Σάρας στείρωσιν, ἐπαγγέλλεται αὐτῷ τῷ ἐξ αὐτοῦ τικτομένῳ τὴν γῆν παρασχεῖν. Καὶ D σκόπει μοι Θεοῦ φιλανθρωπίαν, πῶς προειδὼς τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, βούλεται πᾶσι κατάδηλον αὐτὸν ποιῆσαι, καὶ καθάπερ μαργαρίτην τινὰ κρυπτόμενον, οὕτω φανερὸν ἀπεργάσασθαι. Καὶ ἐπαγγελίας ἐπαγγελίαις συνάψας, καὶ μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιησάμενος, πάλιν μικρὸν διαναβάλλεται, ἵνα ταύτῃ μάλιστα δειχθῇ τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόθεον, ὅτι καὶ ἐναντία ταῖς ὑποσχέσεσιν ὁρῶν τέως ἐκβαίνοντα τὰ πράγματα ὁ μακάριος, οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ διεταράττετο, ἀλλ' ἀκίνητον εἶχε τὸν λογισμὸν, πεπεισμένος ὅτι δὴ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἅπαξ αὐτῷ ἐπαγγελE θέντα βέβαια καὶ πάγια τυγχάνει. Ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἅπαντα διερευνησώμεθα, ἵν' οὕτω μάθωμεν καὶ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν εὐμήχανον σοφίαν, καὶ τὴν κηδεμονίαν, ἣν περὶ τὸν δίκαιον ἐπεδείκνυτο, καὶ τοῦ πατριάρχου τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὸν Δεσπότην. Καὶ ὤφθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ. Πῶς ὤφθη; Ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς μόνος οἶδε, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἰδεῖν ἠδύνατο. Οὐ γὰρ παύομαι τοῦτο λέγων, τὸν δὲ τρό319 πον ἀγνοῶ· ἀκούω δὲ μόνον τῆς Γραφῆς λεγούσης, ὅτι A Ὤφθη Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Ἀκριβῶς μνημονεύετε τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεων γινομένων, ἵν' ὅταν ἴδητε διαφόροις περιστάσεσι τὸν δίκαιον περιπίπτοντα, μάθητε αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας τὴν περβολὴν, καὶ τῆς ἀνδρείας τὸ στερρὸν, καὶ τοῦ περὶ τὸν Θεὸν φίλτρου τὸ βέβαιον καὶ ἀκίνητον, καὶ ἐκ τῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ συμβάντων παιδεύησθε, μηδέποτε νομίζειν ἔργον Θεοῦ ἐγκαταλείψεως εἶναι, ἐπειδὰν ἴδητέ τινα τῶν ἐναρέτων πειρασμοῖς, ἢ ἑτέραις τισὶ θλίψεσι βιωτικαῖς περιπεπτωκότα· ἀλλ' ἐννοοῦντες τῶν οἰκονομιῶν τοῦ Θεοῦ τὸ διάφορον, παραχωρῆτε τὰ πάντα

αὐτοῦ τῇ ἀκαταλήπτῳ προνοίᾳ. Εἰ γὰρ καὶ τὸν δίκαιον τοῦτον οὕτω φιλόθεον ὄντα, τοσαύτην ὑπακοὴν ἐπιδειξάμενον, συγχωρεῖ τοιούτων πειραθῆναι, ὧν αὐτίκα μάλα εἴσεσθε, οὐχὶ περιορῶν τὸν αὐτοῦ θεράποντα, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασι βουλόμενος αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ἐκκαλύψαι (καὶ γὰρ ἔθος αὐτῷ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν δικαίων ποιεῖν· καὶ ὅσοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ἐστε φιλότεχνοι, δυνήσεσθε ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς καταμανθάνοντες, οὕτως εὑρεῖν αὐτὸν οἰκονομοῦντα τῶν αὐτοῦ δούλων τὴν ζωήν), πῶς οὐκ ἂν εἴη ἐσχάτης ἀγνωμοσύνης τὸ νομίζειν ἐγκαταλείψεως εἶναι τὴν τοσαύτην συγχώρησιν, οὐ πολλῆς δὲ μᾶλλον κηδεμονίας, καὶ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας τοῦτο μέγιστον ποιεῖσθαι σημεῖον; Δεικνὺς τοίνυν τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν αὐτοῦ, δύο ταῦτα ἐντεῦθεν κατασκευάζει, καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν ἀνδρείαν ἅπασι φανερὰν καθίστησι, καὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ τὸ εὐμήχανον καὶ μεταξὺ τῶν δεινῶν αὐτῶν, καὶ μετὰ τὸ ἀπογνωσθῆναι σχεδὸν τὰ πράγματα, τότε πρὸς ὃ βούλεται μεθίστησιν, οὐδὲν ὑπὸ τῆς ἐν μέσῳ δυσκολίας γενομένης ἐμποδιζόμενος. Καὶ ὤφθη, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Μεγάλη ἡ ὑπόσχεσις, καὶ ποθεινὴ μάλιστα τῷ δικαίῳ. Ἴστε γὰρ ὅπως οἱ ἐν γήρᾳ φθάσαντες, μάλιστα καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ τὸν ἅπαντα διάγοντες χρόνον, ἐπιθυμοῦσι παίδων. Τῆς ὑπακοῆς τοίνυν αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν διδοὺς ὁ Δεσπότης, καὶ ὅτι ἀκούσας, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, οὐχ ὑπερέθετο, οὐκ ἀνεβάλλετο, ἀλλ' ὑπήκουσε τῷ ἐπιτάγματι, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγε τὸ προσταχθὲν, φησὶ, Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην.

Σκόπει πῶς διὰ τοῦ ῥήματος ἀνέστησεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ ἀρκοῦσαν αὐτῷ τῶν καμάτων παρέσχε τὴν ἀντίδοσιν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ δίκαιος, τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενος, εὐθέως ἐπὶ εὐχαριστίαν τρέπεται. Καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ, φησὶ, θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ τῷ ὀφθέντι αὐτῷ. Ὅρα φιλοθέου γνώμης τεκμήριον. Καὶ αὐτὸν τὸν τόπον, ἔνθα τῆς ὁμιλίας ἠξιώθη τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀφιέρωσε, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τὴν κατὰ δύναμιν ἐπεδείξατο. Τοῦτο γάρ ἐστιν, ὨΙκοδόμησε θυσιαστήριον, ἀντὶ τοῦ, εὐχαρίστησεν ὑπὲρ τῶν ἐπαγγελθέντων. Καὶ καθάπερ ἄνθρωποι πολλάκις ὑπὸ φίλτρου κινούμενοι, καὶ οἰκίας οἰκοδομοῦσιν, ἔνθα ἂν τοῖς γνησίως περὶ αὐτοὺς διακειμένοις συντυγχάνωσι, πολλάκις δὲ πολλοὶ καὶ πόλεις ἔστησαν, καὶ τὰς [a] ἐπονομασίας αὐταῖς ἐκ τῆς τῶν ἐπιτηδείων συντυχίας ἐπέ-

hujus vitæ afflictionibus vexari : sed cogitantes multiplicem dispensationum Dei varietatem, omnia incomprehensibili ejus providentiæ relinquatis. Nam si justum illum tam pium, tantamque præ se ferentem obedientiam, permittit tali modo tentari quo statim bene scietis, non despiciens famulum suum, sed aliis omnibus volens illius detegere virtutem (solet enim ita cum justis omnibus agere ; et quotquot divinarum lectionum estis studiosi, poteritis ex superioribus discere et invenire, eum ita famulorum suorum vitam dispensare), quomodo igitur non extremæ fuerit improbitatis existimare, Deo hæc concedente justum derelictum fuisse, et non potius inde magnæ providentiæ ingentisque clementiæ signum sumere ? Ostendens igitur eminentem ipsius virtutem, hæc duo præstat, servorum suorum patientiam fortitudinemque palam facit omnibus, et providentiæ suæ sapientiam etiam in mediis periculis difficultatibusque summis ostendit : nam cum prope deploratæ sint res, tunc quorsum vult dirigit omnia, neque aliquid difficultatis in medio est quod impedire queat. *Et visus est*, inquit, *Dominus Deus Abræ, et dixit ei : Semini tuo dabo terram hanc.* Magna et desiderabilis promissio, præsertim justo. Scitis enim, quomodo qui jam provectæ senectutis sunt, et omnem vitam absque liberis transegerunt, optant liberos. Itaque Dominus obedientiæ mercedem ipsi præbens, quia mox ut audivit, *Egredere de terra tua*, non moras traxit, non distulit, sed obedivit imperanti, et quod imperatum erat mox fecit, inquit : *Semini tuo dabo terram hanc.*

Deo ji, quos sinit affligi.

3. Vide quomodo per hoc verbum mentem ejus erigit, et sufficientem ei tribuit laborum mercedem. Proinde et justus, gratum exhibens animum, statim ad gratiarum actionem convertitur. *Et exstruxit illic*, inquit, *altare Domino, quem viderat.* Vide piæ mentis specimen. Et locum ipsum, ubi colloquio cum Deo dignatus fuerat, consecravit et gratiarum actionem pro viribus declaravit. Hoc enim quod dicit, *Exstruxit altare*, idem est quod, Gratias de promissis egit. Et sicut homines nonnumquam amicitia movet ut ibi domos ædificent, ubi cum germanis et sinceris amicis versantur et colloquuntur, et multi quoque sæpe civitates etiam condiderunt, quibus ex occasione congressus cum amicis nomina indidere : ita et justus ille, ubi visionem Dei assequu-

[a] Unus καὶ τὰς ἐπωνυμίας.

tus est, *Exstruxit altare Domino quem viderat,* 8. *et discessit inde.* Quid est, *Et discessit inde?* Quia Deo locus ille consecratus et Deo sanctificatus erat, *Discessit inde, et transiit in montem versus Orientem Bethel, et erexit ibi tabernaculum suum:* tumultuarium, inquit, domicilium fecit. Vide quomodo erat frugalis, et luxum fugiebat, quomodo tam expeditus, ut cum uxore et famulis tam facile migraret. Audiant viri, audiant mulieres. Nam sæpe in villam tantum exire volentes, multa molimur, valdeque occupati sumus, eo quod plurima nobiscum trahamus, quæ non B solum non sunt nobis usui, sed et supervacanea, et inutilia, et pompæ gratia apparata, quæ nobiscum ducimus et circumferimus. Verum justus ille non sic egit; sed quia Dominus dignatus est cum ipso colloquium habere, locum consecravit, altare exstruxit, ac magna facilitate alio migravit. 8. *Et erexit illic tabernaculum suum in Bethel juxta mare et Aggæ, versus Orientem. Et ædificavit,* inquit, *ibi altare Domino, et invocavit in nomine Domini.* Vide quomodo per omnia religiosam mentem præ se fert. Illic enim ob promissionem sibi a Deo factam C aram exstruxit, et loco consecrato discessit: hic autem quia tabernaculum fixerat, itcrum *Ædificavit,* inquit, *altare Domino, et invocavit in nomine Domini.* Vidisti mentem bene institutam, et sapientiæ deditam? vidisti quomodo quod scribens admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, dicens: *In omni loco levantes sanctas manus:* id patriarcha prius opere complevit, in singulis locis altaria erigens, et Domino gratias agens? Sciebat enim, sciebat manifeste, nihil aliud requirere ab humano genere Deum universi, post innumera et ineffabilia bene- D ficia sua, quam animum gratiarum actioni studentem, et accepta beneficia confitentem. Cæterum videamus, quomodo et hinc justus migrat. 9. *Et discessit,* inquit, *Abram, et profectus castrametatus est in solitudine.* Vide iterum religiosam ejus mentem et sapientiæ studiosam. Iterum, inquit, discessit, *Castrametatusque est in solitudine.* Quare illinc discessit? Forte videbat quibusdam incolis non placere suum adventum: proinde eximiam suam mansuetudinem declarans, et quomodo tranquillitatem magni fa- E ceret, ac ne cum ullo aliquid haberet negotii, in solitudinem se transfert. *Profectus,* inquit, *castrametatus est in solitudine.* Aliena dictione usa est divina Scriptura. Nam quemadmodum in bellis solemus dicere, ita et de justo hic dicit,

Ubique adorandus Deus.

1. *Tim.* 2. 8.

θηκαν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ δίκαιος οὗτος, ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς τοῦ Θεοῦ ἠξιώθη, τὸ Θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε Κυρίῳ τῷ ὀφθέντι αὐτῷ, καὶ ἀπέστη, φησὶν, ἐκεῖθεν. Τί ἐστι, Καὶ ἀπέστη ἐκεῖθεν; Ὡς ἱερωμένου λοιπὸν τοῦ τόπου, καὶ τῷ Θεῷ ἀνατεθέντος, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ μετῆλθεν εἰς ἕτερον τόπον, φησὶν, Εἰς τὸ ὄρος κατὰ ἀνατολὰς Βεθήλ, καὶ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ· ἐσχεδιασμένην, φησὶ, τὴν οἴκησιν ἐποιήσατο. Ὅρα πῶς ἦν ἀπέριττος, πῶς ἦν εὔζωνος, ὡς μετά τε γυναικὸς καὶ οἰκετῶν οὕτως εὐκόλως μετανίστασθαι. Ἀκουέτωσαν ἄνδρες, ἀκουέτωσαν γυναῖκες. Καὶ γὰρ πολλάκις εἰς ἀγρὸν ἐξιέναι δεόμενοι, μυρίας ἐπινοοῦμεν μηχανὰς, καὶ πολλὰ καὶ διάφορα πραγματευόμεθα, διὰ τὸ πολλὰ ἐπισύρεσθαι καὶ μὴ τῆς χρείας γίνεσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ τὰ περιττὰ καὶ ἀνόνητα, καὶ φαντασίας ἕνεκεν ἡμῖν ἐσπουδασμένα, ταῦτα μεθ' ἑαυτῶν ἄγειν καὶ περιάγειν. Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὗτος. Ἀλλὰ τί; Ἐπειδὴ ἀξιωθεὶς τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὁμιλίας, τὸν τόπον ἀφιέρωσε, καὶ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, μετέστη μετὰ πάσης εὐκολίας ἑτέρωθι. Καὶ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἐν Βεθὴλ κατὰ θάλασσαν, καὶ Ἀγγαὶ κατὰ ἀνατολάς· καὶ ᾠκοδόμησε κἀκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ὅρα πῶς διὰ πάντων δείκνυσιν ἑαυτοῦ τὴν φιλόθεον γνώμην. Ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην αὐτῷ ὑπόσχεσιν τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ τὸν τόπον ἀφιερώσας ἀνεχώρησεν. Ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ τὴν σκηνὴν ἐπήξατο, πάλιν Ὠκοδόμησε, φησὶ, θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Εἶδες γνώμην φιλόσοφον; εἶδες ὅπερ γράφων παρήνεσεν ὁ θαυμαστὸς τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων· Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας· τοῦτο προλαβὼν ὁ πατριάρχης διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρου, καθ' ἕκαστον τόπον θυσιαστήριον οἰκοδομῶν, καὶ τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρων τῷ Δεσπότῃ. Ἤδει γὰρ, ἤδει σαφῶς, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητεῖ παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς μετὰ τὰς μυρίας καὶ ἀφάτους αὐτοῦ εὐεργεσίας, ὡς εὐχάριστον γνώμην, καὶ τὸ εἰδέναι χάριν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὑπηργμένων. Ἀλλ' ἴδωμεν πάλιν, πῶς καὶ ἐντεῦθεν ὁ δίκαιος μετανίσταται. Καὶ ἀπῆρε, φησὶν, Ἄβραμ, καὶ πορευθεὶς ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ὅρα πάλιν τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώμην, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν πολλήν. Πάλιν, φησὶν, ἐντεῦθεν ἀνεχώρησε, καὶ Ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τίνος ἕνεκεν ἀπῆρεν ἐκεῖθεν; Ἴσως ὁρῶν τινας οἰκητόρων οὐκ ἀρεσκομένους αὐτοῦ τῇ παρουσίᾳ. Διά τοι τοῦτο δεικνὺς αὐτοῦ τῆς πραότητος τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅπως περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὴν ἡσυχίαν, καὶ τὸ πρὸς μηδένα τι ἔχειν κοινὸν, τὴν ἐρημίαν καταλαμβάνει. Καὶ πορευθεὶς, φησὶν, ἐστρα-

τοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ξένῃ λέξει ἐχρήσατο ἡ θεία Γραφή· καθάπερ γὰρ [a]ἐπὶ τῶν πολέμων ἔθος ἐστὶ λέγειν, οὕτω καὶ νῦν εἶπεν ἐπὶ τοῦ δικαίου, ὅτι ἐστρατοπέδευσε, ἵνα δείξῃ τὸ εὔζωνον τοῦ πατριάρχου, ὅτι καθάπερ οἱ στρατιῶται μετ' εὐκολίας νῦν μὲν ἐνταῦθα, νῦν δὲ ἐκεῖσε στρατοπεδεύονται· οὕτω δὴ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος, καίτοι γυναῖκα ἐπιφερόμενος, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν, καὶ τοσούτων οἰκετῶν πλῆθος, μετὰ πλείονος τῆς εὐκολίας τὰς μεταναστάσεις ἐποιεῖτο. Εἶδες βίον ἐν γήρᾳ μετὰ γυναικὸς καὶ οἰκετῶν τοσούτων εὔζωνον; Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι ἔπεισι μάλιστα τῆς γυναικὸς τὴν ἀνδρείαν. Ὅταν γὰρ ἐννοήσω τῆς φύσεως τῆς γυναικείας τὴν ἀσθένειαν, καὶ λογίσωμαι ὅπως μετ' εὐκολίας ἅμα τῷ δικαίῳ τὰς μεταναστάσεις ἐποίει, οὔτε αὐτὴ δυσχεραίνουσα, οὔτε τῷ δικαίῳ κώλυμα γινομένη, ἐκπλήττομαι, καὶ λογίζομαι ὅτι οὐκ ἔλαττον τοῦ δικαίου καὶ αὐτὴ φρόνημα ὑψηλὸν καὶ ἀνδρεῖον ἐκέκτητο. Καὶ τοῦτο μάλιστα εἰσόμεθα, ἐπιόντες τὰ ἑξῆς τῶν ἀνεγνωσμένων. Εἶδες ὅτι μετὰ τὸ ἀκοῦσαι, ὅτι Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, πῶς οὐχ ἡσύχασεν ὁ δίκαιος, ἀλλ' ἐντεῦθεν * ἐκεῖ μετέβαινε, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἑτέρωθι; Ἀλλ' ὅρα καὶ ἀπὸ τῆς ἐρημίας αὐτὸν πάλιν ἐλαυνόμενον, οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τοῦ λιμοῦ. Καὶ ἐγένετο, φησὶ, λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀκουέτωσαν οἱ ἁπλῶς καὶ ἀπαραφυλάκτως φθεγγόμενοι, καὶ οἰωνιζόμενοι, καὶ λέγοντες, ὅτι ἐπειδὴ ὁ δεῖνα παρεγένετο, λιμὸς γέγονε, καὶ ἐπειδὴ ὁ δεῖνα ἦλθε, τόδε συνέβη. Ἰδοὺ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ δικαίου παρουσίας λιμὸς, καὶ λιμὸς βαρὺς, καὶ οὐ θορυβεῖται ὁ δίκαιος, οὐδὲ πάσχει τι ἀνθρώπινον, καὶ τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ λογίζεται τοῦ λιμοῦ τὴν αἰτίαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἶδε [a]τὴν φύσιν ἐλεγχομένην, καὶ ἐπεκράτησεν ὁ λιμὸς, Κατέβη, φησὶ, εἰς Αἴγυπτον Ἄβραμ παροικῆσαι ἐκεῖ, ὅτι ἐνίσχυσεν ὁ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς.

Σκόπει πῶς μακρότερα τὰ σκάμματα τῷ δικαίῳ ἐγίνετο. Ὠκονόμει γὰρ ὁ Δεσπότης μὴ μόνον τοῖς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον διδάσκαλον αὐτὸν γενέσθαι, καὶ τὸ φῶς τῆς οἰκείας ἀρετῆς πᾶσι κατάδηλον ποιῆσαι. Καθάπερ γὰρ φωστῆρά τινα λανθάνοντα καὶ κεκρυμμένον εἰς τὴν Χαλδαίων, ἐκεῖθεν ἀνέστησεν, ἵνα τοὺς ἐν τῷ σκότει τῆς πλάνης καθημένους χειραγωγήσῃ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ τοὺς ἐν τῇ Χαλδαίων χώρᾳ παρεσκεύασε δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀναχθῆναι; Εἰκὸς μέν ἐστι καὶ τῆς ἐκείνων σωτηρίας δι' ἑτέρων γενέσθαι τὴν πρόνοιαν· ὅμως δὲ ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος,

quod castrametatus sit, ut ostendat expeditum fuisse patriarcham, sicut milites qui facile nunc huc, nunc illuc castra movent: ita et justus ille, quamvis secum duceret uxorem, et fratris filium, 321 et tantum domesticorum numerum; majori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalem et expeditam senis cum uxore et tot servis vitam? Mihi vero mirabilior videtur mulieris fortitudo. Cum enim cogito muliebris sexus infirmitatem, et animadverto quomodo tam facile et tanta alacritate cum justo peregre vadit, et subinde migrat, neque ipsa moleste fert, neque justo impedimentum affert, obstupesco, et censeo non minori quam Abram animo et fortitudine ipsam quoque præditam fuisse. Et hoc maxime sciemus, cum ea quæ consequenter lecta sunt pertractaverimus. Vidisti postquam audivit, *Semini tuo dabo terram hanc*, quomodo non quieverit justus ille, et nunc huc, nunc illuc transierit? Sed vide quomodo iterum a solitudine exigitur, non ab hominibus, sed necessitate famis: 10. *Et facta est*, inquit, *fames super terram*. Audiant qui temere et incaute loquuntur, et divinant, dicentes: Quoniam ille talis advenit, fames invaluit; quoniam ille adfuit, hæc contigerunt. Ecce etiam in adventu justi fames, et fames valida, et non turbatur justus, neque aliquid humanum patitur, neque suo adventui tribuit famis causam. Sed quia vidit naturam coarctari, et invalescere famem: *Descendit*, inquit, *in Ægyptum Abram, ut habitaret illic, quia invaluit fames super terram.*

Adversus omina.

4. Attende quomodo longiora fiunt justo stadia. Illud enim providebat Dominus, at non solum Palæstinam incolentibus esset doctor, sed et iis qui in Ægypto erant, et virtutis ejus splendor omnibus pateret. Quasi enim luminare quoddam latens et absconditum in Chaldæorum terra, illinc evocavit, ut eos qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret. Sed forte dicet aliquis: Et quare non potius ut ii, qui in Chaldæa erant, ad veram religionem venirent, per ipsum effecit? Verisimile quidem est, illorum salutem per aliorum providentiam procuratam fuisse: attamen audi Christum di-

[a] Alii ἐπὶ τῶν πολεμίων: et sic legisse videtur vetus Interpres. Infra unus δείξῃ τὸ εὔζωνον [sic].

* Fort. ἐκεῖσε.

[a] Τὴν φύσιν ἐλεγχομένην, *naturam devictam*, sive *prostratam*, *coarctatam*, quæ non tulisset fructus solitos. Vox ἐλέγχειν hoc usu frequentatur apud Chrysostomum.

Matth. 13. 57. centem : *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.* Ut igitur opere impleret promissionem quam illi fecerat, dicens : *Et magnificabo nomen tuum* : propterea et famem oriri permittit, et cogente necessitate in Ægyptum eum ire compellit, ut discerent et incolæ quanta viri virtus esset. Nam fames quasi lictor, ceu vinculis injectis, ita vi e deserto in Ægyptum eos abstraxit. Sed videamus quæ hinc sequantur, et in quantas difficultates justus inciderit : ut et ejus fortitudinem discamus, et uxoris illius sapientiæ studiosam mentem. Postquam igitur multo itinere processerant, et proxime Ægyptum erant, 322 justus angore mentis afflictus est, et, ut ita dicam, A de vita sua timens et tremens alloquitur uxorem suam. 11. *Factum est,* inquit, *quando Abram appropinquabat, ut intraret in Ægyptum, dixit Saræ uxori suæ : Scio quod formosa sis mulier.* 12. *Futurum itaque est ut cum te viderint Ægyptii, dicant : Ista est uxor ejus; et occident me, te autem servabunt.* 13. *Dic igitur, Soror ejus sum, ut mihi propter te bene sit, et vivet anima mea propter te.* Vidisti B ex verbis, in quanto angore et metu constitutus fuerit justus : neque tamen turbabatur animo, neque cogitans intra se, dicebat : Quid hoc est? num derelicti sumus? num decepti sumu ? num nos providentia sua destituit Dominus? num ille qui dixit : *Magnificabo te, et semini tuo dabo terram hanc* : nos ita relinquit nunc ut de extremis timeamus, et in manifestum incidamus periculum? Nihil horum vel in mentem admittendum existimavit justus, sed unum hoc curabat, quomodo arte aliqua excogitata posset famis remedium ac consolationem invenire, et Ægyptiorum manus effugere. *Scio,* inquit, *quod formosa mulier sis.* Vide quanta mulieris erat formositas : nam et cum in senectam jam vergeret, et post tot annorum numerum adhuc vis pulchritudinis in facie emicabat, etiam post tot labores et ærumnas, quas in via de locis in loca transeundo experta est, a Chaldæorum nempe regione in Charran, et a Charran in Chanaan, et rursus in Chananæa huc atque illuc, et nunc iterum in Ægyptum. Quem non fortium virorum defatigarent tot continuæ peregrinationes? Verum egregia D hæc mulier etiam post tot exantlatas ærumnas luculenta adhuc erat facie, unde et vehementem formidinem afferebat justo : ideo et dicebat : *Scio quod mulier formosa sis : futurum ita-*

Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. Ἵνα οὖν τὴν ἐπαγγελίαν εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὴν αὐτοῦ, E ἣν ἐποιήσατο λέγων, Καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, διὰ τοῦτο καὶ τὸν λιμὸν συγχωρεῖ γενέσθαι, καὶ διὰ τούτου ἀνάγκην εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτὸν ἀφικέσθαι, ἵνα μάθωσι καὶ οἱ αὐτόθι, ὅση τοῦ ἀνδρός ἐστιν ἡ ἀρετή. Καθάπερ γάρ τις δήμιος δεσμὰ περιβαλών, οὕτως αὐτοὺς ὁ λιμὸς ἀπὸ τῆς ἐρημίας ἀναστήσας ἐπὶ τὴν [b] Αἴγυπτον εἵλκυεν. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν τὰ ἐντεῦθεν, καὶ ὅση περιστάσει ὁ δίκαιος περιπέπτωκεν, ἵνα καὶ αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν μάθωμεν, καὶ τῆς γυναικὸς τὴν φιλόσοφον γνώμην. Ἐπειδὴ γὰρ πολλῇ τῇ ὁδοῦ προῆλθον, καὶ γεγόνασι λοιπὸν πλησίον τῆς Αἰ- A γύπτου, ἐναγώνιος γέγονεν ὁ δίκαιος, καὶ περὶ αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, τῆς ζωῆς δεδοικὼς καὶ τρέμων διαλέγεται τῇ γυναικί. Ἐγένετο γὰρ, φησὶ, ἡνίκα ἤγγισεν Ἄβραμ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, εἶπε Σάρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· γινώσκω ἐγὼ ὅτι γυνὴ εὐπρόσωπος εἶ. Ἔσται οὖν, ὅταν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐροῦσιν, ὅτι γυνὴ αὐτοῦ αὕτη· καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. Εἰπὲ οὖν, ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι, ὅπως εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. Εἶδες B ἐκ τῶν ῥημάτων εἰς ὅσον ἀγῶνα καὶ δειλίαν ὁ δίκαιος κατέστη· καὶ οὐδαμοῦ τὸν λογισμὸν ἐταράττετο, οὐδὲ ἐθορυβεῖτο τὴν γνώμην, οὐδὲ ἐνενόει καὶ ἔλεγε· τί τοῦτο ; ἆρα ἐγκατελείφθημεν; ἆρα ἠπατήθημεν; ἆρα μὴ ἐρήμους ἡμᾶς κατέλιπε τῆς αὐτοῦ προνοίας ὁ Δεσπότης; ὁ εἰπών, Μεγαλυνῶ σε, καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, οὕτως ἡμᾶς ἀφίησι νῦν περὶ τῶν ἐσχάτων αὐτῶν δεδοικέναι, καὶ εἰς προφανῆ κίνδυνον ἐμπεσεῖν; Οὐδὲν τούτων οὐδὲ ἐν διανοίᾳ λαβεῖν ὁ δίκαιος κατεδέξατο, ἀλλ' ἑνὸς νῦν ἐγίνετο μόνου, ὅπως δυνηθῇ σοφισάμενός τινα μηχανὴν, καὶ C τοῦ λιμοῦ παραμυθίαν εὑρεῖν, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὰς χεῖρας διαφυγεῖν. Γινώσκω, φησὶν, ὅτι γυνὴ εὐπρόσωπος εἶ. Ὅρα πόση τῆς γυναικὸς ἦν ἡ εὐμορφία, ὅτι καὶ εἰς γῆρας αὐτῶν ἐλασάντων λοιπὸν, καὶ μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν ἔτι ἔμενεν ἀκμάζουσα, τοῦ κάλλους τὴν ὥραν ἐπὶ τῆς ὄψεως φέρουσα, καὶ ταῦτα μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν καὶ κακουχίαν, ἣν κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑπέμενεν ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετανισταμένη, καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Χαλδαίων χώρας εἰς τὴν Χαῤῥὰν μετανισταμένη, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Χαναάν, καὶ πάλιν ἐντεῦθεν ἐκεῖ ἐν τῇ Χαναναίᾳ, κἀκεῖθεν ὧδε, καὶ νῦν πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον. Τίνα οὖν οὐκ D ἂν καὶ τῶν σφριγώντων ἀνδρῶν αἱ οὕτω συνεχεῖς ἀποδημίαι κατειργάσαντο; Ἀλλ' ἡ θαυμασία αὕτη, καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν ἔτι λάμπουσα τῷ τῆς ὄψεως κάλλει, πολὺ καὶ σφοδρὸν τὸ δέος ἐνεποίει τῷ δικαίῳ· διὸ καὶ ἔλεγε· Γινώσκω ἐγὼ, ὅτι γυνὴ

[b] Alii Αἴγυπτον τότε βιαίως μεθεῖλκεν.

εὐπρόσωπος εἶ. Ἔσται οὖν, ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐροῦσιν, ὅτι γυνὴ αὐτοῦ αὕτη· καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. Σκόπει πῶς ἐθάρρεῖ τῷ τρόπῳ τῆς γυναικὸς, καὶ οὐκ ἔδεισε μή ποτε τοῖς ἐπαίνοις χαυνωθῇ, ἀλλὰ καὶ τοιαύτην εἰσάγει τὴν συμβουλὴν λέγων· ἵνα μὴ ἐμὲ μὲν ἀποκτείνωσι, σὲ δὲ περιποιήσωνται, Εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι, ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. Ἐπειδὴ οὐ τὸ τυχὸν ἦν ὅπερ ἐπέ- E
ταττε, διὰ τοῦτο διὰ τῶν ἐπαγομένων ῥημάτων ἐφελκύσασθαι αὐτὴν ἠβουλήθη, ὥστε καὶ εἰς οἶκτον αὐτὴν ἐπικάμψαι, καὶ πεῖσαι μετὰ προθυμίας ὑποκρίνασθαι τὸ δρᾶμα. Ἔστάι οὖν, φησὶν, ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐροῦσιν, ὅτι γυνὴ αὐτοῦ αὕτη· καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. Οὐκ εἶπε, σὲ καθυβρίσουσι· τέως οὐ βούλεται αὐτὴν καταπλῆξαι διὰ τῶν ῥημάτων, ἄλλως τε καὶ δέδοικεν ὑπὲρ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτό φησι, Σὲ δὲ περιποιήσονται· εἰπὲ οὖν, ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι. Ἐννόει μοι ἐν οἵᾳ καταστάσει τυγχάνειν εἰκὸς ἦν τοῦ δικαίου 323
τὴν διάνοιαν, ἡνίκα ταῦτα συνεβούλευε τῇ γυναικί. A
Ἴστε γὰρ, ἴστε πῶς οὐδὲν τούτου βαρύτερόν ἐστι τοῖς ἀνδράσιν, [a] εἰς τὸ κἂν εἰς ὑποψίαν τοιαύτην τὴν γαμετὴν ἐλθεῖν. Ὁ μέντοι δίκαιος καὶ σπουδάζει καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε εἰς ἔργον τὴν μοιχείαν ἐκβῆναι. Ἀλλὰ μὴ ἁπλῶς, ἀγαπητὲ, καταψηφίσῃ τοῦ δικαίου, ἀλλὰ καὶ ἐκ τούτου μάλιστα κατάμαθε αὐτοῦ καὶ τὴν σύνεσιν τὴν πολλὴν καὶ τὴν ἀνδρείαν· τὴν ἀνδρείαν μὲν, ὅτι οὕτω γενναίως ἀντεῖχε καὶ περιεγένετο τῆς τῶν λογισμῶν ταραχῆς, ὡς καὶ τοιαῦτα συμβουλεῦσαι. Ὅτι γὰρ οὐδέν ἐστι τούτου ἀφορητότερον, ἄκουε τοῦ Σολομῶντος λέγοντος· Μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς B
ἀνδρὸς αὐτῆς· οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, οὐδὲ ἀνταλλάξεται πολλῶν δώρων τὴν ἔχθραν· καὶ πάλιν, Σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος.

Ὁρῶμεν δὲ πολλοὺς, ὅτι εἰς τοσαύτην μανίαν ἐξηκοντίσθησαν, ὡς μηδὲ αὐτῶν φείσασθαι τῶν γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν μοιχὸν πολλάκις συγκατέσφαξαν καὶ ἑαυτούς. Τοσαύτη τοῦ πράγματός ἐστιν ἡ μανία, καὶ οὕτως ἀκάθεκτός ἐστιν ὁ ζῆλος, ὡς παρασκευάζειν καὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας ὑπεριδεῖν τὸν ἅπαξ ἁλόντα τῷ πάθει. Καὶ τὴν μὲν ἀνδρείαν ἐκεῖθέν ἐστι καταμαθεῖν τοῦ δικαίου· τὴν δὲ σύνεσιν αὐτοῦ τὴν C
πολλὴν, ὅτι ἐν ἀμηχανίᾳ τοσαύτῃ, καὶ ὥσπερ ἐν δικτύοις ἀπολῃφθεὶς ἴσχυσε ταύτην εὑρεῖν τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἔλαττον ἂν γένοιτο τὸ κακόν. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν ὅτι γυνὴ αὐτοῦ ἦν, καὶ μὴ ὑπεκρίνατο τὸ δρᾶμα, καὶ τῷ τῆς ἀδελφῆς ὀνόματι ἐχρήσατο, καὶ αὐτὴ ἂν ἁφῃρέθη τοῦ δικαίου, τοῦ κάλλους τῆς εὐμορφίας ἐπισπωμένου τῶν Αἰγυπτίων τὴν ἀκόλαστον γνώμην, καὶ ὁ δίκαιος

[a] [Savil. in marg. conj. ἢ τὸ κ.]

que est ut cum te viderint Ægyptii, dicant : Ista est uxor ejus, et occident me, te autem servabunt. Considera, quantum confidebat moribus mulieris, non metuens ne laudibus emolliretur, quin et tale inducit consilium, dicens : Ut ne me quidem occidant, te autem servent : *Dic igitur, Soror ejus sum, ut mihi bene sit, et vivet anima mea propter te.* Quoniam non vulgare erat quod imperabat, propterea verbis quæ subdidit, allicere eam et ad misericordiam flectere, persuadereque ei volebat, ut promte in hac fabula partes suas ageret. *Futurum est itaque ut cum te viderint Ægyptii, dicant : Ista est uxor ejus; et occident me, te autem servabunt.* Non dixit, Contumeliis te afficient : non vult enim eam nunc verbis terrere, præcipue vero metuebat super Dei promissione. Propterea dicit : *Te autem servabunt : dic igitur, Soror ejus sum.* Cogita, quæso, quo fuisse tum in statu justi mentem verisimile sit, cum ista uxori consuleret. Scitis enim, scitis nihil gravius maritis esse, quam ut vel in ejusmodi suspicionem uxor veniat. Verumtamen hic justus et contendit et omnem lapidem movet, ut adulterium opere compleatur. Noli tamen justum hunc temere condemnare, dilectissime, sed ex hoc potius multam ejus prudentiam ac fortitudinem cognosce; fortitudinem quidem, quod ita generose motibus cogitationum restiterit, eosque superarit, ut etiam ista consuleret. Hac enim re nihil esse intolerabilius audi ex Salomone, qui dicit : *Plenus enim zeli furor viri ejus ; non parcet in die judicii, neque commutabit odium multis donis* : et rursus, *Durus ut infernus zelus.* *Prov.* 6. 34. 35. *Cant.* 8. 6.

5. Multos autem videmus in tantam insaniam prorupisse, ut nec uxoribus ipsis parcerent, sed et adulterum ipsam sæpenumero et semetipsos interimerent. Tanta rei hujus est insania, tam impotens et indomita est zelotypia, ut eum qui semel hac ægritudine correptus sit, efficiat etiam propriam salutem contemnere. Ac fortitudinem quidem justi licet inde cognoscere : prudentiam vero non mediocrem ex eo, quod in tantas redactus angustias et tanquam laqueis irretitus, hanc viam potuerit adinvenire, qua malum imminueretur. Nam si quidem dixisset uxorem se illius esse, neque fabulam illam egisset, ac sororis nomen usurpasset : et ipsa justo erepta esset, cum ejus formæ pulchritudo lascivum

Zelotypiæ insania quanta.

Ægyptiorum animum pellexisset, et interfectus justus fuisset, ut sceleris accusator e medio tolleretur. Quando igitur hæ duæ molestæ res omnino propter hominum illorum intemperantiam regisque tyrannidem eventuræ erant, ut in tantis difficultatibus exiguum aliquod solatium nancisci possent: *Dic,* inquit, *Soror ejus sum*; hoc enim fortasse me a periculis liberabit. Nam quod ad te quidem attinet, sive sororem teipsam dixeris, sive conjugem, nemo negabit quin omnino futurum sit, ut te propter corporis pulchritudinem confestim eripiant; me vero probabile est insidias evasurum, si nomen sororis usurpaveris. Vides prudentiam justi; quo pacto interceptus viam potuerit invenire, ac modum excogitaverit, quo Ægyptiorum insidias posset evadere? Rursus hoc loco mihi patientiam quoque justi perpende, ac mulieris probitatem: justi quidem, quod non indignatus sit neque dixerit: Cur autem hanc mulierem mecum duco, cujus gratia tanta in me tempestas excitatur? quid enim ejus mihi prodest consuetudo, cum ejus causa in summum capitis discrimen adducar? quid mihi proficit, cum non modo nullo me solatio juvet, sed etiam sua pulchritudine mortis mihi periculum creet? Nihil horum dixit aut cogitavit, sed omni ejusmodi rejecta cogitatione de Dei promisso minime dubitavit; sed in id unum incubuit, ut prævisum discrimen posset evadere. Hic enim ineffabilem Dei patientiam animadverte, dilectissime, quo pacto non assistat neque consoletur justum, sed ingravescere mala sinat et augeri, atque in extremas angustias redigi, tumque suam providentiam ostendat. *Dic igitur,* inquit, *Soror ejus sum: ut bene sit mihi propter te, et vivet anima mea propter te.* Non quasi moritura esset ipsius anima, hæc dixit justus (*Nolite* enim *timere,* inquit, *eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*), sed simpliciter ex consuetudine his verbis uxorem affatus est. *Ut bene mihi sit,* inquit, *propter te, et vivet anima mea propter te*: quasi diceret illi: *Dic, Soror ejus sum*: ne efficias ut, cum propter famem e Chananæa fugerim, manibus enecer Ægyptiorum. Fias potius mihi salutis causa, *Ut bene sit mihi propter te.* Miserabilia sunt hæc verba, sed et multus erat timor propter insaniam Ægyptiacam, et quia nondum mortis erat soluta tyrannis; propterea in adulterium uxoris consentit justus, et quasi servit adultero in mulieris contumeliam, ut mortem effugiat. Erat enim adhuc terribilis facies

Matth. 10. 28.

ἂν ἐσφάγη, ὥστε μὴ εἶναι τὸν ἔλεγχον τῆς παρανομίας. Ἵνα οὖν, τῶν δύο τούτων χαλεπῶν μελλόντων πάντως ἐκβαίνειν διὰ τὴν ἀκρασίαν τῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ βασιλέως τὴν τυραννίδα, δυνηθῶσιν ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ μικράν τινα παραμυθίαν εὑρεῖν, φησίν· Εἰπὲ, ὅτι ἀδελφή αὐτοῦ εἰμι· τοῦτο γὰρ ἐμὲ ἴσως ἐλευθερώσει τῶν κινδύνων. Τὸ γὰρ σὸν, κἂν τε ἀδελφὴν εἴπῃς σαυτὴν, κἂν τε γυναῖκα, οὐδεὶς ἀντερεῖ ὅτι πάντως ἐκβήσεται, καὶ ἐπιδραμοῦσι τῇ ἀφαιρέσει διὰ τὴν τῆς σαρκὸς εὐμορφίαν· ἐμὲ δὲ εἰκὸς διαφυγεῖν τὴν ἐπιβουλὴν, εἰ τῷ τῆς ἀδελφῆς ὀνόματι χρήσαιο. Εἶδες σύνεσιν τοῦ δικαίου, πῶς ἀποληφθεὶς ὁδόν τινα ἴσχυσεν εὑρεῖν, δι' ἧς ἐβουλεύετο, πῶς ἂν δυνηθείη τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐπιβουλῆς ἀνώτερος γενέσθαι; Πῶν ἀναλογίζου μοι κἀνταῦθα καὶ τοῦ δικαίου τὴν ὑπομονὴν, καὶ τῆς γυναικὸς τὸ φιλάγαθον· τοῦ μὲν δικαίου, ὅτι οὐκ ἀπεδυσπέτησε καὶ εἶπε· τίνος δὲ ἕνεκεν ταύτην ἐπάγομαι, αἰτίαν μοι γινομένην τοσούτου κλυδωνίου; τί γάρ μοι τὸ ὄφελος ἀπὸ τῆς συνουσίας, ὅταν μέλλω δι' αὐτὴν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύειν; ἢ τὸ κέρδος, ὅταν μὴ μόνον μηδεμίαν μοι εἰσάγῃ παραμυθίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν θάνατόν μοι τίκτῃ διὰ τῆς οἰκείας εὐμορφίας; Οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἐνενόησεν, ἀλλὰ πάντα τοιοῦτον λογισμὸν ἀπωσάμενος, καὶ οὔτε πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ διστάσας, ἑνὸς μόνου δὴ ἐγίνετο, τοῦ πῶς δυνηθῇ διαφυγεῖν τὸν προορώμενον κίνδυνον. 324 Ἐννόει μοι γὰρ ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον μακροθυμίαν, πῶς οὐδαμοῦ ἐφίσταται οὐδὲ παραμυθεῖται τὸν δίκαιον, ἀλλὰ ἀναμένει κορυφωθῆναι τὰ δεινὰ καὶ αὐξηθῆναι, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐλθεῖν, καὶ τότε τὴν οἰκείαν πρόνοιαν ἐπιδείκνυται. Εἰπὲ οὖν, φησὶν, ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι, ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. Οὐχ ὡς μελλούσης τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἀποθνήσκειν, ταῦτα εἴρηκεν ὁ δίκαιος (Μὴ φοβηθῆτε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι), ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὴν συνήθειαν ἐφθέγξατο τοῦτο πρὸς τὴν γυναῖκα. Ὅπως ἂν εὖ μοι, φησὶ, γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ· μονονουχὶ λέγων πρὸς αὐτήν· Εἰπὲ, ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι, ἵνα μὴ διὰ τὸν λιμὸν φυγόντα τὴν Χαναναίαν ἔργον με ποιήσῃς γενέσθαι τῶν Αἰγυπτιακῶν χειρῶν. Γενοῦ μοι οὖν τῆς σωτηρίας αἰτία, Ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται διὰ σέ. Ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα· πολὺς ἦν ὁ φόβος διά τε τὴν μανίαν τὴν Αἰγυπτιακὴν, καὶ ὅτι οὔπω ἦν καταλυθεῖσα τοῦ θανάτου ἡ τυραννίς· διὰ τοῦτο καὶ τῇ μοιχείᾳ τῆς γυναικὸς αἱρεῖται κοινωνῆσαι ὁ δίκαιος, καὶ μονονουχὶ ὑπηρετήσασθαι τῷ μοιχῷ εἰς τὴν τῆς γυναικὸς ὕβριν, ἵνα τὸν θάνατον διαφύγῃ. Ἔτι γὰρ φοβερὸν ἦν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· οὐδέπω ἦσαν αἱ χαλαὶ πύλαι κλασθεῖσαι· οὐδέπω ἦν τὸ κέντρον αὐτοῦ

solitudinem, usque ad locum ubi prius fuit tabernaculum ejus, ad locum altaris quod fecit ibi principio, et invocavit nomen Domini Dei. Cogita, obsecro, quantum erat quietis et tranquillitatis amator, et in divino cultu quam sedulus. Ad eum enim locum, inquit, accessit, in quo prius altare ædificaverat, et in quo nomen Domini invocaverat. Ecce jam multis antea sæculis implevit hoc quod postea a David dictum est : *Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Solitudo enim propter invocationem nominis Dei gratior ei erat, quam civitates. Sciebat enim, sciebat utique, civitatis magnitudinem non ex ædificiorum pulchritudine, neque ex civium multitudine constare : sed ex inhabitantium virtute, propter quam ipsa solitudo civitatibus dignior fuit, quæ virtute justi ornabatur, et orbe toto fulgidior erat. 5. *Et Lot,* inquit, *qui cum Abram ibat, erant et oves, et boves, et pecora;* 6. *neque capiebat eos terra, ut simul habitarent. Erat quippe substantia eorum multa, et non poterant habitare simul.* Non solum patriarchæ facultates auctæ sunt, sed *Et Lot,* inquit, *erant oves, et boves, et pecora.* Forte partim Abram, utpote liberalis, illa Lot fratris filio donaverat, partim alii dederant in patriarchæ gratiam. *Et non capiebat,* inquit, *eos terra, erat quippe substantia eorum multa.* Vide quomodo facultatum copia statim causa fuit separationis : divisionem enim operatur, concordiam impedit, et cognationis vinculum dirimit. 7. *Et facta est pugna inter pastores pecorum Abræ, et inter pastores Lot. Chananæi autem et Pherezæi tunc inhabitabant terram.* Attende quomodo genere cognati discessionis initium faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant, a famulorum nequitia. *Facta est* enim, inquit, *pugna inter pastores.* Hi dissensionis occasionem præbuerunt, ii concordiam dirimebant, ii multam morum improbitatem præ se ferebant. *Chananæi autem et Pherezæi tunc inhabitabant terram.* Quare nobis hoc significavit? Quoniam dixerat, *Non capiebat eos terra ut habitarent simul,* causam quoque docere voluit divina Scriptura, ideo eos capere non potuisse, quoniam adhuc a gentibus illis præoccupata erat. Verum nos religiosam patriarchæ mentem videamus, quomodo sua lenitate exarsurum incendium restinguat. 8. *Dixit autem,* inquit, *Abram ad Lot : ne sit rixa inter me et te, et inter pastores meos et tuos, quia fratres sumus nos.*

Psal. 83. 11.

334

Vide insignem modestiam, vide sublimem philosophiam. Ætate et dignitate senior juvenem, fratris filium fratrem appellat, et in eamdem, in qua ipse erat, dignitatem evehit, nihilque minus illi quam sibi tribuit : sed dicit : *Ne sit rixa inter me et te, inter pastores meos et tuos.* Indigne enim hoc fieret, inquit, quoniam fratres sumus. Vidisti quomodo apostoli legem implet,

1. *Cor.* 6. 7. 8. quæ dicit : *Jam quidem omnino delictum in vobis est, quod judicia habetis inter vos invicem. Cur non potius injuriam patimini ? cur non potius damnum accipitis ? Imo vos injuriam facitis, et fraudatis, idque fratres.* Hæc omnia operibus implens patriarcha dixit : *Ne sit rixa inter me et te, et inter pastores meos et tuos, quoniam homines fratres nos sumus.* Quid hac anima pacatius ? Proinde non frustra, nec sine causa principio dicebam, eum amore quietis et tranquillitatis solitudinem locis frequentibus prætulisse. Attende enim quomodo et nunc videns pastores confligere, statim in initio tentat restinguere incendium quod eruptorum erat, et contentionem sedat. Debebat enim ipse, utpote omnibus Palæstinæ incolis sapientiæ doctor missus, nullam offendiculi dare occasionem, vel ansam concedere, sed morum lenitate tuba clarius omnes erudire, et suæ virtutis facere imitatores. *Ne sit,* inquit, *rixa inter me et te, inter pastores meos et tuos, quoniam homines fratres sumus.* Multa verborum lenitas, *Inter me et te.*

3. Considera quomodo ei loquitur ceu honore pari; quamvis opinor non aliunde rixas fuisse exortas, quam quod pastores patriarchæ non permiserint illis eadem licentia frui, qua ipsi. Sed justus æquabiliter omnia facit, specimen præbens eminentis suæ patientiæ, ac docens non tantum præsentes, sed posteros etiam omnes, numquam esse admittendum, ut nostri familiares cum proximis contendant. Nam eorum contentio magnam nobis affert ignominiam, et non illis imputantur quæ fiunt, sed in nos transfertur reprehensio. Quomodo enim rationi consentaneum sit, homines qui fratres sunt, qui eamdem naturam sortiti, qui ejusdem sunt familiæ, qui tamquam peregrini et advenæ hic versaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, et omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendere

Rixæ et contentiones vitandæ.

ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν, ὅρα φιλοσοφίας ὕψος. Ὁ γέρων, ὁ πρεσβύτης τὸν νέον, τὸν ἀδελφιδοῦν ἀδελφὸν προσαγορεύει, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν αὐτῷ τιμὴν ἀνάγει, καὶ οὐδὲν ἑαυτῷ πλέον νέμει· ἀλλά φησι, Μὴ ἔστω μάχη ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ τῶν ποιμένων μου καὶ τῶν ποιμένων σου. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη, φησὶν, εὔλογον τοῦτο γενέσθαι, ἐπειδὴ ἀδελφοί ἐσμεν. Εἶδες ἀποστολικὸν νόμον αὐτὸν πληροῦντα τὸν λέγοντα· Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; Ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς. Ταῦτα πάντα διὰ τῶν ἔργων πληρῶν ὁ πατριάρχης φησὶ, Μὴ ἔστω [a] μάχη ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων μου, καὶ τῶν ποιμένων σου, ὅτι ἄνθρωποι ἀδελφοὶ ἡμεῖς ἐσμεν. Τί ταύτης τῆς ψυχῆς εἰρηνικώτερον γένοιτ' ἄν; Ἆρα οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ ἐν προοιμίοις ἔλεγον, ὅτι διὰ τὸ ἡσυχίας ἐρᾶν καὶ ἀπραγμοσύνης, διὰ τοῦτο τὴν ἐρημίαν τῆς οἰκουμένης προετίμα. Ὅρα γὰρ αὐτὸν καὶ νῦν, ἐπειδὴ ὅλως εἶδε τοὺς ποιμένας διαπληκτιζομένους, πῶς ἐξ ἀρχῆς εὐθέως πειρᾶται καταστεῖλαι τὴν μέλλουσαν ἐξάπτεσθαι πυρὰν, καὶ παύει τὴν φιλονεικίαν. Ἔδει γὰρ αὐτὸν πᾶσι τοῖς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσι διδάσκαλον φιλοσοφίας ἀφιγμένον μηδεμίαν παρέχειν ἀφορμὴν, μηδὲ λαβὴν δοῦναι, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν τρόπων ἐπιεικείας σάλπιγγος λαμπρότερον πάντας αὐτοὺς παιδεῦσαι, καὶ μιμητὰς καταστῆσαι τῆς οἰκείας ἀρετῆς. Μὴ ἔστω, φησὶ, μάχη ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων μου καὶ τῶν ποιμένων σου, ὅτι ἄνθρωποι ἀδελφοὶ ἡμεῖς ἐσμεν. Πολλὴ τῶν ῥημάτων ἡ ἐπιείκεια, Ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Σκόπει πῶς ἐξ ἰσοτιμίας αὐτῷ διαλέγεται· καίτοι τὰ τῆς μάχης οὐχ ἑτέρωθεν οἶμαι τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἢ ἀπὸ τοῦ τοὺς ποιμένας τοῦ πατριάρχου μὴ συγχωρεῖν ἐκείνοις τῆς αὐτῆς αὐτοῖς ἀδείας ἀπολαύειν. Ἀλλ' ὁ δίκαιος [b] ἐπιεικῶς πάντα ποιεῖ, δεικνὺς τῆς οἰκείας φιλοσοφίας τὴν ὑπερβολὴν καὶ παιδεύων οὐ τοὺς τότε παρόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐξῆς, μηδέποτε πρὸς τοὺς πλησίον διαπληκτίζεσθαι τοὺς ἡμῖν διαφέροντας. Ἡ γὰρ ἐκείνων φιλονεικία ἡμῖν πολλὴν προστρίβεται τὴν ἀδοξίαν, καὶ [c] οὐδὲν ἐκείνοις λογιεῖται τὰ γινόμενα, ἀλλ' εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχει τὰ τῆς μέμψεως. Ποῦ οὖν εὔλογον ἀνθρώπους ἀδελφοὺς ὄντας, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως τυγχάνοντας, καὶ τῆς αὐτῆς συγγενείας, καὶ παροικεῖν ἐνταῦθα μέλλοντας, εἰς τοσαύτην ἐμπίπτειν φιλονεικίαν, ὀφείλοντας ἐπιεικείας, καὶ πραΰτητος, καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης διδασκάλους καθίστασθαι τούτοις

[a] Alii ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον etc. atque ita legit Interpres.

[b] Sic tres Mss. In Editis sententia manca erat : sed Interpres bene legerat.

[c] Sic Savil. et sex Mss. At Morel. οὐδὲ ἐκείνοις λογίζεται. [Savil in marg conj. οὐδείς.]

πᾶσιν; Ἀκουέτωσαν ταῦτα οἱ νομίζοντες ἔξω τυγχάνειν ἐγκλημάτων, ἐπειδὰν τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας περιορῶσι διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητα ἁρπάζοντας, πλεονεκτοῦντας, μυρία κακὰ διατιθέντας, καὶ ἐν πόλεσι, καὶ ἐν ἀγροῖς, τοὺς αὐτοῖς γειτνιῶντας, καὶ B παρασπωμένους τοῦ μὲν τὸν ἀγρὸν, τοῦ δὲ τὴν οἰκίαν, καὶ ταύτῃ πλείονα μᾶλλον τὴν εὔνοιαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδεικνύμενοι. Εἰ γὰρ καὶ ἑτέρου τὸ τῆς ἀδικίας ἔργον ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐκοινώνησας τοῦ πράγματος, οὐ μόνον τῷ ἐφήδεσθαι τῷ γεγενημένῳ, καὶ νομίζειν ἐκ τούτου σοι τὴν οὐσίαν αὔξεσθαι, καὶ τὴν περιουσίαν πλείονα γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ κωλῦσαι μέλλουσαν τὴν ἀδικίαν εἰς ἔργον ἐκβαίνειν. Ὁ γὰρ δυνάμενος κωλῦσαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ μὴ τοῦτο ποιῶν, οὐκ ἔλαττον τοῦ ἀδικοῦντος τὰς εὐθύνας ὑφέξει. Μὴ τοίνυν ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς, παρακαλῶ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ φεύγωμεν τὰς ἁρπαγὰς, τὰς πλεονεξίας, καὶ τὸ ἐκ C τῶν τοιούτων ὠφελεῖν ἡμῖν τὴν περιουσίαν, καὶ τοὺς ἡμῖν προσήκοντας παιδεύωμεν μηδὲν τοιοῦτο ἐργάζεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἀνευθύνους ἡμᾶς τοῦτο ἀφίησιν, ἀλλὰ πλείονα τὴν κατάκρισιν ἐργάζεται· πρὸς γὰρ τὴν ἡμετέραν ἀρέσκειαν ἐκεῖνοι τὴν ἑαυτῶν προδιδόντες σωτηρίαν τὴν ἀδικίαν τολμῶσι, μετὰ τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας καὶ ἡμᾶς συγκατασπῶντες. Εἰ δὲ βουλόμεθα νήφειν, καὶ αὐτοὶ τῆς ἐντεῦθεν λύμης ἀπαλλαγησόμεθα, κἀκείνους ἀποστήσομεν τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως. Καὶ μή μοι λέγε τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα· οὐδέν μοι μέλει. Μὴ γὰρ ἐγὼ παρεσπασάμην; Οὐδὲν οἶδα· ἕτερος εἰργάσατο, οὐκ ἐκοινώνησα τῆς ἀδικίας. Σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις. Εἰ βούλει δεῖξαι D ὅτι οὐκ ἐκοινώνησας τῆς ἀδικίας, καὶ οὐ συνέπραξας, καὶ τῆς πλεονεξίας οὐ γέγονας ἐργάτης, διόρθωσαι τὸ γεγονὸς, παραμύθησαι τὸν ἠδικημένον, ἀπόδος τὰ ἁφαιρεθέντα. Οὕτω γὰρ καὶ σαυτὸν ἐλευθερώσεις ἐγκλημάτων, καὶ τὸν ἠδικηκότα διορθώσῃ, δείξας ὡς οὐ κατὰ γνώμην σου τὰ παρ' αὐτοῦ πέπρακται, καὶ τὸν πένητα παρακαλέσας οὐκ ἀφήσεις ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καταποθῆναι, ἣν διὰ τὴν ἁφαίρεσιν ὑφίστασθαι ἔμελλε. Μὴ ἔστω, φησὶ, μάχη ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ τῶν ποιμένων μου καὶ τῶν ποιμένων σου, ὅτι ἄνθρωποι ἀδελφοὶ ἡμεῖς ἐσμεν. Εἶδες πραΰτητα; εἶδες ἐπιείκειαν; Ἄκουε καὶ τῶν ἑξῆς, ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας τὴν ὑπερβολήν. Πῶς οὖν τὰ τῆς μάχης λύσιν λάβῃ, καὶ σβεσθῇ τὰ τῆς φιλονεικίας; Ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ, φησὶν, ἐναντίον σου ἐστί. Διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ· εἰ σὺ εἰς ἀριστερὰ, ἐγὼ εἰς δεξιά· εἰ δὲ σὺ εἰς δεξιὰ, ἐγὼ εἰς ἀριστερά. Σκόπει τοῦ δικαίου τὴν φιλοσοφίαν, καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὴν ἐπίτασιν. Πρὸ δὲ τούτων ἐννόει μοι, ἀγαπητὲ, ὅση τοῦ πλούτου ἡ λύμη, καὶ τῆς περιουσίας τῆς πολλῆς ἡ διαφορά. Ηὐξήθη τὰ ποίμνια, προσεγένετο πλοῦτος πολὺς, καὶ εὐθέως διακόπτεται ἡ ὁμόνοια· καὶ ἔνθα ἦν

et digladiari? Audiant hæc qui se extra reprehensionem putant esse, quando propter familiaritatem propinquis suis connivent rapientibus, decipientibus, multa mala machinantibus, et in civitatibus, et in agris, auferentibus a vicinis nunc agrum, nunc domum, eaque de causa majori tales homines benevolentia prosequuntur. Nam licet iniquum opus ab alio patratum sit, tamen et ipse negotii particeps fuisti : non solum quod oblecteris facto, et credas inde facultatibus tuis incrementum accedere; sed quod non prohibeas, ne facinus committatur. Nam qui prohibere potest eum qui injuriam infert, et non prohibet, is non minorem luet pœnam, quam qui injuriam infert. Obsecro igitur, ne seducamus nosmetipsos, sed et ipsi fugiamus rapinas et fraudes, et ex istiusmodi artibus emolumenta et lucra : et familiares nostros erudiamus, ne quid tale operentur. Non enim hoc nos insontes præstat, sed potius majori condemnationi obnoxios : quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutem, injustitiam audent, et ipsi in perniciem euntes nos secum rapiunt. Quod si vigiles esse voluerimus, et ipsi ab eo damno liberabimur, et illos a malis conatibus arcebimus. Porro ne mihi dicas frivola illa verba : Nihil mihi curæ est. Numquid ego rapui? Nihil mihi ea de re constat : alius fecit, non fui particeps injustitiæ. Prætextus illa sunt, et inane commentum. Si vis declarare te non consortem fuisse injustitiæ, neque avaritiæ studuisse, emenda factum, solare eum qui injuria affectus est, redde ablata. Sic enim et te ipsum a criminibus liberabis, et eum qui injuriam fecit corriges, si declaraveris, hæc non fuisse facta secundum voluntatem tuam, et consolans pauperem, non siveris eum a tristitia absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat. *Ne sit*, inquit, *rixa inter me et te, inter pastores meos et tuos : quia homines fratres nos sumus.* Vidisti mansuetudinem? vidisti lenitatem? Audi et sequentia, ut discas excellentem ejus philosophiam. Quomodo igitur rixa dirimitur, et contentio restinguitur? 9. *Ecce omnis terra*, inquit, *coram te est. Discede a me : si tu ad sinistram, ego ad dexteram; si tu ad dexteram, ego ad sinistram.* Tecum reputa philosophiam, et insignem modestiam hujus justi. Sed ante hæc, obsecro, cogita quantum ex divitiis damnum, et quanta ex multis opibus contentio. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt divitiæ multæ, et statim discinditur concordia : et ubi erat pax et caritatis

A fraudibus et rapinis avocat.

336 A

vinculum, nunc rixa, et contentio. Ubi enim meum et tuum, illic omne litium genus et contentionis occasio : ubi autem hæc non sunt, ibi secura versatur pax et concordia. Et hæc ut discas, audi quid dicat beatus Lucas de iis qui ab initio ad fidem conversi sunt. *Erat,* inquit, *omnium cor unum et anima una :* non quod unam animam habuerint omnes, (quomodo enim hoc, cum in diversis corporibus fuerint?) sed concordiam illorum arctissimam nobis demonstrat. Jam nisi plurimæ patientiæ fuisset justus ille, et insignem præ se tulisset philosophiam, succensuisset forsitan, et ita ei dixisset : Quis furor ille? Ausine sunt famuli tui os aperire adversus operas meas? non cogitarunt quantum inter nos sit discrimen? Unde enim tibi illa abundantia? nonne ex mea cura? Quis te in hominum conspectum protulit? nonne ego qui pro omnibus tibi fui, et patris tibi vices egi per omnia? Atque has mihi, pro tot ministeriis merceles reddis? Haccine spe ubique te comitem itineris habui? Esto, nihil eorum quæ a me habes in mentem tibi veniat : nonne saltem vel senectam meam et canos revereri oportebat? Sed connivendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius quod sicut contumelia, qua illi affecti sunt, in me transit, ita et tuorum temeritas tibi adscribitur.

4. Sed nihil horum justus vel in mentem admisit, sed omnibus illis ab animo repulsis, unum hoc agebat, quomodo quod erupturum erat contentionis incendium exstingueret, et suavi separatione excogitata, absque turbis habitaret : dicit enim : *Ecce annon omnis terra coram te est? Discede a me : si tu ad sinistram, ego ad dextram ; si tu ad dextram, ego ad sinistram.* Vide mansuetudinem justi. Operibus enim ostendit, se non sua sponte facere hoc, neque separari velle, sed ob contentionis necessitatem, ut ne in domo sit perpetuum bellum : vide quomodo verbis illius bilem mansuefacit, et omnem ei electionis potestatem dat, proponitque omnem terram, ac dicit : *Ecce annon omnis terra coram te?* Quam vis elige : et ego, quam tu reliqueris, magna cum voluptate accipiam. Magna est justi hujus philosophia. Non vult omnino onerosus esse fratris filio ; quasi diceret : Quoniam id quod nolebam accidit, quo cessent contentiones, necessarium est ut separemur : propterea te dominum electionis et arbitrum constituo ; et omnem tibi potestatem do, ut terram quam meliorem censes tu eligas, et

ἡ εἰρήνη καὶ ὁ σύνδεσμος τῆς ἀγάπης, ἐκεῖ μάχη καὶ φιλονεικία. Ὅπου γὰρ τὸ ἐμὸν καὶ τὸ σὸν, ἐκεῖ πᾶσα μάχης ἰδέα, καὶ φιλονεικίας ὑπόθεσις· ἔνθα δὲ τοῦτο μὴ ᾖ, τὰ τῆς ὁμονοίας καὶ τὰ τῆς εἰρήνης μετὰ πάσης ἀκριβείας πολιτεύεται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τί φησιν ὁ μακάριος Λουκᾶς περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ πίστει προσιόντων. Ἦν, φησὶ, πάντων ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· οὐκ ἐπειδὴ ψυχὴν μίαν εἶχον πάντες, (πῶς γὰρ ἐν διαφόροις σώμασιν ὄντες;) ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην ὁμόνοιαν ἡμῖν δείκνυσι. Καὶ εἰ μὴ σφόδρα μακρόθυμός τις ἦν ὁ δίκαιος, καὶ φιλοσοφεῖν εἰδὼς, καὶ ἐχαλέπηνεν ἂν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· τίς ἡ τοσαύτη παροινία; Ὅλως γὰρ ἐτόλμησαν οἱ προσήκοντές σοι διᾶραι στόμα πρὸς τοὺς ἐμοὶ διαφέροντας; καὶ οὐκ ἐνενόησαν, ὅσον τὸ μέσον ἐστὶ μεταξὺ ἡμῶν; Πόθεν γάρ σοι τὰ τῆς εὐπορίας ταύτης γεγένηται; οὐκ ἐκ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας; Τίς δέ σε εἰς ἀνθρώπους ὀφθῆναι πεποίηκεν; οὐκ ἐγὼ ἀντὶ πάντων σου [illegible]; καὶ τὴν πατρός σοι χρείαν διὰ πάντων ἐπιδειξάμενος; Ταύτας μοι τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδως τῆς πολλῆς περὶ σὲ θεραπείας; Ταῦτα ἐλπίζων πανταχοῦ σε μετ' ἐμοῦ περιῆγον; Ἔστω, οὐδὲν τῶν ὑπηργμένων σοι παρ' ἐμοῦ εἰς ἔννοιαν ἔλαβες· κἂν μου γοῦν τὸ γῆρας αἰδεσθῆναί σε οὐκ ἐχρῆν, καὶ τιμῆσαι τὰς πολιὰς τὰς ἐμάς; Ἀλλὰ περιεῖδες τοὺς ποιμένας τοὺς σοὺς ἐμπαροινοῦντας τοῖς ἐμοῖς ποιμέσιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὥσπερ ἡ εἰς ἐκείνους ὕβρις εἰς ἐμὲ διαβαίνει, οὕτω καὶ ἡ ἐκείνων προπέτεια εἰς σὲ τὴν ἀναφορὰν ἔχει.

Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ δίκαιος οὔτε εἰς διάνοιαν λαβεῖν κατεδέξατο, ἀλλὰ πάντα τοιοῦτον λογισμὸν ἀπωσάμενος, ἑνὸς γίνεται μόνου, ὅπως καὶ τὴν μέλλουσαν ἐξάπτεσθαι φιλονεικίαν κατασβέσῃ, καὶ τὸν χωρισμὸν ἀλύπως ἐπινοήσας πάσης ταραχῆς ἐκτὸς ποιήσῃ τὴν οἰκίαν. Οὐκ ἰδοὺ, φησὶ, πᾶσα ἡ γῆ ἐναντίον σοῦ ἐστί; Διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ· εἰ σὺ εἰς δεξιὰ, ἐγὼ εἰς ἀριστερά· εἰ δὲ σὺ εἰς ἀριστερὰ, ἐγὼ εἰς δεξιά. Ὅρα τὴν ἐπιείκειαν τοῦ δικαίου. Δεικνὺς γὰρ αὐτῷ διὰ τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐχ ἑκὼν τοῦτο ποιεῖ, οὐδὲ βουλόμενος αὐτὸν χωρισθῆναι, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς φιλονεικίας ἀνάγκην, καὶ ὥστε μὴ διηνεκῆ τὸν πόλεμον εἶναι ἐν τῇ οἰκίᾳ, σκόπει πῶς διὰ τῶν λόγων καταπραΰνει αὐτοῦ τὴν φλεγμονὴν, καὶ αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν δίδωσι τῆς ἐκλογῆς, καὶ προτίθησιν αὐτῷ τὴν γῆν ἅπασαν, καί φησιν· Οὐκ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐναντίον σου; Ἂν βούλῃ, ἑλοῦ, κἀγὼ ἐκείνην καταδέξομαι μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς, ἣν ἂν αὐτὸς καταλίπῃς. Μεγάλη τοῦ δικαίου ἡ φιλοσοφία. Διὰ πάντων ἀνεπαχθὴς βούλεται γενέσθαι τῷ ἀδελφιδῷ. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ὅπερ οὐκ ἐβουλόμην, τοῦτο γίνεται, καὶ ἵνα τὰ τῆς φιλονεικίας παυθῇ, τὸν χωρισμὸν ἀνάγκη συμβῆναι· διὰ τοῦτό σε κύριον καθίστημι τῆς αἱρέσεως, καὶ τὴν ἐξουσίαν σοι πᾶσαν δίδωμι, ἵνα ἂν νομίσῃς εἶναι τιμιωτέραν γῆν,

ἐκείνην ἑλόμενος, τὴν λοιπὴν ἐμοὶ καταλίπῃς. Ἆρα ἂν τοῦτο ποιῆσαί ποτέ τις κατεδέξατο πρὸς ὁμήλικα ἀδελφὸν, ὅπερ ὁ πατριάρχης πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπε- 337
δείξατο; Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς προλαβὼν τὴν ἐκλογὴν A
ποιησάμενος, καὶ τὰ πρωτεῖα λαβὼν παρεχώρησεν ἐκείνῳ τὰ ὑπολειφθέντα, οὐχὶ καὶ οὕτω μέγα ἦν τὸ παρ' αὐτοῦ γινόμενον; Ἀλλ' ὅμως βουλόμενος καὶ τῆς ἀρετῆς δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τοῦ νέου τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλῆσαι, ὥστε μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ γενέσθαι λύπης ἀφορμὴν, αὐτῷ· προθεὶς ἅπασαν τὴν ἐξουσίαν, φησίν· Ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐναντίον σου· διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οἵαν ἂν βούλῃ ἑλοῦ. Δέον τοίνυν τὸν ἀδελφιδοῦν τοσαύτης ἐπιεικείας πειραθέντα ἀντιτιμῆσαι τὸν πατριάρχην, καὶ μᾶλλον αὐτὸν αὐτῷ παραχωρῆσαι τῆς αἱρέσεως τὴν ἐκλογήν. Εἰώθαμεν B
γάρ πως ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπειδὰν ἀντιτείνοντας μὲν ἴδωμεν τοὺς μέλλοντας πρὸς ἡμᾶς τι διερευνᾶσθαι καὶ φιλονεικοῦντας τοῖς πρωτείοις ἐπιπηδᾶν, μὴ ἀνέχεσθαι ἐλαττοῦσθαι, μηδὲ ἐνδιδόναι αὐτοῖς· ὅταν δὲ παραχωροῦντας θεασώμεθα, καὶ καθυφειμένοις ῥήμασι τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἡμῖν ἐπιτρέποντας, ὥσπερ αἰδούμενοι τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, καὶ τῆς φιλονεικίας ἀφιστάμεθα, καὶ πάλιν ἀντιστρέφοντες πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν παραχωροῦμεν, κἂν ἐλάττων εἶναι δοκῇ ὁ πρὸς ἡμᾶς διερευνώμενος. Ὀφείλων τοίνυν καὶ ὁ Λὼτ C
ἐπὶ τοῦ πατριάρχου τοῦτο διαπράξασθαι, καθάπερ νεοστὸς, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος, τοῖς πρωτείοις ἐπιπηδᾷ, ὡς ἐνόμιζε, καὶ τὴν ἐκλογὴν ποιεῖται. Καὶ ἐπάρας, φησὶ, Λὼτ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἶδε πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι πᾶσα ἦν ποτιζομένη πρὸ τοῦ καταστρέψαι τὸν Θεὸν Σόδομα καὶ Γόμορρα ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἡ γῆ Αἰγύπτου, ἕως ἐλθεῖν εἰς Ζόγορα. Καὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ Λὼτ πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἀπῆρε Λὼτ ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ διεχωρίσθησαν ἕκαστος ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. D
Εἶδες τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου τὴν ὑπερβολὴν, ὅπως οὐ συνεχώρησεν οὐδὲ βλαστῆσαι τὴν ῥίζαν τῆς κακίας, ἀλλ' εὐθέως καὶ τὰ μέλλοντα φύεσθαι κάτωθεν ἐξέτεμε καὶ ἠφάνισε· πολλῇ τῇ ἐπιεικείᾳ χρησάμενος, καὶ δι' ἀρετὴν τῶν ἄλλων ὑπεροψίαν ἄφατον ἐπιδειξάμενος, καὶ δεικνὺς ἅπασιν ὅπως πάσης αὐτῷ περιουσίας προτιμοτέρα τυγχάνει ἡ εἰρήνη, καὶ τὸ φιλονεικίας ἀπηλλάχθαι; Ἵνα γὰρ μή τις καταγνῷ τοῦ δικαίου ὡς ἀγνώμονος γενομένου περὶ τὸν Λὼτ, καὶ ὅτι οἴκοθεν αὐτὸν ἀναστήσας, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, ἐκβάλλει τῆς οἰκίας, μηδὲ νομίσῃ τις E
ἀπεχθείας αὐτὸν ἕνεκεν ταῦτα ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ μάθωμεν ἅπαντες, ὅτι εἰρήνης ἀντεχόμενος ταῦτα ποιεῖ, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐκλογὴν αὐτῷ παρεχώρησε, καὶ τὰ πρωτεῖα ἐκείνου ἑλομένου οὐκ ἐδυσχέρανεν, ἵνα πάντες εἰδέναι ἔχωμεν τῆς τοῦ δικαίου γνώμης τὸ φιλά-

reliquam sinas esse meam. Num hoc quis unquam æqualis ætatis fratri faciendum censuit, id quod fratris filio patriarcha? Nam si ipse facta prius electione primum locum sibi servasset, concessissetque illi reliqua, nonne et hoc pacto magnum quiddam fecisset? At ingentis virtutis suæ specimen exhibere, et desiderium juvenis explere volebat, ita ut nulla ex separatione nasceretur mœroris occasio, unde ei proposita potestate omni, dicit: *Ecce omnis terra coram te: separare a me,* et qualem volueris terram elige. Oportebat igitur fratris filium, cum tantam experiretur æquitatem patriarchæ, parem rependere honorem, et ei potius liberam electionem concedere. Solemus enim ferme cuncti homines, si obluctantes videamus adversarios, ac contendentes in primum locum ascendere, non ferre nos inferiores esse, neque eis cedere: quos si cedere viderimus, et humilibus verbis potestatem omnem nobis permittere, quasi reverentes magnam mansuetudinem, et a contentione desistimus, et vice versa omnem potestatem eis concedimus, etiamsi minor esse videatur is qui nobiscum litigat. Cum deberet igitur et Lot cum patriarcha hoc facere; ille tamen utpote juvenis, et majori concupiscentia tractus, potiores tum sibi visas partes arripit, et electionem facit. 10. *Et sublatis,* inquit, *Lot oculis suis, vidit omnem regionem circa Jordanem, quod tota esset irrigua, antequam Dominus subverteret Sodoma et Gomorrha, quasi hortus Dei, et sicut terra Ægypti usque dum venitur in Zogora.* 11. *Et elegit sibi Lot omnem circa Jordanem regionem, et recessit Lot ab Oriente, divisique sunt uterque a fratre suo.* Vidisti justi virtutem ingentem, quomodo radicem malitiæ ne germinare quidem permisit, sed statim cum jam oriretur, funditus exsecuit et abolevit, multa usus lenitate, et virtutis causa cæterarum rerum summum contemtum præ se ferens, declaransque omnibus, quomodo pacem habere, et a contentione liberari, id pluris faceret quam omnes facultates? Nam ut ne quis condemnet justum quasi ingratum circa Lot, et quod quem e domo sua eduxerat in terram alienam, nunc a cohabitatione ejiceret, neve putet ipsum inimicitiarum gratia hæc facere, sed ut discamus omnes se pacis studio hæc facere, ideo et electionem ei concessit, neque moleste tulit quod prima ferret, ut omnibus notum foret, quomodo mens sua ad pacis caritatisque scopum spectaret potissimum. Præterea et aliud quod-

dam mysterium jam antea dispensabatur, ut multa hoc exemplo fierent, et ut Lot rebus ipsis erudiretur, se non ut par erat elegisse, et ut discerent Sodomitæ virtutem Lot, et separatione facta promissio patriarchæ data eventu compleretur, qua dictum est ei: *Tibi et semini tuo dabo terram hanc:* id quod paulatim procedendo videbimus, divina Scriptura nobis ea declarante. 12. *Et Abram, inquit, habitavit in terra Chanaan: Lot autem habitavit in civitate quæ erat circa Jordanem, et tabernaculum habuit in Sodomis.* 13. *Qui autem homines Sodomis agebant, mali erant et peccatores coram Deo valde.* Vides Lot tantum spectare terræ naturam, et non advertere incolarum nequitiam? Quæ enim utilitas, dic, oro, si terra sit fructuosa et ferax, homines autem adeo scelesti? Quid damni e solitudine et infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim et summa bonorum est inhabitantium probitas. Cæterum Lot ad unum tantum respexit, nempe ad fertilitatem terræ. Et idcirco Scriptura declarare nobis volens habitantium illic malitiam, dicit: *Qui autem homines in Sodomis agebant, mali erant et peccatores coram Deo valde.* Non solum, inquit, *Mali*, sed *Peccatores*, et non simpliciter, *Peccatores*, sed et *Coram Deo;* hoc est, in immensum excreverant eorum peccata, et prodigiosa erat eorum iniquitas: ideo et subdidit, *Coram Deo valde.* Vidisti malitiæ magnitudinem? vidisti quantum est malum primas partes capere, et non quod utile est considerare? vidisti quantum bonum sit humanitas, et primo loco cedere, et inferiorem partem habere? Ecce enim in processu doctrinæ videbimus nihil profuisse primum locum ei qui elegerat; et eum qui inferiora petiit, clariorem quotidie factum, opesque illius per omnia auctas, omnibusque factum spectabilem.

Moralis exhortatio ad humilitatem.

Cæterum ut ne longiores simus docendo, hoc loco finem loquendi facientes, quod reliquum est, in sequentem servemus concionem. Illud autem vos rogaverim, ut imitatores sitis patriarchæ, et primas partes numquam concupiscatis, sed obtemperetis beato Paulo dicenti, *Honore invicem prævenientes* superiores se ipsis: et detis operam, ut in omnibus minora teneatis. Hoc est enim primatum habere, sicut et Christus dicit: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Quid igitur huic æquale fuerit, quando per ea in quibus aliis primas cedimus, ipsi majori fruimur honore; et

Rom. 12. 10.

Luc. 14. 11. et 18. 14.

γαθον, καὶ τῆς εἰρηνικῆς αὐτοῦ ψυχῆς τὸν σκοπόν. Ἄλλως δὲ καὶ ἕτερόν τι μυστήριον ἦν προοικονομούμενον, ὥστε πολλὰ κατ' αὐτὸν γενέσθαι, καὶ τὸν Λὼτ διὰ τῶν πραγμάτων παιδευθῆναι, ὡς οὐ δεόντως τὴν ἐκλογὴν ἐποιήσατο, καὶ τοὺς ἐν Σοδόμοις μαθεῖν τοῦ Λὼτ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ χωρισμοῦ γενομένου, τὴν ἐπαγγελίαν τὴν εἰς τὸν πατριάρχην γεγενημένην εἰς ἔργον ἐκβῆναι τὴν λέγουσαν· Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί 338 σου δώσω τὴν γῆν ταύτην· καὶ ταῦτα κατὰ μικρὸν προϊόντες ὀψόμεθα, τῆς θείας Γραφῆς ἡμῖν ἅπαντα κατάδηλα ποιούσης. Καὶ Ἄβραμ, φησὶ, παρῴκησεν ἐν γῇ Χαναάν· Λὼτ δὲ κατῴκησεν ἐν πόλει τῶν περιχώρων, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν Σοδόμοις. Οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐν Σοδόμοις πονηροὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ σφόδρα. Ὁρᾷς τὸν Λὼτ πρὸς τὴν τῆς γῆς φύσιν μόνον ἀπιδόντα, καὶ οὐ σκοπούμενον τῶν ἐνοικούντων τὴν πονηρίαν; Τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, γῆς ἐπιτηδειότης καὶ καρπῶν εὐφορία, ὅταν οἱ ἐνοικοῦντες ὦσι μοχθηροὶ τὸν τρόπον; Τί δὲ βλάβος ἀπ' ἐρημίας ἂν γένοιτο καὶ γῆς φαυλοτάτης, ὅταν οἱ ἐνοικοῦντες ὦσιν ἐπιεικέστεροι; Τὸ γὰρ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἡ τῶν ἐνοικούντων ἐστὶν εὐγνωμοσύνη. Ἀλλ' ὁ Λὼτ πρὸς ἓν μόνον εἶδε, τῆς γῆς τὴν εὐφορίαν. Διὰ τοῦτο ἡ Γραφὴ σημῆναι ἡμῖν βουλομένη τῶν αὐτόθι οἰκούντων τὴν πονηρίαν,, φησίν· Οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐν Σοδόμοις πονηροὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ σφόδρα. Οὐ μόνον, φησὶ, Πονηροὶ, ἀλλὰ Καὶ ἁμαρτωλοὶ, καὶ οὐχ ἁπλῶς Ἁμαρτωλοὶ, ἀλλὰ καὶ Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι, πολλὴ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν ἡ ἐπίτασις, καὶ ὑπερβάλλουσα αὐτῶν ἡ πονηρία· δι' ὃ καὶ ἐπήγαγεν, Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ σφόδρα. Εἶδες κακίας μέγεθος; εἶδες ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ τοῖς πρωτείοις ἐπιπηδᾷν, καὶ μὴ τὸ συμφέρον σκοπεῖν; εἶδες ὅσον ἐστὶν ἐπιείκεια, καὶ τὸ τῶν πρωτείων παραχωρεῖν; καὶ ἐλαττοῦσθαι; Ἰδοὺ γὰρ προϊούσης τῆς διδασκαλίας ὀψόμεθα τὸν μὲν τὰ πρῶτα ἐκλεξάμενον, οὐδεμίαν ἐκεῖθεν ὄνησιν προσλαμβάνοντα, τὸν δὲ ἐλάττονα ἐλόμενον, περιφανέστερον καθ' ἑκάστην γινόμενον, καὶ διὰ πάντων αὐξανομένην αὐτοῦ τὴν εὐπορίαν, καὶ πᾶσι περίβλεπτον καθιστάμενον.

Ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος ἐκτείνωμεν τὴν διδασκαλίαν, μέχρι τούτου στήσαντες τὸν λόγον, εἰς τὴν ἑξῆς ταμιευσώμεθα τὰ λειπόμενα, ἐκεῖνο παρακαλέσαντες ὑμᾶς, ὥστε ζηλῶσαι τὸν πατριάρχην, καὶ μηδέποτε τῶν πρωτείων ἐφίεσθαι, ἀλλὰ πείθεσθαι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ λέγοντι, Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, καὶ σπουδάζειν ἐν ἅπασιν ἐλαττοῦσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τὰ πρωτεῖα ἔχειν, καθάπερ καὶ ὁ Χριστός φησιν· Ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Τί οὖν ἂν εἴη τούτου ἴσον, ὅταν δι' ὧν ἑτέροις τῶν πρωτείων παραχωροῦμεν, αὐτοὶ μείζονος ἀπολαύωμεν τῆς τιμῆς, καὶ δι'

ὧν ἑτέρους προτιμῶμεν, ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἀνωτάτω E
τιμὴν ἀνάγωμεν; Τοῦτο τοίνυν, παρακαλῶ, σπουδάζωμεν, ὥστε μιμεῖσθαι τοῦ πατριάρχου τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ κατ' ἴχνος τούτου τοῦ πρὸ τοῦ νόμου τὴν τοιαύτην ἐπιδειξαμένου φιλοσοφίαν ἡμεῖς οἱ ἐν τῇ χάριτι πορευώμεθα. Ταπεινοφροσύνη γὰρ ἀληθῶς αὕτη ἐστὶν, ἥνπερ ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ ἐπεδείξατο περὶ τὸν πολὺ αὐτοῦ λειπόμενον, οὐ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Ἐννόησον γὰρ ὅτι ὁ πρεσβύτης τῷ νέῳ παρεχώρησε, καὶ ὁ θεῖος τῷ ἀδελφιδῷ, καὶ ὁ τοσαύτης ἀπολαύων παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίας τῷ μηδὲν μηδέπω μέγα τι ἐπιδειξαμένῳ· καὶ ἅπερ ἐχρῆν ἐκεῖνον εἰπεῖν, ὡς νέον πρὸς τὸν πρεσβύτην 339
καὶ θεῖον ἑαυτοῦ, ταῦτα ὁ πατριάρχης πρὸς τὸν νέον A
ἔλεγε. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν μὴ περὶ τοὺς ὑπερβεβηκότας ἡμᾶς, ἢ εἰς [a] τοὺς ἴσους ἡμῖν τυγχάνοντας μόνον τὰ [redacted] θα. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἂν εἴη ταπεινοφροσύνη· ὅταν γάρ τις τὸ ἐξ ἀνάγκης ὀφειλόμενον ποιῇ, οὐ ταπεινοφροσύνη τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ὀφειλή. Ἡ δὲ ἀληθὴς ταπεινοφροσύνη, ὅταν τοῖς ἐλάττοσιν εἶναι δοκοῦσι παραχωρῶμεν, καὶ ἐκείνους προτιμῶμεν τοὺς πολὺ καταδεεστέρους εἶναι νομιζομένους. Ἂν δὲ νήφωμεν, οὐδὲ ἐλάττους ἡμῶν εἶναί τινας νομίσομεν, ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαίνειν ἡμᾶς. Καὶ τοῦτο λέγω, οὐ περὶ ἡμῶν τῶν μυ- B
ρίοις ἁμαρτήμασι βεβαπτισμένων, ἀλλὰ κἂν μυρία τις ᾖ κατορθώματα ἑαυτῷ συνειδὼς, μὴ τοῦτο δὲ λογίζοιτο καθ' ἑαυτὸν, ὅτι πάντων ἐστὶν ἔσχατος, οὐδὲν αὐτῷ ὄφελος ἂν γένοιτο τῶν τοσούτων κατορθωμάτων. Τοῦτο γάρ ἐστι ταπεινοφροσύνη, ὅταν τις ἀφορμὰς ἔχων τοῦ ἐπαίρεσθαι, καταστέλλῃ ἑαυτὸν καὶ ταπεινοῖ, καὶ μετριάζῃ. Τότε γὰρ καὶ εἰς τὸ ἀληθὲς ὕψος ἀναχθήσεται κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ὑπόσχεσιν τὴν λέγουσαν, ὅτι Ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Σπουδάσωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, πάντες τοῦ ὕψους ἐπιτυχεῖν τοῦ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης, ἵνα C
τῆς αὐτῆς τῷ δικαίῳ εὐνοίας ἀπολαύσωμεν παρὰ τοῦ Δεσπότου, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

per quæ alios præferimus, ipsi in summum honorem evehimur? Itaque obsecro ut studeamus imitari patriarchæ humilitatem, et sequi vestigia ejus, qui ante legem tantam philosophiam præ se tulit, nos qui in gratia versamur. Ista enim vera est humilitas, quam eximius ille vir declaravit erga eum qui multo se fuit inferior, non solum ob virtutis rationem, sed et propter ætatem et alia omnia. Cogita enim senem juveni cessisse, et patruum fratris filio, et qui tantam a Deo sortitus erat gratiam, ei qui in nulla re magnum aliquod specimen præbuerat : et ea quæ oportebat illum dicere, ut juvenem ad senem ætate et dignitate, et patruum, illa patriarcham juveni dixisse. Igitur nos quoque non eis tantum, qui ætate nobis sunt majores, vel etiam æquales, honorem exhibeamus. Non est enim humilitas, facere quod necessitate debes vel cogeris : hoc, inquam, non est humilitatis, sed debiti. Vera autem humilitas est, quando cedimus iis qui nobis videntur esse minores, et eos veneramur qui nobis inferiores esse videntur. Quod si recte sapimus, nullos etiam nobis esse minores arbitrabimur, sed nos superari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico non de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis : sed etiamsi quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit, nisi apud se sentiat se omnium esse postremum, nulla ei futura utilitas ex omnibus bonis suis operibus. Hæc est enim humilitas, quando quis, occasiones habens ut extollatur, se ipsum humiliat et deprimit, ac modeste se gerit. Tunc enim ad verum subvehetur fastigium secundum promissionem Domini, quæ dicit : *Qui se humiliat, exaltabitur.* Sataga- *Luc.* 14. 11.
mus igitur, obsecro, verticem illum omnes apprehendere per humilitatem, ut eamdem illam quam justus ille a Domino gratiam consequamur, et ineffabilia illa bona mereamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, et sancto Spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Savil. et quidam alii τοὺς ἐξ ἴσης ἡμῖν.

HOMILIA XXXIV.

ΟΜΙΛΙΑ λδ'.

Gen. 13. 14. 15. Et dixit Deus Abræ postquam separatus est ab eo Loth : Elevatis oculis tuis vide a loco, in quo tu nunc es, ad aquilonem et africum, et orientem et mare : quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam.

Εἶπε δὲ Κύριος τῷ Ἀβραμ μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Λὼτ ἀπ' αὐτοῦ· ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ σὺ νῦν εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτήν.

1. Didicistis heri, carissimi, eximiam patriarchæ humilitatem, vidistis lenitatem egregiam. Neque enim erat res vulgaris, quod senex, qui tot beneficia contulerat, quem tanta benevolentia Dominus omnium prosequebatur, pari honore dignaretur juvenem, et fratris filium, et primatu illi cederet, inferioraque ipse deligeret, nihilque non faceret quo bellum impediret, et contentionis materiam e medio tolleret. Hunc omnes imitari studeamus, et numquam super proximum extollamur, numquam de nobis sublimia sentiamus : sed modestia conspicui cedamus aliis, et inferiores haberi conemur, tam verbis quam operibus, nec umquam eis qui nobis injuriam intulerunt, adversemur, etiamsi multis nostris affecti fuerint beneficiis : hæc enim optima est philosophia : neque contumeliâ affecti feroces simus, etiamsi inferiores nobis sint ii qui nobiscum contendunt : sed mansuetudine et lenitate iracundiam comprimamus. Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua tranquillitate, et quasi in portu constituit, et omnis recreationis ac quietis occasio nobis est. Eapropter et Christus divina illa docens dicebat : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde : et invenietis requiem animabus vestris*. Nihil enim animam ita in tranquillitate et quiete constituit, ut mansuetudo et modestia. Hæc omni diademate se possidenti est honoratior; hæc omni claritudine et gloria conducibilior. Quid enim beatius, quam intestino liberari bello? Nam quamvis plurima pace et famulatu externo fruamur, si intra nos cogitationum nascatur tempestas, tumultus et seditio, nihil externa pax nobis proderit : sicut neque miserabilius est aliud civitate, quæ licet aggeribus et muris bene sit munita, intus tamen cives foveat proditores. Hoc igitur obsecro, ut ante omnia nobis sit curæ, quomodo animam a turbulentia vindicemus, et in tranquillum statum educamus, atque ab omni liberemus amaritudine, quo et ipsi multa fruamur.

Matth. 11. 29.

Modestiam et mansuetudinem commendat.

Κατεμάθετε χθὲς, ἀγαπητοὶ, τοῦ πατριάρχου τὴν ὑπερβάλλουσαν ταπεινοφροσύνην, εἴδετε ἐπιεικείας ὑπερβολήν. Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸ τυχὸν τὸ τὸν πρεσβύτην, τὸν τοσαῦτα εὐεργετηκότα, τὸν τοσαύτης ἀπολαύοντα τῆς εὐνοίας παρὰ τοῦ πάντων Δεσπότου, τοσαύτην ἐπιδείξασθαι περὶ τὸν νέον, τὸν ἀδελφιδοῦν, τὴν ἰσοτιμίαν, ὥστε καὶ τῶν πρωτείων αὐτῷ παραχωρῆσαι, καὶ τὰ ἐλάττονα ἑλέσθαι, καὶ πάντα καταδέξασθαι ὑπὲρ τοῦ τὸν πόλεμον ἀναστεῖλαι, [illegible] νεικίας ὑπόθεσιν ἐκποδὼν ποιῆσαι. Τοῦτον ἅπαντες ζηλοῦν σπουδάζωμεν, καὶ μηδέποτε κατὰ τῶν πλησίον ἐπαιρώμεθα, μηδὲ μέγα φρονῶμεν· ἀλλὰ πολλὴν τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενοι παραχωρῶμεν, καὶ ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον σπεύδωμεν ἐν πράγμασι καὶ ἐν ῥήμασι, καὶ μήτε πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἀπεχθανώμεθα, κἂν εὐηργετημένοι τύχωσι παρ' ἡμῶν ὄντες· τοῦτο γὰρ ἀρίστη φιλοσοφία· μήτε πρὸς τὰς ὕβρεις ἀγριαίνωμεν, κἂν ὑποδεέστεροι εἶεν οἱ πρὸς ἡμᾶς διαπληκτιζόμενοι, ἀλλὰ τῇ ἐπιεικείᾳ καὶ τῇ πραΰτητι τὸν θυμὸν καταστέλλωμεν. Οὐδὲν γὰρ ταύτης ἰσχυρότερον, οὐδὲν ταύτης δυνατώτερον. Αὕτη τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἐν διηνεκεῖ καθίστησι τῇ γαλήνῃ, καθάπερ ἐν λιμένι αὐτὴν ὁρμίζεσθαι παρασκευάζουσα, καὶ πάσης ἀναπαύσεως ὑπόθεσις ἡμῖν γινομένη. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τὴν θείαν ἐκείνην διδασκαλίαν ποιούμενος ἔλεγε· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὴν ψυχὴν ἐν ἀναπαύσει καθίστησι καὶ, πολλῇ τῇ ἡσυχίᾳ, ὡς πραότης καὶ ταπεινοφροσύνη. Τοῦτο παντὸς διαδήματος τιμιώτερον ἂν γένοιτο τῷ ταύτην κεκτημένῳ, τοῦτο πάσης περιφανείας καὶ δόξης λυσιτελέστερον. Τί γὰρ ἂν γένοιτο μακαριώτερον τοῦ ἀπηλλαγμένου τοῦ ἐνδοθεν τικτομένου πολέμου; Κἂν γὰρ μυριάκις εἰρήνης ἔξωθεν ἀπολαύωμεν καὶ θεραπείας, ἔνδοθεν δὲ τίκτηται ἡμῖν ἐκ τῆς τῶν λογισμῶν ταραχῆς θόρυβος καὶ ζάλη, οὐδὲν ὄφελος τῆς ἔξωθεν εἰρήνης· ὥσπερ οὐδὲ πόλεώς τι [a]ἐλεεινότερον, κἂν μυρία τις τείχη καὶ χαρακώματα αὐτὴν περιβάλλῃ, ἐκ δὲ τῶν ἔνδοθεν ἐνοικούντων τὴν προδοσίαν ὑποβρένῃ. Τοῦτο τοίνυν, παρακαλῶ, πρὸ πάντων σπου-

[a] Alii ἐλεεινότερον γένοιτο. [Mox Savil. uncis inclusit τις.]

ὀάζωμεν, ἀτάραχον ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἐν ἡσυχίᾳ αὐτὴν καθιστάνει, πάσης ἀηδίας ἀπηλλάχθαι, ἵνα καὶ αὐτοὶ πολλῆς τῆς ἀναπαύσεως ἀπολαύωμεν, καὶ τοῖς συγγινομένοις ἡμῖν προσηνεῖς γινώμεθα. Τοῦτο γὰρ μάλιστα γνώρισμα ἀνθρώπου τοῦ λόγῳ τετιμημένου, τὸ ἥμερον, τὸ ἐπιεικὲς, τὸ πρᾶον, τὸ ταπεινὸν, τὸ ἥσυχον, τὸ μὴ καθάπερ ἀνδράποδον οὕτως ἕλκεσθαι καὶ σύρεσθαι, ἢ ὑπὸ ὀργῆς, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ περιγίνεσθαι τῶν ἐνδόθεν σκιρτημάτων, καὶ τὴν οἰκείαν διασώζειν εὐγένειαν, καὶ μὴ [b] διὰ ῥᾳθυμίας εἰς τὴν τῶν ἀλόγων ἐκπίπτειν θηριωδίαν. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅση τῆς πραότητος καὶ τῆς ἐπιεικείας ἡ ἰσχὺς, καὶ ὡς ἥρκεσεν D αὕτη μόνη ἡ ἀρετὴ τὴν αὐτὴν μετὰ ἀκριβείας κατωρθωκότα τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἐπαίνων ἀξιῶσαι, ἄκουε τοῦ μακαρίου Μωϋσέως τὴν ἀνακήρυξιν ἐντεῦθεν γινομένην, καὶ στέφανον αὐτῷ ἐκ ταύτης οὕτω πλεκόμενον. Καὶ Μωϋσῆς ἦν, φησὶ, πραότατος πάντων ἀνθρώπων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶδες ἐγκωμίου μέγεθος, ὃ πάσης αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἰσοστάσιον ἀπέφηνε, μᾶλλον δὲ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους προέκρινε; Καὶ πάλιν περὶ τοῦ Δαυὶδ φησιν ἡ Γραφή· Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαυὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. Ἐντεῦθεν καὶ ὁ πατρι- E ἄρχης πολλῷ πλείονα τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν ἐπεσπάσατο, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσενεγκὼν, τῶν μειζόνων ἠξιώθη παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. Καὶ τοῦτο εἴσεσθε, ἐπειδὰν εἰς μέσον προθῶμεν ὑμῖν τὰ ἀκόλουθα τῶν χθὲς εἰρημένων, καὶ τὰ πρῶτον ἀναγνωσθέντα ἀναπτύξωμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν ἐπιδειξάμενος τὴν ἐπιείκειαν παρεχώρησε τῷ Λὼτ τῶν πρωτείων, καὶ τῆς ἐκλογῆς αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν δεδωκὼς, εἵλετο προθύμως τὴν ἐλάττονα μερίδα 341 ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν ἐκποδὼν γενέσθαι φιλονεικίαν· ὅρα A ὅσης ἀπολαύει παραχῤῥῆμα παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς ἀμοιβῆς, καὶ ὅπως ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας μείζονος ἀξιοῖ τῆς ἀντιδόσεως τὸν πατριάρχην. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἐπειδὰν ἴδῃ μικρόν τι εἰσενεγκόντας ἡμᾶς, δαψιλεῖς ἡμῖν παρέχει τὰς παρ' ἑαυτοῦ ἀμοιβὰς, καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυται τὴν φιλοτιμίαν, ὡς πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπεραντίσαι τὰ παρ' ἡμῶν γεγονότα.

Καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν παρ' ἡμῶν ἐπιτελουμένων εὑρήσει τις παρ' αὐτοῦ γινόμενον. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, δύο ὀβολῶν ἂν γένοιτο εὐτελέστερον; Ἀλλ' B ὅμως τὴν χήραν ἐκείνην, τὴν τοὺς δύο ὀβολοὺς καταβαλοῦσαν, ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνακηρύττεσθαι πεποίηκε. Καὶ τί λέγω δύο ὀβολούς; Κἂν ποτήριον ψυχροῦ τις δῷ, καὶ ὑπὲρ τούτου μεγάλας ὁρίζει τὰς ἀμοιβὰς, ἀπὸ τῆς

[b] Septem Mss. διὰ ῥᾳθυμίαν.

mur quiete, et iis qui familiaritatem nobiscum habent, simus blandi. Hoc enim certissimum signum, quo internoscitur vir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus et quietus : si non quasi servus ducatur et trahatur aut ab ira, aut ab aliis affectionibus ; sed ratione vincat infernos illos incompositos motus, nobilitatemque suam servet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et ut discas quantum mansuetudinis et lenitatis sit robur, et quod sola hæc virtus possit se colentem diligenter ineffabilibus illis laudibus dignum reddere, audi beatum D Mosem hinc potissimum prædicari, et ex hac ei coronam plecti. *Et Moses,* inquit, *erat mitissimus* *Num.* 12. *omnium hominum, qui super terram.* Vidisti [3]. encomii magnitudinem, quod omni eum humano generi parem pronuntiet, imo omni hominum generi præferat? Et iterum de David dicit Scriptura : *Memento, Domine, David, et omnis* *Psal.* 131. *mansuetudinis ejus.* Hinc patriarcha sibi majo- [1]. rem cælitus conciliavit benevolentiam, et afferens quæ sua erant, a misericorde Deo majora assequutus est. Hoc scietis et vos, ubi attulerimus in E medium ea quæ hesterna dicta sequuntur, et quæ prius sunt lecta caritati vestræ declaraverimus. Nam quia Abram multam præ se ferens mansuetudinem Loto potiorem partem cessit, et omnem ei eligendi facultatem permittens, cum gaudio elegit minorem portionem, modo auferretur omnis contentio : vide quantam statim mercedem a Deo consequitur, et quomodo adhuc majori retributione, etsi multum divitiis abundet, patriarcham dignatur Deus. Talis enim est Dominus noster, ut si quando vel parvum quid attulisse nos viderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tantamque præ se ferat liberalitatem, ut ea quæ a nobis sunt facta, multis numeris a novis ejus beneficiis vincantur.

2. Et hoc in omnibus nostris factis inveniet quis ab eo fieri. Quid enim, dic mihi, vilius duobus obolis? Attamen quia vidua illa duos *Luc.* 21. 3. obolos in corbonam misit, inde celebris universo mundo facta est ab eo tempore usque in præsens. Et quid dico duos obolos? Etiamsi quis *Matth.* 10. calicem aquæ frigidæ præbeat, pro eo etiam ma- 42. Non dani gnæ decernuntur retributiones : semper enim magnitudo,

sed dantis animus spectatur.

Coronat eos qui virtutem operantur, secundum operantium voluntatem. Similiter in precum assiduitate istuc ipsum ab eo fieri videre licet. Nam si quem videat alacriter se adeuntem, statim ei dicit : *Adhuc loquente te ecce adsum.* Quod si ampliorem sedulitatem teneat, et magno desiderio, ferventique mentis alacritate petitiones emittat : etiam ante petitionem prædicat et coronat : id quod et in Chananæa muliere declaravit. Quoniam enim vidit indefatigabilem ejus constantiam et perseverantiam, ubi primum eam prædicavit, et ut ita dicam, coronavit, totique mundo celebravit, postea liberalitate magna preces ejus etiam superavit. Nam, ut dixit : *O mulier, magna est fides tua* : tunc subdidit, *Fiat tibi sicut vis.* Et si voluerimus singula Scripturæ divinæ exempla afferre, ubique magnam Domini munificentiam videbimus. Hoc probe sciebat patriarcha ille, cedentem minoribus assequuturum majora, sicut heri audivistis : cessit Loto, regionemque deteriorem elegit, ut contentionis resecaret occasiones, et ostensa virtute sua peculiari totam domum pacatam redderet. Cæterum videamus ex recens lectis, quænam pro tanta mansuetudine accipiat a Deo præmia. 14. *Et dixit,* inquit, *Deus Abræ, postquam separatus est ab eo Lot : Elevatis oculis tuis cerne a loco in quo tu nunc es, ad aquilonem et meridiem, et orientem et mare :* 15. *quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, et semini tuo usque in sæculum.* Vide quomodo divina Scriptura acceleratam Dei providentiam et retributionem justo factam demonstrat. Volens enim nos docere, quantum approbata fuerit a misericorde Deo patriarchæ humilitas, postquam dixit, separatum fuisse Lot, et abiisse in terram quam elegit ut præstantiorem ; statim subdidit : *Et dixit Deus Abræ.* Deinde ut diligenter discamus hæc dixisse Deum in mercedem eorum quæ circa Lotum fecerat, hæc addidit : *Et dixit Deus Abræ, postquam separatus est ab eo Lot,* quasi manifeste hæc ei verba dicens : Ob tuam mansuetudinem regione meliore et amœniore fratris filio cessisti, et eximiam præ te tulisti humilitatem, tantamque pacis habuisti curam, ut nihil non potius delegeris, quam esse inter vos contentiones : eapropter largas illas a me remunerationes accipe. *Elevatis,* inquit, *oculis tuis, vide a loco in quo tu nunc es, ad aquilonem et meridiem, et orientem et mare : quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam et se-*

Isai. 65. 24.

Matth. 15. 28.

γνώμης ἀεὶ στεφανῶν τοὺς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦντας. Καὶ ἐπὶ τῆς προσεδρίας δὲ τῶν εὐχῶν τοῦτο ἴδοι τις ἂν παρ' αὐτοῦ γινόμενον. Ἐὰν γὰρ ἴδῃ μετὰ θερμότητός τινα προσιόντα, εὐθέως ἐρεῖ πρὸς αὐτόν· Ἔτι λαλοῦντός σου ἰδοὺ πάρειμι. Εἰ δὲ πλείονα τὴν προσεδρίαν ἐπιδείξηται, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόθου καὶ ζεούσης τῆς προθυμίας τὰ τῆς αἰτήσεως φιλοτιμεῖται, καὶ πρὸ τῆς αἰτήσεως ἀνακηρύττει καὶ στεφανοῖ· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς Χαναναίας πεποίηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτῆς τὸν τόνον καὶ τὴν πολλὴν ἔνστασιν, πρότερον ἀνακηρύξας καὶ στεφανώσας, ὡς εἰπεῖν, διὰ τῶν ἐγκωμίων, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ κατάδηλον αὐτὴν ποιήσας, τότε καὶ τὰ τῆς αἰτήσεως ἐφιλοτιμήσατο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. Εἰπὼν γὰρ, Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις, τότε ἐπήγαγε, Γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Καὶ εἰ βουλοίμεθα ἕκαστον τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐκλέγειν, πανταχοῦ πολλὴν ὀψόμεθα τὴν φιλοτιμίαν τοῦ Δεσπότου. [illegible] πατριάρχης ἐπιστάμενος, καὶ εἰδὼς ὅτι ὁ τῶν ἐλαττόνων παραχωρήσας μειζόνων ἐπιτεύξεται, καθάπερ χθὲς ἠκούσατε, παρεχώρησε τῷ Λὼτ, καὶ εἵλετο τὴν εὐτελεστέραν χώραν, ἵνα καὶ τῆς φιλονεικίας τὰς ἀφορμὰς περιέλῃ, καὶ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπιδείξηται, καὶ ἐν εἰρήνῃ καταστήσῃ τὴν οἰκίαν ἅπασαν. Ἀλλ' ἴδωμεν ἐκ τῶν προσφάτως ἀνεγνωσμένων, τίνας λαμβάνει τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τοῦ Δεσπότου ὑπὲρ τῆς τοσαύτης ἐπιεικείας. Καὶ εἶπε, φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ μετὰ τὸ διαχωρισθῆναι τὸν Λὼτ ἀπ' αὐτοῦ· ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως τοῦ αἰῶνος. Ὅρα τὸ τάχος τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ τῆς ἀμοιβῆς, ἧς περὶ τὸν δίκαιον ἐπιδείκνυται. Βουλομένη γὰρ ἡμᾶς διδάξαι ἡ θεία Γραφὴ, ὅσης ἀποδοχῆς ἠξιώθη παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ταπεινοφροσύνῃ, εἰποῦσα ὅτι διεχωρίσθη ὁ Λὼτ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν, ἣν εἵλετο ὡς καλλιστεύουσαν, εὐθέως ἐπήγαγε· Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ. Εἶτα ἵνα μάθωμεν μετὰ ἀκριβείας ὅτι ὑπὲρ τῶν εἰς τὸν Λὼτ γεγενημένων ἀμειβόμενος αὐτὸν ταῦτά φησι, προσέθηκε· Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραμ μετὰ τὸ διαχωρισθῆναι τὸν Λὼτ ἀπ' αὐτοῦ· μονονουχὶ ταυτὶ πρὸς αὐτὸν φανερῶς λέγων τὰ ῥήματα· παρεχώρησας διὰ πολλὴν ἐπιείκειαν τῆς καλλιστευομένης χώρας τῷ ἀδελφιδῷ, καὶ τὴν ἄκραν ἐπεδείξω ταπεινοφροσύνην, καὶ τοσαύτην ἐποιήσω τῆς εἰρήνης τὴν πρόνοιαν, ὡς πάντα καταδέξασθαι ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν εἶναι ὑμῶν μεταξὺ φιλονεικίαν· διὰ τοῦτο λάμβανε παρ' ἐμοῦ δαψιλεῖς τὰς ἀμοιβάς. Ἀναβλέψας, φησὶ, τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα, καὶ ἀνατο-

λὰς καὶ θάλασσαν · ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως τοῦ αἰῶνος. Εἶδες ἀντίδοσιν πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερβαίνουσαν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα; Δι' αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἔρχεται ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, δι' ὧν καὶ ὁ πατριάρχης τὴν παραχώρησιν ἐποιήσατο. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἔλεγεν, Οὐχ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐναντίον σου; διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ· εἰ σὺ εἰς δεξιὰ, ἐγὼ εἰς ἀριστερά· εἰ δὲ σὺ εἰς ἀριστερὰ, ἐγὼ εἰς δεξιά· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης φησίν· Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ σὺ εἶ νῦν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἐνταῦθά μοι σκόπει τῆς φιλοτιμίας τὴν ὑπερβολήν. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶν, αἵρεσιν δοὺς τὴν τῆς ἐκλογῆς, τὴν μὲν παρεχώρησας, ἥνπερ ἐλέσθαι ἐβουλήθη, τὴν δὲ ὑπολειφθεῖσαν αὐτὸς κατεδέξω· ἐγὼ δὲ τοσαύτην ποιοῦμαι τὴν φιλοτιμίαν, ὡς πᾶσαν τὴν γῆν τὴν ὑποπίπτουσαν τῇ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν θέᾳ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, ἀπὸ ἄρκτου καὶ ἀπὸ μεσημβρίας, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν ὁρᾷς, σοὶ παραχωρήσειν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ Καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως τοῦ αἰῶνος. Εἶδες ἀξίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος τὴν φιλοτιμίαν; εἶδες ὅσων παραχωρήσας, ὅσων ἠξιώθη; Ἐντεῦθεν παιδευώμεθα πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι δαψίλειαν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα μικρὰ δόντες μεγάλων ἀξιωθῶμεν. Ποῦ γὰρ ἴσον, εἰπέ μοι, ἀργύριον βραχὺ δοῦναι, καὶ συγχώρησιν ἁμαρτημάτων κομίσασθαι; θρέψαι πεινῶντα, καὶ παῤῥησίας ἀξιωθῆναι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ, καὶ ἀκοῦσαι τὰ τῆς βασιλείας ἀντάξια ῥήματα, Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν; Μὴ γὰρ ὁ σοὶ παρασχὼν τὴν τοσαύτην δαψίλειαν οὐκ ἠδύνατο κἀκείνου τὴν ἔνδειαν παραμυθήσασθαι; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἀφῆσιν αὐτὸν τῇ πενίᾳ τρύχεσθαι, ἵνα κἀκεῖνος τῆς ὑπομονῆς πολὺν κομίζηται τὸν μισθὸν, καὶ σὺ τὴν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης σαυτῷ προαποθῇ τὴν παῤῥησίαν.

Εἶδες φιλανθρωπίαν Δεσπότου, πῶς ἅπαντα διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν οἰκονομεῖ; Ὅταν οὖν ἐννοήσῃς, ὅτι διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν ὠφέλειαν ἐκεῖνος τῇ πενίᾳ προσπαλαίων λιμῷ διαφθείρεται, μὴ παρέλθῃς ἀνηλεῶς, ἀλλὰ γενοῦ πιστὸς οἰκονόμος τῶν παρὰ τοῦ Δεσπότου σοι παρασχεθέντων, ἵνα τὴν ἐκείνου ἔνδειαν παραμυθησάμενος πολλὴν ἐπισπάσῃ τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν. Καὶ δόξασόν σου τὸν Δεσπότην, ὅτι διὰ σὲ καὶ 343
τὴν σὴν σωτηρίαν συνεχώρησεν ἐκεῖνον ἐν πενίᾳ διάγειν, ἵνα σὺ δυνηθῇς δόδον εὑρεῖν, δι' ἧς δυνήσῃ καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Δεσπότου σοι παρασχεθέντα καλῶς οἰκονομήσας, τῶν ἐπαίνων ἐκείνων ἀξιωθῆναι τῶν πάντα λόγον καὶ διάνοιαν ὑπερβαινόντων. Ἀκούσῃ γὰρ, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπ' ὀλίγῳ ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε κα-

mini tuo usque in sæculum. Vidisti retributionem gesta ejus multis modis superantem? Iisdem verbis utitur misericors Dominus, quibus et patriarcha cessionem fecerat. Nam sicut patriarcha dicebat: *Ecce, annon omnis terra coram te? separare a me: si tu ad dextram, ego ad sinistram; si tu ad sinistram, ego ad dextram:* ita et Dominus dicit: *Elevatis oculis tuis vide a loco in quo tu nunc es: quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, et semini tuo usque in sæculum.* Hic, quæso, animadverte ingentem munificentiam. Tu quidem, inquit, dato illi electionis arbitrio, ea, quam ille voluit eligere, terra cessisti, relictam autem ipse accepisti: ego vero tanta te liberalitate prosequar, ut omnem quam ante oculos tuos terram vides sitam, ex utroque latere dextro et sinistro, a septentrione et meridie, ab oriente et occidente, et in summa, omnem terram quam cernis, tibi sum concessurus: neque tibi solum, sed *Et semini tuo usque in sæculum.* Vidisti dignam divina bonitate munificentiam? vidisti quantis cessit, quanta est assequutus? Hinc erudiamur, ut magna in dandis eleemosynis largitate utamur, quo datis parvis adipiscamur magna. Quomodo enim pariæ sunt, dic, obsecro, dare parum argenti, et obtinere peccatorum remissionem? pascere esurientem, et in die illa horribili fiduciam assequi, et audire verba cum regno conferenda: *Esurivi, et dedistis mihi manducare?* Num qui tibi tantam rerum dedit ubertatem, potuit et illius inopiam levare et solari? Sed hac de causa relinquit illum inopia vexari, ut et ipse patientia multum mercedis acquireret, et ut per eleemosynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. *Matth.* 25. 35. Cur Deus sinat nos affligi.

3. Vidisti misericordiam Domini, quomodo propter nostram salutem dispenset omnia? Itaque dum cogitas, propter te et propter tuam utilitatem illum cum inopia conflictantem fame perire, ne absque misericordia transeas, sed esto fidelis eorum, quæ tibi a Domino concessa sunt, bonorum dispensator, ut illius sublevando penuriam, multam tibi supernam concilies gratiam. Et glorifica Dominum tuum, quod propter te et salutem tuam permiserit illum in paupertate versari, ut tibi via pateat, per quam peccata possis abluere, et dispensatis bene iis quæ a Domino tibi sunt concessa, laudes illas mereare, quæ omnem sermonem et rationem transcendunt. Audies enim, *Euge, serve bone et fide-* *Matth.* 25. 23.

lis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium Domini tui. Hæc animadvertentes, ita respiciamus pauperes, quasi beneficos, qui occasiones salutis dare nobis possunt, et eis largiter hilarique animo erogemus, numquam renuentes dare, sed magna lenitate cum eis colloquentes, et multam mansuetudinem declarantes. *Inclina,* inquit, *pauperi aurem tuam, et responde ei pacifice in mansuetudine,* ut et antequam des, verborum clementia multa inopia dejectum ejus animum erigas ; *Melior enim est,* inquit, *sermo, quam donatio.* Adeo etiam verbum animam roborare, consolationemque multam afferre solet. Igitur non tantum attendentes eum qui accipit, in dandis eleemosynis simus liberales : sed ratiocinantes potius quis ille sit qui ea quæ in pauperem collocata sunt, ut sibi facta vindicat, et pro datis solutionem pollicetur : atque ita animo illum intuentes, magna alacritate dare studeamus, et largam, dum adhuc tempus est, sementem jaciamus, ut et ubertim metamus. Nam *Qui parce seminat,* inquit, *parce et metet.* Manu igitur minime parca semina illa bona spargamus, ut suo tempore ubertim metamus. Nunc enim seminandi tempus est, quod ne prætereamus obsecro, ut in die retributionis pro iis quæ hic seminavimus, fructus percipiamus, et Domini misericordiam assequamur. Nullum enim omnino aliud opus bonum sic poterit restinguere peccatorum nostrorum incendium, ut eleemosynæ largitas : ista et peccatorum nostrorum abolitionem operatur, et nobis fiduciam conciliat, et ineffabilium illorum bonorum fructum præparat. Verum de his quidem satis dictum est in cohortationem vestram ; et demonstratum nos si parva dederimus, a Domino nostro magna consequuturos esse. Hinc enim sermo in eleemosynæ admonitionem devolutus est : quia enim diximus patriarcham, dum partem terræ meliorem Lot concessit, et viliorem ipse retinuit, tantam a Domino consequutum esse liberalitatem, ut omnem cogitationem transcendat promissio quam ei Dominus fecit : *Elevatis enim oculis tuis,* inquit, *vide a loco, in quo tu nunc es, ad aquilonem et meridiem, et orientem et mare : quia omnem terram, quam tu vides, eam tibi dabo et semini tuo usque in sæculum.* Parte terræ, inquit, cessisti fratris

Eccli. 4. 8.

Eccli. 18. 16.

2. Cor. 9. 6.

Serendi tempus est hæc vita.

ταστήσω : εἰσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. Ταῦτα ἐννοοῦντες, καθάπερ εὐεργέτας, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς παρέχειν δυναμένους, οὕτως ὁρῶμεν τοὺς πένητας, καὶ μετὰ δαψιλείας καὶ ἱλαρᾶς τῆς προθυμίας παρέχωμεν, μηδέποτε ἀνανεύοντες περὶ τὴν δόσιν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας διαλεγόμενοι, καὶ πραότητα πολλὴν δεικνύμενοι. Κλῖνον γὰρ πτωχῷ τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραΰτητι, ἵνα καὶ πρὸ τῆς δόσεως τῇ προσηνείᾳ τῶν ῥημάτων τὴν καταβεβλημένην αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὸ τῆς πολλῆς ἐνδείας ἀναστήσῃς· Κρεῖσσον γὰρ, φησὶ, λόγος ἢ δόσις. Οὕτως οἶδε καὶ ῥῆμα νευρῶσαι ψυχὴν, καὶ πολλὴν εἰσαγαγεῖν τὴν παραμυθίαν. Μὴ τοίνυν πρὸς τὸν λαμβάνοντα μόνον ὁρῶντες τὴν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην φιλοτιμίαν ποιώμεθα, ἀλλὰ λογιζόμενοι τίς ἐστιν ὁ οἰκειούμενος τὰ εἰς τὸν πένητα γινόμενα, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν διδομένων ἔκτισιν ὑποσχόμενος, οὕτω πρὸς ἐκεῖνον τείνοντες τὴν διάνοιαν μετὰ πάσης προθυμίας παρέχειν σπουδάζωμεν, καὶ σπείρωμεν, ὡς ἔτι καιρὸς, μετὰ δαψιλείας, ἵνα καὶ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. Ὁ σπείρων γὰρ, φησὶ, φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει. Ἀφειδεῖ τοίνυν τῇ χειρὶ καταβάλλωμεν τὰ καλὰ ταῦτα σπέρματα, ἵνα ἐν καιρῷ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. Νῦν μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοῦ σπόρου καιρὸς, ὃν μὴ παραδράμωμεν, παρακαλῶ, ἵνα ἐν τῇ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἐνταῦθα σπαρέντων ἡμέρᾳ, τοὺς καρποὺς ἀποδρεψώμεθα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἕτερον τῶν κατορθωμάτων οὕτω δυνήσεται σβέσαι τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν τὴν πυρὰν, ὡς ἡ τῆς ἐλεημοσύνης δαψίλεια. Αὕτη καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὸν ἀφανισμὸν ἐργάζεται, καὶ παῤῥησίας ἡμῖν πρόξενος γίνεται, καὶ τῶν ἀπορῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν προευτρεπίζει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς εἴρηται πρὸς τὴν ὑμετέραν προτροπὴν, καὶ πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μικρὰ διδόντες μεγάλων ἀξιούμεθα παρὰ τοῦ Δεσπότου. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡμῖν καὶ ὁ λόγος πρὸς τὴν τῆς ἐλεημοσύνης παραίνεσιν ἐξεκυλίσθη· ἐπειδὴ *γὰρ ἐλέγομεν, ὅτι μέρους γῆς παραχωρήσας ὁ πατριάρχης, καὶ τὸ κάλλιστον τῆς χώρας προέμενος τῷ Λὼτ, καὶ τὴν φαυλοτάτην γῆν ἑλόμενος ἑαυτῷ τοσαύτης ἠξιώθη τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλοτιμίας, ὡς ὑπερβαίνειν πάντα νοῦν καὶ διάνοιαν τὴν ὑπόσχεσιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγενημένην. Ἀναβλέψας γὰρ, φησὶ, τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ σὺ εἶ νῦν, πρὸς βορρᾶν καὶ [a] λίβα· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος. Μέρος γῆς, φησὶ, παρεχώρησας τῷ ἀδελφιδῷ· ἰδοὺ ἐγὼ ὁλόκλη-

Gen. 13. 14.

344

* [Omittit γάρ Cod. Coislin. n° 65.]

[a] Post λίβα unus addit καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν, et ita legit vetus Interpres.

ρὸν σοι τὴν γῆν ὑπισχνοῦμαι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ σπέρματί σου παρέξειν ἐπαγγέλλομαι αὐτὴν, καὶ ἕως αἰῶνος, τοῦτ' ἔστι διηνεκῶς. Εἶδες πῶς φιλοτιμεῖται ἐν ταῖς εὐεργεσίαις; Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὅτι τούτου μάλιστα ἐπεθύμει ὁ πατριάρχης, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν οὕτω νευρώσει, φησί· καὶ τοῦτό σοι παρέξω, ὥστε καὶ τοὺς ἀπὸ σοῦ τικτομένους διαδέξασθαι τῆς γῆς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ διηνεκῆ ταύτης ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Εἶτα ἵνα μὴ πρὸς τὴν οἰκείαν μόνον φύσιν, καὶ πρὸς τὸ γῆρας τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τῆς Σάρας στείρωσιν ἀπιδὼν, ναρκήσῃ πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν, ἀλλὰ θαρρήσῃ τῇ τοῦ ὑποσχομένου B δυνάμει, φησί· Καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου, ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. Εἰ δυνήσεταί τις τὴν ἄμμον τῆς γῆς ἐξαριθμῆσαι, καὶ τὸ σπέρμα σου ἀριθμηθήσεται. Ἀληθῶς ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἦν ἡ ὑπόσχεσις· οὐ μόνον γὰρ πατέρα αὐτὸν ποιήσειν ὑπέσχετο, τοσούτων ὄντων τῶν κωλυμάτων, ἀλλὰ καὶ εἰς πλῆθος τοσοῦτον ἐπιδώσειν, ὡς τῇ ἄμμῳ τῆς γῆς παρισωθῆναι, καὶ ἀνώτερον ἀριθμοῦ τὸ πλῆθος γενέσθαι, τὴν ἐπίτασιν τῆς ὑπερβολῆς διὰ τοῦ παραδείγματος ἐμφῆναι βουλόμενος. Σκόπει πῶς ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης κατὰ μικρὸν γυμνάζει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, ὅτι Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν C ταύτην· νῦν πάλιν φησὶ, Καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω ἕως αἰῶνος, καὶ ποιήσω αὐτὸ ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. Καὶ τέως μέχρι λόγων τὰ τῆς ὑποσχέσεως, καὶ πολὺς ἐν μέσῳ παραγίνεται χρόνος, ἵνα καὶ τῆς γνώμης τοῦ πατριάρχου μάθωμεν τὸ φιλόθεον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν. Ἐπίτηδὲς γὰρ μέλλει καὶ ἀναβάλλεται, ἵνα εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσαντες οἱ τὴν ὑπόσχεσιν δεξάμενοι, καὶ ἀπογνόντες, ὡς εἰπεῖν, τέως κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν, τότε καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας τὴν πεῖραν, καὶ τῆς ἀφάτου δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν ἴδωσιν.

Ἐννόει δέ μοι ἐκ τῆς παρατάσεως τοῦ ἐν μέσῳ D χρόνου τὸ στερρὸν τῆς τοῦ πατριάρχου γνώμης, πῶς πάντα τὰ ἀνθρώπινα παρατρέχων, πρὸς τὸ δυνατὸν τοῦ ὑποσχομένου τείνας τὴν διάνοιαν, οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ ἐταράττετο. Ἴστε γὰρ πολλάκις, ὅτι ἐπειδάν τις ἅπαξ καὶ δεύτερον ὑποσχόμενος μηδέπω εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὰ ἐπαγγελθέντα, πῶς ὀκνηρότεροι γινόμεθα πρὸς τὸ πάλιν αὐτῷ πιστεῦσαι ὑπισχνουμένῳ. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀνθρώπου εἰκότως ἂν τοῦτο γένοιτο· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ μετὰ πολλῆς σοφίας τὰ ἡμέτερα οἰκονομοῦντος, ἐπειδὰν ἅπαξ ἐπαγγείληται, κἂν μυρία ἐν τῷ μέσῳ κωλύματα παρεμπίπτοι, πρὸς τὸ μέγεθος E τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ὁρῶντας θαρρεῖν χρὴ, καὶ ἐστηριγμένον ἔχειν τὸν λογισμὸν, καὶ εἰδέναι ὡς πάντως εἰς ἔργον ἐκβῆναι δεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ὃ δυνήσεταί ποτε διακόψαι τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπηγγελμένα· Θεὸς γάρ ἐστιν, ᾧ πάντα δυνατά·

filio : ecce ego totam tibi terram polliceor; neque hoc solum, sed et semini tuo polliceor eam usque in sæculum : hoc est, perpetuo. Vidisti quomodo certat beneficiis? Sciens enim Deus hoc maxime cupere patriarcham, et nihil ejus alacritatem ita roboraturum esse, inquit : Et hoc tibi concedam, ut qui ex te nascentur, succedant, et similiter terra fruantur, habeantque perpetuum illius dominium. Deinde, ut ne respiciens ad naturam et senectutem suam, Saræque sterilitatem, promissionem minus curaret, sed bene fideret pollicentis virtuti, inquit : 16. *Et faciam semen tuum sicut arenam terræ. Si quis potest numerare arenam terræ, et semen tuum numerabitur.* Vere supra naturam humanam erat hæc promissio : non solum enim promisit se facturum eum patrem inter tot impedimenta, sed in tantum multiplicaturum filios, ut arenæ terræ comparari possent. Innumeram porro multitudinem fore tam hyperbolica similitudine declarare voluit. Attende quomodo misericors Deus paulatim virtutem justi hujus exerceat. Nam cum superius dixerit : *Semini tuo dabo terram hanc* : nunc iterum dicit : *Et semini tuo usque in sæculum dabo, et faciam illud quasi arenam terræ.* Hactenus sermonibus tantum facta est promissio, interceditque inter rem et promissionem multum temporis, ut religiosam patriarchæ mentem, et ineffabilem Dei virtutem discamus. Data enim opera differt ac moratur, ut cum ii, quibus promissio facta, in extremam pervenerint senectam, et secundum humanam rationem, ut ita dicam, omnino desperaverint, tunc suam infirmitatem, et inenarrabilis potentiæ Dei eminentiam agnoscant.

Abrahæ virtutem paulatim exercet Deus.

4. Hoc loco expendas, quæso, a temporis tanta intercapedine, quam solida fuerit patriarchæ mens, quomodo humanis omnibus præteritis, ad potentiam ejus qui pollicitus erat, respiciens, non impatiens, non turbatus fuerit. Scitis enim quomodo plerumque quando quis semel atque iterum pollicetur, et promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum iis quæ iterum promittit : id quod in homine non injuria locum habet : in Deo autem, qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ ejus respicientibus, confirmandaque est ratio, et sciendum, omnia quæ ab illo sunt dicta evenire modis omnibus necesse esse. Nihil enim est quod morari queat ejus promissiones,

quoniam Deus est, cui omnia sunt possibilia : et idcirco quocumque vult, res transfert, et ubi non sunt viæ, invenire scit vias, ac nos desperatos in bonam spem adducit, quo excellentia potentissimæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat. Dicit enim : 17. *Surge, et perambula terram in longitudinem ejus et latitudinem, quia tibi dabo eam.* Vide quomodo in rebus omnibus multam securitatem justo viro ingerere satagit. Dicit enim : Surge, et circumi, et addisce tam latitudinem, quam longitudinem, ut scire possis et magnitudinem terræ qua fruiturus es, et antequam fruaris, spe pastus, magnam inde animi voluptatem haurias. Nam quantumcumque terræ circumieris, tibi dabo, ut scias te non tantum dimisisse, quantum accepturus es. Ne igitur putes te minorem terram sortitum esse, quoniam ille arripuit, quæ prima sibi visa est et potior. Scies enim non multo post ex rebus ipsis, quam nihil profuerit ei potioris terræ electio; et ipse discet, quantum malum est primas amare partes. Tu autem nunc accipe modestiæ et clementiæ, quam erga fratris filium declarasti, mercedem; promissa sume, et jam cognosce terram omnem cujus dominus es, et quam non multo post et tu ipse, et semen tuum in æternum possidebitis. *Et semini tuo*, inquit, *usque in sæculum.* Magna divinæ promissionis magnitudo, magna nostri omnium Domini, atque immensa liberalitas, magna mercedis præstantia, quam dat misericors et clementissimus Dominus beato illi, et ex illo nascituro semini. Ut hæc audivit patriarcha, de ineffabili bonitate Dei obstupefactus, 18. *Motis tabernaculis*, inquit, *venit, et habitavit juxta quercum Mambre, quæ est in Chebron.* Postquam, inquit, accepit promissionem, et separavit se Lot, tunc transtulit tabernaculum suum ad quercum Mambre. Vide philosophicam mentem, vide spiritus sublimitatem, quomodo facile inde migrat, nec gravatur de locis in loca transire. Invenies enim eum nulla consuetudine præventum et alligatum : id quod multis evenit, etiam iis qui se philosophos, et e mediis liberatos tumultibus jactant : et si quando tempus vocet, spiritualis sæpe negotii gratia, ut in alium locum concedant, sæpenumero morosi sunt, tristes, et migrationem ægre ferentes, eo quod consuetudine præoccupati sint. Verum non ita justus, sed jam tum philosophum agebat : et quasi peregrinus et hospes, ita nunc hinc illuc, nunc illinc huc transmigrabat, et per omnia religiosam suam

καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ὃ βούλεται, μεθίστησι τὰ πράγματα, καὶ πόρους ἐξ ἀπόρων εὑρεῖν δυνάμενος, καὶ μετὰ τὴν ἀπόγνωσιν τὴν ἡμετέραν εἰς χρηστὰς ἐλπίδας ἄγων, ἵν' οὕτω σαφέστερον αὐτοῦ μανθάνωμεν
345 τῆς εὐμηχάνου σοφίας τὴν ὑπερβολήν. Ἀναστὰς γάρ, A φησι, διόδευσον τὴν γῆν, εἰς τε τὸ μῆκος αὐτῆς καὶ εἰς τὸ πλάτος, ὅτι σοι δώσω αὐτήν. Ὅρα πῶς διὰ πάντων τῶν πραγμάτων πολλὴν βούλεται πληροφορίαν ἐνθεῖναι τῷ δικαίῳ. Ἀναστὰς, φησὶ, περίελθε, καὶ κατάμαθε καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος, ἵνα εἰδέναι ἔχῃς καὶ τὸ μέγεθος τῆς γῆς, ἧς ἀπολαύειν μέλλεις, καὶ πρὸ τῆς ἀπολαύσεως τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος, πολλὴν ἔχῃς τὴν εὐθυμίαν. Ὅσην γὰρ ἂν περιέλθῃς γῆν, σοὶ δώσω αὐτὴν, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τοσαῦτα παρεχώρησας, ὅσα νῦν λαμβάνειν μέλλεις. Μὴ τοίνυν νομίσῃς τὴν ἐλάττονα εἰληφέναι, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τοῖς πρωτείοις φαινομένοις ἐπεπήδησεν. Εἴσῃ δὲ μετ' οὐ πολὺ δι' B αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ λυσιτελὴς ἦν αὐτῷ τῶν πρωτείων ἡ ἐκλογή· καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος μαθήσεται, ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ τῶν πρωτείων ἐρᾶν. Τέως δὲ αὐτὸς κομίζου τῆς ταπεινοφροσύνης καὶ τῆς ἐπιεικείας, ἣν περὶ τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπεδείξω, τὰς ἀμοιβὰς, καὶ δέχου τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ ἤδη καταμάνθανε τὴν γῆν ἅπασαν, ἧς κύριος εἶ, καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα τὸ σὸν εἰς τὸ διηνεκὲς καθέξετε. Καὶ τῷ σπέρματί σου γάρ, φησὶν, ἕως τοῦ αἰῶνος. Πολὺ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος, πολλὴ τῆς φιλοτιμίας τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου ἡ δαψίλεια, πολλὴ τῆς ἀμοιβῆς τῶν C φιλανθρώπου καὶ πανοικτίρμονος ἡ ὑπερβολὴ, ἣν περὶ τὸν μακάριον τοῦτον ἐποιήσατο, καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ μέλλοντι τίκτεσθαι σπέρματι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ πατριάρχης, καὶ ἐκπλαγεὶς τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, Ἀποσκηνώσας, φησὶν, ἐλθὼν κατῴκησε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρὴ, τὴν ἐν Χεβρών. Μετὰ τὸ δέξασθαι, φησὶ, τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ τὸν χωρισμὸν γενέσθαι τοῦ Λὼτ, τὴν σκηνὴν αὐτοῦ μετῴκισε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρή. Ὅρα φιλόσοφον γνώμην, ὅρα φρονήματος ὕψος, πῶς μετ' εὐκολίας μετανίσταται, καὶ οὐ δυσχεραίνει πρὸς τὸ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν. Καὶ γὰρ εὑρήσεις αὐτὸν οὐ συνηθείᾳ τινὶ προκατειλημμένον D καὶ προστετηκότα, ὃ πολλοὶ πολλάκις ὑπομένουσι καὶ τῶν δοκούντων φιλοσοφεῖν, καὶ τῶν ἐν μέσῳ θορύβων ἀπηλλάχθαι· καὶ εἴ ποτε καιρὸς καλοίη μεταναστῆναι, καὶ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπελθεῖν, πολλάκις καὶ πνευματικοῦ πράγματος ἕνεκα, δυσχεραίνοντας, ἀλύοντας, βαρέως φέροντας τὴν μετάστασιν εὕροις ἂν αὐτοὺς, διὰ τὸ τῇ συνηθείᾳ προειλῆφθαι. Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων ἐφιλοσόφει· καὶ καθάπερ ξένος καὶ παρεπίδημος, οὕτως ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κἀκεῖθεν ὧδε μετανιστάμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώμην διὰ τῶν ἔργων ἐσπούδαζεν ἐπι-
E δείκνυσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ κατεσκήνωσε παρὰ τὴν δρῦν

τὴν Μαμβρή, εὐθέως ἐκεῖ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε τῷ Κυρίῳ. Εἶδες εὐχάριστον γνώμην; Ἐπειδὴ γὰρ τὴν σκηνὴν ἐπήξατο, εὐθέως ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἐπαγγελίας τὰς εὐχαριστίας ἀνέφερε τῷ Δεσπότῃ. Καὶ καθ' ἕκαστον τόπον, ἔνθα κατεσκήνου, εὑρήσεις αὐτὸν τούτου πρὸ πάντων ἐπιμελούμενον, καὶ θυσιαστήριον οἰκοδομοῦντα, καὶ τὰς εὐχὰς ἀναφέροντα, καὶ ἀποστολικὸν νόμον πληροῦντα, τὸν κελεύοντα ἐν παντὶ τόπῳ εὔχεσθαι ἐπαίροντας ὁσίους 3/16
χεῖρας. Εἶδες ψυχὴν ἐπτερωμένην πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ A
πόθον, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εὐχάριστον γινομένην; Οὐδὲ γὰρ ἀνέμενεν εἰς ἔργον ἐλθεῖν τὰ ἐπαγγελθέντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως εὐχαριστεῖ, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται, ἵνα τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καὶ περὶ τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἐπαγγελιῶν ἐκκαλέσηται τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην.

Τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, καὶ θαῤῥῶμεν ταῖς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσι, καὶ μήτε ὁ χρόνος ἀμαυρούτω τὴν προθυμίαν, μήτε τὰ ἐν μέσῳ κωλύματα, ἂν συμβαίη, χαυνούτω ἡμῶν τὸν λογισμόν· ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει θαῤῥοῦντες, ὡς ἤδη πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶντες τὰς ὑποσχέσεις ἐκβεβηκυίας, οὕτω τὴν πίστιν B
εἰλικρινῆ ἐπιδειξώμεθα. Καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν μεγάλα καὶ ὑπέρογκα ἐπηγγείλατο ὁ Δεσπότης, καὶ ὑπερβαίνοντα τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, τῆς βασιλείας λέγω τὴν ἀπόλαυσιν, τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν, τὴν μετὰ ἀγγέλων διαγωγὴν, τὴν τῆς γεέννης ἀπαλλαγήν. Ἀλλὰ ὅμως μηδὲν ἀπιστῶμεν, ἐπειδὴ μὴ ὁρᾶται τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς· ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς ἐννοοῦντες τοῦ ἐπαγγειλαμένου, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ μέγεθος, τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς αὐτὰ κατοπτεύωμεν, καὶ ἐκ τῶν ἤδη παρασχεθέντων καὶ περὶ τῶν μελλόντων χρηστὰς ἔχωμεν τὰς ἐλπίδας· διὰ γὰρ C
τοῦτο καὶ ἐνταῦθα πολλὰ ἡμῖν ἐδωρήσατο, ἵνα ἐκ τούτων ὁδηγούμενοι καὶ περὶ ἐκείνων θαῤῥεῖν ἔχωμεν. Ὁ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐκδοὺς διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, πῶς οὐχὶ πάντα ἡμῖν τὰ λοιπὰ χαριεῖται; Καθάπερ καὶ Παῦλός φησιν· Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Εἰ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, εἰ τοῦ βαπτίσματος τὴν δωρεὰν ἐχαρίσατο, εἰ τῶν προλαβόντων ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν ἐδωρήσατο, εἰ μετανοίας ὁδὸν ἡμῖν ἔτεμεν, εἰ μυρία ἕτερα πρὸς τὴν σωτηρίαν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο, D
δηλονότι καὶ τὰ ἐν τῷ μέλλοντι ἡμῖν τεταμιευμένα ἀγαθὰ παρέξει. Ὁ γὰρ πρὸ τῆς εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς παρόδου ταῦτα προευτρεπίσας διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν χαριεῖται; Ὅτι γὰρ προλαβὼν ταῦτα ἡμῖν ἡτοίμασε τὰ ἀγαθὰ, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος πρὸς τοὺς ἐκ δεξιῶν ἑστῶτας· Δεῦτε

mentem operibus ipsis declarare studebat. Nam postquam tabernaculum fixit apud quercum Mambre, statim ibi exstruxit altare Domino. Vidisti mentem gratam? Quia mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino. Et in singulis locis ubi tabernaculum fixit, invenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, ut exstructo altari preces offerret, et apostoli præceptum impleret, jubentis ut in omni loco oretur, et eleventur 1. *Tim.* 2. 8. sanctæ manus. Vidisti animam divino amore succensam, et ad Deum volantem, proque omnibus gratias agentem? Non enim exspectavit donec promissa complerentur; sed et de promissione gratias agit, nihilque non facit, ut de præviis dignas gratias præ se ferens, Dominum suum provocet ad promissiones suas implendas.

5. Illum sane et nos imitemur, et promissionibus divinis fidamus; neque alacritas tempore obsolescat, neque mens remissior fiat ex obicibus qui interveniunt: sed virtuti divinæ fidentes, quasi jam ante oculos videremus promissiones impleri, ita puram et sinceram fidem exhibeamus. Magna enim et immensa promisit nobis Dominus, et quæ nostram transcendunt rationem, nempe nos participes regni fore, et ineffabilium bonorum consortes, cum angelis versaturos, et liberandos a gehenna. Cæterum neque diffidamus ideo quod ea non videntur corporalibus oculis; sed cogitantes mentiri non posse eum qui promisit, et ipsius potentiæ magnitudinem considerantes, hæc oculis fidei contueamur, et ex iis quæ jam concessa sunt, etiam de futuris bonam spem habeamus: ea enim de causa et hic multa nobis donata sunt, ut ex iis adjuvemur, manuque ducamur, ut de illis quoque bene speremus. Nam qui Filium suum tradidit propter suam in nos caritatem, quomodo non omnia nobis reliqua largiturus est? Sicut et Paulus inquit: *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non et omnia nobis cum illo donabit?* Si Filium suum tradidit pro nobis peccatoribus, si baptismatis donum largitus est, si priorum peccatorum remissionem tribuit, si pœnitentiæ viam nobis aperuit, si innumera alia ad salutem nostram operatus est, manifestum est eum et futura bona nobis reposita præbiturum. Nam qui propter suam bonitatem, antequam esse inciperemus, hæc præparavit, quomodo non et frui concedet? Quod autem prius hæc bona nobis præparaverit, audi quid dicat stantibus a dextris:

Moralis exhortatio ad constantiam in fide.

Rom. 8. 32.

Matth. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei, hereditate accipite regnum paratum vobis ante constitutionem mundi.* Vidisti bonitatis excellentiam, quanta erga nostrum genus benignitate usus sit, ut et ante jacta fundamenta mundi nobis regni cælorum fruitionem præparare dignatus sit? Igitur ne simus ingrati, obsecro, neque indignos talibus nos donis constituamus: sed diligamus, ut decet, Dominum nostrum, nihilque faciamus quod ejus erga nos benevolentiam impediat. Num enim nos priores rem illam cœpimus? Imo ipse prior magnam et inenarrabilem caritatem erga nos declaravit. Quomodo igitur non absurdum fuerit, si eum qui nos sic dilexit non diligamus totis viribus nostris? Ipse propter suam erga nos caritatem omnia cum voluptate sustinuit: et ex ipso paterno sinu exiliens, ut ita dicam, servi formam assumere voluit, per humana omnia transire, et ferre a Judæis contumelias et opprobria, denique et crucem, ac mortem ignominiosissimam, ut nos qui humi trahebamur, et infinitis peccatorum sarcinis oppressi eramus, nostra in se fide liberos faceret. Hæc enim omnia mente recogitans beatus Paulus, fervidus Christi amator, et quasi alatus universum orbem peragrans, qui in corpore quæ incorporearum naturarum propria sunt facere studebat, clamabat dicens: *Caritas enim Christi detinet nos.* Vide probitatem, vide virtutis excellentiam, vide ferventem amorem. *Caritas Christi detinet nos:* hoc est, compellit, cogit, concitat. Deinde volens interpretari quod a se dictum erat, inquit: *Judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est, ut et viventes posthac non sibi ipsis vivant, sed illi qui pro eis mortuus est et resurrexit.* Vidisti quomodo jure dixit, *Detinet nos caritas Christi?* Si enim pro nobis, inquit, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, ut nos viventes posthac non nobis ipsis vivamus, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Accipiamus igitur apostolicam admonitionem, et non nobis ipsis vivamus, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Et quomodo, dicet quispiam, poterimus non nobis ipsis vivere? Audi beatum virum iterum dicentem: *Vivo autem non jam ego: vivit autem in me Christus.* Vide quomodo super terram ambulans et carne circumdatus, quasi cælum inhabitans et inter incorporeas

2. Cor. 5. 14.

Ibid. v. 15.

Galat. 2. 20.

οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν [a] πρὸ καταβολῆς κόσμου. Εἶδες ἀγαθότητος ὑπερβολήν, πόσῃ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος κέχρηται τῇ φιλανθρωπίᾳ, ὡς καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ἡμῖν τῆς βασιλείας προευτρεπίσαι τὴν ἀπόλαυσιν; Μὴ τοίνυν ἀγνώμονες γενώμεθα, παρακαλῶ, μηδὲ ἀναξίους ἑαυτοὺς καταστήσωμεν τῶν τοσούτων δωρεῶν, ἀλλὰ ἀγαπήσωμεν, ὡς δεῖ, τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, καὶ μηδὲν διαπραττώμεθα τῶν διακοπτόντων τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ εὔνοιαν. Μὴ γὰρ αὐτοὶ προκατάρχομεν τοῦ πράγματος; Αὐτὸς προλαβὼν πολλὴν καὶ ἄφατον τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπε- δείξατο. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὸν οὕτως ἀγαπήσαντα 347 μὴ καὶ ἡμᾶς, ὅσον ἔχομεν δυνάμεως, ἀγαπᾶν; Αὐτὸς γὰρ διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην πάντα μεθ' ἡδονῆς ὑπέμεινε, καὶ ἐξ' αὐτῶν τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν ἁλλόμενος, ὡς εἰπεῖν, δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν κατε- δέξατο, καὶ διὰ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ἐλθεῖν, καὶ τὰς παρὰ Ἰουδαίων ὕβρεις καὶ ἀτιμίας ὑπομεῖναι, καὶ τὸ τελευταῖον σταυρὸν κατεδέξατο, καὶ θάνατον τὸν ἐπονειδιστον, ἵνα ἡμᾶς τοὺς χαμαὶ συρομένους, καὶ μυρίοις φορτίοις ἁμαρτημάτων βαρουμένους, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἐλευθερώσῃ. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐννοῶν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ θερμὸς ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ, ὁ καθάπερ ὑπόπτερος τὴν οἰκουμένην περι- τρέχων ἅπασαν, ὁ ἐν σώματι τὰ τῶν ἀσωμάτων ἐπι- δείκνυσθαι σπουδάζων, ἐβόα λέγων· Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς. Ὅρα εὐγνωμοσύνην, ὅρα ἀρετῆς ὑπερβολήν, ὅρα πόθον ζέοντα. Ἡ ἀγάπη, φησὶ, τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς· τοῦτ' ἔστιν, ὠθεῖ, καταναγκάζει, κατεπείγει. Εἶτα ἑρμηνεῦσαι βουλό- μενος τὸ παρ' ἑαυτοῦ ῥηθέν, φησί· Κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ ἁπάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθα- νόντι καὶ ἐγερθέντι. Εἶδες πῶς εἰκότως ἔλεγεν, ὅτι Συνέχει ἡμᾶς ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ; Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, φησὶ, πάντων ἀπέθανε, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ἵνα ἡμεῖς οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Δε- χώμεθα τοίνυν τὴν παραίνεσιν τὴν ἀποστολικὴν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Καὶ πῶς, φησὶ, δυνησόμεθα μὴ ἑαυτοῖς ζῆν; Ἄκουε τοῦ μακαρίου τούτου πάλιν λέγοντος· Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὅρα πῶς ἐπὶ γῆς βαδίζων καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένος, καθάπερ τὸν οὐρανὸν οἰκῶν, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις συναναστρεφόμε- νος δυνάμεσιν, οὕτω διέκειτο. Διὰ τοῦτο ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγεν· Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύ- ρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. Τοῦτο

[a] Quinque Mss. *ἀπὸ καταβολῆς.*

τοίνυν ἐστὶ τὸ μὴ ἑαυτοῖς ζῆν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, ὅταν καθάπερ νεκροὶ ὦμεν τοῦ παρόντος βίου, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ὁρωμένων ὦμεν ἐπτοημένοι. Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐσταυρώθη, ἵνα ἀντὶ ταύτης τῆς ζωῆς ἐκείνην ἀνταλλαξώμεθα· μᾶλλον δὲ, ἵνα διὰ ταύτης ἐκείνην ἑαυτοῖς πραγματευσώμεθα. Ἡ γὰρ παροῦσα ζωὴ, ἐὰν βουλώμεθα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡμᾶς ὁδηγεῖ· καὶ δυνησόμεθα, εἰ βουληθείημεν μικρὸν διεγερθῆναι καὶ διανοῖξαι τὸ τῆς διανοίας ὄμμα, τῆς ἐκεῖ λήξεως τὴν ἔννοιαν διὰ παντὸς τρέφειν παρ' ἑαυτοῖς, καὶ οὕτω τὰ μὲν ὁρώμενα παρατρέχειν καὶ ὑπερίπτασθαι, πρὸς δὲ τὰ μέλλοντα καὶ διαιωνίζοντα τείνειν τὸν λογισμόν· καθάπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος παιδεύων ἡμᾶς ἔλεγεν· Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

virtutes versans afficiatur. Proinde alibi iterum dicebat : *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus et concupiscentiis.* Hoc igitur est non sibi ipsis vivere, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit : quando quasi mortui sumus præsenti vitæ, et nihil eorum quæ videntur, suspicimus. Nam idcirco Dominus noster crucifixus est, ut hanc vitam pro illa commutemus ; imo per hanc illam nobis negotiemur. Præsens enim vita, si volumus esse sobrii et vigiles, ducit nos ad fruitionem vitæ æternæ : atque poterimus, si parumper voluerimus vigilare et aperire mentis oculum, quietis illius semper apud nos meminisse ; et ita præsentia præterire ac prætervolare, ad futura autem et semper durantia mentem intendere ; sicut beatus ille nos erudivit dicens : *Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.* Galat. 2. 20.

Ὅρα ψυχὴν πεπυρωμένην, ὅρα λογισμὸν ἐπτερωμένον, ὅρα διάνοιαν ἐκκαιομένην τῷ πρὸς τὸν Θεὸν πόθῳ. Ὃ νῦν ζῶ, φησὶν, ἐν πίστει ζῶ. Μὴ γὰρ νομίσητέ με, φησὶ, συντελεῖν τι εἰς τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα. Εἰ γὰρ καὶ σάρκα περίκειμαι, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως προσδέδεμαι, ἀλλ' ἐν πίστει ζῶ τῇ εἰς Χριστὸν, πάντων [a]ὑπερορῶν τῶν παρόντων, τῇ ἐλπίδι τῇ εἰς αὐτὸν πάντα παρατρέχων, ἐκτεταμένην ἔχω τὴν διάνοιαν πρὸς αὐτόν. Εἶτα ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τοῦ φίλτρου τὴν ὑπερβολὴν, φησίν· Ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Σκόπει πόσης τῆς εὐγνωμοσύνης ἡ ὑπερβολή. Τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; Πρὸ μικροῦ ἔλεγες, Ὃς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· καὶ νῦν λέγεις, Τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ ἰδιοποιῇ τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν; Ναὶ, φησίν· εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἡ θυσία προσενήνεκται παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον μου ἐγὼ ἰδιοποιοῦμαι τὸ γεγονός. Οὕτω καὶ τοῖς προφήταις ἔθος ποιεῖν, καὶ λέγειν· Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου· καίτοι τῆς οἰκουμένης ἐστὶ Θεός· ἀλλ' ἴδιον τοῦ πόθου, τὰ κοινὰ ἰδιοποιεῖσθαι. Τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, τοῦ ἀγαπήσαντός με. Τί λέγεις; Σὲ μόνον ἠγάπησε; Πᾶσαν μὲν, φησὶ, τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλ' ἐγὼ ὡς μόνος ἀγαπηθεὶς, οὕτως αὐτῷ χάριτας ὀφείλω. Καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Τί οὖν, ὑπὲρ σοῦ μόνον ἐσταυρώθη; Οὐκ αὐτὸς λέγει, Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν; οὐ σὺ αὐτὸς εἶπας, ὅτι Ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδω-

6. Vide animam igne succensam, vide mentem alatam, vide rationem incensam Dei amore. *Quod*, inquit, *nunc vivo, in fide vivo.* Ne enim, 348
inquit, putetis me facere aliquid rerum hujus vitæ causa. Nam licet carne circumdatus sim, necessitatibusque naturæ alligatus : in fide tamen vivo, quæ est in Christum, despiciens omnia præsentia, et spe quæ in illum est omnia prætercurrens, intentam in illum mentem habeo. Denique ut discas excellentiam amoris ejus, dicit : *In fide vivo Filii Dei, qui me dilexit, et tradidit semetipsum pro me.* Considera quam insignis grati animi significatio. Quid dicis, o beate Paule ? Paullo ante dicebas : *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum :* et nunc dicis, *Qui dilexit me :* atque ut proprium appellas commune beneficium ? Etiam, inquit : nam licet pro omni hominum genere sacrificium ab eo sit oblatum, tamen propter amorem in eum, id quod factum est proprium mihi facio. Ita et prophetis mos est facere et dicere : *Deus Deus meus :* quamvis totius orbis sit Deus : sed peculiare hoc est amori, ut ex communibus propria faciat. *Filii Dei,* inquit, *qui dilexit me.* Quid dicis ? Te solum dilexit ? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias debeo, quasi me solum dilexisset. *Et tradidit semetipsum pro me.* Quid igitur, pro te solo crucifixus est ? Annon ipse dicit : *Cum exaltatus fuero, omnes traham ad me.* Rom. 8. 32. Psal. 21. et 117. et 142. Joan. 12. 32.

[a] Savil. et septem Mss. ὑπερορῶν. Morel. ὑφορῶν.

ipsum ? nonne tu ipse dixisti, *Pro nobis omnibus tradidit semetipsum* ? Etiam, inquit : non loquor pugnantia, sed amorem meum ita consolor. Jam vide iterum et aliud quod dictis illis nos docet. Cum enim superius dixerit de Patre, *Pro nobis omnibus tradidit illum*, hic dicit, *Semetipsum tradidit* : et illic quidem, ut concordiam ostendat ac parem honorem Patris et Filii, et passionem subindicet : quoniam etiam alio loco dicit : *Factus obediens usque ad mortem* : ubique passioni fidem faciens. Hic autem posuit, *Tradidit semetipsum*, ut indicet eum voluntarie passionem suscepisse, et non necessitate, neque vi, sed volentem cupientemque totius humani generis salutem operari, crucem sustinuisse. Qualem igitur vicissim amorem exhibere poterimus tam divitem erga nos caritatem declaranti ? Etiamsi animam ipsam impendamus pro ejus legibus, et pro observatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data, neque sic ad caritatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declaravit genus. Ipse enim Deus cum esset, pro hominibus hoc subiit, et Dominus pro servis ; ac non pro servis simpliciter, sed pro ingratis et perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos et millies lapsos tantam contulit beneficentiam : nos autem etiamsi faciamus quæcumque poterimus, nihil magnum faciemus, ut ei qui nos tantis beneficiis prævenit, aliquid rependamus. Nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidem sunt et debitum ; illius autem sunt gratia et beneficia, largitionisque magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes, diligamus Christum sicut Paulus ipsum dilexit, nullamque præsentium rationem habeamus, sed perpetuum ejus amorem in anima nostra firmum et stabilem servemus. Ita enim et omnia quæ in hac vita sunt, deridebimus, et terram quasi cælum inhabitabimus, neque ex prosperis rebus remissiores erimus, neque ex adversis contristabimur : sed omnibus præteritis ad amabilem Dominum nostrum hinc festinabimus, neque dilationem gravatim feremus, sed nunc et nos sicut beatus ille dicemus, *Quod nunc vivimus in carne, in fide vivimus Filii Dei, qui dilexit nos, et semetipsum tradidit pro nobis* : ut et præsentem vitam absque mœrore perficiamus, et futuris bonis frui mereamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spi-

Philipp. 2. 8.

Gal. 2. 20.

κεν ἑαυτόν ; Ναὶ, φησίν· οὐκ ἐναντιούμενος ἑαυτῷ ταῦτά φημι, ἀλλὰ τὸν ἐμαυτοῦ πόθον παραμυθούμενος. Καὶ ὅρα πάλιν καὶ ἕτερόν τι διὰ τῶν εἰρημένων ἡμᾶς διδάσκοντα. Ἀνωτέρω γὰρ εἰπὼν περὶ τοῦ Πατρὸς, ὅτι Ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, ἐνταῦθα λέγει, Ἑαυτὸν παρέδωκεν· ἐκεῖ μὲν, ἵνα τὴν ὁμόνοιαν δείξῃ καὶ τὴν ὁμοτιμίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, [b]καὶ τὴν οἰκονομίαν αἰνίξηται· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησι, Γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, πανταχοῦ τὴν οἰκονομίαν πιστούμενος. Ἐνταῦθα δὲ τὸ, Παρέδωκεν ἑαυτὸν, τέθεικεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἑκὼν τὸ πάθος κατεδέξατο, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ βουλόμενος καὶ θέλων παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὴν σωτηρίαν πραγματεύσασθαι, τὸν σταυρὸν ὑπέμεινε. Ποίαν οὖν κατ' ἀξίαν ἀγάπην ἐπιδείξασθαι δυνησόμεθα, πρὸς τὸν οὕτω πλουσίαν τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδειξάμενον ; Κἂν γὰρ αὐτὴν τὴν ψυχὴν προέσθαι καταδεξώμεθα ὑπέρ τε τῶν αὐτοῦ νόμων, καὶ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τῶν παρ' αὐτοῦ δοθεισῶν, οὐδὲ οὕτω πρὸς τὸ μέτρον φθάσαι δυνησόμεθα τῆς ἀγάπης, ἣν περὶ τὴν ἡμετέραν ἐπεδείξατο φύσιν. Αὐτὸς μὲν γὰρ Θεὸς ὢν ὑπὲρ ἀνθρώπων τοῦτο κατεδέξατο, καὶ Δεσπότης τυγχάνων ὑπὲρ δούλων, καὶ οὐχ ὑπὲρ δούλων ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀγνωμόνων καὶ πολλὴν καὶ ἄσπονδον τὴν ἔχθραν ἐπιδεικνυμένων. Καὶ αὐτὸς μὲν προλαβὼν εἰς ἀναξίους καὶ μυρία ἑπταικότας τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν ἐπεδείξατο· ἡμεῖς δὲ, ὅπερ ἂν ἐπιδείξασθαι δυνηθῶμεν, οὐδὲν μέγα [c]ποιοῦμεν τὸν προφθάσαντα ταῖς τοσαύταις εὐεργεσίαις ἡμᾶς ἀμείβεσθαι σπουδάζοντες. Τὰ γὰρ παρ' ἡμῶν, ἂν ἄρα ἀκολουθῶσιν, ἀμοιβή τίς ἐστι καὶ ὀφειλή· τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ, χάρις καὶ εὐεργεσίαι, καὶ δωρεᾶς μέγεθος. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα λογιζόμενοι, ἀγαπήσωμεν τὸν Χριστὸν, καθάπερ Παῦλος αὐτὸν ἠγάπησε, καὶ μηδεὶς ἡμῖν τῶν παρόντων ἔστω λόγος, ἀλλὰ διηνεκῶς τὸν αὐτοῦ πόθον ἔχωμεν ἱδρυμένον ἡμῶν τῇ ψυχῇ. Οὕτω γὰρ καὶ πάντων καταγελασόμεθα τῶν τοῦ παρόντος βίου, καὶ οὕτω τὴν γῆν καθάπερ τὸν οὐρανὸν οἰκήσομεν, οὔτε ὑπὸ τῶν χρηστῶν ἐνταῦθα χαυνουμένοι, οὔτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν συστελλόμενοι· ἀλλὰ πάντα παρατρέχοντες πρὸς τὸν ποθούμενον ἡμῶν Δεσπότην ἐντεῦθεν ἐπειχθησόμεθα, καὶ μήτε πρὸς αὐτὴν τὴν μέλλησιν δυσχεραν οῦμεν, ἀλλ' ἐροῦμεν κατὰ τὸν μακάριον τοῦτον καὶ ἡμεῖς, ὅτι [d]Ὃ νῦν ζῶμεν ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶμεν τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καταξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ

[b] οἰκονομία cum de Christo est sermo, de Incarnatione intelligitur, hic vero de Passione, ut ex serie liquet.

[c] Alii ποιοῦμεν, alii ποιῶμεν.

Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ λε'.

HOMILIA XXXV.

C

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀμαρφὰθ βασιλέως Σεννααρ, Ἀριὼχ βασιλεὺς Ἀλασὰρ, καὶ Χοδολογομὸρ βασιλεὺς Ἐλὰμ, καὶ Θαρθὰκ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν ἐποίησαν πόλεμον μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Σοδόμων.

Factum est autem in regno Amarphath regis Sennaar, Arioch rex Alasar, et Chodologomor rex Elam, et Tharthac rex gentium gesserunt bellum cum rege Sodomorum. *Gen.* 14. 1. 2.

Μέγα ἀγαθὸν, ἀγαπητοὶ, τῶν θείων Γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις. Τοῦτο τὴν ψυχὴν φιλόσοφον ἀπεργάζεται, τοῦτο πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθίστησι τὴν διάνοιαν, τοῦτο εὐχάριστον κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο ποιεῖ D πρὸς μηδὲν τῶν παρόντων ἐπτοῆσθαι, τοῦτο διηνεκῶς ἐκεῖ ποιεῖ διαιτᾶσθαι τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Δεσπότου ἀμοιβὴν ὁρῶντας ἅπαντα ἡμᾶς διαπράττεσθαι, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους μετὰ πολλῆς ἐγχειρεῖν τῆς προθυμίας. Ἐντεῦθεν γάρ ἐστι μαθεῖν ἀκριβῶς τῆς ταχείας ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, τῶν δικαίων τὴν ἀνδρείαν, τοῦ Δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, καὶ τῶν ἀμοιβῶν τὸ μέγεθος. Ἐντεῦθέν ἐστιν εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν διεγερθῆναι τῆς φιλοσοφίας τῶν γενναίων ἀνδρῶν, καὶ μὴ E ναρκᾶν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας, ἀλλὰ θαρρεῖν καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως· ταῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσι. Δι' ὃ, παρακαλῶ, μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ποιώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ τῆς γνώσεως ἐπιτευξόμεθα, εἰ συνεχῶς ἐπίωμεν τὰ ἐγκείμενα. Οὐδὲ γάρ ἐστι τὸν μετὰ σπουδῆς καὶ πολλοῦ πόθου τοῖς θείοις ἐντυγχάνοντα [a] λόγοις περιοφθῆναί ποτε· ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπος ἡμῖν μὴ γένηται διδάσκαλος, αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἄνωθεν ἐμβατεύων ταῖς καρδίαις ταῖς ἡμετέραις φωτίζει τὴν διάνοιαν, καταυγάζει τὸν λογισμὸν, ἐκκαλύπτει τὰ λανθάνοντα, διδάσκαλος ἡμῖν γίνεται τῶν ἀγνοουμένων· μόνον ἐὰν A ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν βουλώμεθα. Μὴ καλέσητε γὰρ, φησὶ, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὰν οὖν λάβωμεν μετὰ χεῖρας βιβλίον πνευματικὸν, συντείναντες ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ συναγαγόντες τὸν λογισμὸν, καὶ πᾶσαν βιωτικὴν ἔννοιαν ἀπωσάμενοι, οὕτω τὴν ἀνάγνωσιν ποιώμεθα μετὰ πολλῆς τῆς εὐλαβείας, μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς, ἵνα δυνηθῶμεν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγηθῆναι ἐπὶ τὴν κατανόησιν τῶν γεγραμμένων, καὶ πολλὴν ἐκεῖθεν τὴν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. Καὶ γὰρ ὁ εὐνοῦχος ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος, ὁ τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ἐν τοσαύτῃ τυγχάνων περιφανείᾳ, καὶ ἐπὶ τοῦ B ὀχήματος φερόμενος, οὐδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τῆς

1. Ingens bonum est, dilectissimi, divinarum Scripturarum lectio. Hæc enim animam vera philosophia instructam reddit, hæc in cælum mentem transfert, hæc memorem beneficii reddit hominem, hæc facit ne quidquam ex rebus præsentibus admiremur, sed ut perpetuo in alia vita mente nostra versemur, et ad Domini mercedem respicientes omnia operemur, alacritateque magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet Dei celeriter succurrentis providentiam, justorum fortitudinem, Domini bonitatem, præmiorum magnitudinem. Hinc possumus ad æmulationem et imitationem philosophiæ generosorum virorum excitari, ut non torpescamus in virtutis certaminibus; sed confidamus divinis promissionibus, etiam antequam eveniant. Proinde magna diligentia, quæso, divinarum Scripturarum lectioni vacemus. Ita enim et scientiam assequemur, si ad ea, quæ ibi posita sunt, frequenter accedamus. Neque enim fieri potest, ut is qui divinis Scripturis magno studio ferventique desiderio vacat, umquam negligatur; sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse Dominus superne nostra in corda intrans illustrat mentem, rationi jubar suum infundit, detegit occulta, doctorque fit eorum quæ ignoramus; tantum si nos quæ nostra sunt afferre velimus. *Ne vocetis* enim, inquit, *magistrum super terram*. Quando igitur in manus spiritualem librum capimus, intenta mente, collectis reductisque cogitationibus, omnique sæculari cura depulsa, lectioni incumbamus cum magna pietate et attentione, ut possimus a sancto Spiritu ad scriptorum intelligentiam duci, et multum inde fructum percipere. Nam barbarus ille reginæ Æthiopum eunuchus, qui in tanta erat gloria, et curru vehebatur, ne illo quidem tempore lectionem negligebat; sed prophetam in manibus habens, magnum lectioni adhibebat *Matth.* 23. 8. *Act.* 8.

[a] [Addidimus λόγοις e Coisl.]

studium, idque nescius quid in libris contineretur : attamen quia afferebat quidquid in se erat, nempe studium, alacritatem, attentionem, doctorem nactus est. Cogita enim, obsecro, quantum erat neque in itinere lectionem negligere, et præsertim sedentem in curru. Audiant exemplum ii qui neque domi ut hoc faciant, persuaderi possunt, sed putantes supervacuam esse horum lectionem, quia vel cum muliere habitant, vel militiæ adscripti sunt, vel puerorum et servorum aliorumque negotiorum agunt curam, non convenire sibi opinantur, ut divinæ Scripturæ lectioni incumbant. Ecce enim hic eunuchus et barbarus, quæ utraque ad reddendum negligentiorem sufficiebant, et ad hæc dignitatis amplitudo et opum abundantia : adde quod et in itinere erat et curru ferebatur : hoc enim modo iter facienti non est facile lectioni esse attentum, imo valde molestum : attamen desiderium et studium omnia impedimenta e medio auferebat, et lectioni ille incumbebat, nec dicebat ea quæ nunc plerique dicunt : Non intelligo ea quæ scripta sunt, non possum intelligere profunditatem Scripturarum : quare frustra et incassum laborem sustinerem legendo, dum non habeo qui interpretetur? Nihil horum cogitabat ille, lingua quidem barbarus, mente autem philosophus; sed cogitans potius se non contemtum iri, sed superna gratia adjuvandum, modo quod suum erat pro viribus adferret, lectioni incumbebat. Propterea benignus Dominus ipsius videns desiderium, eum minime neglexit, neque sua cura destituit, sed protinus ipsi doctorem misit. Tu autem expende quomodo exspectaverit, ut ipse quæ ipsius erant prius adferret, et tunc suum patefecit auxilium. Cum igitur omnia perfecta et absoluta essent quæ ab illo fuerant exhibenda, deinceps angelus Domini Philippo apparuit, dicens : *Surge et vade ad viam quæ descendit ab Jerusalem in Gazam ; hæc est deserta. Et ecce,* inquit, *vir Æthiops, præfectus eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, qui venerat adoraturus in Jerusalem; et ipse revertebatur sedens super currum suum, legebatque Hesaiam prophetam.* Vide quam accurate nobis narrarit qui librum scripsit, dicens, *Æthiops,* ut illum barbarum esse cognosceremus : deinde ait, *Præfectus,* quo nomine maximus dignitatis honor significatur ; *Qui venerat,* inquit, *adoraturus*

Scripturæ sacræ lectio commendatur.

Act. 8. 26. —28.

Præfectus, id est, primas, præpotens, optimas.

ἀναγνώσεως ἠμέλει, ἀλλὰ τὸν προφήτην ἔχων μετὰ χεῖρας, πολλὴν ἐποιεῖτο [a] τὴν σπουδὴν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδὼς τὰ ἐγκείμενα· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσήνεγκε, τὴν σπουδήν, τὴν προθυμίαν, τὴν προσοχὴν, ἐπέτυχε τοῦ καθοδηγήσαντος. Ἐννόησον γάρ μοι ὅσον ἦν, μήτε ὁδοιποροῦντα ἀμελῆσαι τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ταῦτα ἐπ' ὀχήματος καθήμενον. Ἀκουέτωσαν οἱ μηδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦτο ποιῆσαι καταδεχόμενοι, ἀλλὰ νομίζοντες πάρεργον εἶναι τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, καὶ διὰ τὸ γυναικὶ συνοικεῖν, καὶ στρατείᾳ κατειλῆφθαι, καὶ παιδίων φροντίζειν, καὶ οἰκετῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἑτέρων πραγμάτων ἔχειν φροντίδα, μὴ προσήκειν [b] αὐτοῖς περὶ τὴν τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσιν ἔχειν σπουδήν. Ἰδοὺ γὰρ εὐνοῦχος, ἄνθρωπος βάρβαρος, ἀμφότερα ἱκανὰ εἰς πολλὴν ῥαθυμίαν ἐμβαλεῖν, καὶ μετὰ τούτων ἡ πολλὴ περιφάνεια, τοῦ πλούτου ἡ περιουσία, αὐτὸ τὸ ἐν ὁδοιπορίᾳ εἶναι καὶ ἐπ' ὀχήματος φέρεσθαι· οὐδὲ γὰρ ῥᾴδιον ἀναγνώσει προσέχειν τῷ οὕτως ὁδαιπορουῦντι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δυσχερές· ἀλλ' ὅμως ὁ πόθος καὶ ἡ πολλὴ σπουδὴ πάντα τὰ κωλύματα ἐκποδὼν ἐποιεῖτο, καὶ εἶχετο τῆς ἀναγνώσεως, καὶ οὐκ ἔλεγε ταῦτα, ἃ νῦν πολλοὶ λέγουσιν· οὐ νοῶ τὰ ἐγκείμενα, οὐ δύναμαι συνιέναι τὸ βάθος τῶν γεγραμμένων· τίνος ἕνεκεν ἁπλῶς καὶ εἰκῇ τὸν κάματον ὑπομενῶ, ἀναγινώσκων καὶ οὐκ ἔχων τὸν ὁδηγῆσαι δυνάμενον; Οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο ὁ βάρβαρος μὲν τὴν γλῶσσαν, φιλόσοφος δὲ τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ἐννοήσας ὡς οὐ περιοφθήσεται, ἀλλὰ ταχέως ἀπολαύσει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, εἰ τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ τὰ εἰς δύναμιν ἐπιδείξαιτο, εἶχετο τῆς ἀναγνώσεως. Διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης ὁρῶν αὐτοῦ τὸν πόθον, οὐ περιεῖδεν, οὐ κατέλιπεν ἀπρονόητον, ἀλλ' εὐθέως αὐτῷ τὸν διδάσκαλον ἔπεμψε. Σὺ δέ μοι σκόπει τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, πῶς ἔμενεν ἐκεῖνον πρότερον τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσενεγκεῖν, καὶ τότε τὴν οἰκείαν ἀντίληψιν ἐπιδείκνυται. Ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἀπῄρτιστο, λοιπὸν ὤφθη ὁ ἄγγελος Κυρίου λέγων τῷ Φιλίππῳ· Ἀναστὰς πορεύου ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν, αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ Αἰθίοψ, δυνάστης εὐνοῦχος Κανδάκης, τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἐλήλυθε προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὗτος ὑπέστρεφε καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. Ὅρα πῶς ἀκριβῶς ἡμῖν διηγήσατο ὁ τὴν βίβλον γράψας, εἰπὼν, ὅτι Αἰθίοψ, ἵνα γνῶμεν ὅτι βάρβαρος ἦν· εἶτά φησιν, ὅτι Δυνάστης, ὅτι ἐν ἀξιώματι μεγίστῳ καὶ περιφανείᾳ ἐτύγχανεν, Ὃς ἐλήλυθει, φησὶ, προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὅρα καὶ τὴν πρόφα-

[a] Savil. τὴν σπουδὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Quatuor Mss. τὴν σπουδὴν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Morel. τὴν σπουδὴν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν.

[b] Quinque Mss. αὐτούς, non male.

σιν αὐτοῦ τῆς ἀποδημίας, ἱκανὴν οὖσαν δεῖξαι τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης· ἰδοὺ γὰρ πόσην ὁδὸν στέλλεται, ὥστε τὴν προσκύνησιν ἀποδοῦναι τῷ Δεσπότῃ. Ἔτι γὰρ ἐνόμιζον ἐν ἑνὶ τόπῳ συγκεκλεῖσθαι τὴν λατρείαν, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ὁδὸν στελλόμενοι B ἐκεῖ τὰς εὐχὰς ἀνέφερον· διά τοι τοῦτο καὶ οὗτος παρεγένετο, ἵνθα ὁ ναὸς ἦν καὶ ἡ λατρεία ἡ Ἰουδαϊκὴ, ἵνα τὴν προσκύνησιν ἀποδῷ τῷ Δεσπότῃ. Καὶ ἐπειδὴ ἐπλήρωσε τὸ ποθούμενον, Ὑποστρέφων, φησὶ, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ ἀνεγίνωσκεν.

Εἶτα ἐπιστὰς ὁ Φίλιππός φησι πρὸς αὐτόν· Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; Εἶδες ψυχὴν μεμεριμνημένην, οὐκ εἰδυῖαν μὲν τὰ ἐγκείμενα, ἐχομένην δὲ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ποθοῦσαν ἐπιτυχεῖν τοῦ ὁδηγοῦντος διδασκάλου; Καὶ γὰρ εὐθέως ὁ ἀπόστολος διὰ τῆς ἐρωτήσεως διεγείρει αὐτοῦ τὸν πόθον· ὅτι γὰρ C ἄξιος ἦν τυχεῖν τοῦ ὁδηγοῦντος πρὸς τὴν τῶν ἐγκειμένων κατανόησιν, αὐτὴ ἡ ἀπόκρισις τοῦ ἀνδρὸς ὅηλοῖ. Τοῦ γὰρ ἀποστόλου εἰπόντος, Ἆρά γε γινώσκεις; καὶ μετὰ εὐτελοῦς σχήματος προσιόντος, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἠγανάκτησεν, οὐκ ἐνόμισεν ὑβρίσθαι, ὃ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων πάσχουσι, καὶ πολλάκις αἱροῦνται ἐν διηνεκεῖ ἀγνοίᾳ τυγχάνειν, αἰσχυνόμενοι τὴν ἄγνοιαν ὁμολογῆσαι, καὶ παρὰ τῶν διδάξαι δυναμένων μαθεῖν. Ἀλλ' οὗτος οὐδὲν τούτων πέπονθεν· ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐπιεικείας καὶ εὐλαβείας τὴν ἀπόκρισιν ποιεῖται, δεικνὺς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν κατά- D φτασιν, καί φησι· Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; Καὶ οὐ μόνον ἀπεκρίνατο μὲν μετ' ἐπιεικείας, παρέδραμε δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν οἰκείων τρόπων ἐνδεικνύμενος ἡμῖν τὴν ἀρετὴν, ταῦτα εἰπὼν παρεκάλεσεν ὁ δυνάστης, ὁ βάρβαρος, ὁ ἐπ' ὀχήματος φερόμενος τὸν εὐτελῆ φαινόμενον, τὸν ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος εὐκαταφρόνητον, ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. Εἶδες ψυχῆς προθυμίαν; εἶδες εὐλαβείας ἐπίτασιν; εἶδες βαρβάρου γνώμην φιλόθεον, πῶς ἐπλήρου ἐκεῖνο τὸ παρὰ σοφοῦ τινος εἰρημένον· Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ βαθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτρι- E βέτω ὁ ποῦς σου; Εἶδες πῶς δικαίως οὐ περιώφθη; εἶδες πῶς δικαίως ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν προνοίας; εἶδες πῶς οὐδὲν ἐνέλιπε τῶν ὀφειλόντων παρ' αὐτοῦ εἰσενεχθῆναι; Διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐπιτυχὼν τοῦ διδασκάλου, ἐμάνθανε μετὰ ἀκριβείας καὶ τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν, καὶ ἐφωτίζετο τὴν διάνοιαν. Ἴδετε ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ μετὰ προσοχῆς καὶ σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι τῶν θείων Γραφῶν; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν κατὰ τὸν βάρβαρον τοῦτον ἱστορίαν εἰς μέσον ὑμῖν παρήγαγον, ἵνα μὴ ἐπαισχυνθῶμεν ἅπαντες ζηλωταὶ γενέσθαι τοῦ Αἰθίοπος, τοῦ εὐνούχου, τοῦ 352 μηδὲ ἐν ὁδοιπορίᾳ τῆς ἀναγνώσεως ἀμελοῦντος. Ἱκα- A νὸς γὰρ οὗτος ὁ βάρβαρος ἅπασιν ἡμῖν διδάσκαλος

in Jerusalem. Vide etiam peregrinationis causam, idoneam quæ animi ipsius pietatem declaret: expende enim quantum itineris susceperit ut Dominum adoraret. Tunc enim adhuc divinum cultum arbitrabantur uno loco concludi, ideoque longo peracto itinere, illic suas preces fundebant: propterea et iste eo venerat ubi templum erat et cultus Judaicus, ut adorationem Domino persolveret. Et posteaquam quod cupiebat implevisset, *Revertens*, inquit, *et in curru suo sedens legebat*.

2. Deinde cum accessisset Philippus, dixit ad illum: *Putasne intelligis quæ legis?* Vides animum diligentem ac sollicitum, lectioni etiam illi, quam non intelligeret, incumbentem, et doctorem qui ipsum instrueret requirentem? Etenim apostolus statim per interrogationem illius excitat affectum; quod enim dignus esset, qui doctoris opera in lectione reconditorum intelligentiam consequeretur, ipsa viri responsio declarat. Cum enim apostolus dixisset, *Putasne intelligis?* vesteque vili indutus accessisset: non ægre tulit nec indignatus est, neque se contumelia affici existimavit, quod plerisque insulsis accidit, qui sæpe malunt in perpetua versari ignorantia, quia pudet illos ignorantiam suam confiteri, et ab iis discere qui docere valeant. At huic nihil tale evenit; sed cum mansuetudine et pietate respondet, animi sui statum declarans, aitque: *Quomodo possim, nisi quis mihi ostenderit?* nec tantum mansuete respondit, ac postea transiit, sed rursus morum suorum virtutem nobis demonstrans, ista loquutus præfectus ille, barbarus, curru vectus, eum qui vilis videbatur, et ex vestitu contemnendus, rogavit ut ascenderet, ac secum sederet. Vides animi fervens studium? vides pium barbari animum, quomodo sapientis cujusdam dictum illud impleverit: *Si videris virum prudentem, mane surge ad eum, et gradus ostiorum illius deterat pes tuus?* Vides qui merito non sit neglectus? vides qui merito supernam sit consequutus providentiam? vides ut nihil omiserit eorum quæ ab ipso afferri conveniebat? Propterea deinceps doctorem nactus, eorum vim quæ proposita erant accurate discebat, et animo illuminabatur. Videtis quantum sit commodi attente et studiose divinas Scripturas legere? Propterea enim et hanc de barbaro historiam in medium vobis produxi, ut ne quemquam nostrum pudeat imitatorem fieri Æthiopis, eunuchi, ejus qui ne in itinere quidem lectionem neglexerit. Idoneus enim est barbarus iste qui

Act. 8. 30.

Nonnulli putant hunc Philippum apostolum fuisse, alii numero plures diaconum fuisse asseverant.

Ibid. v. 31.

Eccli. 6. 36.

nobis omnibus doctor fiat, tum privatam vitam sectantibus, tum militiæ adscriptis, tum dignitate et honore præditis, et ut in summa dicam, omnibus non viris solum, sed et mulieribus, ut quæ assidue domi versentur: quin etiam iis doctor fuerit qui vitam monasticam delegerunt, ut discant omnes nullum esse tempus ad divinorum eloquiorum lectionem incommodum, sed fieri posse, ut non solum domi, verumetiam in foro versantes, et iter facientes, et in multorum cœtu agentes, ac variis negotiis impliciti horum studio teneamur, ut quæ a nobis præstanda sunt conferentes, cito magistrum adipiscamur. Dominus enim videns nostrum ad res spirituales affectum, non negliget, sed supernam illustrationem præbebit, ac nostrum illuminabit animum. Ne igitur, obsecro, Scripturarum lectionem negligamus: verum sive eorum, quæ his continentur, vim intelligamus, sive ignoremus, illa frequenter adeamus. Assidua enim meditatio memoriam efficit indelebilem: et non raro evenit, ut quod hodie invenire non potuimus legentes, hoc rursum postero die aggredientes, repente inveniamus, Deo videlicet pro sua clementia occulte mentem nostram illustrante. Cæterum ista ad assiduam divinarum Scripturarum lectionem suscipiendam diximus: ut autem discatis in aliis etiam omnibus hoc Dominum facere consuevisse, ut cum quæ a nobis sunt contulerimus, ipse sua abunde suppeditet, et quod in Scripturarum lectione fecit, multa cum celeritate misso ad barbarum doctore, hoc et in iis qui virtutem exercere volunt efficiat, audi quæ dicuntur. Verum ut manifestior nobis iste sermo reddatur, consentaneum fuerit rursum quæ ad patriarcham attinent in medium adducere, et quæ heri dicta subsequuntur nunc assumere. Cognovistis enim ex jam dictis, quomodo maximæ illius humilitatis erga Lot exhibitæ, qua illi potioribus partibus cessit, magnam a Deo mercedem sit consequutus, et promissionem acceperit longe ipsius facta superantem. Videamus autem deinceps etiam ex hodie lectis rursum ipsius justi virtutem, ut ita procedentes discamus ineffabilem Dei erga illum providentiam. Nos enim omnes per patriarchæ philosophiam docens, sinit ipsum per singula tempora prius demonstrare animi pietatem, et tunc suam affert remunerationem, ut et nos patriarcham imitantes studiose adnitamur prius virtutis labores capessere, atque ita ab ipso remunerationis vicem exspectare.

Nullum tempus ad Scripturæ em no-

3. Sed tempus est, ut quæ hodie lecta sunt,

γενέσθαι, καὶ τοῖς τὸν ἰδιωτικὸν βίον ἐπανηρημένοις, καὶ τοῖς ἐν στρατιᾷ κατειλεγμένοις; καὶ ἐν περιφανείᾳ τυγχάνουσι, καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς οὐκ ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν, ὅσῳ καὶ διηνεκῶς οἴκοι διατρίβουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὸν μοναχικὸν βίον ἐπανηρημένοις, ἵνα μανθάνωσι πάντες, ὡς οὐδεὶς καιρὸς κώλυμα γίνεται πρὸς τὴν τῶν θείων λογίων ἀνάγνωσιν, ἀλλὰ δυνατὸν μὴ μόνον ἐπὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας, καὶ ὁδοιπορίαν ποιουμένους, καὶ ἐν συνουσίᾳ πλειόνων τυγχάνοντας, καὶ πράγμασι συμπλεκομένους τῆς τούτων ἔχεσθαι σπουδῆς, ἵνα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες, ταχέως καὶ τοῦ διδηγοῦντος ἐπιτύχωμεν. Ὁρῶν γὰρ ἡμῶν ὁ Δεσπότης τὴν περὶ τὰ πνευματικὰ ἐπιθυμίαν, οὐ περιόψεται, ἀλλὰ παρέξει τὴν ἄνωθεν ἔλλαμψιν, καὶ φωτιεῖ ἡμῶν τὴν διάνοιαν. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, τῆς ἀναγνώσεως, ἀλλὰ κἂν τε εἰδῶμεν τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν, κἂν τε ἀγνοῶμεν, συνεχῶς αὐτὰ ἐπίωμεν. Ἡ γὰρ διηνεκὴς μελέτη ἀνεξάλειπτον ἐργάζεται τὴν μνήμην· καὶ πολλάκις ὅπερ σήμερον εὑρεῖν οὐκ ἰσχύσαμεν ἀναγνόντες, τοῦτο πάλιν αὖριον ἐπελθόντες ἀθρόον εὕρομεν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἀοράτως ἡμῶν τὴν διάνοιαν φωτίζοντος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν νῦν πρὸς τὸ συνεχῆ ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν εἰρήκαμεν· ἵνα δὲ μάθητε, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦτο τῷ Δεσπότῃ ἔθος, ἐπειδὰν τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, μετὰ δαψιλείας τὰ παρ' ἑαυτοῦ χορηγεῖ καὶ αὐτὸς, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως πεποίηκε μετὰ πολλῆς τῆς ταχύτητος πέμψας τὸν διδάσκαλον τῷ βαρβάρῳ, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν τὴν ἀρετὴν μετιέναι βουλομένων ἐργάζεται, ἄκουσον τῶν νῦν λεγομένων. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ἡμῖν ὁ λόγος γίνηται οὗτος, ἀκόλουθον ἂν εἴη πάλιν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ τῆς ἀκολουθίας τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων νῦν ἐπιλαβέσθαι. Καὶ γὰρ ἔγνωτε ἐκ τῶν ἤδη ῥηθέντων, πῶς τῆς πολλῆς ἐκείνης ταπεινοφροσύνης, ἣν περὶ τὸν Λὼτ ἐπεδείξατο παραχωρήσας αὐτῷ τῶν πρωτείων, πολλῆς ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς, ὑπόσχεσιν δεξάμενος πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερβαίνουσαν τὰ παρ' αὐτοῦ γεγενημένα. Ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀνεγνωσμένων πάλιν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, ἵν' οὕτω προϊόντες καταμάθωμεν τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν γεγενημένην κηδεμονίαν. Παιδεύων γὰρ ἅπαντας ἡμᾶς διὰ τῆς τοῦ πατριάρχου φιλοσοφίας, ἀφίησιν αὐτὸν καθ' ἕκαστον καιρὸν πρότερον ἐπιδείκνυσθαι τῆς οἰκείας γνώμης τὸ φιλόθεον, καὶ τότε τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀμοιβὴν εἰσφέρει, ἵνα σπουδάσωμεν καὶ αὐτοὶ μιμούμενοι τὸν πατριάρχην πρότερον ἐγχειρεῖν τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις, καὶ οὕτως ἀναμένειν τῶν παρ' αὐτοῦ ἀμοιβῶν τὴν ἀντίδοσιν.

Ἀλλ' ὥρα λοιπὸν αὐτὰ ὑμῖν προτιθέναι τὰ σήμερον

ἀνεγνωσμένα· οὐδὲ γὰρ ἑρμηνείας δεῖται σχεδὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἀνάγνωσις ἱκανὴ δεῖξαι τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς τὴν ὑπερβολήν. Ἐγένετο δὲ, φησὶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ Ἀμαρφὰθ βασιλέως Σενναὰρ, Ἀριὼχ βασιλεὺς Ἐλασὰρ, καὶ Χοδολογομὸρ βασιλεὺς Ἐλὰμ, καὶ Θαρθὰκ βασιλεὺς ἐθνῶν, ἐποιήσαντο πόλεμον μετὰ Βαλὰκ βασιλέως Σοδόμων, καὶ μετὰ Βαρσὰκ βασιλέως Γομόρρας, καὶ μετὰ Σενναὰρ βασιλέως Ἀδαμὰ, καὶ Συμοβὸρ βασιλέως Σεβοεὶμ, καὶ βασιλέως Βαλάκ· αὕτη ἐστὶ Σηγώρ. Πάντες οὗτοι συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλυκήν· αὕτη ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν. Σκόπει τῆς Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως καὶ τῶν ὀνομάτων τῶν βασιλέων ἐμνημόνευσε, καὶ τῶν ἐθνῶν· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ἐκ τῆς τούτων προσηγορίας τὴν βάρβαρον αὐτῶν γνώμην. Οὗτοι γὰρ, φησὶ, πρὸς τὸν Σοδόμων βασιλέα καὶ τοὺς λοιποὺς ἐποίησαν πόλεμον. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει τοῦ πολέμου, ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε. Δώδεκα γὰρ ἔτη, φησὶν, ἐδούλευον τῷ Χοδολογομὸρ βασιλεῖ Ἐλάμ· τῷ δὲ τρισκαιτεκάτῳ ἔτει ἀπέστησαν. Ἐν δὲ τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἦλθε Χοδολογομὸρ, καὶ οἱ βασιλεῖς οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας τοὺς ἐν Ἀστορὼθ καὶ Καρναεὶμ, καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς, καὶ τοὺς Ὀμμαίους ἐν Σαυῇ τῇ πόλει, καὶ τοὺς Χορραίους τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι Σηεὶρ, ἕως τῆς τερεβίνθου τῆς Φαρὰν, ἥ ἐστιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ ἀναστρέψαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς κρίσεως· αὕτη ἐστὶ Κάδης· καὶ κατέκοψαν πάντας τοὺς ἄρχοντας Ἀμαλὴκ, καὶ τοὺς Ἀμορραίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἀσασονθαμάρ. Μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ εἰρημένα, μηδὲ νομίσωμεν ἀνωφελῆ εἶναι τὴν διήγησιν. Ἐπίτηδες γὰρ ἡ θεία Γραφὴ μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα ἡμῖν διηγήσατο, ἵνα μάθωμεν τῶν βαρβάρων τούτων τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅσην τὴν ἀνδρείαν ἐπιδείξαντο, καὶ μετὰ πόσης σφοδρότητος πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν, ὡς καὶ τοὺς γίγαντας, τοῦτ' ἔστι τοὺς ἰσχυροὺς κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, καταγωνίσασθαι, καὶ πάντα τὰ ἐκεῖσε οἰκοῦντα ἔθνη τροπώσασθαι. Καθάπερ γὰρ χειμάρρους σφοδρῶς ἐπελθὼν ἅπαντα παρασύρει καὶ ἀπόλλυσι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι οἱ βάρβαροι πᾶσι τούτοις τοῖς ἔθνεσιν ἐπελθόντες, πάντας ἀρδην ἀπώλεσαν, ὡς καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἀμαληκιτῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τροπώσασθαι. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τί μοι ὄφελος ἀπὸ τοῦ γνῶναι τῶν βαρβάρων τὴν ἰσχύν; Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ ἡ Γραφὴ ταῦτα τῇ διηγήσει ἐγκατέμιξεν, οὐδὲ μάτην ἡμεῖς νῦν προλαβόντες παρεγγυῶμεν ὑμῖν μεμνῆσθαι τῆς τούτων ἀνδρείας· ἀλλ' ἵνα προϊούσης τῆς διδασκαλίας μάθητε καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετήν. Πρὸς τούτους οὖν, φησὶ, τοὺς τοσαύτην δύναμιν κεκτημένους, καὶ τοσαῦτα ἔθνη τροπωσαμένους

vobis proponam : ea enim vix interpretatione opus habent. Nam vel ipsa lectio excellentem justi virtutem satis demonstrare potest. 1. *Factum* 353 *est autem,* inquit, *in regno Amarphath regis Sennaar, Arioch rex Elasar, et Chodologomor rex Elam, et Tharthac rex gentium,* 2. *fecerunt bellum cum Balac rege Sodomorum, et cum Barsac rege Gomorrhæ, et cum Sennaar rege Adama, et cum Symobor rege Seboim, et rege Balac ; ipsa est Segor.* 3. *Omnes ii qui conspiraverunt in Valle salsa, quæ nunc est mare salis.* Vide Scripturæ diligentiam, quomodo nomina etiam regum et nationum commemoraverit ; non sine causa, sed ut ex horum appellatione discas barbarum istorum animum. Isti enim, inquit, bellum gesserunt adversus Sodomorum regem et reliquos. Deinde belli causam etiam docet, unde principium habuerit, dicens : 4. *Duodecim annis servierant Chodologomor, tertio autem decimo anno desciverunt.* 5. *Quarto autem et decimo anno venit Chodologomor, et reges qui cum eo erant, et trucidarunt gigantes in Astaroth et Carnaim, et gentes fortes una cum ipsis, et Ommæos, qui erant in Save civitate,* 6. *et Chorræos, qui erant in montibus Seir, usque ad Terebinthum Pharan, quæ est in eremo.* 7. *Et reversi venerunt ad Fontem judicii ; ipsa est Cades ; et occiderunt omnes principes Amalec, et Amorrhæos habitantes in Asasonthamar.* Ne prætercamus obiter, dilecti, quæ dicta sunt, neque putemus inutilem esse narrationem. Dedita enim opera divina Scriptura diligenter omnia nobis narravit, ut discamus quantum fuerit robur, et quanta potentia barbarorum, et quanto impetu in bellum venerint, ut etiam gigantes, hoc est, proceros et fortes corpore, debellarint, omnesque regionis gentes in fugam verterint. Nam sicut torrens, qui valde excurrit et inundat, omnia secum rapit et perdit : ita et barbari illi invaserunt omnes gentes, et omnes prorsus perdiderunt, ita ut et principes Amalecitarum, et alios omnes in fugam verterint. Sed forte dixerit quispiam : Et quæ mihi utilitas, scire barbarorum robur ? Non temere neque frustra narrationi talia immiscuit Scriptura divina, nec sine causa nos a principio auctores vobis sumus ut eorum fortitudinem memoria teneatis : sed ut procedente doctrina discatis et ingentem Dei potentiam, et patriarchæ virtutem. Contra illos igitur qui tanto robore præditi erant, et tot gentes in fugam verterant, 8. *Egressus est,* inquit, *in prælium rex Sodomorum, et*

Cap. 14.

'*Gomorrhæ, et rex Adama, et rex Seboim, et rex Balac; ipsa est Segor: et direxerunt aciem in prælium in Valle salsa,* 9. *contra Chodologomor et Tharthac, et Amarphath, et Arioch. Quatuor reges contra quinque.* 10. *Vallis autem salsa, putei bituminis.* Deinde ut discamus quomodo eorum robur, et potentiam obstupescentes, in fugam versi sunt, inquit, *Et fugit rex Sodomorum, et Gomorrhæ, et ceciderunt illic ubi fontes erant: qui autem reliqui, fugerunt in montana.* Vidisti quanto robore bellabant isti viri? quomodo hostes suos etiam aspectu suo terruerunt, et in fugam verterunt? Vide deinceps quomodo illis fugam ineuntibus, isti ablatis omnibus quæ illorum erant, redierunt. 11. *Acceperunt autem,* inquit, *montana, et omnem equitatum Sodomorum et Gomorrhæ, et omnes commeatus eorum, et abierunt.* 12. *Acceperunt quoque et Lot filium fratris Abræ, et supellectilem ejus, et abierunt. Habitabat enim in Sodomis.* Ecce id quod heri dicebam, id nunc evenit; nihil enim profuit Loto, quod potiora elegerit, sed re ipsa didicit priores partes non appetere. Nam ex hoc non solum nihil utilitatis ei accrevit, sed ecce captivus etiam abductus est, et didicit re ipsa, multo satius ei fuisse uti consuetudine justi, quam separatum, et in libertate viventem in tam multas calamitates incidere. Ecce enim ut divisus est a patriarcha, cum putaret se in majori esse libertate, et potiora se assequutum, et abundare, repente factus est servus, carens domo, carens et foco: ut discas quantum malum dissensio, et quantum bonum concordia: et scias consentaneum esse non majora temere capessere, sed potius minoribus contentum esse. *Acceperunt,* inquit, *Lot et supellectilem ejus.* Quanto melius erat eum cum patriarcha vivere, et omnia ferre, ut ne concordia solveretur: quam separatum, et electis potioribus, in tanta repente pericula incidere, et in barbarorum venire potestatem? 13. *Adveniens autem quidam,* inquit, *ex iis qui servati erant, nuntiavit Abræ transitori. Ipse autem habitabat juxta quercum Mambre Omori, fratris Eschol, et fratris Aunan, qui erant confœderati Abræ.* Quomodo tantum bellum conflatum ignoravit patriarcha? Fortassis magna distantia aberat, et ideo ignoravit. *Adveniens autem quidam annuntiavit Abræ transitori:* ut nobis commemoret ei annuntiatum esse, qui ex Chaldæa redierat.

Discordia malum ingens.

Ἐξῆλθε παρατάξασθαι ὁ βασιλεὺς Σοδόμων, καὶ Γομόρρας, καὶ Ἀδαμὰ, καὶ Σεβοείμ, καὶ Βαλάχ· αὕτη ἐστὶ Σηγώρ· καὶ παρετάξαντο αὐτοῖς ἐν τῇ κοιλάδι τῇ ἁλυκῇ εἰς πόλεμον, πρὸς Χοδολογομὸρ, καὶ Θαρθὰχ, καὶ Ἀμαρφὰθ, καὶ Ἀρίωχ. Οἱ τέσσαρες βασιλεῖς πρὸς τοὺς πέντε. Κοιλὰς δὲ ἡ ἁλυκὴ, φρέατα ἀσφάλτου. Εἶτα ἵνα μάθωμεν, πῶς καταπλαγέντες αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν ἰσχὺν, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, 354 φησὶν ἡ Γραφή· Καὶ ἔφυγεν ὁ βασιλεὺς Σοδόμων, καὶ Γομόρρας, καὶ ἐνέπεσον ἐκεῖ, ἔνθα τὰ φρέατα· οἱ δὲ καταλειφθέντες εἰς τὴν ὀρεινὴν ἔφυγον. Εἶδες πόση τῶν ἀνδρῶν ἡ ἰσχύς; πῶς καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προσώψεως καταπλαγῆναι αὐτοὺς παρεσκεύασαν, καὶ εἰς φυγὴν τραπῆναι πεποιήκασιν; Ὅρα λοιπὸν πῶς μετὰ πάσης εὐκολίας, φυγάδων ἁπάντων γεγενημένων, τὰ αὐτῶν ἅπαντα λαβόντες ἐκεῖνοι ἐπανῆλθον. Ἔλαβον δὲ, φησὶ, καὶ τὴν ὀρεινὴν, καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον Σοδόμων καὶ Γομόρρας, καὶ πάντα τὰ βρώματα αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον. Ἔλαβον δὲ καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ Ἄβραμ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπῴχοντο. Ἦν γὰρ κατοικῶν ἐν Σοδόμοις. Ἰδοὺ ὅπερ χθὲς ἔλεγον, εἰς ἔργον ἐξέβη νῦν· ὅτι οὐδὲν ἀπώνατο ὁ Λὼτ ἀπὸ τῆς τῶν πρωτείων ἐκλογῆς, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐπαιδεύετο τῶν πρωτείων μὴ ἐρᾷν. Οὐ μόνον γὰρ αὐτῷ ἐκ τούτου οὐδὲν ὄφελος γέγονεν, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ αἰχμάλωτος ἀπήχθη, καὶ ἐμάνθανε διὰ τῶν ἔργων, ὅτι πολλῷ βέλτιον ἦν αὐτῷ τῆς τοῦ δικαίου συνουσίας ἀπολαύειν, ἢ χωρισθέντι, καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ γεγονότι τοσούτων πειραθῆναι τῶν συμφορῶν. Ἰδοὺ γὰρ ἐχωρίσθη τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐνόμισεν ἐν πλείονι εἶναι ἀδείᾳ, καὶ τῶν πρωτείων ἐπιτετυχηκέναι, καὶ ἐν πολλῇ τυγχάνειν τῇ εὐπορίᾳ, καὶ ἀθρόον αἰχμάλωτος, ἄοικος, ἀνέστιος γίνεται· ἵνα μάθῃς ὅσον ἐστὶ κακὸν ἡ διαίρεσις, καὶ ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἡ ὁμόνοια· καὶ ὅτι προσήκει μὴ ἐπιπηδᾷν τοῖς μείζοσιν, ἀλλ' ἀγαπᾷν ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον. Ἔλαβον γὰρ, φησὶ, τὸν Λὼτ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ. Πόσῳ μᾶλλον βέλτιον ἦν συνεῖναι τῷ πατριάρχῃ, καὶ πάντα καταδέχεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ διασπασθῆναι τὴν μεταξὺ ὁμόνοιαν, ἢ χωρισθέντα, καὶ τὰ πρωτεῖα ἐκλεξάμενον, εὐθέως τοσούτοις κινδύνοις περιβληθῆναι, καὶ ὑπὸ βαρβάροις γενέσθαι; Παραγενόμενος δέ τις, φησὶ, τῶν ἀνασωθέντων, ἀπήγγειλε τῷ Ἄβραμ τῷ περάτῃ. Αὐτὸς δὲ κατῴκει πρὸς τῇ δρυῒ, τῇ Μαμβρῇ [a] Ὁμορροῦ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἐσχὼλ, καὶ ἀδελφοῦ Αὐνᾶν, οἳ ἦσαν συνωμόται τῷ Ἄβραμ. Πῶς τοσούτου πολέμου συγκροτηθέντος οὐκ ἔγνω ὁ πατριάρχης; Ἴσως πολὺ τὸ ἐν μέσῳ διάστημα ἐτύγχανε, δι' ὃ καὶ ἠγνόησεν. Ἐλθὼν δέ τις ἀπήγγειλε τῷ Ἄβραμ τῷ περάτῃ· ἵνα ἡμᾶς ἀναμνήσῃ, ὅτι τῷ ἀπὸ τῆς

[a] Sex Mss. hic et infra Ὄμορος.

Χαλδαίας ἐπανελθόντι. [b] Ἐπειδὴ γὰρ πέραν τοῦ Εὐφράτου τὴν καθοίκησιν εἶχε, διὰ τοῦτο καὶ περάτης ἐλέγετο. Καὶ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς οἱ γονεῖς τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐπέθεσαν, προμηνύοντες αὐτῷ τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῦ μετανάστασιν. Ἐπειδὴ γὰρ περᾶν ἔμελλε τὸν Εὐφράτην, καὶ ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην ἔρχεσθαι, διὰ τοῦτο καὶ Ἄβραμ ἐκαλεῖτο.

Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus est transfluvialis, vel transitor. Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, jam antea significantes eum inde migraturum. E Vocatus enim est Abram, quia migraturus erat trans Euphratem, et in Palæstinam venturus.

Σκόπει πῶς καὶ ἄπιστοι ὄντες οἱ γονεῖς οὐκ εἰδότες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τοῦ εὐμηχάνου Θεοῦ σοφίας ὁδηγούμενοι, τὸ ὄνομα ἐπέθεσαν τῷ παιδὶ, καθάπερ καὶ ὁ Λάμεχ τῷ Νῶε. Καὶ τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τὸ καὶ διὰ ἀπίστων πολλάκις προμηνύειν τὰ 555 μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον. Ἀπήγγειλεν οὖν ἐλθὼν, A φησὶ, τὶς τῷ περάτῃ τὰ γεγονότα, τοῦ ἀδελφιδοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τῶν βασιλέων ἐκείνων τὴν πολλὴν δυναστείαν, καὶ τὴν ἐν Σοδόμοις πόρθησιν, καὶ τὴν μετ' αἰσχύνης φυγήν. Αὐτὸς δὲ κατῴκει παρὰ τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῆ Ὁμορροῦ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἐσχὼλ, καὶ Αὐνᾶν, οἳ ἦσαν συνωμόται τῷ Ἄβραμ. Ἀλλ' ἴσως ἐνταῦθα ἄν τις ζητήσειε· τίνος ἕνεκεν μόνος τῶν ἐν Σοδόμοις πεφευγότων ὁ δίκαιος Λὼτ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάγεται; Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ εἰκῇ, ἀλλ' ἵνα μάθῃ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁ Λὼτ καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετὴν, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἕτεροι διασωθῶσι, καὶ ἵνα παιδευθῇ μὴ τῶν πρωτείων ἐφίεσθαι, ἀλλὰ παραχωρεῖν τῶν μειζόνων. Ἀκούσωμεν δὲ B λοιπὸν τῶν ἑξῆς, ἵνα μάθωμεν καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον συμμαχίαν. Ἀλλὰ προσέχετε μετὰ ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις, καὶ συντείνατε ὑμῶν τὴν διάνοιαν. Πολλὰ γάρ ἐστι κατὰ ταὐτὸν ἐντεῦθεν κερδᾶναι, καὶ ἐκ τῶν τῷ Λὼτ συμβάντων ἐκεῖθεν παιδευθῆναι μηδέποτε διαπορεῖν, εἴποτε δίκαιοι μὲν πειρασμοῖς περιπέσοιεν, φαῦλοι δὲ καὶ πονηροὶ διαφύγοιεν, μήτε ἐκ παντὸς τρόπου τὰ πρωτεῖα ἐπιζητεῖν, μήτε τῆς μετὰ τῶν δικαίων συν- C ουσίας ἕτερόν τι προτιμότερον ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ κἂν δουλεύειν δέοι, συνεῖναι δὲ ἐναρέτοις ἀνδράσι, τοῦ ἐν ἐλευθερίᾳ εἶναι τοῦτο λυσιτελέστερον εἶναι νομίζειν. Καὶ μετὰ τούτων δὲ καὶ τοῦ πατριάρχου μαθεῖν ἐντεῦθέν ἐστι τὴν πολλὴν ἀνεξικακίαν, τῆς φιλοστοργίας τὴν ὑπερβολὴν, τῆς ἀνδρείας τὸ μέγεθος, τῶν χρημάτων τὴν ὑπεροψίαν, τῆς περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ βοηθείας τὴν ἄφατον δύναμιν. Ἀκούσας δὲ, φησὶν, Ἄβραμ ὅτι ᾐχμαλώτευται Λὼτ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, ἠρίθμησε τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτῶν ἕως Δὰν, καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς τὴν νύκτα αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ D

4. Attende quomodo et parentes ejus licet infideles essent, ductu potentissimæ sapientiæ Dei nomen puero imposuerunt, sicut et Lamech suo Noë. Est enim et hoc divinæ benignitatis, post multum tempus eventura per infideles præ- A nuntiare. Adveniens itaque quidam, inquit, nuntiavit transitori quæ acciderant, captivitatem videlicet filii fratris, et regum illorum magnam potentiam, Sodomorumque populationem, et fœdam fugam. *Ipse autem*, inquit, *habitabat juxta quercum Mambre Omori, fratris Eschol, et Aunan, qui erant confœderati Abræ.* Jam forte hic aliquis interrogaverit : Quare eorum qui in Sodomis erant, solus justus Lot in captivitatem abducitur ? Non sine causa hoc, neque frustra : sed ut discat his eventibus Lot patriarchæ virtutem, et ut propter ipsum serventur et alii, utque doceatur primatum non appetere, sed B majoribus cedere. Audiamus autem deinceps ea quæ sequuntur, ut discamus et justi virtutem, et immensum Dei subsidium. Verum diligenter dictis auscultate, mentemque recolligite. Multum enim lucri facere hic poterimus, et ex iis quæ Lot evenerunt discere, numquam ægre ferendum, si quando justi incidant in tentationes, improbi vero et mali evadant : neque ullo modo prima quærenda esse, neque aliquid justorum familiaritati et convictui præferendum; sed etsi C serviendum sit habitando cum viris virtute præditis, id ipsa libertate utilius esse. Et insuper discamus patriarchæ insignem tolerantiam, propensum in Lot amorem et benevolentiam, fortitudinis magnitudinem, opum contemtum, ineffabilem divini erga illum adjutorii virtutem. 14. *Ut autem audivit*, inquit, *Abram quod captus esset Lot fratris sui filius, numeravit proprios vernaculos suos trecentos decem et octo, et persequutus est illos usque Dan,* 15. *et irruit super eos nocte ipse et pueri ejus, et percussit* D *eos, et persequutus est eos usque Chobal, quæ*

[b] Ἐπειδὴ γὰρ πέραν τοῦ Εὐφράτου etc. Vox Hebraica est עברי : quam alii *περάτην*, *transitorem* vel *transfluvialem*, interpretantur, עבר enim *trans* significat. Alii Hebræum hic appellant Abrahamum, et putant nomen desumi ab Heber, patre Phalec, ex quo originem duxerat Abraham. Circa Hebræorum appellationem par sententiarum discrimen observatur : aliis ab *Heber*, *trans*, quia transfluviales origine erant, aliis ab Hebero Abrahami atavo nomen derivantibus.

est in sinistra Damasci. 16. *Et reduxit omnem equitatum Sodomorum. Et Lot filium fratris sui reduxit, et substantiam ejus, et populum, et mulieres.* Considera hic, dilectissime, magnanimitatem et fortitudinem justi, quomodo bene fisus misericordiæ Dei, non perculsus est animo, cum audisset virorum fortitudinem, et stragem quam fecerant, primum in omnes gentes irruptione facta, debellatisque Amalecitis et cæteris omnibus: deindeque cum Sodomitis manus conserentes, et in fugam ipsos verterint, omnemque eorum diripuerint substantiam. Idcirco enim superius hæc omnia narravit nobis Scriptura, et quanta sua virtute strenue gesserunt, ut scias non corporali robore eos devicisse patriarcham, sed sua in Deum fide, et superno præsidio adjutum omnia illa gessisse; non arma movit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intendit, nec scuta objecit, sed solum cum vernaculis. Dixerit aliquis: Et quare numeravit trecentos decem et octo vernaculos? Ut scias eum non universos assumsisse, sed vernaculos, et qui cum Lot educati erant, ut ultionem sponte et benevole facerent, utpote servi pro suo domino certantes. Et vide, obsecro, miram Dei potentiam, quanta velocitate contigit victoria. *Irruit* enim, inquit, *super illos nocte, ipse, et servi ejus, et percussit eos, et persequutus est eos.* Erat enim manus superna, quæ adjuvabat et commilitabat. Et ideo neque armis, neque machinis opus habebant: sed tantum ut comparuit cum famulis, alios quidem percussit, alios autem in fugam vertit, et utrumque impavide, cum nullus esset qui obturbaret, et tam equos regis Sodomorum reduxit, quam Lot fratris sui filium, et omnem ejus substantiam et mulieres. Vides quare aliis fuga elabentibus, permissus sit Lot in captivitatem venire? Nempe ut et patriarchæ virtus clarescceret, et propter ipsum alii multi salutem assequerentur. Rediit autem magno et præclaro tropæo insignis, cum Lot equos, et mulieres, et cæteras substantias reducens, et clara ac plena voce prædicans, tubaque vocalius clamans, se non humana virtute, neque corporali robore et illos profligasse, et victorem evasisse, sed superna manu faciente omnia. Vidisti per omnia justum clariorem fieri, et quotidie magis declarari Dei erga eum providentiam? Vide post hæc, quomodo studet ut Sodomitis divini cultus doctor fiat. Ait enim Scriptura: 17. *Egressus est rex Sodomorum in occursum ei, postquam reversus est a strage Chodologomor, et regum qui cum illo.* Attende quanti sit virtus,

Cur trecentos vernaculos sumserit Abraham.

ἐπάταξεν αὐτοὺς ἕως Χωβὰλ, ἡ ἐστιν ἀριστερὰ Δαμασκοῦ. Καὶ ἐπέστρεψε πᾶσαν τὴν ἵππον Σοδόμων, καὶ Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἀπέστρεψε, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τὸν λαὸν, καὶ τὰς γυναῖκας. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, τῆς τοῦ δικαίου ἀνδρείας τὴν μεγαλοψυχίαν, ὅπως θαρρήσας τῇ τῶ Θεοῦ δυνάμει οὐ κατεπλάγη τῶν ἀνδρῶν τὴν ἰσχὺν, μαθὼν τὴν τροπὴν ἣν ἐποιήσαντο, πρότερον μὲν κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὁρμήσαντες, καὶ τοὺς Ἀμαληκίτας καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας καταγωνισάμενοι, ἔπειτα δὲ πρὸς τοὺς ἐν Σοδόμοις συμβαλόντες, καὶ εἰς φυγὴν αὐτοὺς τρέψαντες, καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀφελόμενοι τὴν ὕπαρξιν. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ πάντα ταῦτα ἡμῖν διηγήσατο, καὶ ὅσα διὰ τῆς αὐτῶν ἀνδρείας κατώρθωσαν, ἵνα μάθῃς ὡς οὐ σωματικῇ ἰσχύϊ ὁ πατριάρχης τούτους κατηγωνίσατο, ἀλλὰ τῇ πίστει τῇ εἰς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ ἄνωθεν βοηθείᾳ τειχιζόμενος πάντα ταῦτα κατώρθωσεν, οὐχ ὅπλα κινήσας, καὶ βέλη, καὶ δόρατα, καὶ τόξα τείνας, καὶ ἀσπίδας προβαλόμενος, ἀλλὰ μετὰ τῶν οἰκογενῶν. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ἠρίθμησε τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενεῖς; Ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἅπαντας ἔλαβεν, ἀλλὰ τοὺς οἰκογενεῖς, τοὺς συνανατραφέντας τῷ Λὼτ, ἵνα μετὰ πολλῆς εὐνοίας τὴν ἐκδίκησιν ποιήσωνται, ὡς ὑπὲρ οἰκείου δεσπότου λοιπὸν ἀγωνιζόμενοι. Καὶ θέα μοι τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν, μεθ' ὅσης ταχύτητος τὰ τῆς νίκης γεγένηται. Ἐπέπεσε γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, τὴν νύκτα αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ ἐδίωξεν αὐτούς. Ἡ γὰρ ἄνωθεν χεὶρ ἦν συνεφαπτομένη καὶ συστρατηγοῦσα τοῖς γινομένοις. Δι' ὃ οὐδὲ ὅπλων αὐτοῖς ἐδέησεν, οὐδὲ μηχανημάτων, ἀλλὰ μόνον φανεὶς μετὰ τῶν οἰκετῶν τοὺς μὲν ἐπάταξε, τοὺς δὲ εἰς φυγὴν ὁρμῆσαι παρεσκεύασε, καὶ ἑκάτερον ἐποίησε μετὰ ἀδείας ἁπάσης, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἐνοχλοῦντος, τήν τε ἵππον τοῦ βασιλέως Σοδόμων ἀπέστρεψε, καὶ τὸν Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα καὶ τὰς γυναῖκας. Ὁρᾷς διὰ τί συνεχωρήθη τῶν ἄλλων πεφευγότων ὁ Λὼτ μόνος αἰχμάλωτος γενέσθαι; Ἵνα καὶ τοῦ πατριάρχου κατάδηλος γένηται ἡ ἀρετὴ, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῆς σωτηρίας ἐπιτύχωσι. Καὶ ἐπανῄει λοιπὸν μέγα καὶ λαμπρὸν τρόπαιον ἐπαγόμενος, μετὰ τοῦ Λὼτ καὶ τὴν ἵππον, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐπιφερόμενος, καὶ πᾶσι λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κηρύττων, καὶ σάλπιγγος μεγαλοφωνότερον βοῶν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει, οὐδὲ ἰσχύϊ σωμάτων τὴν τροπὴν εἰργάσατο, καὶ τὴν νίκην ἤρατο, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πάντα ἐργαζομένης. Εἶδες διὰ πάντων τὸν δίκαιον περιφανέστερον γινόμενον, καὶ καθ' ἕκαστον καιρὸν πᾶσι δεικνύντα τὴν περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν; Ὅρα αὐτὸν λοιπὸν καὶ διδάσκαλον θεοσεβείας γενέσθαι σπουδάζοντα

τοῖς ἐν Σοδόμοις. Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συνάντησιν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ Χοδολογομὸρ, καὶ τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ. Σκόπει πόσον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας ἀπολαύειν. Ὁ βασιλεὺς τῷ ξένῳ, τῷ πρεσβύτῃ εἰς συνάντησιν ἐξεισι, καὶ πᾶσαν ἀπονέμει τιμήν. Ἐμάνθανε γὰρ ὡς D οὐδὲν αὐτῷ τῆς βασιλείας ὄφελος τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἠρημωμένῳ, καὶ ὡς οὐδὲν ἂν γένοιτο δυνατώτερον τοῦ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς βοηθουμένου. Καὶ Μελχισεδὲκ, φησὶ, βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου.

et divini auxilii commilitium. Rex peregrino et seni in occursum egreditur, et omnem honorem impendit. Jam enim didicerat, nihil prodesse regnum ei qui superno auxilio est destitutus, et nihil potentius esse eo qui manu Dei adjuvatur. 18. *Et Melchisedec,* inquit, *rex Salem protulit panes et vinum. Erat autem sacerdos Dei altissimi.*

Τί βούλεται ἡμῖν αὕτη ἡ παρατήρησις, Βασιλεὺς Σαλὴμ, καὶ Ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; Βασιλεὺς μὲν ἦν, φησὶ, τῆς Σαλήμ. Τοῦτον γὰρ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος πρὸς τοὺς ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκότας ἐπιστέλλων εἰς μέσον παράγων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ περιστρέφων καὶ πόλιν, ὁμοῦ ἑρμηνεύει τοῦ ὀνόματος τὴν σημασίαν, καὶ ἐτυμολογίᾳ τινὶ κέχρηται λέγων, Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς δικαιοσύνης. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν γλῶτταν τὸ μὲν Μελχὶ βασιλείαν σημαίνει, τὸ δὲ Σεδὲκ, δικαιοσύνην. Εἶτα καὶ εἰς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐλθών φησι, Βασιλεὺς εἰρήνης· τὸ γὰρ Σαλὴμ εἰρήνην ἐμφαίνει. Ἱερεὺς δὲ ἦν ἴσως αὐτοχειροτόνητος· οὕτω γὰρ ἦσαν τότε οἱ ἱερεῖς· ἤτοι οὖν διὰ τὸ τῇ ἡλικίᾳ προβῆναι οἱ προσήκοντες αὐτῷ ἀπονενεμήκασι τὴν τιμήν· ἢ καὶ αὐτὸς ἱερατεύειν ἐπετήδευσε, καθάπερ ὁ Νῶε, καθάπερ ὁ Ἄβελ, καθάπερ ὁ Ἀβραὰμ, ἡνίκα τὰς θυσίας προσῆγον. Ἄλ- 357
λως δὲ καὶ τύπος ἔμελλεν εἶναι τοῦ Χριστοῦ. Διὰ A
τοῦτο καὶ Παῦλος οὕτως αὐτὸν ἐκλαμβάνει λέγων· Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἔχων ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ πῶς, φησὶν, οἷόν τε ἄνθρωπον ὄντα ἀπάτορα εἶναι καὶ ἀμήτορα, καὶ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχειν, μήτε ζωῆς τέλος; Ἤκουσας ὅτι τύπος ἦν· μὴ τοίνυν ξενίζου, μηδὲ πάντα ἀπαίτει ἐν τῷ τύπῳ. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τύπος, εἰ μέλλοι πάντα ἔχειν τὰ τῇ ἀληθείᾳ συμβαίνοντα. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Ὥσπερ οὗτος, φησὶ, διὰ B
τὸ μὴ μνημονευθῆναι τοὺς γεγεννηκότας αὐτὸν, ἀπάτωρ λέγεται καὶ ἀμήτωρ, καὶ διὰ τὸ μὴ γενεαλογηθῆναι, ἀγενεαλόγητος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ μὴ ἐσχηκέναι μήτε ἐν οὐρανοῖς μητέρα, μήτε ἐπὶ τῆς γῆς πατέρα, ἀγενεαλόγητος λέγεται καὶ ἔστι. Καὶ ὅρα διὰ τῆς εἰς τὸν πατριάρχην τιμῆς, ὅπως μυστήριόν τι ἡμῖν δι' αὐτῆς αἰνίττεται. Ἐξήνεγκε γὰρ ἄρτους καὶ οἶνον. Ὁρῶν τὸν τύπον, νόει μοι τὴν ἀλήθειαν, καὶ θαύμαζε τῆς θείας Γραφῆς τὴν δύναμιν, πῶς ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προεμήνυε. Καὶ εὐλόγησε, φησὶ, τὸν Ἄβραμ, καὶ εἶπεν· εὐλογητὸς Ἄβραμ τῷ Θεῷ C
τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Καὶ

5. Quid sibi vult hæc observatio, *Rex Salem*, et *Sacerdos Dei altissimi?* Rex quidem erat Salem. Illum enim nobis et beatus Paulus scribens ad eos qui ex Hebræis crediderant, cum in medium adduxisset, et nomen ejus tractaret atque civitatem, simul significationem nominis ejus interpretatur, et usus etymologia quadam ait : *Melchisedec, rex justitiæ.* Nam secundum Hebraicam linguam Melchi regnum significat : et Sedec, justitiam. Et cum ad nomen civitatis venit, *Rex pacis,* inquit : Salem enim idem quod pax est. Sacerdos autem erat, forte a semetipso ordinatus: sic enim tunc erant sacerdotes : vel quia ætate provectior erat, a suis hunc honorem accepit; vel ipse sacrificare studuit, sicut et Noë, Abel, Abram, quando sacrificia obtulerunt. Alioquin et typus Christi futurus erat. Unde et Paulus sic eum accipit dicens : *Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens, assimulatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Et quomodo, dices, possibile est hominem absque patre, et matre, et sine genealogia esse, et non habere vel initium, vel finem vitæ? Audisti eum figuram fuisse; ne ergo admirare, neque omnia require in typo. Neque enim typus esset, si omnia quæ in veritate contingunt, haberet. Quid igitur est quod ibi dicitur? Sicut ille, inquit, eo quod nulla sit memoria eorum qui genuerunt, dicitur sine patre et sine matre, et quia non recensetur ejus genealogia, dicitur sine genealogia: ita et Christus, quia non habet vel in cælo matrem, vel in terra patrem, absque genealogia dicitur et est. Vide quomodo per honorem in patriarcham collatum, mysterium aliquod nobis insinuatur. Protulit enim panem et vinum. Videns typum, cogita et veritatem, et admirare divinæ Scripturæ vim, quomodo superioribus sæculis et ab initio futura præsignificavit. 19. *Et benedixit,* inquit, *Abramum, et dixit : Be-*

Hebr. 7. 2.

Hebr. 7. 3.

nedictus Abram Deo altissimo, qui creavit cœlum et terram. 20. *Et benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.* Non solum ipsum benedixit, sed et Deum glorificavit. Ut dixit enim, *Benedictus Abram Deo altissimo, qui creavit cœlum et terram,* a creaturis virtutem Dei nobis declaravit. Si enim Deus est ille qui produxit cœlum et terram, non
Jer. 10. 11. sunt jam dii qui ab hominibus coluntur : *Dii* enim, inquit, *qui cœlum et terram non fecerunt, pereant. Benedictus,* inquit, *Deus, qui* D *tradidit inimicos tuos in manus tuas.* Vide, oro, quomodo non solum justum prædicat, sed et Dei subsidium agnoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tanta potentia munitos vincere. *Qui tradidit,* inquit, *inimicos tuos* : ipse est qui totum operatus est, ipse est qui fortes fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos dejecit : ab eo est auxilium, quod tantam ibi virtutem concessit. *Qui tradidit,* inquit, *inimicos tuos in manus tuas.* Vides quomodo ostendit ipsius concordiam, et propensum amorem in Lot : declaratque eum pro inimicis istos habuisse, propter ea quæ in fratris filium fecerant? *Et dedit ei,* inquit, *decimas de omnibus.*
Hebr. 7. 4. Hoc et Paulus dicit : *Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram patriarcha dedit de primitiis ;* videlicet ex spoliis quæ adduxit remuneratus est Melchisedecem, et decimas ei segregavit de omnibus quæ attulit : per hoc doctor factus omnibus, ut gratum declarantes animum, primitias eorum quæ sibi a Deo conceduntur, offerant. Post hæc Sodomorum rex pa- 358
triarchæ magnanimitatem obstupescens dicit ei : A
21. *Da mihi viros, equitatum autem tolle tibi.* Honesta regis gratia, sed vide justi philosophiam. 22. *Dixit autem Abram regi Sodomorum : Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui fecit cœlum et terram,* 23. *si a funiculo usque ad sphæroterem calceamenti accipiam de omnibus tuis : ut ne dicas, Ego ditavi Abram.* Magna patriarchæ in contemnendis divitiis virtus. Et cujus gratia cum juramento recusat et dicit : *Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui creavit cæ-* B *lum et terram ?*

6. Duo simul docere vult Sodomorum regem, se minime capi donis quæ ab ipso offerebantur, et magnam philosophiæ formam indicare velle, ac pietatis doctorem ei fieri studere, ac si instituat

εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. Οὐ μόνον αὐτὸν εὐλόγησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐδόξασεν. Εἰπὼν γὰρ, Εὐλογητὸς Ἄβραμ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν ἡμῖν [a] ἀνέφηνεν. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παραγαγὼν, οἱ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεραπευόμενοι οὐκ ἂν εἶεν θεοί· Θεοὶ γὰρ, φησὶν, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. Εὐλογητὸς, φησὶν, ὁ Θεὸς, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. Θέα μοι πῶς οὐ μόνον τὸν δίκαιον ἀνακηρύττει, ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν συμμαχίαν ἐπιγινώσκει. Οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῆς ἐκεῖθεν ῥοπῆς ἠδυνήθη τῶν τοσαύτην δυναστείαν περιβεβλημένων περιγενέσθαι. Ὃς παρέδωκε, φησὶ, τοὺς ἐχθρούς σου· αὐτός ἐστιν ὁ τὸ πᾶν ἐργασάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς ἰσχυροὺς ἀσθενεῖς καταστήσας, αὐτός ἐστιν ὁ διὰ τῶν ἀόπλων τοὺς ὡπλισμένους κατενεγκών· ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ ῥοπὴ ἡ τοσαύτην σοι τὴν δύναμιν παρασχομένη. Ὃς παρέδωκε, φησὶ, τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. Ὁρᾷς πῶς δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν δμόνοιαν καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν περὶ τὸν Λὼτ, καὶ πῶς ἐμφαίνει, ὅτι καὶ ὁ Ἀβραὰμ οἰκείους αὐτοὺς E ἐχθροὺς ἡγεῖτο διὰ τὰ εἰς τὸν ἀδελφιδοῦν γεγενημένα ; Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, φησὶ, δεκάτην ἀπὸ πάντων. Τοῦτο καὶ Παῦλός φησι· Θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων, ὁ πατριάρχης· δηλονότι ἐκ τῶν λαφύρων, ὧν ἐπήγετο, ἠμείψατο τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ δεκάτην αὐτῷ ἀφώρισεν ἀπὸ πάντων ὧν ἐπεφέρετο· ἐντεῦθεν ἤδη διδάσκαλος ἅπασι γενόμενος, πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι εὐγνωμοσύνην, καὶ τὰς ἀπαρχὰς προσάγειν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν παρασχεθέντων. Εἶτα ἐκπλαγεὶς τοῦ πατριάρχου τὴν μεγαλοψυχίαν ὁ βασιλεὺς Σοδόμων φησὶ πρὸς αὐτόν· Δός μοι τοὺς ἄνδρας, τὴν δὲ ἵππον λάβε σεαυτῷ. Καλὴ τοῦ βασιλέως ἡ εὐγνωμοσύνη· ἀλλ' ὅρα τοῦ δικαίου τὴν φιλοσοφίαν. Εἶπε δὲ Ἄβραμ πρὸς τὸν βασιλέα Σοδόμων· ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι ἐγὼ πεπλούτικα τὸν Ἄβραμ. Πολλὴ τοῦ πατριάρχου ἡ περὶ τὰ χρήματα ὑπεροψία. Καὶ τίνος ἕνεκεν μεθ' ὅρκου τὴν ἀπαγόρευσιν ποιεῖται, καί φησιν, Ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ;

Ἀμφότερα βούλεται παιδεῦσαι τὸν τῶν Σοδόμων βασιλέα, καὶ ὅτι κρειττων ἐστὶ τῶν παρ' αὐτοῦ δεδομένων, καὶ πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν φιλοσοφίαν, καὶ θεοσεβείας αὐτῷ διδάσκαλος γενέσθαι σπουδάζει, μο-

[a] Savil. et Morel. ἀνέφηνεν. Sex Mss. ἐνέφηνεν.

νονουχὶ διδάσκων αὐτὸν, ὅτι ἐκεῖνόν σοι παρέχω μάρτυρα, ὅτι οὐδὲν τῶν παρὰ σοῦ λήψομαι, τὸν ἁπάντων δημιουργὸν, ἵνα εἰδέναι ἔχοις τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, καὶ μὴ νομίσῃς εἶναι θεοὺς τὰ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων κατασκευαζόμενα. Οὗτος γὰρ ὁ οὐρανοῦ C καὶ γῆς ποιητὴς, αὐτὸς καὶ τὸν πόλεμον τοῦτον ἐτροπώσατο, καὶ τῆς νίκης αἴτιος κατέστη. Μὴ τοίνυν προσδοκήσῃς ἐμὲ ἀνέξεσθαί τι λαβεῖν τῶν παρὰ σοῦ διδομένων. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ μισθῷ τὴν ἐκδικίαν ἐποιησάμην, ἀλλὰ πρότερον μὲν διὰ τὴν περὶ τὸν ἀδελφιδοῦν φιλοστοργίαν, ἔπειτα δὲ καὶ δι' αὐτὴν τοῦ δικαίου τὴν φύσιν, ὥστε τοὺς ἀδίκως ἁπηγμένους ἐξαρπάσαι τῶν βαρβαρικῶν χειρῶν. Εἰ ἀπὸ σπαρτίου, φησὶν, ἕως σφαιρωτῆρος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν· τοῦτ' ἔστιν, οὐδὲ τὸ τυχὸν, οὐδὲ τὸ εὐτελὲς, οὐδὲ τὸ εὐκαταφρόνητον νομιζόμενον. Καὶ γὰρ [a]σφαιρωτῆρα εἰώθασι λέγειν τὸ ἄκρον τοῦ ὑποδήματος τὸ εἰς ὀξὺ D λῆγον· τοιούτοις γὰρ ἔθος ἔχουσι κεχρῆσθαι οἱ βάρβαροι. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς παραιτήσεώς φησιν, Ἵνα μὴ εἴπῃς, ἐγὼ πεπλούτικα τὸν Ἀβραμ. Ἔχω τὸν χορηγὸν τῶν μυρίων ἀγαθῶν, πολλῆς ἀπολαύω τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, οὐ δέομαι τοῦ παρὰ σοῦ πλούτου, οὐ χρῄζω ἀνθρωπίνης εὐπορίας, ἀρκοῦμαι τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς ἐμὲ φιλοτιμίᾳ, οἶδα αὐτοῦ τὸ δαψιλὲς τῶν δωρεῶν. Τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν παραχωρήσας τῷ Λὼτ, μεγάλων καὶ ἀπορρήτων ἠξιώθην ὑποσχέσεων· καὶ νῦν μείζονα πλοῦτον ἑαυτῷ πραγματευόμενος, καὶ πλείονα παρ' αὐτοῦ εὔνοιαν ἐπισπώμενος, τὸν παρὰ E σοῦ πλοῦτον οὐ προσίεμαι. Διὰ τοῦτο δὲ, ὡς οἶμαι, καὶ τὸν ὅρκον προσέθηκε, καὶ εἶπεν, Ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ἵνα μὴ νομίσῃ ἁπλῶς αὐτὸν σχηματίζεσθαι, οἷα συμβαίνειν εἰκὸς· ἀλλ' ἵνα μάθῃ ὅτι τοῦτο αὐτῷ δέδοκται, τὸ μηδὲ τὸ τυχὸν ἐκεῖθεν νοσφίσασθαι. Καὶ ἐπλήρου τὸ παράγγελμα ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς εἰρημένον· Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Μὴ γὰρ ἐγώ τι πλεῖον, φησὶν, εἰσήνεγκα εἰς τὴν τοῦ πολέμου ὑπόθεσιν, ἢ μόνον τὴν γνώμην καὶ τὴν προθυμίαν; Τὴν δὲ νίκην καὶ τὸ τρόπαιον, καὶ τὰ ἄλλα 359 πάντα αὐτὸς εἰργάσατο τῇ ἀοράτῳ δυνάμει. Εἶτα ἵνα A μὴ νομίσῃ ὁ βασιλεὺς, ὅτι δι' ὑπεροψίαν καὶ καταφρόνησιν οὐ προσίεται τὰ παρ' αὐτοῦ διδόμενα, δεικνὺς αὐτοῦ καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἥμερον, καὶ τῆς γνώμης τὸ φιλόσοφον, φησίν· οὐ λήψομαι, Πλὴν ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ, Ἐσχὼλ, Αὐνᾶν, Μαμβρῆ· οὗτοι λήψονται μερίδα. Τούτοις, φησὶ, συγχωρήσω

illum his verbis: Illum tibi testem adhibeo, me, nihil tuarum rerum accepturum, illum, inquam, omnium Conditorem, ut nosse possis Deum omnium, et ne credas esse deos ea quæ ab hominum manibus fabricantur. Ille enim cæli et terræ Conditor, ille et nobis in hoc bello victoriæ et triumphi auctor. Ne igitur exspectes me quidpiam ex donis tuis accepturum. Neque enim mercedis gratia vindictam feci, sed primum ob amoris affectum, quem erga fratris mei filium gero: deinde et propter ipsius justitiæ officium, ut e barbarorum manibus eriperem injuste abductos. *Si a funiculo*, inquit, *usque ad sphæroterem calcei accipiam de tuis omnibus*: hoc est, nihil tam vile, nec tam nihili habitum est quod accepturus sim. Nam sphæroterem solent vocare apicem calcei, qui in acumen desinit: quo calceorum genere barbari consuerunt uti. Exin et causam, quare accipere detrectet, dicit: *Ut ne dicas: Ego locupletavi Abram.* Habeo Deum, qui innumera mihi suppeditet bona, superno innitor auxilio: non opus mihi divitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum Dei in me beneficentia: scio illius largitatem. Paucis et vilibus cessi meo Lot; magnas et ineffabiles promissiones assequutus sum, et nunc majorum divitiarum negotiatio mihi est, et majorem ejus gratiam mihi concilio, quare opes tuas non accipio. Ideo autem, opinor, et juramentum adhibuit, et dixit: *Extendam manum meam ad Deum altissimum*, ut ne putet eum ita simulare, ut probabile est sæpe contingere: sed ut sciat hoc ita plane decretum apud Abram, ut ne vel minimum quid inde sibi seligeret. Atque ita implebat mandatum illud quod a Christo discipulis est datum: *Gratis accepistis, gratis date.* *Matth.* 10. 8. Num ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præterquam voluntatem et alacritatem? Victoriam autem, et triumphum, ac cætera operatus est ille invisibili virtute. Deinde ut ne putaret rex, ipsum ex superbia et contemtu quæ ab eo dabantur non accipere, declarans suam et in hoc humanitatem, et philosophicam mentem, inquit: 24. Non accipiam, *exceptis iis quæ comederunt juvenes, et portione virorum qui mecum venerunt, Eschol, Aunan, Mambre; ii accipient portionem.* Hos, inquit, permittam acci-

[a] Σφαιρωτῆρα εἰώθασι λέγειν τὸ ἄκρον τοῦ ὑποδήματος τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον, *Sphæroterem solent vocare apicem calcei, qui in acumen desinit.* Σφαιρωτήρ *globi formam* potius exprimeret, quam *acumen*. Verum apud LXX Interpretes σφυρωτῆρα legitur, quam vocem interpretantur *corrigiam*. Vox Hebraïca est שרוך, *corrigia*. Omnes Editi et Mss. Chrysostomi σφαιρωτῆρα habent.

pere portionem aliquam, quoniam ingentis amicitiæ specimen declararunt. *Hi* enim *erant*, inquit, *confœderati Abræ* : hoc est, amicitia conjuncti : quod hinc ostenditur quia in partem periculorum cum eo venerunt. Unde remunerare volens eos, facit ut partem aliquam accipiant, apostolicam legem etiam in hoc implens, quæ dicit : *Dignus est operarius alimento suo.* Nihil enim eos ultra usum suum accipere permittit; dicit enim : *Exceptis iis quæ comederunt juvenes, et portione eorum qui mecum venerunt, Eschol, Aunan, Mambre; ii accipient portionem.* Vidistis exquisitam patriarchæ virtutem, quomodo eam philosophiam exhibeat, quæ opum contemtum et modestiam respicit, nihilque non agat, ut ne per arrogantiam et contemtum id facere videatur, neque e victoria superbiat?

Matth. 10. 10. *Luc.* 10. 7.

λαβεῖν τινα μερίδα, ἐπειδὴ πολλῆς φιλίας τεκμήρια ἐπεδείξαντο. Οὗτοι γὰρ, φησὶ, συνωμόται τῷ Ἀβραμ, τοῦτ' ἔστιν, εἰς φιλίαν συνημμένοι· καὶ τοῦτο δείκνυσι τὸ ἐλέσθαι αὐτοὺς κοινωνῆσαι αὐτῷ τῶν κινδύνων. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀμειβόμενος αὐτοὺς παρασκευάζει μερίδα τινὰ λαβεῖν, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν τὸν ἀποστολικὸν νόμον πληρῶν τὸν λέγοντα, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. Οὐδὲ γάρ τι πλέον τῆς χρείας αὐτοὺς λαβεῖν ἀφίησι· Πλὴν γὰρ, φησὶν, ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ, Ἐσχὼλ, Αὐνᾶν, Μαμβρῆ· οὗτοι λήψονται μερίδα. Ἴδετε τῆς ἀρετῆς τοῦ πατριάρχου τὴν ἀκρίβειαν, πῶς καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο τὴν περὶ τὴν ὑπεροψίαν τῶν χρημάτων, καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε μὴ δόξαι ἀλαζονείᾳ τινὶ καὶ καταφρονήσει τοῦτο πεποιηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ γεγενημένῃ;

Moralis exhortatio.

7. Talem virum imitemur et nos, obsecro, et operam demus, ut invictos nos custodiamus, et neque virtutis obtentu superbiæ famam acquiramus, neque modestiæ obtentu virtutem negligamus : sed ubique modum servemus, et bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentum et basim subjiciamus, ut secure quæ ad virtutem spectant construere valeamus. Hæc enim vere virtus est, quæ conjunctam habet humilitatem. Qui hoc fundamentum tuto jecerit, poterit in quantam voluerit altitudinem structuram excitare. Hæc maxima est munitio, hæc murus inconcussus, hæc inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum vel a ventorum violentia, vel ab imbrium impetu, vel a flatuum vi dejici : sed omnibus insidiis inaccessum facit, et invictum, quasi ex adamante constructum esset, magnasque nobis divinæ largitatis mercedes affert. Per hanc et patriarcha tantarum Dei promissionum accepit magnitudinem. Scietis enim, permittente Deo, ex iis quæ in sequentibus dicentur, quomodo nunc, ut contemsit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna et ineffabilia Dei dona consequutus est. Per hanc non ille solum, sed et justi omnes celebres et clari fuerunt. Id, quotquot estis divinarum Scripturarum lectionis studiosi, addiscere poteritis. Benignus enim Dominus quando nos videt despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat, nobisque futurorum

Τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, παρακαλῶ, καὶ σπουδάζωμεν ἀλήπτους ἑαυτοὺς φυλάττειν, καὶ μήτε προφάσει τῆς ἀρετῆς ἀπονοίας ἑαυτοῖς περιτιθέναι δόξαν, μηδὲ προφάσει ταπεινοφροσύνης τῆς ἀρετῆς καταμελεῖν· ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ μέτρον διασώζειν, καὶ τοῖς κατορθώμασι τοῖς [a] ὑφ' ἡμῶν γινομένοις, καθάπερ θεμέλιόν τινα καὶ ὑποβάθραν τὴν ταπεινοφροσύνην ὑποτιθέναι, ἵνα μετὰ ἀσφαλείας ἡμῖν οἰκοδομῆται τὰ τῆς ἀρετῆς. Τοῦτο γὰρ ἀρετὴ, ὅταν ἔχῃ ταύτην συνεζευγμένην. Ὁ γὰρ τοῦτον μετὰ ἀσφαλείας τὸν θεμέλιον καταβαλὼν δυνήσεται πρὸς ὅσον βούλεται ὕψος ἐγεῖραι τὴν οἰκοδομήν. Αὕτη μεγίστη ἀσφάλεια, αὕτη τεῖχος ἀῤῥαγὲς, αὕτη πύργος ἀκαταμάχητος, αὕτη πᾶσαν συσφίγγει τὴν οἰκοδομὴν, οὐκ ἀφιεῖσα οὔτε ὑπὸ ἀνέμων σφοδρότητος, οὔτε ὑπὸ τῆς τῶν ὄμβρων φορᾶς, οὔτε ὑπὸ τῆς τῶν πνευμάτων βίας αὐτὴν καταπεσεῖν, ἀλλ' ἀνωτέραν καθίστησι πάσης ἐπιβουλῆς, καὶ καθάπερ ἐξ ἀδάμαντός τινος κατεσκευασμένην, οὕτως αὐτὴν ἀχείρωτον ἐργάζεται, καὶ μεγάλας ἡμῖν ἀμοιβὰς παρὰ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ δωρεᾶς ἐφέλκεται· δι' ἧς πατριάρχης τοσούτων τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος ἐδέξατο. Εἴσεσθε γὰρ, τοῦ Θεοῦ ἐπιτρέποντος, καὶ ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν ἑξῆς μελλόντων ῥηθήσεσθαι, πῶς καὶ νῦν ὑπεριδὼν τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως Σοδόμων αὐτῷ [b] διδομένων, μεγάλων καὶ ἀφάτων ἠξιώθη τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν. Διὰ ταύτης οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων δικαίων ἕκαστος εὐδοκίμησε. Καὶ τοῦτο, ὅσοι φιλόπονοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ἐστε, δυνήσεσθε καταμαθεῖν πανταχοῦ γινό-

D

E

360 A

[a] Reg. et Savil. ὑφ' ὑμῶν. Quatuor Mss. ὑφ' ἡμῶν, atque ita legit Interpres.

[b] Sic Savil. et Morel. Sex Mss. δεδομένων. Infra Savil. et septem Mss. ὅσοι φιλότεχνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν. Lectio quæ in contextu legitur, nempe φιλόπονοι, magis arridet.

μενον. Ὁ γὰρ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης, ὅταν ἴδῃ ὑπερορῶντας ἡμᾶς τῶν παρόντων, μετὰ δαψιλείας καὶ ταῦτα παρέχει, καὶ τῶν μελλόντων ἡμῖν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ταμιεύεται. Καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ χρημάτων, καὶ ἐπὶ τῆς δόξης τοῦ παρόντος βίου, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἐπικήρων πραγμάτων ἐστὶν ἰδεῖν γινόμενον. Καταφρονῶμεν τοίνυν τοῦ παρόντος πλούτου, ἵνα τὸν ἀληθῆ πλοῦτον εὑρεῖν δυνηθῶμεν· ὑπερίδωμεν τῆς κενῆς ταύτης δόξης, ἵνα τῆς ἀληθοῦς ἐκείνης καὶ βεβαίας ἀπολαύσωμεν· καταγελάσωμεν τῆς παρούσης εὐημερίας, ἵνα τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· μηδὲν ἡγώμεθα τὰ παρόντα, ἵνα πρὸς τὸν τῶν μελλόντων πόθον διεγερθῆναι δυνηθῶμεν. [a]Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὸν τοῖς παροῦσι προσηλωμένον ἐκείνων τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὸν πόθον καταδέξαθαί ποτε, καθάπερ λήμης τινὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ σώματος ἐπικειμένης, οὕτω τῆς τῶν παρόντων ἐπιθυμίας σκοτούσης τὸν λογισμὸν, καὶ οὐκ ἀφιείσης συνιδεῖν τι τῶν δεόντων. Οὐδ' αὖ πάλιν δυνατὸν τὸν περὶ ἐκεῖνα τὰ ἀκίνητα καὶ βέβαια ἀγαθὰ τὸν πόθον ἔχοντα, τούτων τῶν ἐπικήρων, καὶ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπταμένων, καὶ μαραινομένων ἐπιθυμίαν τινὰ λαβεῖν. Ὁ γὰρ τρωθεὶς τῷ πρὸς τὸν Θεὸν πόθῳ, καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἐπιθυμίαν κτησάμενος, ἑτέροις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ τῶν παρόντων τὴν κατάστασιν, καὶ οἶδεν ὅτι σχῆμα ἅπας ὁ παρὼν βίος, καὶ ἀπάτη, καὶ ὀνειράτων οὐδὲν διενήνοχε. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε γράφων, Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, δεικνὺς ὅτι ἕκαστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐν σχήματι μόνον ἐστὶ, καὶ καθάπερ σκιὰ καὶ ὄναρ παρατρέχει, οὐδὲν ἀληθὲς, οὐδὲν βέβαιον ἔχον. Πῶς οὖν οὐκ ἂν εἴη παιδικῆς διανοίας περὶ τὰς σκιὰς ἐπτοῆσθαι, καὶ ἐπὶ ὀνείρασι μέγα φρονεῖν, καὶ τούτοις προστετηκέναι τοῖς μικρὸν ὕστερον παρερχομένοις; Παράγει γὰρ, φησὶ, τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Ὅταν ἀκούσῃς ὅτι Παράγει, τί λοιπὸν πλέον ζητεῖς; ὅταν ἀκούσῃς ὅτι σχῆμα μόνον ἐστὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα, ἀληθείας ἔρημα τυγχάνοντα, τίνος ἕνεκεν ἐκὼν τὴν ἀπάτην ὑπομένεις, καὶ οὐκ ἐννοῶν τὸ εὐμετάβλητον, τὸ ἀβέβαιον, ταῦτα μὲν παρατρέχεις, περὶ ἐκεῖνα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν μετάγεις τὰ διαιωνίζοντα, τὰ ἀκίνητα, τὰ βέβαια, τὰ μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχόμενα;

Ἵνα γὰρ μάθῃς τὴν σύνεσιν τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, ὅρα αὐτὸν ἀλλαχοῦ πάλιν βουλόμενον δεῖξαι πάντων τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ φαιδρῶν τὸ οὐδαμινὸν, οἵᾳ λέξει ἐχρήσατο εἰπών· Τὰ γὰρ βλε-

bonorum fructum recondit. Videre hoc potes in divitiis, in gloria hujus vitæ, et in omnibus aliis temporalibus rebus. Despiciamus igitur præsentes divitias, ut veras divitias invenire valeamus; despiciamus vanam hanc gloriam, ut vera illa et solida fruamur; derideamus præsentem prosperitatem, ut arcana illa bona consequamur; nihili faciamus præsentia, ut ad futura præmia excitari valeamus. Neque enim possibile est, ut qui præsentibus est addictus, ineffabilium bonorum desiderium concipiat umquam, sicut lippitudine quadam oculos obtegente, ita præsentium cupiditate intellectum obscurante, nec permittente videre quid facto opus sit. Neque rursum fieri potest, ut qui solidorum et immobilium bonorum amore tenetur, fluxa ista, et quæ antequam appareant avolant et marcescunt, concupiscat. Nam qui saucius est amore divino, et qui futurorum desiderio tenetur, aliis oculis videt præsentium statum, scitque totam vitam præsentem figuram esse atque fallaciam, et a somniis nihil differre. Idcirco beatus Paulus hoc scripto tradidit: *Præterit figura mundi hujus*: ostendens humana omnia in figura tantum esse, ac sicut umbra et somnium transire, nihil solidum, nihil verum habentia. Annon igitur animi puerilis hoc est, umbras suspicere, de somniis superbire, et iis quæ paulo post præteribunt adhærere? *Præterit* enim, inquit, *figura hujus mundi*. Itaque cum audieris, *Præterit*, quid posthac amplius quæris? quando audis figuram solum esse humana omnia veritateque destituta, quare te decipi sponte pateris? cur cogitans quam sint mutabilia et fluxa, non ea præteris, ut ad illa quæ semper durant, ac semper stabilia, nulliusque vicissitudinis capacia sunt, desiderium transferas?

1. *Cor.* 7. 31. Vita præsens fallax umbra et somnium.

8. Nam ut scias prudentiam doctoris orbis, vide illum alio loco omnia præclara hujus vitæ nullius esse momenti demonstrare volentem, quali utatur loquendi modo: *Quæ enim vi-*

2. *Cor.* 4. 18.

[a] Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε etc. *Neque enim fieri potest, ut qui præsentibus est addictus, ineffabilium bonorum desiderium concipiat umquam.* Mens Chrysostomi est, non posse eum qui rebus præsentibus sit addictus, cælestium bonorum simul eodemque tempore desiderio teneri: posse enim Dei ope fultum ab eo statu emergere, sexcenties alibi dicit.

5. Vidisti Domini liberalitatem? Postquam 370 A enim dixit, *Absque prole dimittor,* quasi apud portas mortis exsistens, et nihil amplius operari valens ut procreentur liberi, sic verba illa protulit, dicens : *Filius Masec vernaculæ meæ heres meus erit.* Ideo volens spiritum ejus erigere, et novum vigorem menti addere, ab imminente timore eum liberat, promissioneque ac doni magnitudine mentem ejus erigit, ostendendo stellarum multitudinem, et promittendo nascituros ex eo illis pares futuros, in bonam spem adducit. Videns enim Domini promissionem, B rejecta omni humana ratione, et neque ad se ipsum, neque ad Saram minus procreationi aptam respiciens : sed prætermissis humanis omnibus, sciens Deum posse etiam ea, quæ supra naturam sunt, largiri, fidem habuit dictis, nullam dubitationem admittens, neque cum dicta hæc fuerunt, hæsitavit. Hoc enim veræ fidei est, quando promissiones non secundum solitum, et hominibus cognitum morem sunt, si nos promittentis

Εἶδες Δεσπότου φιλοτιμίαν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἀπολύομαι ἄτεκνος, καὶ ὡσανεὶ περὶ αὐτὰς τοῦ θανάτου τὰς θύρας τυγχάνων, καὶ οὐκ ἔτι λοιπὸν ἐνεργῆσαι δυνάμενος πρὸς παιδοποιίαν, οὕτω τὰ ῥήματα ἐκεῖνα προήκατο λέγων, ὅτι [a] Ὁ υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου κληρονομήσει με. Διὰ τοῦτο ἀναστῆσαι αὐτοῦ βουλόμενος τὸ φρόνημα, καὶ ἀκμάζοντα τὸν λογισμὸν ἐργάσασθαι, καὶ τοῦ δέους αὐτὸν ἀπαλλάττει τοῦ ἐπικειμένου, καὶ τῇ ὑποσχέσει ἀνορθοῖ αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς δωρεᾶς, καὶ τῷ ὑποδεῖξαι τῶν ἀστέρων τὸ πλῆθος, καὶ ἐξίσης τούτων ἐπαγγείλασθαι γενήσεσθαι τοὺς τικτομένους, εἰς χρηστὰς ἤγαγεν αὐτὸν ἐλπίδας. Ὁρῶν γὰρ τοῦ Δεσπότου τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ πάντα ἀνθρώπινον λογισμὸν ἀποσεισάμενος, καὶ οὔτε πρὸς ἑαυτὸν ἰδὼν, οὔτε πρὸς τὴν Σάραν πλείονα κωλύματα ἔχουσαν, ἀλλὰ τὰ ἀνθρώπινα πάντα ὑπερβὰς, καὶ εἰδὼς ὅτι δυνατὸς ὁ Θεὸς καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν δωρήσασθαι, ἐθάῤῥησε τοῖς εἰρημένοις, καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἐδέξατο, οὐδὲ ἐδίστασε πρὸς τὰ ῥηθέντα. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς πίστεως, ὅταν μὴ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν γινομένης τῆς

* [Ἀρίθμησον addidimus e Coisl. et Savil. in marg., qui in textu ἴδε.]

[a] Ὁ υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου, *Filius Masec vernaculæ meæ.* Mira hic interpretationum diversitas : Septuaginta Interpretes hic nomen proprium Μασὶκ efferunt : secus alii omnes, quorum quidam *filium procuratoris*, alii *filium pocillatoris*, alii *filium præfecti domus* vertunt. Vide in Hexaplis nostris, et in nota ibidem.

ἐπαγγελίας, ἡμεῖς θαῤῥῶμεν τῇ τοῦ ὑποσχομένου δυνάμει. Πίστις γάρ ἐστι, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων· καὶ πάλιν· Ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; Ἐκεῖνο τοίνυν ἐστὶ πίστις, ὅταν ἐκείνοις πιστεύωμεν τοῖς μὴ βλεπομένοις, πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν τοῦ ἐπαγγειλαμένου τὴν διάνοιαν τείναντες· ὃ δὴ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος πεποίηκε, πολλὴν καὶ γνησίαν πίστιν ἐπιδειξάμενος περὶ τὰ ἐπαγγελθέντα· δι' ὃ καὶ ἀνακηρύττεται ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς· ἐπήγαγε γὰρ εὐθέως, Καὶ ἐπίστευσεν Ἄβραμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Εἶδες πῶς καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῶν ἐπαγγελθέντων, ἐπ' αὐτῷ τῷ πιστεῦσαι ἀρκοῦσαν τὴν ἀμοιβὴν ἐδέξατο; Εἰς γὰρ δικαιοσύνην αὐτῷ ἐλογίσθη τὸ πιστεῦσαι τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίᾳ, καὶ μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις περιεργάσασθαι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ αὐτῷ εἰρημένα. Παιδευώμεθα τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς παρὰ τοῦ πατριάρχου πιστεύειν τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰρημένοις, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν αὐτοῦ θαῤῥεῖν, καὶ μὴ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς κατακολουθεῖν, καὶ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι. Τοῦτο γὰρ ἡμᾶς καὶ δικαίους ἀποφῆναι δυνήσεται, καὶ ταχέως παρασκευάσει τῶν παρ' αὐτοῦ ἐπηγγελμένων ἐπιτυχεῖν. Ἀλλὰ τῷ μὲν Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ὁλόκληρον πλῆθος γενήσεσθαι, καὶ ὑπὲρ φύσιν καὶ ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἦν, δι' ὃ καὶ ἡ πίστις ἡ περὶ αὐτὸν τὴν δικαιοσύνην αὐτῷ ἐκόμισεν· ἡμῖν δὲ, ἐὰν νήφωμεν, πολλῷ μείζονα ὑπέσχετο, καὶ πολλῷ τῷ μέτρῳ τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ὑπερακοντίσαι δυνάμεθα· μόνον ἐὰν πιστεύσωμεν τῇ τοῦ ὑποσχομένου δυνάμει, ἵνα καὶ τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην κομισώμεθα, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν. Τὰ γὰρ ἡμῖν μάλιστα ἐπαγγελθέντα, πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον νικᾷ, καὶ πᾶσαν διάνοιαν ὑπερβαίνει· τοσοῦτο τῶν ὑποσχέσεών ἐστι τὸ μέγεθος. Οὐδὲ γὰρ τὰ ἐν τῷ παρόντι μόνον ὑπέσχετο, καὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τὴν σύστασιν, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ὁρωμένων, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον καὶ τὴν τῶν σωμάτων φθορὰν, ἐπειδὰν εἰς τέφραν καὶ κόνιν διαλυθῇ ἡμῶν τὰ σώματα, τότε ἀναστήσειν αὐτὰ ἐπηγγείλατο, καὶ ἐν μείζονι δόξῃ καταστήσειν. Δεῖ γὰρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Καὶ μετὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν τῆς βασιλείας ἡμῖν τὴν ἀπόλαυσιν δωρεῖσθαι ὑπέσχετο, καὶ τὴν μετὰ τῶν ἁγίων διαγωγὴν, καὶ τὴν ἐν διηνεκεῖ αἰῶνι ἀπόλαυσιν, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα ἀγαθὰ, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Εἶδες πόση τῶν ὑποσχέσεων ἡ ὑπερβολή; εἶδες δωρεῶν μέγεθος;

Ταῦτα ἐννοοῦντες, καὶ εἰδότες τὸ ἀψευδὲς τοῦ

virtuti fidamus. *Fides* enim *est*, quemadmodum beatus Paulus ait, *sperandarum substantia rerum, argumentum non-apparentium* : et iterum : *Quod enim videt quis, quid sperat?* Hoc igitur est fides, quando illis credimus quæ non videntur et mentem ad dignitatem ejus qui promisit intendimus : id quod profecto et justus ille fecit, sinceram et eximiam promissis fidem habens : idcirco et a Scriptura divina laudatur : mox enim addidit : *Credidit Abram Deo, et reputatum est ei in justitiam.* Vidisti quomodo et ante eventum et impletionem promissorum, eo ipso quod credidit, congruentem mercedem accipit? Nam in justitiam ei reputatum est, quod crediderit promissioni divinæ, et non humana ratiocinatione curiosius ea quæ dicta sunt exploraverit. Discamus igitur et nos, obsecro, a patriarcha, Dei credere dictis, et ejus promissionibus fidere, neque ea cogitationibus nostris indagare, sed magnam animi æquitatem exhibere. Hoc enim nos et justos declarare poterit, et id efficiet ut promissa citius assequamur. Sed Abræ quidem promisit, ex semine ejus maximam futuram esse multitudinem : erantque præter solitum naturæ modum quæ promissa erant, ideoque fides in Deum justitiam ei attulit : nobis autem, si sapimus, multo majora promissa sunt, et multis modis humanas cogitationes transcendere possumus ; modo promittentis potentiæ credamus, ut et eam quæ ex fide est, justitiam reportemus, et adipiscamur bona promissa. Ea enim, quæ nobis maxime promissa, omnem humanam transcendunt rationem, et omnem cogitationem excedunt : tanta promissionum est magnitudo. Neque enim in præsenti vita solum nobis promisit hujus vitæ statum et visibilium fruitionem : sed et postquam hinc emigraverimus, et post corporis corruptionem, quando in cinerem et pulverem nostra dissoluta fuerint corpora, tunc resurrectura ea promisit, et in majori gloria futura. *Oportet enim*, inquit beatus Paulus, *corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Et post corporum resurrectionem regni possessionem daturum se nobis pollicitus est, et conversationem cum sanctis, et in perpetuo sæculo quietem, et ineffabilia illa bona, *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt.* Vidisti quanta promissionum excellentia? vidisti donorum magnitudinem?

Fidei definitio. *Hebr.* 11. 1.

Rom 8. 24.

Rom. 4. 3.

Moralis exhortatio.

1. *Cor.* 15. 53.

1. *Cor.* 2. 9.

6. Hæc cogitantes et scientes mentiri non pos-

se eum qui illa promisit, magna alacritate præparemus nos ad virtutis agones, ut et promissis bonis frui possimus, et ne salutis nostræ et tantis bonis temporanea præferamus, neque cogitemus labores virtutis, sed præmia in mente ponamus; ne-

Virtutis studiosi non labores, sed præmia sibi proponunt.

que pecuniarum sumtus tantum spectemus, si quando opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantus inde nobis proventus nascatur. Ea enim de causa semini eleemosynam comparavit divina Scriptura, ut cum gaudio et multa alacritate eam operemur. Nam si ii qui semina terræ concredunt, et collecta et intus reposita spargentes, id cum gaudio præstant, et bona spe foventur, et jam manipulos imaginantur ac plenas areas: multo magis illis quibus datum est semen hoc spirituale seminare gaudere et exsultare convenit, quod in terra serentes messuri sint in cælo: et nummos expendentes, peccatorum remissionem accipiant et fiduciæ materiam inveniant, conciliantes sibi per ea quæ hic largiuntur, perpetuam quietem et cum sanctis conversationem. Et si continentiam eligere placeat, non spectemus virtuti laborem inesse, ac virginitatem magnum habere certamen: sed eam sortem, quæ nos excipiet, cogitemus: hanc semper nobiscum reputantes, malæ concupiscentiæ refrenemus rabiem, vincamus carnis motus indecentes, et spe mercedis laborum molestiam sublevemus. Sufficit enim bonorum spes, ut etiam pericula audacter aggrediamur: quanto magis ut virtutis labores fortiter feramus? Quando enim animo versas, si ad breve tempus certaveris, et fulgidam servaveris virginitatis lampadem, te beatam vitam consequuturum esse, et cum sponso intrare posse, modo accensas habeas lampades, et sufficiens oleum; bonorum operum actionem, inquam: quomodo non cum omni facilitate difficilia omnia transcurrere poteris, cogitans illud quod a beato Paulo dictum est: *Pacem sectemini cum omnibus, et sanctificationem, sine qua nullus videbit Dominum?* Vidisti quomodo sanctificationi pacem conjunxit? Nam ut sciamus eum non solum corporis puritatem requirere, sed et pacem, hæc opportune commemorat, utrinque volens munire, ut et cogitationes sedemus, ita ut nulla sit in nobis turbatio, nullusque tumultus: sed in tranquillitate et quiete versemur, et cum omnibus pacifice agamus et mansueti simus et mites et humani, atque adeo ut omnes virtutis colores in facie nostra reluceant. Ita enim deinceps et gloriam præsentis vitæ poterimus despicere veram gloriam præferentes, et humilitatis majorem habere curam, ridereque

Hebr. 12. 14.

372

ἐπαγγειλαμένου, μετὰ προθυμίας πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀποδυώμεθα, ἵνα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι δυνηθῶμεν, καὶ μὴ προτιμῶμεν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας καὶ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τῆς ἀπολαύσεως τὰ πρόσκαιρα, μηδὲ τοὺς πόνους τῆς ἀρετῆς λογιζώμεθα, ἀλλὰ τὰς ἀντιδόσεις ἐννοῶμεν· μηδὲ τῶν χρημάτων τὴν δαπάνην ὁρᾷν βουλώμεθα, ἐπειδὰν δέῃ ταῦτα τοῖς πένησι δοῦναι, ἀλλὰ τὴν ἐντεῦθεν γινομένην πρόσοδον. Διὰ γὰρ τοῦτο τῷ σπόρῳ τὴν ἐλεημοσύνην παρείκασεν ἡ θεία Γραφὴ, ἵνα μετὰ χαρᾶς καὶ πολλῆς τῆς προθυμίας αὐτὴν ἐργαζώμεθα. Εἰ γὰρ οἱ τῇ γῇ τὰ σπέρματα παρακατατιθέμενοι, καὶ τὰ συνηγμένα καὶ ἔνδον ἀποκείμενα σκορπίζοντες μετὰ χαρᾶς τοῦτο διαπράττονται, καὶ ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι ἤδη τὰ δράγματα καὶ τὴν ἅλω πεπληρωμένην τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφουσι· πολλῷ δὴ μᾶλλον τοὺς τὸν σπόρον τοῦτον τὸν πνευματικὸν σπείρειν καταξιουμένους χαίρειν καὶ γεγηθέναι προσήκει, ὅτι ἐπὶ γῆς σπείροντες, ἐν οὐρανῷ θερίζειν μέλλουσι, καὶ ἀργύρια καταβάλλοντες, ἁμαρτημάτων συγχώρησιν δέχονται, καὶ παῤῥησίας ἀφορμὴν εὑρίσκουσι, προξενοῦντες ἑαυτοῖς διὰ τῶν ἐνταῦθα διδομένων τὴν διηνεκῆ ἀνάπαυσιν, καὶ τὴν μετὰ τῶν ἁγίων διαγωγήν. Κἂν σωφρόσυνῃ ἡδώμεθα, μὴ τοῦτο σκοπῶμεν, ὅτι πόνον ἔχει ἡ ἀρετή· μηδὲ ὅτι ἡ παρθενία πολὺν ἔχει τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ τὴν διαδεξομένην ἡμᾶς λῆξιν ἐννοῶμεν, καὶ ταύτην ἀεὶ ἀναλογιζόμενοι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς χαλινώσωμεν τὴν λύτταν, περιγινώμεθα τῶν τῆς σαρκὸς σκιρτημάτων, καὶ τῇ τῶν ἀμοιβῶν ἀντιδόσει τὴν δυσχέρειαν τῶν πόνων ὑποτεμνώμεθα. Ἱκανὴ γὰρ ἡ τῶν χρηστῶν ἐλπὶς καὶ κινδύνων παρασκευάσαι κατατολμᾶν, μήτι γε δὴ τῆς ἀρετῆς τοὺς πόνους γενναίως ἐνεγκεῖν. Ὅταν γὰρ ἐννοήσῃς, ὅτι πρὸς βραχὺν ἀγωνισάμενος χρόνον, καὶ τῆς παρθενίας τὴν λαμπάδα φαιδρὰν διατηρήσας, ἐκείνης ἀξιωθήσῃ τῆς μακαρίας διαγωγῆς, καὶ τῷ νυμφίῳ συνεισελθεῖν δυνήσῃ, εἰ τὰς λαμπάδας ἔχοις ἀνημμένας, καὶ ἀρκοῦν ἐχούσας ἔλαιον, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐργασίαν, πῶς οὐχὶ μετὰ πάσης εὐκολίας ἅπαντα τὰ δυσχερῆ διαδραμεῖν δυνήσῃ, ἐννοῶν ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Παύλου εἰρημένον· Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον; Εἶδες πῶς τῇ ἁγιωσύνῃ τὴν εἰρήνην συνέζευξεν; Ἵνα γὰρ μάθωμεν ὅτι οὐ μόνον ἁγνείαν σώματος ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ καὶ εἰρήνην, εὐκαίρως ἐμνημόνευσεν, ἑκατέρωθεν ἀσφαλίζεσθαι βουλόμενος ἕκαστον, καὶ ἐν καταστάσει εἶναι τῶν λογισμῶν, ὥστε μηδεμίαν εἶναι ταραχὴν ἢ θόρυβον ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἐν γαλήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ διάγειν, καὶ μετὰ πάντων εἰρηνικῶς διακεῖσθαι, καὶ ἡμέρους εἶναι καὶ πράους καὶ ἐπιεικεῖς, ὥστε πάντα τῆς ἀρετῆς τὰ χρώματα ἐπανθεῖν ἡμῶν τῷ προσώπῳ.

Οὕτω γὰρ λοιπὸν καὶ τῆς δόξης τοῦ παρόντος βίου ὑπερορᾷν δυνησόμεθα τὴν ἀληθῆ δόξαν προτιμῶντες, καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ πάσης τῆς τοῦ παρόντος βίου εὐημερίας καταγελᾷν, ἵνα τῆς ἀληθοῦς καὶ βεβαίας εὐημερίας ἀπολαύσωμεν, καὶ τὸν Χριστὸν ἰδεῖν καταξιωθῶμεν. Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Καθαρίσωμεν τοίνυν ἡμῶν τὸ συνειδὸς, καὶ μετὰ ἀκριβείας τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομῶμεν, ἵνα τὴν παροῦσαν ζωὴν μετὰ πάσης ἀρετῆς ὁδεύσαντες, τῶν ἐνταῦθα πόνων τὰς ἀμοιβὰς λαβεῖν C καταξιωθῶμεν ἐν τῷ μελλόντι αἰῶνι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

omnem præsentis vitæ prosperitatem, ut vera et solida felicitate fruamur, et Christum videre mereamur. *Beati* enim, inquit, *puri corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Purificemus itaque nostram conscientiam, et magna cura vitam nostram gubernemus, ut cum præsentem vitam in omni virtutum genere transierimus, horum laborum præmia mereamur accipere in futuro sæculo, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. *Matth.* 5. 8.

ΟΜΙΛΙΑ λζ'.

HOMILIA XXXVII.

Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Ἄβραμ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην, κληρονομῆσαι αὐτήν. Εἶπε δέ· Δέσποτα Κύριε, κατὰ τί γνώσομαι, ὅτι κληρονο- D μήσω αὐτήν;

Dixit autem ei: Ego sum Deus, qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditatem possideas eam. Dixit autem: Domine Domine, secundum quid cognoscam quod in hereditatem accipiam eam? *Cap.* 15. *v.* 7. 8.

Μεγάλη τῆς θείας Γραφῆς ἡ δύναμις, καὶ πολὺς ὁ τοῖς ῥήμασιν ἐγκεκρυμμένος πλοῦτος τῶν νοημάτων. Δι' ὃ προσήκει μετὰ ἀκριβείας ἡμᾶς προσέχοντας πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἔρευναν, ἵνα δαψιλῆ τὴν ὠφέλειαν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα· Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς παρήγγειλε λέγων, Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· ἵνα μὴ ἁπλῶς ψιλῇ προσέχωμεν τῇ ἀναγνώσει, ἀλλὰ τὸ βάθος ἀνιχνεύοντες τὸν ἀληθῆ τῆς Γραφῆς νοῦν κατα-λαβεῖν δυνηθῶμεν. Τοιοῦτον γὰρ τῆς Γραφῆς τὸ E ἔθος· ἐν βραχέσι ῥήμασίν ἐστι πολλάκις εὑρεῖν πολὺ πλῆθος νοημάτων. Θεῖα γάρ ἐστι τὰ διδάγματα, καὶ οὐκ ἀνθρώπινα, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεναντίας τῇ σοφίᾳ τῇ ἀνθρωπίνῃ πᾶσαν αὐτὴν ἐστιν ἰδεῖν συγκειμένην. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας λέγω, πᾶσα αὐτοῖς ἡ σπουδὴ περὶ τὴν τῶν λέξεων συνθήκην ἐπινενόηται· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν. Οὐδεὶς τῇ Γραφῇ λόγος περὶ κάλλους ῥημάτων ἢ συνθήκης· ἔχει γὰρ οἰκοθεν τὴν θείαν χάριν ἐπανθοῦσαν καὶ τὸ κάλλος τὰ λεγόμενα. Κἀκεῖ μὲν 378 μετὰ πολλὴν καὶ ἄφατον φλυαρίαν τότε τῶν νοημάτων A ἐστὶ περιδράξασθαι· ἐνταῦθα δὲ, ὡς ἴστε, καὶ βραχεῖα λέξις πολλάκις ἤρκεσεν ἡμῖν πᾶσαν ὑφᾶναι τὴν διδασκαλίαν. Διά τοι τοῦτο καὶ χθὲς προθέντες ὑμῖν τὰ ἀνεγνωσμένα, καὶ τῶν προοιμίων ἁψάμενοι, ἐπειδὴ πολὺν εὕρομεν τῶν νοημάτων τὸν πλοῦτον, οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν· ὥστε μὴ τῷ πλήθει καταχῶσαι τὴν μνήμην ὑμῶν, καὶ λυμήνασθαι τοῖς

1. Magna divinæ Scripturæ virtus est, et multæ in verbis latent sententiarum divitiæ. Ideo par est ut diligenter intendamus, et sollicite scrutemur, quo ampliorem utilitatem inde percipiamus. Nam propter hoc et Christus præcepit, dicens: *Scrutamini Scripturas*: ut non tantum nudæ lectioni vacemus, sed profundius scrutantes, verum Scripturæ sensum percipere valeamus. Talis enim Scripturæ mos est, ut et in parvis verbis plurima sæpe multitudo sensuum inveniatur. Divina enim sunt dogmata, non humana, et propter hoc omnem illam videre licet secus se habere quam humanam sapientiam. Et quomodo hoc, ego dicam. Illic enim, in humana sapientia dico, omne studium concinnandis verbis adhibitum est: hic vero prorsus aliter. Nullam Scripturæ habent rationem pulchritudinis vel compositionis verborum: habent enim in se divinam gratiam effulgentem, et pulchritudinem in ipsa verborum ratione sitam. Et illic quidem post longam et ingentem nugacitatem aliquid sensus percipere est: hic autem, ut scitis, etiam parva dictio sæpe totum nobis doctrinæ sermonem contexuit. Propterea et heri, proposita vobis Scripturæ lectione, sub ipso exordio, quia multum invenimus sensuum thesaurum, non potuimus ultra progredi, ut ne dictorum multitudine memo- *Joan.* 5. 39.

Divina dogmata quantum humanis antecellant.

riam vestram obrueremus, et jam dicta obliteraremus. Ideo eamdem seriem attingere, hesternisque dictis ea quæ hodie dicenda sunt volo copulare, ut ita enarrata lectione tota vos hinc dimittam. Sed, oro, iis quæ dicuntur auscultate diligenter. Nam etsi labor noster, utilitas tamen vestra est, imo communis. Et quid dico labor noster? Minime certe; sed donum est gratiæ Dei. Cum attentione igitur suscipiamus ea quæ a Deo donantur, ut hinc lucrifacientes aliquid in animarum salutem, inde abeamus. Ideo enim quotidie spiritualem hanc vobis apponimus mensam, ut admonitione continua et multa divinarum Scripturarum meditatione omnes maligni dæmonis excludamus insidias. Cum enim nos viderit multum in spiritualibus occupari, non solum non invadet, sed neque obtueri audebit : sciens se in vanum moliri, et adversus caput suum ausus suos convertere. Age igitur hesterni sermonis repetita serie, quod reliquum fuit enarremus. Quid autem heri dictum fuit ? Promissionem quam Deus fecit Abræ descripsimus, ubi imperavit ei ut suspiceret in cælum, et spectaret stellarum multitudinem. *Numera* enim, inquit, *stellas, si poteris eas numerare. Et dixit ei : Sic erit semen tuum.* Deinde cum demonstraret nobis divina Scriptura religiosam patriarchæ mentem, et quomodo ad promittentem respiciens, et potentiam promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit : *Et credidit Abram Deo, et reputatum est ei in justitiam.* Hucusque heri sermonem produximus, neque ulterius progredi potuimus : ideo operæ pretium est ut addamus sequentia. Quid ergo dicit? *Dixit autem Dominus ad Abram : Ego sum Deus, qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditatem possideres eam.* Vide quomodo Deus se humanæ infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare velit, eique persuadere ut de iis quæ promissa fuerant minime dubitet : quasi diceret : Memor esto, me a domo tua te evocavisse. Certe quæ a Domino Deo dicuntur consona sunt beati Stephani dictis, qui et de domo, et de Chaldæa Domini præcepto evocatum eum dicit. Et ejus sententiæ obsequutus pater, et ut antea diximus, quamvis infidelis esset, magnam tamen societatis causam habens, nempe filii amorem, viæ comes fuit, et exiit. Itaque in mentem ei revocat hoc loco, quantam ab initio ejus curam gesserit, declarans ei se ut eum ad magna proveheret, et tot illi bona polliceretur et impleret, tantum itineris conficere jussisse. *Ego sum Deus, qui eduxi*

ἤδη ῥηθεῖσι. Διὸ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ἅψασθαι βούλομαι, καὶ συνάψαι τοῖς χθὲς εἰρημένοις καὶ τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, ἵν' οὕτω πᾶσαν τοῦ ἀναγνώσματος ποιησάμενοι τὴν ἐξήγησιν, οὕτως ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἀπαπέμψωμεν. Ἀλλὰ προσέχετε, παρακαλῶ, ἀκριβῶς τοῖς λεγομένοις. Εἰ γὰρ καὶ ὁ πόνος ἡμέτερος, ἀλλὰ τὸ κέρδος ὑμέτερον, μᾶλλον δὲ κοινόν. Τί δὲ λέγω ὁ πόνος ἡμέτερος; Οὐχί· ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτός ἐστιν ἡ δωρεά. Μετὰ προσοχῆς τοίνυν ὑποδεχώμεθα καὶ ἡμεῖς τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ δωρούμενα, ἵνα κερδάναντές τι εἰς τὴν κατὰ ψυχὴν σωτηρίαν, οὕτως ἐντεῦθεν ἀπίωμεν. Διὰ γὰρ τοῦτο καθ' ἑκάστην τὴν πνευματικὴν ταύτην παρατίθεμεν ὑμῖν τράπεζαν, ἵνα τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως καὶ τῇ πολλῇ τῶν θείων Γραφῶν μελέτῃ πᾶσαν ἀποτειχίσωμεν τῷ πονηρῷ δαίμονι τὴν ἐπιβουλήν. Ὅταν γὰρ ἴδῃ πολλὴν ἡμᾶς περὶ τὰ πνευματικὰ τὴν σπουδὴν τιθεμένους, οὐ μόνον οὐκ ἐπιθήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ἀντιβλέψαι τολμήσει, εἰδὼς ὅτι ἀνόνητα ἐπιχειρήσει, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τὴν τόλμαν ἐπιδείξεται. Φέρε οὖν τῶν χθὲς εἰρημένων τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαβόντες, τῶν λειπομένων τὴν ἐξήγησιν ποιησώμεθα. Τί δὲ ἦν ἡμῖν χθὲς τὸ λεγόμενον; Τὴν ἐπαγγελίαν τὴν πρὸς τὸν Ἄβραμ περιεγράφομεν, ἔνθα προσέταττεν αὐτῷ ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀστέρων ἰδεῖν. Ἀρίθμησον γὰρ, φησὶ, τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς. Καὶ εἶπεν· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Εἶτα δεικνύουσα ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ τῆς γνώμης τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόθεον, καὶ ὅτι πρὸς τὸν ἐπαγγειλάμενον ὁρῶν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ὑποσχομένου ἐννοῶν, ἐπίστευε τοῖς εἰρημένοις, φησί· Καὶ ἐπίστευσεν Ἄβραμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Μέχρι τούτου χθὲς εἰπόντες, οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν, δι' ὃ ἀναγκαῖον τὰ ἑξῆς ἐπαγαγεῖν. Τί γάρ φησιν; Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Ἄβραμ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ τῆς χώρας Χαλδαίων, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην, κληρονομῆσαι αὐτήν. Ὅρα Θεοῦ συγκατάβασιν, πῶς αὐτοῦ βούλεται τὴν πίστιν βεβαιῶσαι, καὶ πεῖσαι, πολλὴν ἔχειν τὴν πληροφορίαν περὶ τῶν ἐπηγγελμένων, μονονουχὶ λέγων· μνήσθητι ὅτι ἐγώ σε οἴκοθεν ἀνέστησα. Ἰδοὺ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντα κατὰ τὸν πατριάρχην σύμφωνα δείκνυται τοῖς παρὰ τοῦ μακαρίου Στεφάνου εἰρημένοις, ὅτι καὶ οἴκοθεν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Χαλδαίας τοῦ Δεσπότου τὸ πρόσταγμα αὐτὸν ἀναστῆναι παρεσκεύασε. Καὶ τῇ τούτου γνώμῃ ἑπόμενος ὁ πατὴρ, καθάπερ καὶ φθάσαντες εἴπομεν, εἰ καὶ ἄπιστος ἦν, ἀλλ' οὖν μεγάλην ὑπόθεσιν δεσμοῦ τὸ φίλτρον ἔχων τὸ περὶ αὐτὸν, ἠκολούθει καὶ ἐξῄει. Ὑπομιμνήσκει τοι-
374 νυν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ὅσην· ἐκ προοιμίων ἐποιήσατο περὶ αὐτὸν τὴν πρόνοιαν, δηλῶν αὐτῷ, ὅτι μεγάλα τινὰ περὶ αὐτοῦ βουλευόμενος, καὶ ταύτας

ἔργων τὰς ὑποσχέσεις πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι καὶ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, τοσαύτην ὁδὸν διανύσαι ἐποίησεν. Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων, δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην, κληρονομῆσαι αὐτήν. Μὴ γὰρ ἁπλῶς σε ἐκεῖθεν ἀνέστησα; μὴ γὰρ εἰχῇ καὶ μάτην ἐντεῦθέν σε ἤγαγον; Διὰ τοῦτό σε καταλαβεῖν τὴν Ἠλαιστίνην ἐβουλόμην, καὶ ἀφεῖναι τὴν πατρῴαν οἰκίαν, καὶ ἐλθεῖν εἰς τὴν γῆν ταύτην, ἵνα κληρονομήσῃς αὐτήν. Λογιζόμενος τοίνυν ὅσης ἀπήλαυσας παρ' ἐμοῦ προνοίας, ἐξ ὅτου τὴν Χαλδαίαν κατέλιπες μέχρι τοῦ παρόντος, καὶ ὅπως περιφανὴς γέγονας καθ' ἑκάστην λαμπρότερος δεικνύμενος ἐκ τῆς ἐμῆς συμμαχίας, καὶ τῆς περὶ σὲ κηδεμονίας, θάρσησον καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις. Εἶδες φιλανθρωπίας ὑπερβολήν; εἶδες συγκαταβάσεως μέγεθος; πῶς αὐτοῦ στηρίξαι βούλεται τὴν ψυχὴν, καὶ βεβαιοτέραν αὐτοῦ τὴν πίστιν ἐργάσασθαι, ἵνα μὴ ἔχῃ λοιπὸν ὁρᾷν πρὸς τὰ τῆς φύσεως κωλύματα, ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἐννοῶν τοῦ ἐπαγγειλαμένου, ὡς ἤδη τῶν ὑποσχέσεων εἰς ἔργον ἐκβεβηκυιῶν, οὕτω θαρρεῖν ἔχῃ;

te de regione Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditatem possideres eam. Num te absque causa illinc evocavi? num frustra et in vanum te illinc eduxi? Propterea ego præcepi ut te in Palæstinam conferres, et relicta paterna domo venires in terram hanc, ut in hereditatem eam possideres. Cogitans igitur quanta fruaris mea providentia, ex eo tempore quo Chaldæam reliquisti usque in præsens tempus, et quomodo clarus sis, ac per meum subsidium et curam quotidie clarior evadas, dictis meis confide. Vidisti ingentem benignitatem? vidisti quantum se attemperet Deus? quantum ejus animam corroborare, et fidem confirmare velit, ut ne posthac ad naturæ obstacula spectare possit: sed ejus cogitare potentiam qui promisit, et ita credere et confidere, quasi jam impleta essent promissa?

Ἀλλ' ὅρα πάλιν τὸν πατριάρχην, ἐπειδὴ παῤῥησίαν ἔλαβεν ἐκ τῶν εἰρημένων, πῶς πλείονα πληροφορίαν ἐπιζητεῖ. Φησὶ γὰρ, Δέσποτα Κύριε, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; Εἰ καὶ προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ ἐμαρτύρησεν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσε τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθεῖσι, δι' ὃ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐξήγαγόν Σε ἐκ γῆς Χαλδαίας, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην, κληρονομῆσαι αὐτὴν, φησί· τοῖς μὲν παρὰ σοῦ λεγομένοις οὐχ οἷόν τέ με διαπιστῆσαι· ἀλλ' ὅμως ἐβουλόμην καὶ τὸν τρόπον μαθεῖν, πῶς αὐτὴν μέλλω κληρονομεῖν. Ὁρῶ γὰρ καὶ ἐμαυτὸν λοιπὸν πρὸς γῆρας ἐληλακότα, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ὡς ἀληθὴν ἐνταῦθα [a] περιιόντα· καὶ οὐ δύναμαι ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ καταλαβεῖν τὸ ἐσόμενον· [b] εἰ καὶ ὅτι προλαβὼν, φησὶν, ἐπίστευσα τοῖς εἰρημένοις, ἅτε δὴ ὡς παρὰ σοῦ λεχθεῖσι τοῦ δυναμένου καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν, καὶ πάντα ποιοῦντος καὶ μετασκευάζοντος. Οὐ τοίνυν ἀπιστῶν τοῦτο ἐρωτῶ· ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν τῆς κληρονομίας ὑπέμνησας, ἤθελον καὶ παχύτερόν τι σημεῖον καὶ ἐναργὲς δέξασθαι, τὸ δυνάμενόν μου τῶν λογισμῶν τὴν ἀσθένειαν ἐπιῤῥῶσαι. Τί οὖν ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης; Συγκαταβαίνων τῷ οἰκείῳ θεράποντι, καὶ βουλόμενος αὐτοῦ νευρῶσαι τὴν ψυχὴν, ἐπειδὴ εἶδεν ὁμολογοῦντα τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ πιστεύοντα μὲν τῇ ὑποσχέσει, βουλόμενον δὲ πληροφορίαν τινὰ δέξασθαι, φησὶ πρὸς αὐτόν· Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ

2. Verum iterum attende et patriarcham, quomodo post fiduciam ex dictis acceptam certiora inquirat argumenta. 8. *Dixit enim: Domine Domine, secundum quid cognoscam quod in hereditatem accepturus sim eam?* Tametsi Scriptura prius testata fuerit, eum credidisse dictis Dei, et ideo reputatum esse ei in justitiam, verumtamen quia audivit: Propter hoc *Te eduxi de terra Chaldææ, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditatem possideres eam;* dicit: His quidem quæ a te dicuntur impossibile est ut fidem non habeam; attamen vellem et modum discere quo eam in hereditatem sum possessurus. Video enim me nunc propemodum ad extremam senectutem pervenisse, et usque in hunc diem obambulare quasi erronem; et non possum humana ratione deprehendere quomodo hoc sit futurum: licet prius crediderim dictis tuis, tamquam videlicet a te prolatis, qui potes id quod non est, ut sit, efficere, et omnia facere et transformare. Non igitur ut incredulus hoc interrogo, sed quia iterum mihi hereditatem nominas, volebam et crassius atque clarius signum accipere, quod possit infirmas meas cogitationes solidare. Quid igitur bonus Dominus? Morem gerens famulo suo, et volens ejus corroborare animam, quoniam vidit confitentem suam imbecillitatem, et credentem quidem

[a] Unus παριόντα.

[b] [Coislin. omittit εἰ. Quod si placet, distinguendum erit ἐσόμενον. Καὶ ὅτι πρ. (*Et ob id ipsum quod prius*).. μετασκευάζοντος, οὐ τοίνυν (s. quod Savil. habet in textu, οὐ νῦν, *nunc non*) etc. Sic distinxit Savil. qui tamen in notis, cum Boisio, ὅτι expungendum esse censet.]

promissioni, cupientem autem certiora quædam argumenta accipere, dicit ei : 9. *Sume mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem, et turturem, et columbam.* Vide quomodo more humano init cum eo fœdera. Quemadmodum enim nos homines, quando aliquid promittimus, et volumus certum reddere eum cui promissio fit, ita ut de promissis nihil ambigat, signum aliquod damus, et pignus, ut ad illud spectans, scire queat promissa omnino eventura : ita et benignus Dominus, postquam dixit Abram : *Quomodo cognoscam?* inquit, Ecce et hoc tibi præbeo ; *Sume mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem, et turturem, et columbam.* Attende, obsecro, in quantam crassitudinem descendendum sibi duxerit bonus Dominus, quo patriarcham argumentis fide dignis certiorem reddat. Nam quia olim eis ita mos erat paciscendi, et pacta firmandi, ideo et ipse via hac ingreditur. 10. *Et accepit,* inquit, *et divisit ea in duas partes.* Observandum non absque ratione, neque in vanum etiam tempus designari. Triennia enim accipere jussit : hoc est, perfecta et absoluta. *Et divisit ea in duas partes : et utrasque partes inter se posuit obversas ; aves autem non divisit.* Et sedens observabat, ut ne possent divisas partes lædere advolantes aves, et per totam diem hoc facere perseverabat. 11. *Descenderunt autem aves aliæ in corpora quæ divisa erant : et sedit cum eis Abram.* 12. *Cumque sol jam occumberet, irruit ecstasis in Abram, et ecce timor magnus et tenebrosus invasit eum.* Quare tempore occasus solis, cum jam ad vesperam inclinaretur dies? Quia omnibus modis attentiorem eum facere vult ; ideo ecstasis et timor magnus et tenebrosus invadit eum, ut per omnia quæ fiunt, sentiat se videre Deum : eum enim morem Deus ubique habet. Nam et postea quando Mosi in monte Sinai daturus erat legem et mandata, *Tenebræ,* inquit, *et caligo erat, et mons fumigabat.* Propter hoc et Scriptura inquit, *Qui tangit montes, et fumigant.* Enimvero quia incorporeum videre per sensibiles hosce oculos non est possibile, ideo suam nobis operationem significare vult. Igitur quoniam attonitus et perculsus erat animo justus ille, et concusserat ejus mentem timor, et quæ contigerat ecstasis : Dictum

Exod. 19. 18.
Psal. 103. 32.

αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν, καὶ τρυγονα, καὶ περιστεράν. Ὅρα πῶς ἀνθρωπίνως ποιεῖται πρὸς αὐτὸν τὰς συνθήκας. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τινὶ ὑποσχώμεθα, βουλόμενοι πεῖσαι τὸν τὴν ὑπόσχεσιν δεχόμενον, ὥστε μὴ ἀμφιβάλλειν περὶ τῶν ἐπαγγελθέντων, [a] σημεῖόν τι παρέχομεν καὶ ἐνέχυρον, ἵνα πρὸς ἐκεῖνο ὁρῶν εἰδέναι ἔχῃ, ὡς πάντως εἰς ἔργον ἐκβήσεται τὰ ἐπηγγελμένα· οὕτω καὶ ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, ἐπειδὴ εἶπε, Κατὰ τί γνώσομαι; φησὶ, ἰδοὺ καὶ τοῦτό σοι παρέχω· Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν, καὶ τρυγόνα, καὶ περιστεράν. Θέα μοι εἰς πόσην παχύτητα κατελθεῖν καταδέχεται ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης διὰ τὴν πληροφορίαν τοῦ πατριάρχου. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ παλαιὸν οὕτως ἦν αὐτοῖς ἔθος συνθήκας ποιεῖσθαι, καὶ διὰ τούτων αὐτὰς βεβαιοῦν, ταύτην καὶ αὐτὸς ἔρχεται τὴν ὁδόν. Καὶ ἔλαβε, φησὶ, καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσα. Παρατηρητέον πῶς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ καὶ τὸν χρόνον ἐπεσημήνατο. Τριετίζοντα γὰρ λαβεῖν προσέταξε, τοῦτ' ἔστι, τέλεια, ἀπηρτισμένα. Καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσα, καὶ ἔθηκεν αὐτὰ ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις· τὰ δὴ ὄρνεα οὐ διεῖλε. Καὶ καθεζόμενος ἐπετήρει, ὥστε μὴ λυμήνασθαι τοῖς διχοτομήμασι τὰ ἐφιπτάμενα ὄρνεα, καὶ διὰ πάσης ἡμέρας τοῦτο ποιῶν διετέλει. [b] Κατέβη δὲ ἕτερα ὄρνεα ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομηθέντα, καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἄβραμ. Περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἔκστασις ἐπέπεσε τῷ Ἄβραμ, καὶ ἰδοὺ φόβος μέγας καὶ σκοτεινὸς ἐπιπίπτει αὐτῷ. Τίνος ἕνεκεν περὶ ἡλίου δυσμὰς, ὅτε λοιπὸν πρὸς ἑσπέραν ἡ ἡμέρα; Διὰ πάντων προσεκτικώτερον αὐτὸν βούλεται ἐργάσασθαι· διὰ τοῦτο καὶ ἔκστασις καὶ φόβος μέγας καὶ σκοτεινὸς ἐπιπίπτει αὐτῷ, ἵνα διὰ τῶν γινομένων εἰς αἴσθησιν ἔλθῃ τῆς τοῦ Θεοῦ ὀπτασίας· οὕτω γὰρ ἑκάστοτε τῷ Θεῷ ποιεῖν ἔθος. Καὶ γὰρ ἡνίκα μετὰ ταῦτα τῷ Μωϋσῇ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει ἔμελλε διδόναι τὸν νόμον καὶ τὰς ἐντολὰς, Σκότος, φησὶ, καὶ θύελλα ἦν, καὶ τὸ ὄρος καπνίζον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ Γραφή φησιν, Ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἀσωμάτων τι ἰδεῖν οὐχ οἷόν τε διὰ τῶν αἰσθητῶν τούτων ὀφθαλμῶν, τὴν οἰκείαν ἡμῖν ἐνέργειαν σημῆναι βούλεται. Ἐπειδὴ τοίνυν κατεπλάγη ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, καὶ κατέσεισεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ὁ φόβος, καὶ ἡ γεγενημένη ἔκστασις, ἐρρέθη, φησὶ, πρὸς αὐτὸν· εἶπες, φησὶ, κατὰ τί γνώσομαι; καὶ σημεῖον ἐβουλήθης λαβεῖν, πῶς μέλλεις κληρονομεῖν τὴν γῆν. Ἰδοὺ δίδωμί σοι σημεῖον· πολλῆς γὰρ δεῖ σε τῆς πίστεως, ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ ἐξ ἀπεγνωσμέ-

[a] Hujusmodi σημεῖα et ἐνέχυρα, etiam σύμβολα, *Symbola*, vocabantur : scilicet tesseræ quibus fides vel exhibenda, vel jam exhibita significabatur : erantque signa contractus ; itemque pacti vel fœderis inter principes, sive inter populos. Inter symbola hujusmodi figura manus humanæ formam referens locum habebat. Manum hujusmodi exhibuimus libro de Antiquitate explanatione et schematibus illustrata Tomo 3, p. 361.

[b] In Bibliis Græcis κατέβη δὲ ὄρνεα ἐ. τ. σ., τὰ διχοτομήματα αὐτῶν.

νῶν δύναμαι τὰ πράγματα εἰς χρηστὰς ἐλπίδας ἀγαγεῖν. Καὶ ἐρρέθη πρὸς Ἄβραμ· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ κακώσουσι, καὶ ταπεινώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Τὸ δὲ ἔθνος, ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς. Μεγάλα τὰ εἰρημένα, καὶ ψυχῆς νεανικῆς δεόμενα, καὶ ὑπεραναβαινούσης καὶ ἀφιείσης κάτω πάντα τὰ ἀνθρώπινα. Εἰ μὴ γὰρ γενναίαν τινὰ, καὶ ἀνδρείαν, καὶ φιλόσοφον εἶχε ψυχὴν ὁ πατριάρχης, ταῦτα καὶ θορυβῆσαι αὐτὸν ἱκανὰ ἦν. Γινώσκων γὰρ, φησὶ, γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσι, καὶ κακώσουσι, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς ἔτη τετρακόσια. Τὸ δὲ ἔθνος, ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς.

est, inquit, ad eum : Dixisti, quomodo cognoscam, et signum voluisti accipere, quo pacto terram hanc in hereditatem possessurus sis. Ecce do tibi signum : magna enim tibi opus est fide, ut scias me posse ex desperatis rebus quoslibet in spem bonam adducere. 13. *Et dictum est ad Abram : Cognoscens scies, quod peregrinum* 376 *erit semen tuum in terra non sua, et rediguent* A *eos in servitutem, et affligent, et humiliabunt eos annis quadringentis.* 14. *Gentem autem cui servient, judicabo ego : postea autem egredientur huc cum apparatu multo.* Magna sunt hæc dicta, et quæ animum virilem desiderent, qui transcendat, et infra se relinquat humana omnia. Nisi enim generosum, fortem, et philosophicum animum habuisset patriarcha, tanta erant hæc, ut perturbare potuissent. *Cognoscens scies,* inquit, *quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et rediguent eos in servitutem, et affligent, et humiliabunt eos annis quadringentis. Gentem autem cui servient, judicabo ego : post hæc egredientur huc cum apparatu multo.*

Μὴ θαυμάσῃς, φησὶ, πρὸς ἑαυτὸν ὁρῶν, καὶ τὸ γῆρας τὸ σὸν, καὶ τὴν τῆς Σάρας στείρωσιν, καὶ τὴν τῆς μήτρας νέκρωσιν, καὶ νομίσῃς με μέγα τι εἰρηκέναι, ὅτι εἶπον· Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν B ταύτην. Οὐ μόνον γὰρ τοῦτό σοι προλέγω, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα σου εἰς ἀλλοτρίαν γῆν ἀπενεχθήσεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, εἰς Αἴγυπτον, οὐδὲ ὠνόμασε τῆς γῆς τὴν προσηγορίαν, ἀλλά φησιν, Ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ· καὶ δουλείαν ὑπομενοῦσι καὶ ταλαιπωρίαν, καὶ οὐ δυνήσονται οὐ πρὸς βραχὺν χρόνον, οὐδὲ πρὸς ὀλίγων ἐτῶν ἀριθμὸν, ἀλλὰ μέχρι τετρακοσίων ἐτῶν. Τὴν μέντοι ἐκδικίαν αὐτῶν ἐγὼ ποιήσομαι, καὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο τὸ καταδουλωσόμενον ἐγὼ κρινῶ, καὶ οὕτως αὐτοὺς μετὰ πολλῆς ἀποσκευῆς ἐπανελθεῖν ἐνταῦθα ποιήσω· ὁμοῦ καὶ προλέγων αὐτῷ τὰ μετὰ C ταῦτα ἐσόμενα μετὰ ἀκριβείας, καὶ τὴν δουλείαν δηλῶν, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, καὶ τὴν ἀγανάκτησιν ἣν δι' αὐτοὺς μέλλουσι πειρᾶσθαι οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν μετὰ περιφανείας αὐτῶν ἐπάνοδον. Καὶ δείκνυσιν αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἐπ' αὐτῷ μόνον τὰ ὑπὲρ φύσιν ἔσται, καὶ μετὰ τοσαῦτα κωλύματα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελθέντα εἰς πέρας ἀχθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τοῦτο συμβήσεται. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἤδη σοι εἶπον, ἵνα πρὶν ἢ τὸν βίον καταλύσῃς, εἰδέναι ἔχῃς τὰ καὶ τοὺς σοὺς ἐκγόνους διαδεξόμενα. Σὺ δὲ, φησὶν, ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου, τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ. D Οὐκ εἶπεν, ἀποθανῇ, ἀλλ', Ἀπελεύσῃ, ὡς ἀποδημεῖν αὐτοῦ μέλλοντος καὶ μεθίστασθαι ἀπὸ πατρίδος εἰς

3. Ne admireris, inquit, teipsum respiciens, et senium tuum, et Saræ sterilitatem et uterum ejus emortuum : et ne putes magnum aliquid esse quod dixi, *Semini tuo dabo terram hanc.* B Non solum enim hoc tibi prædico, sed addo illud ipsum semen tuum in alienam terram abducendum esse. Non dixit, in Ægyptum, neque indicavit terræ nomen : sed dixit, In terram non suam : et servitutem ferent, et miseriam : idque non ad breve tempus, neque ad paucorum annorum numerum, sed usque ad quadringentos annos. Ultionem sane de iis ego sumam, et gentem illam servitute prementem ego judicabo, et sic eos magno cum apparatu huc redire curabo : simul prædicens ei quæ posthac certo eventura C essent, servitutem declarat, et descensum in Ægyptum, atque indignationem quam propter eos Ægyptii experturi erant, et gloriosum eorum reditum. Ostenditque ei, non in ipso dumtaxat illa quæ super naturam erunt, eventura esse, et post tanta impedimenta quæ a Deo promissa fuerant implenda fore, sed et in toto semine ejus hoc eventurum. Hæc autem, inquit, jam dixi tibi, ut priusquam vitam finias, scire possis quæ et nepotibus et posteris evenient. 15. *Tu autem,* inquit, *abibis ad patres tuos, nutritus in se-* D *nectute bona.* Non dixit, morieris : sed, *Abibis,* quasi peregrinaturo eo, et migraturo a patria in patriam. *Abibis,* inquit, *ad patres tuos* : non

carnales dicit. Qui enim poterat? Incredulus enim erat pater ejus, et non erat possibile ut
Luc. 16. 26 eumdem locum caperet, quem ille. *Hiatus* enim, inquit, *magnus est inter nos et vos*. Quare dixit, *Ad patres tuos?* Justos insinuans, ut Abel, et Noë, et Enoch. *Nutritus*, inquit, *in senectute bona*. Et qualis hæc senectus bona, fortasse dicet aliquis, ad quam tantis molestiis per totam vitam transiit? Verum ne hoc attendas, homo, sed specta quæ illi omni tempore fuerit gloria, E et quomodo gloriosus vixerit peregrinus, qui civitate focoque carebat, et quanto ipsi datum est omni tempore Dei subsidio frui. Non igitur secundum præsentem opinionem de rebus judicium

Senectus bona quæ. feras, neque senectutem esse bonam censeas, versari in luxu, deliciis, et crapula, in possessione divitiarum, et magna famulorum multitudine, mancipiorumque gregibus. Hæc enim senectutem 377 bonam non reddunt, sed et multam condemna- A tionem afferunt ei qui ne in senectute quidem continentiam exercet, neque ad extremos redactus spiritus, de iis quæ expediunt deliberat, sed quotidie indulget ventri, sectatur convivia et ebrietates, de quibus omnibus non multo post rationem redditurus est. Sane qui in via virtutis ambulavit, hic vere nutritus in senectute bona, vita fungitur, et laborum præsentium invenit retributiones. Et idcirco inquit : Tuis quidem nepotibus talia evenient, tu autem abibis nutritus in senectute bona. Hic animadverte, quomodo nisi ejus ingens fuisset fortitudo et philo- B sophia eximia, hæc quoque conturbare ejus mentem potuissent. Dicere enim poterat, si aliquis e vulgo fuisset : Quare promittis mihi tantum semen ex me futurum et propagandum, si nepotes tantis erunt malis et calamitatibus obnoxii, servitutemque sunt tot annis toleraturi? quæ mihi hinc utilitas? Verum nihil horum justus cogitavit, sed quasi gratus famulus, omnia quæ a Deo fiebant boni consuluit, et quæ ipsi placebant, suæ præferebat sententiæ. Deinde et tempus ei significat, quo a servitute sunt redituri. Nam postquam annis quadringentis servituros dixisset, C subdit : 16. *Generatione autem quarta revertentur huc.* Verum hic merito quis dubitet, quomodo quadringentis annis dicit servituros, quamvis neque dimidium eorum fuerint ipsi in Ægypto. Propterea non dixit eos in Ægypto

Quadringenti anni futuros esse annis quadringentis, sed, *In terra*

πατρίδα. Ἀπελεύσῃ, φησὶ, πρὸς τοὺς πατέρας σου, οὐ τοὺς κατὰ σάρκα λέγων. Πῶς γὰρ, ἐπεὶ ἄπιστος ἦν αὐτοῦ ὁ πατὴρ, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν τὸν πιστὸν πατριάρχην εἰς τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ χῶρον ἀπελθεῖν; Χάσμα γὰρ μέγα ἐστὶ, φησὶ, μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηκε, Πρὸς τοὺς πατέρας σου; Τοὺς δικαίους αἰνιττόμενος, τοὺς περὶ τὸν Ἄβελ, τοὺς περὶ τὸν Νῶε, τοὺς περὶ τὸν Ἐνώχ. Τραφεὶς [a] ἐν γήρει καλῷ. Ἴσως ἂν εἴποι τις· καὶ ποῖον ἂν εἴη τούτου καλὸν γῆρας, τὸ τοσούτων θλίψεων ἅπαντα τὸν βίον παρελθεῖν; Ἀλλὰ μὴ τοῦτο ἴδῃς, ἄνθρωπε· ἀλλὰ ἀναλογίζου καὶ τὴν καθ' ἕκαστον καιρὸν περιφάνειαν, καὶ ὅπως ἐπίδοξος γέγονεν ὁ ξένος, ὁ ἄπολις, ὁ ἀνέστιος, καὶ ὅσης διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ἀπήλαυσε τῆς τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεως. Μὴ τοίνυν κατὰ τὴν νῦν ὑπόληψιν κρῖνε τὰ πράγματα, μηδὲ νόμιζε ἐκεῖνο εἶναι γῆρας καλὸν, τὸ ἐν τρυφῇ καὶ ἀδδηφαγίᾳ διάγειν, [b] καὶ πλοῦτον κεκτῆσθαι, καὶ οἰκετῶν πλῆθος, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειε γῆρας καλὸν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν κατάγνωσιν ἂν ἐνέγκοι τῷ μηδὲ ἐν γήρᾳ σωφρονιζομένῳ, μηδὲ πρὸς αὐτὰς τὰς ἐσχάτας ἀναπνοάς τι τῶν δεόντων βουλευομένῳ, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γαστριζομένῳ, καὶ συμπόσια καὶ μέθας μεταδιώκοντι, καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτων ἁπάντων εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι μέλλοντι. Ὁ μέντοι μετὰ τοσαύτης ἀρετῆς ὁδεύσας τὸν βίον, οὗτος ἀληθῶς τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύει τὴν ζωὴν, καὶ τῶν ἐνταῦθα πόνων εὑρίσκει λοιπὸν τὰς ἀμοιβὰς καὶ τὰς ἀντιδόσεις. Διὰ τοῦτό φησι· τοὺς μὲν ἐκγόνους ταῦτα διαδέξεται, σὺ δὲ ἀπελεύσῃ τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ. Σκόπει πάλιν ἐνταῦθα, εἰ μὴ πολλῆ τοῦ δικαίου ἦν ἡ ἀνδρεία, καὶ τῆς φιλοσοφίας ἡ ὑπερβολὴ, πῶς καὶ αὐτὰ ταῦτα ἱκανὰ ἦν αὐτοῦ διαταράξαι τὸν λογισμόν. Εἶπε γὰρ ἄν, εἰ τῶν πολλῶν τις ἦν· τίνος ἕνεκεν ἐπαγγέλλῃ μοι τοσοῦτον ἐξ ἐμοῦ σπέρμα ποιήσειν ἐκταθῆναι, εἰ μέλλοιεν τοσούτοις περιβάλλεσθαι κακοῖς, καὶ ἐπὶ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν δουλείαν ὑπομένειν; τί μοι τὸ ὄφελος; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ δίκαιος ἐλογίσατο, ἀλλὰ καθάπερ εὐγνώμων οἰκέτης τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἅπαντα ἔστεργε, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν προετίμα. Εἶτα καὶ τὸν καιρὸν αὐτῷ μηνύει τῆς ἐπανόδου τῆς ἀπὸ τῆς δουλείας. Εἰπὼν γὰρ τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, φησὶν, ἔτη τετρακόσια· Τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε. Ἀλλ' ἐνταῦθα ἄν τις διαπορήσειε πῶς τετρακόσια ἔτη ἔφη δουλεύειν αὐτοὺς, καίτοι οὐδὲ τὰ ἡμίσια τούτων πεποιηκότων αὐτῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ὅτι εἰς τὴν Αἴγυπτον ποιήσουσιν ἔτη τετρακόσια, ἀλλ'

[a] Sic Savil. et omnes pene Mss. In Morel. legitur ἐν γήρᾳ καλῷ. Sic variat Chrysostomus, modo ἐν γήρᾳ, mox ἐν γήρει.

[b] Savil. et sex Mss. καὶ πλούτου κεκτῆσθαι κακίαν, καὶ οἰκετῶν.

Ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, [a] ὥστε δυνηθῆναι τοῖς ἔτεσιν, οἷς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐποίησαν, συναριθμεῖσθαι καὶ τὸν χρόνον τοῦ πατριάρχου, καθ' ὃν ἐκ τῆς Χαρρὰν ἐξελθεῖν προσετάχθη. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ἡμῖν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν αὐτοῦ κατάδηλον ἐποίησεν ἡ Γραφὴ εἰποῦσα, ὅτι ἑβδομηκονταπέντε ἐτῶν ἦν, ἡνίκα ἐξ- D ἦλθεν ἐκ Χαρράν. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν μέχρι τῆς ἐξόδου τῆς ἐξ Αἰγύπτου, εἰ βουληθείη τις ἀριθμῆσαι, εὑρήσει σωζόμενον τὸν ἀριθμόν. Καὶ ἕτερον δέ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι φιλάνθρωπος ὢν ὁ Δεσπότης καὶ συμμετρῶν ἀεὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ τὰς τιμωρίας, ἐπειδὴ εἶδεν αὐτοὺς πεπονηκότας, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πολλὴν περὶ αὐτοὺς τὴν ὠμότητα ἐπιδεικνυμένους, πρὸ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ τὴν ἐκδικίαν ἐποίησατο, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς ἐπανήγαγεν. Ἔθος γὰρ αὐτῷ τοιοῦτον, ἐπειδὴ διὰ πάντων E τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματεύεται, κἂν ἀπειλήσῃ τιμωρεῖσθαι, βουληθῶμεν δὲ ἡμεῖς πολλὴν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπιστροφὴν, ἀνακαλεῖσθαι αὐτοῦ 378 τὰς ἀποφάσεις· καὶ τοὐναντίον πάλιν κἂν ὑπόσχηταί A τι χρηστὸν ἡμῖν παρέξειν, ἡμεῖς δὲ μὴ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, οὐδὲ αὐτὸς εἰς πέρας ἄγει τὰ ἐπαγγελθέντα, ὥστε μὴ χείρους ἡμᾶς καὶ ταύτῃ γενέσθαι. Καὶ ταῦτα ἅπαντα, ὅσοι φιλότεχνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ἐστε, εὑρεῖν δυνήσεσθε. Τετάρτῃ δὲ, φησὶ, γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε· οὕπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν. Τότε, φησὶ, καιρὸς ἔσται τοῦ καὶ ἐκείνους πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἐπαναχθῆναι, καὶ τούτους δίκην δοῦναι ὑπὲρ τοῦ πλήθους τῶν ἡμαρτημένων, καὶ τῆς γῆς ἐξεωσθῆναι. Ἀμφότερα τοίνυν κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν γενήσεται, κἀκείνων ἡ ἀποκατάστασις, καὶ τούτων ἡ ἐκβολή. Οὕπω γὰρ B αὐτῶν, φησὶν, ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι· ὡς ἂν εἴποι τις· οὐδέπω τοσοῦτον εἰργάσαντο πλῆθος πλημμελημάτων, ὡς τοιαύτην ὑποσχεῖν δίκην. Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν οὐ μόνον τῶν ἐπταισμένων μείζους

non sua, ita ut possit connumerari cum annis in Ægypto exactis ipsum patriarchæ tempus, ex quo ei imperatum est, ut ex Charran egrederetur. Ab illo enim tempore numerum annorum nobis palam fecit Scriptura, quæ dixit septuaginta quinque annorum fuisse Abram, quando exiit ex Charran : ex eo igitur tempore usque ad exitum de Ægypto, si quis supputare velit, numerum integrum inveniet. Dici posset etiam, Dominum utpote benignum, et imbecillitati nostræ congruentes pœnas semper inferentem, quia vidit eos ita labore pressos, et Ægyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus ultionem fecisse, et ad libertatem eos reduxisse. Dei enim mos est, quoniam in omnibus salutem nostram operatur, ut etiamsi minetur se puniturum, si nos voluerimus conversionis specimen exhibere, possimus ejus revocare sententias : et e diverso si polliceatur aliquid boni se nobis daturum, nos autem non attulerimus ea quæ facultatis nostræ sunt, neque ipse promissum adimpleat, ne nos ea ratione deteriores evadamus. Atque hæc invenire poteritis quotquot studiosi sacrarum literarum estis. *Quarta autem generatione revertentur huc : nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque nunc.* Tunc, inquit, erit tempus ut et illi reducantur in libertatem, et hi pœnam luentes pro multitudine peccatorum e terra expellantur. Ambo itaque fient tempore opportuno, et illorum instauratio, et horum excidium. Nondum enim impletæ sunt iniquitates eorum : quasi dicat aliquis : Nondum in tanto numero peccata admiserunt, ut talem ferant pœnam. Deus enim benignus cum sit, non solum non inducit pœnas peccatis graviores, sed et valde minores. Ideoque tantam erga illos exhibet tolerantiam, ut cum sibiipsis

servitutis in Ægypto, a quo principio ducendi.

Gen. 12. 4.

[a] Ὅστε δυνηθῆναι τοῖς ἔτεσιν οἷς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐποίησαν συναριθμεῖσθαι καὶ τὸν χρόνον τοῦ πατριάρχου, καθ' ὃν ἐκ τῆς Χαρρὰν ἐξελθεῖν προσετάχθη : *Ita ut possit connumerari cum annis in Ægypto exactis ipsum patriarchæ tempus, ex quo ei imperatum est ut ex Charran egrederetur.* Ita numerare solent ii qui inter chronologos principem obtinent locum ; ita tamen ut in recensione non omnino cum Chrysostomo consentiant, maxime vero cum dicit ne dimidium quidem quadringentorum annorum Hebræos in Ægypto mansisse. Petavius autem sic calculum ponit, Rationarii part. 2, l. 2, c. 4, ubi Paulum apostolum ducem sequitur, qui in Epistola ad Galatas, 3, 17, dixit post annos a promissa divinitus terra Chanaan quadringentos et triginta legem editam fuisse. Hinc vero sic calculus ducitur : Promissio terræ Chanaan Abrahamo facta est anno vitæ ipsius ineunte 76. Cum centum esset annorum Abraham, natus est Isaac. Ab ortu Isaaci ad Jacobi ortum anni sexaginta numerantur. Jacob annorum 130 in Ægyptum venit, quos annos si cum 25 Abrahami, et 60 Isaaci junxeris, anni conficientur 215. Josephus quo tempore in Ægypto patrem excepit, annum agebat 40 : vixit autem annos 110. A promissione igitur Abrahamo facta ad Josephi mortem anni sunt 285. Hinc ad ortum Mosis anni 75. Moses annum agebat octogesimum in exitu ex Ægypto. Colliguntur ergo a promissione ad migrationem ex Ægypto anni 430. Hæc Petavius. Verum 440 anni colliguntur si bene calculum ponas ; sed quia non omnino certum est, quo vitæ Abrahami anno ille annorum numerus sit inciendus, satis erit si annorum summa circiter statuatur.

pœnarum sint auctores, nullam posthac excusationem habeant.

οὐκ ἐπάγει τὰς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ σφόδρα πλάττους. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ τούτους πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν μακροθυμίαν, ἵνα καθ' ἑαυτῶν ἐπισπασάμενοι τὴν τιμωρίαν, μηδεμίαν ἔχωσι λοιπὸν ἀπολογίαν.

4. Vidistis quomodo patriarchæ omnia diligenter indicavit, ut ex omni parte ejus roboraret fidem, et ut ex iis quæ ad eum dicta fuerant confidere posset, etiam posteritati ejus hæc omnino eventura esse : utque etiam ex prædictis vicissim firmam haberet fidem, necesse esse jam fieri quod de eo dictum fuerat. Postea, ubi complevit prædictionem, accepit etiam ille signum idoneum eorum quæ ipsi contigerunt. 17. *Postquam fuit sol ad occasum,* inquit, *facta est flamma, et ecce clibanus fumigans, et lampades ignis, quæ transierunt inter divisiones illas.* Et flamma et clibanus et lampades conspiciebantur, ut signum haberet justus firmiorum fœderum, et adventus divinæ operationis. Denique, postquam completa et perfecta sunt omnia, postquam ignis proposita consumserat, 18. *Disposuit,* inquit, *Dominus in die illo Abræ testamentum dicens : Semini tuo dabo terram hanc, a fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum Euphratem,* 19. *Cinæos, et Cenezæos, et Cedmonæos,* 20. *et Chettæos, et Pherezæos, et Raphaim, et Amorrhæos, et Chananæos, et Evæos, et Gergesæos, et Jebusæos.* Vide quomodo adhuc perseverat, ut confirmet suam in illum promissionem. *Disposuit* enim, inquit, *testamentum dicens : Semini tuo dabo terram hanc.* Deinde ut ex latitudine terræ, et amplitudine terminorum scire possit justus quantum extendetur ejus semen, inquit : *A flumine Ægypti usque ad flumen Euphratem* tantum erit semen tuum. Perpende quomodo ingentem semper multitudinem illi declarare velit. Superius enim dixit, se sicut innumerabilem stellarum numerum illam facturum esse : hic et latitudine finium idipsum declarat, ut et hinc discat, quam se dilatatura sit multitudo futura. Neque hoc solum, sed et specialiter gentium mentionem facit, quarum possessionem semini ejus sit daturus, ut ex his omnibus de rerum eventu securus redderetur justus. Et cum tantæ promissiones essent factæ, adhuc mansit Sara sterilis, et senectus eorum augebatur ; ut cum maximum fidei suæ signum edidissent, tunc scirent et humanæ naturæ infirmitatem, et divinæ virtutis magnitudinem.

2. Et post decimum annum suscepit Ismaelem ex ancilla, posteaque in illo putavit promissionem adimplendam. Erat enim patriarcha, quando natus est ei Ismael, annorum octoginta sex. Sed iterum tredecim annis exercetur a benigno Deo ejus patientia, donec ipsius promissio impleatur. Nam quia probe noverat, quemadmodum aurum in fornace temporis diuturnitate, ita justum purgari, ejusque virtutem clariorem et illustriorem fieri: 1. *Quando* Cap. 17. *factus est Abram annorum nonaginta novem*, inquit, *apparuit ei Deus iterum*. Et quarenam tanto tempore distulit? Ut non solum justi patientiam et virtutem discamus, sed et immensam ipsius potentiam videamus. Cum enim nihil spei et exspectationis esset in natura quæ ad procreandam prolem inutilis erat, et membra præ senectute languida et frigida essent, tunc tandem justi virtutem detexit, et suam potentiam indicavit, promissionem implendo. Sed operæ pretium est, ut iterum audiamus ea ipsa quæ cum illo Deus loquutus est verba. *Cum factus enim esset*, inquit, *nonaginta novem annorum, apparuit ei Deus, et dixit ei*. Cum autem audieris, *Apparuit*, nihil humile suspiceris, neque putes oculis carnalibus videri divinam illam et incorruptibilem potentiam, sed pie omnia intellige. *Apparuit* igitur, *ei Deus*: hoc est, visitatione sua illum dignatus est, et dignum duxit eum cujus curam ageret, usus magna sermonis attemperatione. *Dixit enim*, inquit, *ad eum: Ego sum Deus tuus; place coram me, et esto irreprehensibilis, 2. et ponam testamentum meum inter me et inter te, et multiplicabo te valde. 3. Et procidit Abram super faciem suam*. Magna justi probitas, excellens item clementissimi Dei in illum benignitas. *Ego sum*, inquit, *Deus tuus*: quasi diceret, Ego sum qui usque in præsens res tuas variis modis

Deus corporeis oculis non videtur.

[a] Καλῶς deest in Morel.; sed habetur in Savil. et in Mss.

dispenso; ego sum, qui te e domo tua evocavi, et huc duxi; qui omni tempore propugnator tuus sum, et qui te de inimicis victorem effeci, ego sum; et non dixit simpliciter, Ego sum Deus: sed, *Ego sum Deus tuus*. Vide miram bonitatem, quomodo hoc etiam additamento amorem suum erga justum declaravit. Nam qui totius mundi est Deus, et universi Opifex, Creator cæli et terræ, dicit: *Ego sum Deus tuus*. Ingens profecto honor, qui justo tribuitur. Sic et prophetis loqui mos est. Nam sicut ipse nunc, cum sit Dominus communis omnium, a servo ut peculiaris vocari voluit, inveniemus etiam eum *Exod.* 3. 6. post hæc dicentem, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob*: ita et prophetæ dicere consueverunt, *Deus Deus meus*: non concludentes ejus dominium, sed amorem immensum declarantes. Non igitur mirum si homines hoc faciant; sed quod ipse erga homines id faciat, id vero novum est et mirabile. Cæterum ne miremur, dilecti, sed audiamus prophe- *Eccli.* 16. 3. tam dicentem: *Melior est unus faciens voluntatem Domini, quam innumeri peccatores;* et iterum audiamus Paulum dicentem: *Obambulaverunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*. Sic propheta quidem pronuntiat, unum qui facit voluntatem Domini, impiis innumeris meliorem. Beatus vero Paulus, doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit: *Quibus dignus non erat mundus*. Ita cum dixisset totum mundum, mundo opposuit eos qui hic vexantur et affliguntur, ut discas quanta sit virtutis magnitudo. Atque ea de causa Dominus Deus inquit ad patriarcham: *Ego sum Deus tuus, place coram me, et esto irreprehensibilis*. Neque enim contemnam tuæ virtutis sudores, sed *Ponam testamentum meum inter me et inter te, et multiplicabo te valde*. Non tantum faciam te in multitudinem magnam crescere, sed *Valde*, declarans incrementum plurimum. Quod supra memorabat, cum diceret, Sicut arenam et stellas: id hic per adverbium, *Valde*, significavit. At gratus et religiosus famulus, videns tantam Dei indulgentiam et erga famulum suum curam, obstupescens, animoque versans et naturam suam, et bonitatem immensamque virtutem Dei, *Cecidit*, inquit, *in faciem suam*: gratum animum hoc modo declarans. Non solum enim non tunc fuit arrogantior, neque superbiebat propter favorem Dei quem experiebatur, sed et multo

παρόντος τὰ κατὰ σὲ διαφόρως οἰκονομήσας ἐγώ εἰμι, ὁ ἀναστήσας σε οἴκοθεν καὶ ἐνταῦθα ἀγαγὼν ἐγώ εἰμι, ὁ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπέρμαχός σοι γινόμενος, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων σε ἀνώτερον πεποιηκὼς ἐγώ εἰμι· καὶ οὐκ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς, ἀλλ' Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου. Ὅρα τὴν πολλὴν ἀγαθότητα, πῶς καὶ διὰ τῆς προσθήκης ταύτης τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὸν δίκαιον ἐπιδείκνυται. Ὁ γὰρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης Θεὸς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητής φησιν, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου. Μέγας ὁ ὄγκος τῆς τιμῆς τῆς εἰς τὸν δίκαιον. Οὕτω καὶ τοῖς προφήταις ἔθος λαλεῖν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς νῦν κοινὸς ὢν ἁπάντων Δεσπότης ἀπὸ τοῦ δούλου καλεῖσθαι καταδέχεται, καὶ εὑρήσομεν αὐτὸν μετὰ ταῦτα λέγοντα, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· οὕτω καὶ οἱ προφῆται εἰώθασι λέγειν, Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, οὐ περικλείοντες αὐτοῦ εἰς ἑαυτοὺς τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὸν πόθον ἀκάθεκτον ἐνδεικνύμενοι. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνθρώπους τοῦτο ποιεῖν οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δὲ αὐτὸς ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο ποιῇ, τοῦτό ἐστι τὸ καινὸν καὶ παράδοξον. Ἀλλὰ μὴ θαυμάζωμεν, ἀγαπητοὶ, ἀλλ' ἀκούωμεν τοῦ προφήτου λέγοντος, Κρεῖσσον εἷς ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου, ἢ μυρίοι παράνομοι· καὶ πάλιν τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Οὕτως ὁ μὲν προφήτης μυρίων παρανόμων τὸν ἕνα τὸν ποιοῦντα τὸ θέλημα Κυρίου κρείττονα ἀπέφηνεν· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, μνημονεύσας τῶν δικαίων ἁπάντων τῶν ἐν θλίψεσι, τῶν ἐν στενοχωρίᾳ διαγόντων, φησὶν, Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Πάντα τὸν κόσμον εἰπὼν, τούτους τοὺς ἐλαυνομένους, τοὺς θλιβομένους ἀντέστησεν, ἵνα μάθῃς, ὅσον τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός φησι πρὸς τὸν πατριάρχην· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου, εὐαρέστει ἐναντίον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος. Οὐδὲ γὰρ περιόψομαι τῆς τοσαύτης σου ἀρετῆς τοὺς ἱδρῶτας· ἀλλὰ Θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. Οὐχ ἁπλῶς εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι παρασκευάσω· ἀλλὰ καὶ 398
A Σφόδρα, τὴν πολλὴν ἐπίτασιν δηλῶν· καὶ ὅπερ ἀνωτέρω ἔλεγεν εἰπὼν, ὡς τὴν ἄμμον καὶ τοὺς ἀστέρας, τοῦτο ἐνταῦθα διὰ τοῦ Σφόδρα ἐδήλωσεν. Ἀλλ' ὁ εὐγνώμων καὶ φιλόθεος οἰκέτης ὁρῶν τοῦ Θεοῦ τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν καὶ τὴν περὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα κηδεμονίαν, καταπλαγείς, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῆς τε οἰκείας φύσεως, τῆς τε τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, καὶ τῆς ἀπείρου δυνάμεως, Ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, δεικνὺς διὰ τοῦ σχήματος τὴν

οἰκείαν εὐγνωμοσύνην. Οὐ μόνον γὰρ [a] οὐκ ἀπενοήθη, οὐδὲ μέγα ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ εὐνοίᾳ τῇ εἰς αὐτὸν γεγεννημένῃ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον συνεστάλη· Καὶ ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον. Τοιοῦτον γὰρ ἡ εὐγνώμων ψυχή· ἐπειδὰν πλείονος ἀπολαύσῃ τῆς παῤῥησίας, τότε μᾶλλον πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐλάβειαν· Ἔπεσε γὰρ, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοσαύτην παῤῥησίαν εἰς ἑαυτὸν ὁρῶν ὁ δίκαιος, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, οὐδὲ ἀνανεῦσαι ἐτόλμα, ἀλλὰ κάτω κύπτων πολλὴν ἐπεδείκνυτο τὴν εὐλάβειαν· ὅρα πάλιν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον φιλοτιμίαν. Ἐλάλησε γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεὸς λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ἡ διαθήκη μου μετὰ σοῦ, καὶ ἔσῃ πατὴρ πλήθους ἐθνῶν, καὶ οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἄβραμ, ἀλλὰ ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἀβραάμ· ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, καὶ αὐξανῶ σε· καὶ θήσω σε εἰς ἔθνος, καὶ βασιλεῖς ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται.

Σκόπησον, ἀγαπητὲ, πῶς προλέγει τῷ δικαίῳ καὶ νῦν ἅπαντα σαφῶς, καὶ ἵνα πλείονα αὐτῷ τὴν πληροφορίαν ποιήσῃ, καὶ τοῦ στοιχείου τὴν προσθήκην τῇ προσηγορίᾳ αὐτοῦ ἐναποτίθεται, καί φησιν· Ἔσῃ πατὴρ πλήθους ἐθνῶν. Οὐ κληθήσεται γὰρ τὸ ὄνομά σου Ἄβραμ, ἀλλὰ Ἀβραὰμ, ἐπειδὴ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. Ὥσπερ γὰρ τὸ πρότερον ὄνομα τὴν ἀπὸ τοῦ πέραν ἐνταῦθα ἐπάνοδον ἐσήμανεν ([b] Ἄβραμ γὰρ περάτης ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν· καὶ τοῦτο ἴσασιν, ὅσοι τῆς γλώττης ἐκείνης εἰσὶν ἔμπειροι), ἐπεὶ οὖν ἔμελλεν ἀπὸ τοῦ πέραν εἰς τὴν Χαναναίαν ἔρχεσθαι, διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐπιτιθέασιν. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ εἰ ἄπιστοι ἐτύγχανον οἱ τοῦτον γεγεννηκότες, πόθεν αὐτοῖς ἡ πρόγνωσις αὕτη, ὥστε τῇ προσηγορίᾳ ἐναποθέσθαι τὸ μέλλον μετὰ πολὺν ἔσεσθαι χρόνον; Καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ εὐμηχάνου σοφίας, τὸ καὶ διὰ τῶν ἀπίστων πολλάκις τοιαῦτα οἰκονομεῖν· καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὑρήσομεν καὶ ἐφ' ἑτέρων γεγενημένα. Εὐθέως γὰρ ἐπεισέρχεται ἡμῖν καὶ ἡ τοῦ Νῶε προσηγορία. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε καὶ τούτῳ τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκαν οἱ γονεῖς, ἀλλὰ προμηνύοντες τὸν μετὰ πεντακόσια ἔτη μέλλοντα γενήσεσθαι κατακλυσμόν. Ὅτι γὰρ καὶ ὁ τούτου πατὴρ οὐ διὰ τὸ ἐνάρετος εἶναι ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκε τῷ

magis humiliabatur: *Et cecidit*, inquit, *in faciem*. Ita enim gratus animus, quanto majori fruitur fiducia, tanto majorem Deo reverentiam exhibet: *Cecidit* enim, inquit, *in faciem suam* Et quia post tantam fiduciam justus seipsum et naturæ suæ imbecillitatem considerans, neque oculos attollere audebat, sed in faciem pronus multam declarabat reverentiam: vide iterum boni Dei ineffabilem benignitatem. *Loquutus est enim*, inquit, *ei Deus dicens: 4. Ecce ego et testamentum meum tecum, et eris pater multitudinis gentium, 5. et non vocabitur ultra nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te, 6. faciamque te crescere valde: et ponam te in gentem, et reges ex te egredientur.*

3. Considera, dilecte, quomodo omnia justo manifeste prædicat, et ut majoribus eum argumentis certum reddat, etiam literam addit nomini ejus, et inquit: *Eris pater multitudinis gentium. Non vocabitur enim nomen tuum Abram, sed Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.* Nam sicut prius nomen ejus transitum indicabat (Abram enim transitorem sonat, secundum Hebræorum linguam; et hoc sciunt qui linguæ illius sunt periti), itaque parentes ejus nomen hoc indiderant, eo quod a patria sua in Chananæam transiturus erat. Jam fortasse dixerit quispiam: Cum parentes ejus infideles fuerint, unde illis præscientia hæc, ut quod multo tempore postea futurum erat, nomine complecterentur? Sed est etiam hoc omnipotentis sapientiæ Dei argumentum, quæ sæpenumero per infideles ejusmodi res dispensat: et multa similia invenimus etiam in aliis facta. Statim enim occurrit nobis et Noë vocabulum: neque enim absque causa et in vanum etiam huic nomen indiderunt parentes, sed præsignarunt subsequuturum diluvium. Enimvero et patrem hujus non ideo nomen puero indidisse, quod ipse justus esset, audi Scriptu-

Abram quid Hebraice.

Infideles etiam prophetant.

[a] Οὐκ ἀπενοήθη, *non arrogantior fuit.* Ἀπονοεῖν est *insanire, insensatum esse:* alio usu, *superbire, arrogantem esse.* Quo sensu ἀπόνοια sexcenties occurrit apud Chrysostomum.

[b] Ἄβραμ γὰρ περάτης ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν, *Abram enim transitorem significat secundum Hebræorum linguam.* Hebraice doctus non erat Chrysostomus qui talem etymologiam ediderit: non nim a voce עבר *trans*, nomen אברם duci potest; cognominatus tamen fuit Abram עברי, quam vocem alii *Hebræum*, alii *transitorem* vertunt, Græce περάτην. Rem pluribus tractavimus in Hexaplis, cap. 14 Genesis v. 13, ubi plurimorum sententias attulimus, et explicavimus in notis. Quod dicit infra Chrysostomus Noë *quietem* sonare, verum est: non perinde probabile est quod adjicit, *quietem* illam Noë nomine expressam, significare *diluvium*, in quo mortui sunt omnes homines, quia videlicet mors est quies hominis. Sic ille.

Gen. 6. 9. ram dicentem, Noë solum inventum esse justum, perfectum in generatione sua. Non autem obticuisset Scriptura, neque dixisset, Noë solus justus erat, si et Lamech pater ejus virtutem justi fuisset imitatus. Impositurus itaque puero nomen,
Gen. 5. 29. inquit: *Et vocabitur nomen ejus Noë; hic faciet nos quiescere ab operibus nostris, et a molestiis manuum nostrarum, et a terra, quam maledixit Dominus Deus.* Unde illi, quæso, esset præscientia eorum quæ post tot sæcula erant
Noe quietem sonat. eventura? Dicit enim: *Vocabitur*, inquit, *Noë; hic enim nos quiescere faciet.* Nomen autem Noë lingua Hebræorum quies dicitur. Itaque quia, ingruente diluvio, hic solus mundum servaturus, et posterioris generationis futurus auctor erat, ideirco inquit, *Hic faciet nos requiescere*: requiem diluvium vocans. Nam omnem terram quasi fatigatam et inhabitantium malitia valde deteriorem factam superveniens diluvii aquarum inundantia, quæ finem malitiæ malorum istorum hominum faciebat, et terram repurgavit, quam inhabitantium malitia immundam fecerat, et illos puniendo in quietem indu-
Job. 3. 23. apud LXX. xit. *Mors* enim, ut inquit ille, *requies viro.* Vidisti quomodo etiam per incredulos multa sæpe præsignificari curat? Eodem modo et patriarchæ nomen parentes indiderant, statim ab initio declarantes ipsum peregrinum fore, et transiturum flumen, ut in terram alienam veniret. Quoniam igitur, inquit, nomen a parentibus tibi inditum illud præsignificavit, te inde huc transiturum esse: accipe et unius elementi additionem, ut scias hoc tibi declarari, te multarum gentium fore patrem. Et vide quam accurate sit loquutus. Non dixit omnium gentium, sed *Multarum gentium*: nam quia erant et aliæ gentes inde expellendæ, ut semen justi hereditatem acciperet, ideo dicit, *Patrem multarum gentium constitui te.* Sciens, inquit, tuæ virtutis magnitudinem, multarum gentium doctorem te faciam, *Et crescere te faciam ac multiplicari valde, valde: et ponam te in gentes, et reges ex te egredientur.* Ne perfunctorie transeamus quæ dicuntur, dilectissimi. Nam si cogitaverimus patriarchæ ætatem, et eum hæc in extrema senecta audisse, obstupescemus justi virtutem, et benigni Dei eximiam potentiam: quia ex homine propemodum mortuo, et membris invalido, qui et quotidie mortem præ oculis imaginabatur, in tantum auctum iri significavit semen, ut et in multas gentes

παιδὶ, ἄκουε τῆς Γραφῆς σαφῶς λεγούσης, ὅτι Νῶε μόνος εὑρέθη δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. Οὐκ ἂν παρεσιώπησεν ἡ Γραφὴ, οὐδὲ εἶπε, Νῶε δίκαιος μόνος ἦν, εἰ καὶ Λάμεχ ὁ τούτου πατὴρ ζηλωτὴς ἦν τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς. Μέλλων τοίνυν τὴν προσηγορίαν ἐπιτιθέναι τῷ παιδὶ, φησί· Καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε· οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, καὶ τῶν λυπηρῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο Κύριος ὁ Θεός. Πόθεν, εἰπέ μοι, ἐκείνῳ ἡ γνῶσις τῶν μελλόντων γίνεσθαι μετὰ τοσαύτας γενεάς; Κληθήσεται γὰρ, φησὶ, Νῶε· οὗτος γὰρ διαναπαύσει ἡμᾶς. Τὸ Νῶε τῇ Ἑβραίων διαλέκτῳ ἀνάπαυσις λέγεται. Ἐπεὶ οὖν οὗτος ἔμελλε, τοῦ ναυαγίου ἐκείνου καταλαμβάνοντος τὴν οἰκουμένην, μόνος διασώζεσθαι, καὶ τῇ μετὰ ταῦτα γενεᾷ ἀρχήν τινα παρέχειν τῆς συστάσεως, διὰ τοῦτό φησιν, Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς, ἀνάπαυσιν τὸν κατακλυσμὸν καλῶν. Καθάπερ γὰρ κεκμηκυῖαν τὴν γῆν πᾶσαν ἐκ τῆς τῶν ἐνοικούντων πονηρίας, καὶ πολλὴν τὴν λύμην δεχομένην ἐλθὼν ὁ κατακλυσμὸς διὰ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς, καὶ στήσας τῶν μοχθηρῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὴν πονηρίαν, τήν τε γῆν ἐξεκάθηρεν ἀκάθαρτον γεγενημένην διὰ τὴν τῶν ἐνοικούντων μοχθηρίαν, κἀκείνους διὰ τῆς τιμωρίας ἀνέπαυσε. Θάνατος γὰρ, φησὶν, ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. Εἶδες ὅπως καὶ διὰ ἀπίστων πολλάκις τὰ μέλλοντα προμηνύεσθαι παρασκευάζει; Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῷ πατριάρχῃ τὸ ὄνομα οἱ γονεῖς ἐτίθεσαν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων δηλοῦντες, ὅτι [a] μετανάστης ἔσται, καὶ περάσας τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἥξει. Ἐπεὶ τοίνυν, φησὶ, τὸ μὲν παρὰ τῶν γονέων ἐπιτεθὲν ὄνομα ἐκεῖνό σοι προεμήνυε τὸ ἐκ τῶν ἐκεῖσε ἐνταῦθα διαπεράσαι, δέχου καὶ τὴν τοῦ στοιχείου προσθήκην, ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό σοι μηνύει, ὅτι πολλῶν ἐθνῶν ἔσῃ πατήρ. Καὶ ὅρα τὴν ἀκρίβειαν τῶν ῥημάτων. Οὐκ εἶπε, πάντων τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ Πολλῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν ἔθνη καὶ ἕτερα, ἅπερ ἔμελλεν ἐκεῖθεν ἐξεῶσθαι, ἵνα τοῦ δικαίου τὸ σπέρμα δέξηται τὴν κληρονομίαν, διὰ τοῦτό φησι, Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· εἰδώς σου τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος, πολλῶν ἐθνῶν διδάσκαλόν σε ἀπεργάσομαι, καὶ αὐξανῶ σε καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα, σφόδρα· καὶ θήσω σε εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖς ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. Μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ εἰρημένα. Ἂν γὰρ ἐννοήσωμεν τοῦ πατριάρχου τὴν ἡλικίαν, καὶ ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ταῦτα ἤκουσεν, ἐκπλαγησόμεθα τήν τε τοῦ δικαίου πίστιν, καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν, ὅτι ἐξ ἀνθρώπου λοιπὸν νεκρωθέντος, ὡς εἰπεῖν, καὶ

[a] Savil. et quatuor Mss. ὅτι μεταναστήσεται καὶ περάσας.

τὰ μέλη διαλελυμένου, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν τελευτὴν φανταζομένου, ἐπὶ τοσοῦτον αὐξάνεσθαι τὸ σπέρμα ἐσήμανεν, ὡς καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ γενήσεσθαι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ Καὶ βασιλεῖς, φησὶν, ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. Εἶδες ἐπίτασιν ἐπαγγελίας; Αὐξανῶ σε, φησὶ, σφόδρα, σφόδρα. Οὐχ ἁπλῶς τὸν διπλασιασμὸν ἐπέθηκεν, ἀλλ' ἵνα σημάνῃ τῷ δικαίῳ τοῦ πλήθους τὴν ὑπερβολήν. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς τοῦ στοιχείου προσθήκης, καθάπερ ἐν στήλῃ τινὶ, ἀνεξάλειπτον αὐτῷ τῆς ὑποσχέσεως τὴν ἐπαγγελίαν ἐπέγραψε, πάλιν φησί· Καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν, εἰς διαθήκην αἰώνιον, εἶναί σου Θεός. Οὐ μόνον περὶ σὲ, φησὶ, πολλὴν ἐπιδείξομαι τὴν κηδεμονίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σπέρμα τὸ σὸν, καὶ μετὰ τὴν σὴν ἔξοδον. Ὅρα πῶς ἀνακτᾶται τοῦ δικαίου τὴν ψυχὴν ὑπισχνούμενος αὐτῷ, ὅτι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ πολλὴν παρέξει τὴν πρόνοιαν. Καὶ τίς ἡ δύναμις τῆς διαθήκης; Ὥστε εἶναί σου Θεὸς, φησὶ, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετὰ σέ. Τοῦτο γάρ σοι ἔσται τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, σοί τε καὶ τῷ σπέρματί σου. Καὶ δώσω σοι καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ τὴν γῆν, ἣν παροικεῖς, πᾶσαν τὴν γῆν Χαναὰν, εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον· καὶ Θεὸς ἔσομαι αὐτῶν. Διὰ τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ οἱ ἔκγονοί σοι ἀπολαύσουσι τῆς ἐμῆς προνοίας, καὶ δώσω αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον τὴν γῆν Χαναὰν, [a] Καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός. Τί ἐστι, Καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός; Ἀντὶ τοῦ, πολλὴν ἐπιδείξομαι τὴν κηδεμονίαν, πολλὴν τὴν πρόνοιαν, ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὴν παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν παρέξομαι· μόνον Σὺ τὴν διαθήκην μου διατήρησον, σὺ καὶ τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. Οὐδὲν ἕτερον παρ' ὑμῶν ἐπιζητῶ, ἢ τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην, κἀγὼ πάντα ἅπερ ὑπεσχόμην εἰς ἔργον ἄξω.

Εἶτα λοιπὸν βουλόμενος ἰδιοποιήσασθαι τοὺς ἐξ αὐτοῦ τικτομένους, καὶ οἰκεῖον ἑαυτοῦ τὸν λαὸν ἀπεργάσασθαι, καὶ ἵνα λοιπὸν τὸ πλῆθος ἐκτεινόμενον μὴ συναναμιγνύηται τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, ὧν τὴν γῆν ἔμελλον κληρονομεῖν, ἄλλως δὲ καὶ ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἔμελλον κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόρρησιν ὑπομένειν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δουλείαν, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτῇ γενόμενοι συναναφυρῶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ, σημείου χάριν τὴν περιτομὴν τῷ δικαίῳ διατάττεται, καὶ φησιν· Αὕτη ἡ [b] διαθήκη, ἣν διατηρήσεις ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. Περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικόν. Περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν. Εἶτα ἵνα διδάξῃ κἀκείνους καὶ πάντας

exiret; neque id solum, sed etiam reges ex eo egrederentur. Vidisti promissionis incrementum? *Faciam te crescere*, inquit, *valde, valde*. Duplicationem hujus adverbii non frustra adjecit, sed ut significet ex justo miram multitudinem exeundam. Quoniam igitur per elementi additionem, quasi in columna quadam, indelebilem promissionem ei inscripsit, iterum dicit: 7. *Et statuam testamentum meum inter te, et inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentum sempiternum, ut sim Deus tuus.* Non solum erga te magnam declarabo providentiam et curam, sed et erga semen tuum, et post tuam mortem. Vide quomodo recreet animam justi, promittens ei se seminis quoque ejus multam curam habiturum. Et quæ virtus testamenti? *Ut sim Deus tuus*, inquit, *et seminis tui post te.* Hoc enim erit tibi et semini tuo caput honorum. 8. *Et dabo tibi et semini tuo post te terram in qua peregrinus es, omnem terram Chanaan, in possessionem sempiternam; et ero eorum Deus.* Propter tuam, inquit, virtutem posteri quoque tui mea fruentur providentia, et dabo eis in possessionem æternam terram Chanaan, *Et ero eorum Deus.* Quid est, *Et ero eorum Deus?* Hoc est, Multam me eorum curam et providentiam habere ostendam, et meum in omnibus subsidium illis præstabo. Tantum 9. *Tu testamentum meum observa, et semen tuum post te in generationibus eorum.* Nihil aliud a vobis requiro, quam obedientiam gratumve animum, et ego omnia quæcumque pollicitus sum opere complebo.

4. Insuper volens eos qui ex ipso nascituri erant, peculiarem suum facere populum: ut postea, cum multitudo propagaretur, non se gentibus illis, quarum hereditatem occupatura erat, commisceret: insuperque, quia secundum prædictionem suam in Ægypto servituri erant; ut ne gentibus commiscerentur in Ægypto, circumcisionem, signi gratia, justo præcipit et inquit: 10. *Hoc est testamentum quod servabis inter me et vos, et inter semen tuum post te in generationibus illorum. Circumcidetur in vobis omne masculinum.* 11. *Circumcidetis carnem præputii vestri.* Deinde ut doceat et illos et omnes nos, quare hoc præceperit, et se

[a] In Bibliis legitur καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.

[b] Διαθήκη, *testamentum*, id est hoc loco, *pactum fœdus*, cujus signum et symbolum erat Circumcisio.

non alterius cujuspiam gratia id facere, quam ut esset assignatus et sibi segregatus populus, inquit, *Et erit in signum testamenti inter me et vos.* Et postea etiam de tempore imperat, quo conveniat hoc fieri. 12 *Puellus enim*, inquit, *octo dierum circumcidetur vobis, et vernaculus, et emtitius: et omnes in summa, ut ita dicam, qui apud vos sunt, hoc signum suscipient.* 14. *Et quisquis non circumcidetur in die constituto, perdetur: quia testamentum meum dissipavit;* quia transgressus est, inquit, præceptum. Vide sapientiam Domini, quomodo cum seiret imperfectas et pravas eorum mentes futuras, signum circumcisionis quasi frenum quoddam imposuit, ad indomitos eorum impetus cohibendos, ut ne gentibus commiscerentur. Nam quia sciebat eorum lasciviam, et eos, licet infinities monitos, ut ab illicito impetu abstinerent, obedituros non esse: ideo dato eis perpetuo memoriali, injecit eis circumcisionis signum, quasi vinculum quoddam, dedítque eis leges et regulas, ultra quas transire eis non liceret, ut sua gente contenti essent, et nullo modo cum gentibus se commiscerent; sed patriarchæ semen impermixtum maneret, ut sic et promissa in eis compleri possent. Et quemadmodum vir aliquis temperans et lenis, ancillam habens petulantem, terminos et regulas illi dat, ne umquam extra vestibula prodeat, neque cum prætereuntibus conveniat, imo nonnumquam pedibus compedes addit, ut sic illius imtemperantiam coercere valeat: ita et benignus Dominus circumcisionis signum carni eorum indidit, quasi pedibus vinculum quoddam, ut domesticum habentes signum, non ultra doctrina aliorum opus haberent. Atqui ingrati insensatique Judæi etiam nunc, cum tempus non est, circumcisionem servare volunt, puerilemque declarant mentem. Cujus enim rei gratia, dic mihi, nunc circumcidi volunt? Nam tunc quidem, ut ne impiis illis gentibus se commiscerent, hoc in mandatis acceperant: nunc autem per Dei gratiam omnibus ad lucem veritatis adductis, quæ circumcisionis utilitas? Numquid ad animæ libertatem aliquid confert carnis depositio? Non audierunt manifeste Deum dicentem: *Et erit in signum testamenti*: quasi demonstrantem ipsos ob multam socordiam tali signo indiguisse? Ita enim et in humanis rebus nonnumquam fieri solet. Quando non habemus aliquibus fidem, curamus ut ab ipsis signum

Moralis exhortatio.

ἡμᾶς, τίνος ἕνεκεν τοῦτο ἐπέταξε, καὶ ὅτι οὐδενὸς ἑτέρου χάριν τοῦτο βούλεται γίνεσθαι, ἀλλ' ἢ ὥστε ἐπίσημον εἶναι τὸν λαὸν τὸν αὐτῷ ἀνακείμενον, φησί, Καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. Καὶ λοιπὸν καὶ τὸν καιρὸν διατάττεται, [c] καθ' E ὃν προσήκει τοῦτο γίνεσθαι. Παιδίον γὰρ, φησὶν, ὀκτὼ ἡμερῶν περιτμηθήσεται ὑμῖν, καὶ ὁ οἰκογενὴς, καὶ ὁ ἀργυρώνητος, καὶ πάντες ἁπαξαπλῶς, ὡς εἰπεῖν, οἱ συνόντες ὑμῖν τὸ σημεῖον τοῦτο δέξονται. Καὶ ὅστις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ διατεταγμένῃ, ἐξολοθρευθήσεται, ὅτι τὴν διαθήκην μου διεσκέδασεν· ὅτι παρέβη, φησὶ, τὸ προσταχθέν. Ὅρα σοφίαν Δεσπότου, πῶς εἰδὼς τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὸ ἀτελὲς τῆς γνώμης, καθάπερ χαλινόν τινα ἐπιτιθεὶς, οὕτω 401 τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς περιτομῆς ἔδωκε, τὴν ὁρμὴν A αὐτῶν τὴν ἀκάθεκτον ἐκκόπτων, ὥστε μὴ τοῖς ἔθνεσι συναναμίγνυσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει αὐτῶν τὸ λάγνον, καὶ ὅτι οὐκ ἀνέξονται, κἂν ὥσι μυριάκις ἐνηχούμενοι, ἀποσχέσθαι τῆς ἀλόγου ὁρμῆς, διὰ τοῦτο διηνεκῆ ὑπόμνησιν αὐτοῖς δίδους, καθάπερ δεσμῷ τινι περιέβαλε τῷ σημείῳ τῆς περιτομῆς, ὅρους αὐτοῖς καὶ κανόνας διδοὺς μὴ περαιτέρω προβαίνειν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ οἰκείου ἔθνους ἵστασθαι, καὶ μηδεμίαν ἐπιμιξίαν ποιεῖσθαι πρὸς τούτους, ἀλλὰ τοῦ πατριάρχου τὸ B σπέρμα διασώζειν ἀμιγὲς ἵν' οὕτω καὶ τὰ τῆς ἐπαγγελίας εἰς αὐτοὺς ἐκβῆναι δυνηθῇ. Καὶ καθάπερ τις ἀνὴρ σώφρων καὶ ἐπιεικὴς παιδίσκην ἔχων ἀκόλαστον, ὅρους αὐτῇ καὶ κανόνας τίθησι, μηδέποτε ἔξω φαίνεσθαι τῶν προθύρων τῆς οἰκίας, μηδὲ τοῖς παριοῦσι φαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις καὶ τοῖς ποσὶ δεσμὰ περιτίθησιν, ἵν' οὕτω περιγενέσθαι δυνηθῇ τῆς πολλῆς ἀκολασίας· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, καθάπερ δεσμὰ ποσὶν, οὕτω τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς τῇ σαρκὶ ἐναπέθετο, ἵνα οἰκοθεν ἔχοντες ὑπόμνησιν, μηκέτι μηδὲ τῆς παρ' ἑτέρων δέωνται C διδασκαλίας. Ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες καὶ ἀναίσθητοι Ἰουδαῖοι καὶ παρὰ καιρὸν νῦν τὴν περιτομὴν φυλάσσειν βούλονται, καὶ παιδικὴν ἐπιδείκνυνται γνώμην. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, νῦν περιτέμνεσθαι βούλονται; Τότε μὲν γὰρ, ἵνα μὴ τοῖς παρανόμοις ἐκείνοις ἔθνεσι συναναφυρῶσι, τοῦτο ἐπετάγησαν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν πάντων πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ φωτὸς χειραγωγηθέντων, ποῖον τῆς περιτομῆς ὄφελος; Μὴ γὰρ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐλευθερίαν τι συμβάλλεται ἡ D τῆς σαρκὸς ἀπόθεσις; Οὐκ ἤκουσαν σαφῶς τοῦ Θεοῦ λέγοντος, Καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης, μονονουχὶ δεικνύντος, ὅτι διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην τοῦ σημείου ἐδεήθησαν; Οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πολλάκις γίνεται πραγμάτων. Ἐπειδὰν μὴ θαῤῥῶμέν τισι, σημεῖον ἐνεχύρου χάριν λαμβάνειν

[c] Hæc paululum variant in Editionibus τῶν Ο'. V. præf. Tomi hujus, § IV.

παρ' αὐτῶν σπουδάζομεν· οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς εἰδὼς αὐτῶν τῇ γνώμῃ τὴν εὐκολίαν, τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' αὐτῶν ἀπαιτῆσαι κατεδέξατο, οὐχ ἵνα διηνεκῶς μένῃ τὸ σημεῖον τοῦτο, ἀλλ' ἵνα τῶν τότε τέλος λαμβανόντων καὶ ἡ τοῦ σημείου χρεία περιαιρεθῇ. Ὥσπερ γὰρ ὅταν σημεῖόν τινες ἀπαιτῶσι, καὶ E ἐνέχυρον βούλωνται λαμβάνειν, ἐπειδὰν τοῦ πράγματος ἡ ὑπόθεσις τέλος λάβῃ, καὶ τὸ σημεῖον λοιπὸν αἴρεται· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, [a] ἐπειδὴ διὰ τὸ καταφανῆ γίνεσθαι τὸν λαὸν τοῦ πατριάρχου τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' ὑμῶν εἰσηνέχθη, ἐχρῆν, τῶν ἐθνῶν ἐκείνων δι' οὓς τὸ σημεῖον ἐδέξασθε, τῶν μὲν ἄρδην ἀφανισθέντων, τῶν δὲ μετ' ἐκείνους τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ προσδραμόντων, μηκέτι τὸν ἔλεγχον τῆς οἰκείας ἀγνωμοσύνης περιφέρειν, ἀλλ' ἀπαλλάττεσθαι, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐγένειαν ἀνατρέχειν. Ἔννόησον γάρ μοι, ὅτι ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, ὁ πατριάρχης λέγω, πρὶν ἢ τῆς περιτομῆς δέξασθαι τὴν ἐντολὴν (ἐννενήκοντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐτῶν ἦν, ἡνίκα τοῦτο ἐπετάττετο), καὶ εὐάρεστος τῷ Θεῷ γέγονε, καὶ μυριάκις A ἀνεκηρύχθη παρὰ τοῦ Δεσπότου. Καὶ ἐπειδὴ λοιπὸν εἰς ἔργον ἔμελλεν ἐκβαίνειν τὰ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τίκτεσθαι ἔμελλεν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ αὐξάνεσθαι τὸ γένος, καὶ ὁ πατριάρχης δὲ μεθίστασθαι τῆς ζωῆς, τότε δέχεται τὴν ἐντολὴν τῆς περιτομῆς, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ περιτέμνεται, ἵνα τοῖς ἑξῆς ἅπασι νόμος τις καὶ κανὼν γίνηται τὰ παρὰ τοῦ πατριάρχου γεγενημένα.

Καὶ ἵνα μάθητε ἀκριβῶς, ἀγαπητοὶ, ὅτι οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν λυσιτελεῖ, ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων συνιδεῖν δυνατόν. Τί γάρ φησιν, Ὀκτὼ ἡμερῶν παιδίον περιτμηθήσεται; Τὸν δὲ χρόνον οἶμαι B τοῦτον ὡρίσθαι παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ δύο τούτων ἕνεκεν· ἑνὸς μὲν, ἵνα ἐν τῇ ἀώρῳ ἡλικίᾳ κουφότερον ἐνεγκεῖν τὸν πόνον δυνηθῇ τῆς περιτομῆς τῆς σαρκός· δευτέρου δὲ, ἵνα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων παιδευθῶσιν ὡς οὐκ εἰς ψυχήν τι συντελεῖ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ σημείου χάριν τοῦτο γίνεται. Τὸ γὰρ ἄωρον παιδίον, τὸ μὴ γινῶσκον τὰ γινόμενα, μηδὲ αἴσθησίν τινα ἔχον, ποίαν ὠφέλειαν εἰς τὴν ψυχὴν ἐκ τούτου δέξασθαι δυνήσεται; Ἐκεῖνα γάρ ἐστι τῆς ψυχῆς ἰδικῶς κατορθώματα, τὰ ἐκ προαιρέσεως γινόμενα. Ψυχῆς γάρ ἐστι κατόρθωμα τὸ ἀρετὴν ἑλέσθαι, καὶ κακίαν φυγεῖν· ψυχῆς κατόρθωμα, τὸ μὴ τῶν πλειόνων μόνον μὴ ἐφίεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα προέσθαι τοῖς δεομένοις· ψυχῆς κατόρθωμα, τὸ μὴ τοῖς παροῦσι προστετηκέναι, ἀλλὰ τούτων μὲν ὑπερορᾷν, τὰ μέλλοντα δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν φαντάζεσθαι.

pignoris loco recipiamus: similiter et omnium Dominus sciens ipsorum animi inconstantiam, hoc ab eis signum petere voluit: non ut semper maneat signum hoc, sed ut postquam antiqua illa finem acceperint, et signi usus auferatur. Nam sicut qui signum expetunt, et pignus accipere volunt, cum negotium perfectum fuerit, tunc et signum tollunt: ita etiam hic cum, ut populus ille ortus a patriarcha conspicuus fieret, signum hoc apud vos introductum sit, oportebat postquam gentes illæ propter quas signum accepistis, partim deletæ sunt, partim post illos ad veritatis lucem accesserunt, non jam amplius propriæ improbitatis indicium circumferre, sed liberos esse, et ad pristinam nobilitatem redire. Cogita enim eximium illum patriarcham, priusquam acciperet circumcisionis mandatum (nonaginta enim et novem annorum erat quando hoc ei præceptum est), acceptum fuisse Deo, et sexcenties 402 a Domino celebratum. Et quia propediem promissiones erant implendæ, nasciturusque Isaac, et augendum genus, et patriarchæ emigrandum erat ex hac vita, tunc demum accipit mandatum circumcisionis, et in tali ætate circumciditur, ut posteris omnibus lex quædam et regula fierent ea quæ patriarcha prior fecerat.

Circumcisio cur data Judæis.

5. Et ut evidenter discatis, dilecti, hoc nihil ad animæ virtutem conducere, ex iis quæ facta sunt videri potest. Cur enim ait, *Octo dierum infans circumcidetur*? Tempus definitum esse a benigno Deo duabus de causis opinor: una, ut in ætate immatura facilius circumcisionis in carne molestiam ferre posset; alia ut rebus ipsis disceremus id animæ nihil conducere, sed hoc fieri signi gratia. Puer enim immaturus, cum ea quæ fiunt ignorat, neque sensum eorum habet, quam inde in anima sua utilitatem accipere poterit? Illa enim sunt vere bona opera animæ, quæ ex electione fiunt. Animæ enim bonum opus est virtutem eligere, et malitiam fugere, animæ bonum opus est, non modo non plura quam oportet concupiscere, sed etiam facultates tribuere C indigentibus; animæ bonum opus est, non addictum esse rebus præsentibus, sed eas quidem despicere, futuras autem continuo in animo habere. In carne vero signum accipere, quale bo-

Circumcisio nihil animæ confert boni.

[a] Morel. ἐπειδὴ διὰ τὸ καταφανῆ γίνεσθαι τὸν λαὸν τοῦ πατριάρχου, τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' ὑμῶν εἶναι τὸ τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα, καὶ μὴ συμφυρῆναι τοῖς ἔθνεσι, τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' ὑμῶν. etc. Sex Mss. ἐπειδὴ διὰ τὸ φανερὸν τὸ σημεῖον etc. Savil. ἐπειδὴ διὰ τὸ φανε-

num opus fuerit? Verum ingrati illi et insensati Judæi, quamvis jam illuxerit veritas, adhuc in umbra sedent, et quamvis sol justitiæ affulserit, qui lucis suæ radios undique emisit, adhuc lucernariæ luci sunt addicti; et quamvis sit tempus ut solido pascantur cibo, ipsi adhuc lacte nutriuntur; neque beatum Paulum audire vo-
Rom. 4. 11. lunt clamantem et dicentem de patriarcha: *Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei quæ est in præputio.* Vide quomodo utraque nos docuit, et ipsum accepisse signi loco circumsionem, et cum præputiatus erat, justitiam quæ est ex fide ostendisse. Nam ne impudenter Judæus dicat: Nonne circumcisio ei justitiam conciliavit? idcirco beatus ille ad pedes
Act. 22. 3. Gamalielis eruditus, et in lege apprime institutus, inquit: Ne putetis, impudentes Judæi, circumcisionem ipsi aliquid ad justitiam contulisse: nam cum illo tempore præputii fidem præ se
Rom. 4. 3. ferret, audivit: *Credidit autem Abraham Deo, et reputatum est ei in justitiam.* Cum igitur esset jam justus ob suam in Deum fidem, tunc in signum circumcisionem accepit: et primum quidem nomini ejus litera additur, deinde autem circumcisio imperatur: quo ostendit Deus se ob multam virtutem justum peculiariter adoptasse, et propter illum etiam eos qui ex eo nascituri erant. Et quemadmodum cum quis servum comparaverit, nomen ejus et habitum sæpe immutat, omniaque facit, ut sciatur ipsius esse, ac sub cujus sit dominatu præ se ferat: ita nimirum et omnium Dominus, quasi posthac separare eos volens ab aliis hominibus, adjecta quidem litera declaravit illum multorum populorum fore patrem; circumcisione autem ejus populum distinctum fore, et semen ex eo nasciturum ab aliis gentibus sequestratum. Quod si et illi ob cæcitatem suam adhuc servare volunt carnis circumcisionem, non audientes iterum Paulum dicen-
Galat. 5. 2. tem: *Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit* (nam propter hæc advenit Dominus, ut omnia illa tolleret, atque ideo totam legem implevit, ut legis observatio finem haberet: id-
Ibid. v. 4. circo dicebat beatus Paulus: *Quicumque in lege justificamini, a gratia excidistis*): verum nos pareamus beato huic, et non manufactam
Coloss. 2. 11. circumcisionem suscipiamus. Dicit enim, *In quo circumcisi estis circumcisione non manufacta, in despoliatione peccatorum carnis, in circumcisione Christi.* Deinde docens nos dili-

Τὸ δὲ σημεῖον ἐπὶ τῆς σαρκὸς δέξασθαι, ποῖον ἂν εἴη κατόρθωμα; Ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες καὶ ἀναίσθητοι Ἰουδαῖοι, τῆς ἀληθείας φανείσης, ἔτι τῇ σκιᾷ παρακαθήμενοι, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης λάμψαντος, καὶ τὰς ἀκτῖνας τοῦ φωτὸς πανταχοῦ ἀφιέντος, ἔτι τῷ λυχνιαίῳ φωτὶ προσηλωμένοι, καὶ μετὰ τὸν καιρὸν τῆς στερεᾶς τροφῆς [a] ἔτι τῷ γάλακτι τρεφόμενοι, οὐδὲ τοῦ μακαρίου Παύλου ἀκούειν ἀνέχονται βοῶντος καὶ λέγοντος περὶ τοῦ πατριάρχου· Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ. Ὅρα πῶς ἀμφότερα ἡμᾶς ἐνταῦθα ἐδίδαξε, καὶ ὅτι σημείου χάριν τὴν περιτομὴν ἐδέξατο, καὶ ὅτι ἡνίκα ἀκρόβυστος ἦν, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τῆς πίστεως ἐπεδείξατο. Ἵνα γὰρ μὴ ἀναισχυντῇ ὁ Ἰουδαῖος καὶ λέγῃ, ὅτι οὐχὶ ἡ περιτομὴ τὴν δικαιοσύνην αὐτῷ προεξένησε; διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος ὁ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ μαθητευθεὶς, ὁ κατὰ ἀκρίβειαν τὸν νόμον παιδευθεὶς φησι· μὴ νομίσητε, ὦ ἀναίσχυντοι Ἰουδαῖοι, ὅτι ἡ περιτομή τι εἰς δικαιοσύνην αὐτῷ συνετέλεσε· καὶ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀκροβυστίας τὴν πίστιν ἐπιδειξάμενος, ἤκουσεν· Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Γενόμενος οὖν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν, τότε δέχεται σημείου χάριν τὴν [b] περιτομήν· καὶ πρῶτον καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὸ στοιχεῖον ἐπιτίθησι, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν περιτομὴν ἐπιτάττει, ἵνα δείξῃ ὅτι διὰ τὴν πολλὴν ἀρετὴν
403 λοιπὸν τὸν δίκαιον ᾠκειώσατο, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ
A τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐσομένους. Καὶ καθάπερ τις οἰκέτην κτησάμενος, πολλάκις καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μετατίθησι καὶ τὸ σχῆμα, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε κατάδηλον αὐτὸν ποιῆσαι, ἵνα διὰ πάντων κηρύττῃ τὴν δεσποτείαν· οὕτω δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὥσπερ αὐτὸν χωρίσαι λοιπὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων βουλόμενος, διὰ μὲν τῆς προσθήκης τοῦ στοιχείου ὅτι πολλῶν ἐθνῶν πατὴρ ἔσται ἐμήνυσε· διὰ δὲ τῆς περιτομῆς, ὅτι ἐξαίρετος ἔσται αὐτοῦ λαὸς, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κεχωρισμένον ἐξ αὐτοῦ μέλλον τίκτεσθαι σπέρμα. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐκεῖνοι διὰ τὴν οἰκείαν πώρωσιν ἔτι τὴν περιτομὴν
B τῆς σαρκὸς φυλάττειν βούλονται, οὐκ ἀκούοντες Παύλου λέγοντος· Ἐὰν γὰρ περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει (διὰ γὰρ τοῦτο παρεγένετο ὁ Δεσπότης, ἵνα ταῦτα πάντα ἀνέλῃ, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὸν νόμον ἐπλήρωσεν, ἵνα στήσῃ λοιπὸν τοῦ νόμου τὴν παρατήρησιν· διὰ τοῦτο ἐβόα ὁ μακάριος Παῦλος, Οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε), ἀλλ' ἡμεῖς πειθώμεθα τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, καὶ τὴν ἀχειροποίητον περιτομὴν καταδεχώμεθα. Ἐν ᾧ γὰρ, φησὶ, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ
C ἀπεκδύσει τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ

[a] Savil. et quidam Mss. τοῦ γάλακτος.

[b] Savil. et sex Mss. περιτομὴν καὶ ὁμοῦ καὶ τῷ.

τοῦ Χριστοῦ. Εἶτα διδάσκων ἡμᾶς ἀκριβέστερον τί ἐστιν ἡ τοιαύτη περιτομὴ, ἐπήγαγε· Συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι. Καθάπερ γὰρ ἐκείνους τὸ τῆς περιτομῆς σημεῖον ἐχώριζε τῶν λοιπῶν ἐθνῶν, καὶ ἐδείκνυ τὴν οἰκείωσιν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Θεόν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐφ' ἡμῶν ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος περιτομὴ τὸν χωρισμὸν ἀκριβέστερον καθίστησι, καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν πιστῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. Ἐν ᾧ γὰρ, φησὶ, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. Ὅπερ γὰρ ἐκεῖ ἐργάζεται ἡ περιτομὴ εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ βάπτισμα εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπόθεσιν. Ἀπεκδυσάμενοι γὰρ ἅπαξ τὰς τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ καθαρὸν τὸ ἔνδυμα δεξάμενοι, μένωμεν, ἀγαπητοὶ, ἐπὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἀνώτεροι γενόμενοι, τῆς ἀρετῆς ἐπιλαβώμεθα. Καὶ οἱ ἐν τῇ χάριτι τὸν ἐν τῷ νόμῳ, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ νόμου, ζηλώσωμεν, ἵνα κατ' ἴχνος ἐκείνου τὴν ἑαυτῶν ζωὴν οἰκονομήσαντες, καταξιωθῶμεν εἰς τοὺς ἐκείνου κόλπους καταντῆσαι, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

gentius quid sit ejusmodi circumcisio, subdit: *Consepulti ei in baptismo.* Sicut enim illos circumcisionis signum ab aliis gentibus segregabat, et demonstrabat eos peculiariter ad Deum pertinere : simili modo etiam apud nos circumcisio per baptismum evidentiorem facit separationem et diseretionem fidelium et infidelium. Dicit enim : *In quo circumcisi estis circumcisione non manufacta, in despoliatione peccatorum carnis.* Nam id quod illic operatur circumcisio in depositionem carnis, hoc hic agit baptismus in depositionem peccatorum. Igitur qui semel carnis peccata exuimus, et puram induti sumus vestem, mancamus, dilecti, in puritate, et affectionibus carnis superiores facti virtutem amplexemur. Et qui sub gratia sumus, eum qui in lege, imo ante legem fuit, æmulemur: ut cum vestigia ejus sequendo vitam nostram rexerimus, mereamur in illius sinus occurrere, et sempiternis frui bonis, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, et Spiritui sancto sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Coloss. 2. 12.

ΟΜΙΛΙΑ μ'.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· Σάρα ἡ γυνή σου οὐ κληθήσεται Σάρα, ἀλλὰ Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς.

Φέρε τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης ὑμῖν παραθῶμεν, καὶ τέλος ἐπιθῶμεν σήμερον τῷ λόγῳ, μᾶλλον δὲ τῇ εὐλογίᾳ καὶ τῇ ὑποσχέσει, ἣν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν πατριάρχην. Ἀλλὰ λείψανα τραπέζης ἀκούων, μηδὲν αἰσθητὸν ὑποπτεύσῃς· οὔτε γὰρ οἷα τὰ τῶν ἐδεσμάτων λείψανα, τοιαῦτά εἰσι καὶ τὰ πνευματικά. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἔωλα γινόμενα οὐ τὴν αὐτὴν παρέχει ἡδονὴν τοῖς ἑστιωμένοις· εἰ δὲ καὶ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν καταλειφθείη, ἄχρηστα λοιπὸν πάντῃ γίνεται· ταῦτα δὲ τὰ λείψανα οὐ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν, ἀλλὰ κἂν διηνεκεῖ τῷ αἰῶνι καταλείπηται, τὴν ἴσην ὠφέλειαν παρέχεται, καὶ τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀπόλλυσι· θεῖα γάρ ἐστι καὶ πνευματικὰ, καὶ οὐδεμίαν ὑπὸ τοῦ χρόνου βλάβην ὑφίσταται, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεαρὰν δείκνυσι τὴν χάριν, καὶ πολλῆς ἐμπίπλησι τῆς εὐφροσύνης τοὺς ἀπολαύειν τούτων βουλομένους. Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τούτων τῶν λειψάνων ἡ δύναμις, φέρε, μετὰ προθυμίας καὶ ὑμεῖς τῆς ἀπὸ τούτων ἀπολαύσεως ἐμφορήθητε, καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες αὐτῶν τῇ δυνάμει παραθῶμεν αὐτὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. Ἀλλ' ἵνα δόξῃ σαφέστερος ὑμῖν γί-

Et dixit Deus Abrahae : Sara uxor tua non vocabitur Sara, sed Sarra erit nomen ejus. *Gen.* 17. 15.

1. Age reliquias hesternæ mensæ vobis proponamus, et finem hodie imponamus sermoni, imo benedictioni et promissioni quam fecit universorum Dominus patriarchæ. Verum audiens reliquias mensæ, ne quid sensibile suspiceris : neque enim quales sunt eduliorum sensibilium, tales spiritualium reliquiæ. Illæ enim cum frigidæ factæ fuerint, haud parem voluptatem convivatoribus præstant : nam si ad unum aut alterum diem fuerint reservatæ, inutiles omnino fiunt : istæ vero non solum si in unum et alterum diem, sed et quantovis tempore relictæ fuerint, parem exhibent utilitatem, eamdemque afferunt voluptatem : divinæ enim sunt et spirituales, neque ullum eis a tempore nocumentum imminet, sed quotidie novum vigorem afferunt, et eos qui illis frui volunt, multa implent lætitia. Proinde quia talis harum reliquiarum vis est, age alacriter et vos magnam inde voluptatem auferte, nosque fidentes earum efficaciæ, proponamus eas vestræ caritati. Verum ut vobis sermo

ille manifestior videatur, operæ pretium fuerit meminisse finis heri dictorum, ut sic ordinem ac seriem assequuti doctrinam attingamus. Heri præceptum circumcisionis adduximus in medium, et dictum illud Dei ad patriarcham : *Circumcidetur omne masculinum vestrum, et erit in signum testamenti inter me et vos. Et puer octo dierum circumcidetur. Et qui non circumcisus fuerit, peribit anima illa, quia testamentum meum dissipavit.* Ibi sermonem finivimus in circumcisionis argumento; et ne multitudine dictorum vestram obrueremus mentem, noluimus ultra progredi. Neque enim hoc solum curamus, ut multa dicamus, et postea abscedamus, sed nostri sermonis doctrinam vestris viribus cupimus esse adæquatam, ut fructu quopiam ex dictis percepto domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quæ dicta sunt, adjungamus et reliqua : ut videamus post circumcisionis præceptum, quid benignus Deus patriarchæ loquatur et proponat. 15. *Et dixit,* inquit, *Deus Abrahæ : Sara uxor tua non ultra vocabitur nomine suo Sara, sed Sarra erit nomen ejus.* Quemadmodum, inquit, elemento tibi addito significavi, te patrem futurum multarum gentium : ita et Saræ similiter appono literam, ut discas nunc tempus adesse, ut olim a me promissa impleantur. *Erit enim,* inquit, *nomen ejus Sarra.* 16. *Benedicam autem eam, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in gentem, et reges gentium ex eo exibunt.* Idcirco prius literam adjeci, ut scias omnino futura esse quæ a me dicta sunt. Ne igitur ad infirmitatem naturæ spectans, animum desponde, sed potius ad virtutis meæ magnitudinem respiciens, fidem habe iis quæ a me dicta sunt. *Benedicam* enim *eam, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in gentes, et reges exibunt ex eo.* Excedebant humanam naturam promissa : et perinde fuit, ac si aliquis polliceretur ex lapidibus homines se facturum. Nihil enim a lapidibus differebant, quantum ad generationem attinet : et patriarcha præ senectute prope impotens erat, et ad filiorum procreationem omnino inutilis, et Sarra ad hoc quod natura sterilis erat, laborabat et ætatis et senectutis vitio. Cæterum justus hæc

νεσθαι ὁ λόγος, ἀναγκαῖον τοῦ τέλους τῶν χθὲς εἰρημένων ὑπομνησθῆναι, ἵν' οὕτω τῆς ἀκολουθίας ἐπιλαβόμενοι, τῆς διδασκαλίας ἀψώμεθα. Τὴν περὶ τῆς περιτομῆς ἐντολὴν εἰς μέσον παραγαγόντες, καὶ ὅτι C εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ πατριάρχῃ, Περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν · καὶ παιδίον ὀκτὼ ἡμερῶν περιτμηθήσεται · καὶ ὃς οὐ περιτμηθήσεται, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη, ὅτι τὴν διαθήκην μου διεσκέδασεν · ἐνταῦθα εἰς τὸν τῆς περιτομῆς λόγον τὴν διδασκαλίαν κατελύσαμεν · καὶ ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν, περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἠνεσχόμεθα. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶν ἡμῖν τὸ σπουδαζόμενον, τὸ πολλὰ εἰπεῖν D καὶ ἀναχωρῆσαι, ἀλλὰ συμμετρεῖν βουλόμεθα τῇ δυνάμει τῇ ὑμετέρᾳ τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν, ἵνα καρπωσάμενοί τι ἐκ τῆς τῶν λεγομένων ὠφελείας, οὕτως οἴκαδε πάντες ἀναχωρήσητε. Φέρε οὖν τὰ λειπόμενα προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἴδωμεν μετὰ τὴν τῆς περιτομῆς ἐντολὴν, τί προσθεὶς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς διαλέγεται τῷ πατριάρχῃ. Καὶ εἶπε, φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ · Σάρα ἡ γυνή σου οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάρα, [a] ἀλλὰ Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς. Ὥσπερ σοὶ, φησὶ, τὸ στοιχεῖον προσθεὶς ἐμήνυσα, ὅτι πατὴρ ἔσῃ πολλῶν ἐθνῶν, οὕτω καὶ τῇ E Σάρᾳ ὁμοίως προστίθημι τὸ στοιχεῖον, ἵνα μάθῃς ὅτι νῦν ὁ καιρὸς ἥκει τοῦ εἰς ἔργον ἐλθεῖν τὰ πάλαι παρ' ἐμοῦ ἐπαγγελθέντα. Ἔσται γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάῤῥα. Εὐλογήσω δὲ αὐτὴν, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, καὶ εὐλογήσω αὐτὸν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνος, καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσονται. Διὰ τοῦτο προλαβὼν τοῦ στοιχείου τὴν προσθήκην ἐποιησάμην, ἵνα μάθῃς ὅτι πάντως ἔσται τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα. Μηδὲ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ἀφορῶν καταπέσῃς · ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τῆς ἐμῆς ἀποβλέπων, θάρσησον τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις. Εὐλογήσω γὰρ αὐτὴν, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, 405 καὶ εὐλογήσω αὐτὸν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖς A ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσονται. Ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην τὰ ἐπαγγελθέντα, καὶ ὅμοιον ἦν ὡς ἂν εἰ ὑπέσχετο ἀπὸ λίθων ἀνθρώπους ποιῆσαι. [a] Οὐδὲν γὰρ λίθων ἦσαν διενηνοχότες, ὅσον πρὸς τὸ τεκεῖν, καὶ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ γήρως λοιπὸν ἀνενέργητος ὢν, καὶ πρὸς παιδοποιίαν ἄχρηστος, καὶ ἡ Σάῤῥα μετὰ τῆς στειρώσεως ἔχουσα καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ γήρως προσθήκην. Ἀλλ' ὁ δίκαιος ταῦτα ἀκούων καὶ

[a] Ἀλλὰ Σάῤῥα. In Hebræo ante mutationem nominis שרי, *Sarai*, vocabatur; post mutationem autem שרה, *Sara*. Septuaginta vero Interpretes Σάῤῥα exprimunt, et duplicato ρ mutationem illam indicant: quo factum est ut Chrysostomus putaverit additum a Deo fuisse nomini Saræ elementum. At non additum elementum fuit, sed mutatum י in ה.

[a] Oratorio more dicit Chrysostomus Abraham et Saram non magis idoneos ad prolem suscipiendam tunc fuisse, quam lapides; id quidem de Sara dici potuit; secus de Abrahamo, qui multis post annis sex filios suscepit ex Cetura.

νομίζων τὴν πάλαι γεγενημένην παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπαγ- B
γελίαν ἐκβεβηκέναι εἰς τὸν Ἰσμαήλ· ἐπειδὴ γὰρ εἶπε,
Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, οὐ
διέκρινε δὲ ὅτι περὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Σάρρας τικτομένου
φησὶ, ἐλογίζετο καθ' ἑαυτὸν ὅτι τὰ τῆς ὑποσχέσεως
ἐκβέβηκε· νυνὶ δὲ ἀκούων Κυρίου τοῦ Θεοῦ λέγοντος,
ὅτι Εὐλογήσω τὴν Σάρραν, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς
τέκνον, καὶ εὐλογήσω αὐτὸν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη· καὶ
πάλιν, Ἐξ ἐκείνου βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξελεύσονται· οὐκ
ἔχων ὅ τι εἴπῃ (οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν ἠδύνατο τοῖς παρὰ
τοῦ Θεοῦ λεγομένοις, φιλόθεος ὢν), καὶ πρὸς τὴν
ἡλικίαν ὁρῶν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν τῆς Σάρρας
στείρωσιν τὴν μέχρις ἐκείνης ἡλικίας γεγενημένην, C
ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονὼς, καὶ καταπλαγεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν
ὑπόσχεσιν, Ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον, καὶ
ἐγέλασεν.

audiens, putansque olim Dei promissionem impletam in Ismaele : quia enim dixit : *Tibi et semini tuo dabo terram hanc*, nec distinxit se de filio ex Sarra nascituro loqui, ille cogitabat secum jam promissiones impletas esse : nunc autem audiens Dominum Deum dicentem, *Benedicam Sarram, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in gentes;* et iterum : *Ex illo reges gentium egredientur :* cum nesciret quid diceret (neque enim Dei verbis credere non poterat vir tam religiosus), ad suam respiciens ætatem, et Sarræ sterilitatem, quæ ad illam usque ætatem perduraverat, consilii inops et obstupescens ob promissionem Dei : 17. *Cecidit*, inquit, *in faciem, et risit.*

Εἶδε τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τῆς δυ-
νάμεως τοῦ ἐπαγγειλαμένου τὸ μέγεθος ἐννοήσας,
Ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐγέλασεν, ἀντὶ τοῦ, περι-
χαρὴς ἐγένετο· καὶ κατὰ τοὺς τῆς διανοίας λογισμοὺς
ἐνενόει, πῶς ἂν κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν τοῦτο
γένοιτό ποτε, καὶ εἰ τῷ ἑκατονταέτει παιδίον γενήσε-
ται, καὶ εἰ ἡ στεῖρα, καὶ μέχρις ἐννενήκοντα ἐτῶν
ἄγονος διαμείνασα, ἐξαίφνης δυνήσεται πρὸς τεκνο-
γονίαν διεγερθῆναι. Καὶ ταῦτα κατὰ τὴν διάνοιαν
λογισάμενος, οὐκ ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον διὰ τῆς γλώτ- D
της προενεγκεῖν, ἀλλὰ δεικνὺς ἑαυτοῦ τὴν εὐγνωμο-
σύνην, παράκλησιν προσάγει περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ, μονονου-
χὶ λέγων· Δέσποτα, ἀρκούντως με παρεμυθήσω,
καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀπαιδίας ἀθυμίαν τῇ δόσει τοῦ Ἰσμαὴλ
εἰς εὐφροσύνην μετέβαλες. Οὐδὲ γὰρ, τούτου τεχθέν-
τος, λοιπὸν κἂν ἐν διανοίᾳ ἔλαβον ἢ ἐνενόησά ποτε,
ὅτι ἐκ τῆς Σάρρας ἔσται μοι παῖς, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴ
τοῦτο προσεδόκησε· διὸ καὶ τὴν Ἄγαρ μοι παρέδωκεν,
ἀπαγορεύσασα τὰ καθ' ἑαυτήν. Ἱκανὴν τοίνυν ἀμ-
φότεροι τὴν παραμυθίαν ἐσχήκαμεν τεχθέντος τοῦ E
Ἰσμαήλ. Οὗτος οὖν ὁ παρὰ σοῦ δοθεὶς ἡμῖν ζήτω ἐναν-
τίον σου, καὶ ἀρκοῦσαν ἕξομεν τὴν παράκλησιν, καὶ
τὸ γῆρας τὸ ἡμέτερον ἡ τούτου ζωὴ παραμυθήσεται.
Τί οὖν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης; Ἐπειδὴ ἱκανῶς
καὶ τοῦ δικαίου τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον διὰ τῆς τοῦ
χρόνου παρατάσεως ἐβασάνισε, καὶ τῆς Σάρρας τὴν
πίστιν, καὶ εἶδεν ἀμφοτέρους ἀπαγορεύσαντας, καὶ
τὸν μὲν διὰ τὸ γῆρας, τὴν δὲ μετὰ τῆς ἡλικίας καὶ
διὰ τὴν στείρωσιν, φησί· νῦν ἐπειδὴ πάντῃ ὑμῖν ἀδύ-
νατον τοῦτο εἶναι φαίνεται· διὰ γὰρ τοῦτο κἀγὼ τὴν
τοσαύτην μακροθυμίαν ἐπεδειξάμην, ἵνα δείξω ὅτι
ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἐστὶν ἡ δωρεὰ ἡ παρ' ἐμοῦ 406
παρεχομένη, καὶ ἵνα καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες A
δι' αὐτῶν μάθωσι τῶν πραγμάτων, ὅτι καὶ τῆς φύ-
σεώς εἰμι Δεσπότης, καὶ πρὸς ὃ βούλομαι αὐτὴ ὑπα-
κούει, καὶ εἴκει τοῖς ἐμοῖς ἐπιτάγμασιν. Εἰ γὰρ ἐκ

2. Videns miram promissionem, et potentiam ejus qui promiserat cogitans, *Cecidit in faciem, et risit*, hoc est, voluptate perfusus est; et in animo cogitabat, quomodo secundum humanam consuetudinem hoc fieri posset, num centenario v. 17.
nasceretur filius, ac num sterilis et nonagenaria repente posset idonea fieri ad partum. Atque cum hæc animo cogitasset, non audebat tale quiddam lingua effari; sed gratum exhibens animum oravit pro Ismaele, quasi diceret : Domine, satis me consolatus es, et dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Ismaele in lætitiam vertisti. Nato enim illo, neque in mentem postea accepi, vel cogitavi aliquando e Sarra nasciturum mihi filium, sed neque ipsa hoc expectavit : ideoque Agar mihi tradidit, omnem sibi spem denegans. Magnam consolationem ambo accepimus nato filio Ismaele. Hic igitur, qui a te datus est, vivat coram te, et abunde satis recreati erimus, et senectutem nostram illius vita solabitur. Quid igitur ad hæc benignus Dominus? Quia piam justi mentem tanto tempore satis probaverat, et Sarræ fidem; quia viderat utrumque nihil sibi de suis promittentem viribus, Abraham quidem propter senectutem, Sarram autem propter sterilitatem atque ætatem, dicit : Nunc quia omnino vobis hoc esse videtur impossibile : idcirco enim et ego tamdiu distuli, ut ostendam longe ultra naturam esse donum quod concedo, quod et vos aliique omnes his factis discant me et naturæ Dominum esse, et ad quodcumque libuerit ea uti, ipsamque obsequi, et cedere præceptis meis. Qui enim eam ex nihilo produxi, multo magis cum jam sit, et claudicet, erigere possum. Ut igitur melius confidere possis, audi et expergiscere, repulsisque

cogitationibus mentis tuæ, accipito ex iis quæ
v. 19. tibi dicuntur certum argumentum. Ecce enim Sarra uxor tua, quam putas tum propter sterilitatem, tum propter senium parere non posse, ipsa pariet tibi filium : et ut nihil hæsites, ecce tibi et nomen ejus qui nascetur præmonstrabo. Eum enim qui nascetur vocabis Isaac. *Et ponam testamentum meum ad eum in testamentum sempiternum, et semini ejus post eum.* Hic etenim est quem primum et ab initio tibi promisi, ac in hoc promissiones meæ implebuntur. Proinde et omnia tibi prædico, non solum quod nasciturus sit, sed et quomodo eum vocare debeas, atque me ei constituturum testamentum meum : neque hoc solum, sed *Et semini ejus post eum.* Deinde liberalis Dominus, qui semper accumulare solet beneficia, et longe nostras excedere petitiones, quoniam mentem justi erexerat, et per ea quæ promisit, fere juvenem ex sene fecerat, eumque qui mortuus erat, ut ita dicam, verbis fecundarat, beneficiis eum largissimis prosequens, inquit : Et hæc quidem, quæ scilicet promisi, opere complebo : et etiam quod de Ismaele rogasti, concedam tibi. Audivi enim orationem tuam, 20. *Et benedixi eum, et augebo eum et multiplicabo eum valde, valde. Duodecim gentes generabit, et dabo eum in gentem magnam.* Quandoquidem enim, inquit, semen tuum est, sic augebo eum, et multiplicabo valde, ut duodecim gentes ex eo procedant. 21. *Cæterum testamentum meum statuam cum Isaac, quem tibi Sarra pariet tempore hoc, anno sequente.* Vide, obsecro, hic, dilecte, quomodo justus in uno temporis momento mercedes omnis temporis accepit, et impletum est illud quod Christus discipulis suis
Matth. 19. 29. dixit : *Quisquis reliquerit vel patrem, vel matrem, vel domum, vel fratres propter nomen meum, et hic centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Considera enim mihi justum illum, quia promte præcepto Domini obedivit, et relicta domo paterna prætulit alienam natali : quomodo paulatim multam præ se ferens patientiam, in fastigium virtutis progressus, ita illustris et spectabilis factus est, ut ex eo nati multitudine astris cæli adæquentur. Fortasse si quis probe velit intelligere, non solum centuplum accepit hic justus ille, sed sexcenta

τοῦ μὴ ὄντος αὐτὴν παρήγαγον, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴν γενομένην τὴν φύσιν καὶ χωλεύουσαν διορθῶσαι δυνήσομαι. Ἵνα τοίνυν θαῤῥεῖν ἔχῃς, ἄκουε καὶ διεγέρθητι, καὶ τοὺς ἐν τῇ διανοίᾳ λογισμούς σου κινηθέντας παρωσάμενος, δέχου ἱκανὴν πληροφορίαν ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων. Ἰδοὺ γὰρ Σάῤῥα ἡ γυνή σου, ἣν νομίζεις διά τε τὴν στείρωσιν, διά τε τὸ γῆρας ἀδύνατον
B λοιπὸν τεκεῖν, αὕτη τέξεταί σοι υἱόν. Καὶ ἵνα μηδὲ ἀμφιβάλλειν ἔχῃς, ἰδού σοι καὶ τὴν προσηγορίαν τῶ τικτομένου προμηνύω. Τὸν γὰρ τικτόμενον καλέσεις Ἰσαάκ. Πρὸς γὰρ ἐκεῖνον στήσω τὴν διαθήκην μου εἰς διαθήκην αἰώνιον, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὃν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων σοι ὑπεσχόμην, καὶ εἰς τοῦτον τὰ τῆς ἐπαγγελίας τῆς ἐμῆς πληρωθήσεται. Διὸ καὶ πάντα σοι προλέγω, οὐχ ὅτι τέξεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπως αὐτὸν
C καλέσεις, καὶ ὅτι πρὸς αὐτὸν τὴν διαθήκην μου θήσομαι, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ Καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Εἶτα ὁ φιλότιμος ἀεὶ ταῖς δωρεαῖς, καὶ τὰς αἰτήσεις ἡμῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαλλόμενος, ἐπειδὴ διανέστησε τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, δι' ὧν ὑπέσχετο νέον ἐκ γέροντος τὸν πρεσβύτην εἰργάσατο, καὶ τὸν νεκρὸν, ὡς εἰπεῖν, ὄντα διὰ τῶν ῥημάτων ἐζωογόνησεν, ἐπιδιψιλευόμενος ταῖς εὐεργεσίαις φησί· καὶ ταῦτα ἃπερ ὑπεσχόμην εἰς ἔργον ἄξω, καὶ μετὰ τούτου καὶ τὴν περὶ τὸν Ἰσμαὴλ παράκλησιν [a] δεξάμενος. Ἐπήκουσα γάρ σου τῆς δεήσεως, καὶ εὐλόγηκα αὐτόν.
Αὐξήσω αὐτὸν καὶ πληθυνῶ αὐτὸν σφόδρα, σφό-
D δρα. Δώδεκα ἔθνη γεννήσει, καὶ δώσω αὐτὸν εἰς ἔθνος μέγα. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, σὸν σπέρμα ἐστὶν, οὕτως αὐτὸν αὐξήσω, καὶ πληθυνῶ σφόδρα, ὡς δώδεκα ἔθνη ἐξ αὐτοῦ διαδοθῆναι. Τὰ μέντοι τῆς διαθήκης τῆς ἐμῆς στήσω πρὸς Ἰσαὰκ, ὃν τέξεταί σοι Σάῤῥα εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ δευτέρῳ. Ὅρα μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, ὅπως ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὁ δίκαιος παντὸς τοῦ χρόνου τὰς ἀμοιβὰς ἐκομίσατο, καὶ ἐπληροῦτο ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς εἰρημένον, ὅτι Ὅστις ἂν καταλίπῃ
E πατέρα ἢ μητέρα, ἢ οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ ἐνταῦθα ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Ἐννόησον γάρ μοι τὸν δίκαιον τοῦτον, ἐπειδὴ ἑτοίμως ὑπήκουσε τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότου, καὶ καταλιπὼν τὴν οἰκείαν πατρίδα προετίμησε τὴν ἀλλοτρίαν τῆς ἐνεγκούσης, ὅπως κατὰ μικρὸν πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδειξάμενος, καὶ εἰς ἄκραν ἀρετῆς κορυφὴν ἀνελθὼν, οὕτω περίβλεπτος γέγονε καὶ περιφανὴς, ὡς τῷ πλήθει τῶν

[a] Δεξάμενος hic omnino passivam significationem habeat oportet, ut cum serie quadret, quasi dicas δεχθησόμενος, *accepturus*. At nescio an uspiam exemplum hujusmodi occurrat. Sic tamen habent omnes cum Editi tum Manuscripti. [Coisl. δέξομαι, quod probandum videtur.]

ἄστρων τοὺς ἐξ αὐτοῦ τεχθέντας παρισωθῆναι. Τάχα εἴ τις εὐγνωμόνως βουληθείη συνιδεῖν, οὐ μόνον εἰσὶν ἑκατονταπλασίονα, ἃ ὁ δίκαιος οὗτος ἐκομίσατο ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ μυριοπλασίονα. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τοσούτων ἠξιώθη, τίς ἂν λόγος παραστῆσαι δυνήσεται τῆς ἐκεῖ ἀπολαύσεως τὴν λῆξιν; Μᾶλλον δὲ, ὡς οἷόν τε, καὶ τοῦτο ὁ λόγος δεῖξαι δυνήσεται. Ὅταν γὰρ ἀκούσῃς, ὅτι πάντες οἱ δίκαιοι ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν, καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς, εὐχῆς ἔργον ποιοῦνται εἰς τοὺς κόλπους τοῦ πατριάρχου καταντῆσαι, ποίαν ἑτέραν μείζονα ταύτης τιμὴν παραστῆσαι δυνήσῃ; Εἶδες οἷόν ἐστιν ὑπομονὴ, ὅσον ἐστὶν ἀρετὴ, ὅσον ἐστὶ τὸ εἶναι φιλόθεον, καὶ πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰς τοῦ Δεσπότου εὐεργεσίας; Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ καιρὸν τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερεν, εὐχαρίστως πάντα δεχόμενος, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ τὰ ἐναντία, διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τελευταῖον ἁπάντων τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὅπερ μάλιστα ὁ δίκαιος ἐπεθύμει, τοῦτο αὐτῷ ἐχαρίσατο. Σκόπει γὰρ πῶς ἐν εἰκοσιτέσσαρσιν ἔτεσιν ἐβασάνιζε τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. Ἡνίκα γὰρ ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Χαῤῥὰν ὑπακούσας τῷ τοῦ Δεσπότου προστάγματι, ἑβδομήκοντα πέντε ἦν ἐτῶν, φησί· νυνὶ δὲ, ὅτε ταῦτα ἤκουσεν, ἑκατοστοῦ λοιπὸν ἦν ἔτους ἐπιβάς.

Ταῦτα ἀκούοντες, ἀγαπητοὶ, παιδευώμεθα πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μηδέποτε ἀλύειν, μηδὲ ναρκᾷν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι φιλότιμος ὢν καὶ μεγαλόδωρος ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος ἀντὶ μικρῶν πόνων μεγάλας ἡμῖν ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ μέλλοντι τὰ ἀθάνατα ἀγαθὰ ταμιευόμενος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον παραμυθούμενος ἡμῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, πολλὰς φιλοτιμεῖται τὰς δωρεάς. Ἐπεὶ καὶ ὁ πατριάρχης οὗτος οὐκ ὀλίγα ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ὑπέμεινε τὰ λυπηρὰ, εἰ καὶ * ὅτι ἑκάστοτε ἀνεμίγνυτο τοῖς λυπηροῖς καὶ τὰ χρηστά. Κηδόμενος γὰρ ἡμῶν τῆς ἀσθενείας ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὔτε ἀεὶ τοῖς λυπηροῖς ἀφίησιν ἡμᾶς ἐναπομένειν, ἵνα μὴ [a] ἐλέγχηται ἡμῶν ἡ ἀσθένεια· ἀλλὰ ταχεῖαν καὶ αὐτὸς παρέχει τὴν ἀντίληψιν, ῥωννὺς ἡμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ τὸν λογισμὸν διεγείρων. Οὔτε ἀεὶ ἐν ἀνέσει εἶναι καταλιμπάνει, ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι γενόμενοι πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολήσωμεν. Ἡ γὰρ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, ἐπειδὰν πολλῆς ἀνέσεως ἐπιλάβηται, ἐπιλανθάνεται τῆς εὐγενείας, καὶ οὐχ ἵσταται ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων· δι' ὃ καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος, ποτὲ μὲν ἡμᾶς ἀνίησι, ποτὲ δὲ σωφρονίζει, ἵν' οὕτως ἡμῶν μεθοδεύσῃ τῆς ψυχῆς τὴν ὑγίειαν. Ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς, ἐπει-

millia. Quod si hic tanta consequutus est, quis sermo narrare posset, quibus posthæc fruiturus ille sit? Imo etiam hoc, quantum nobis possibile,
407 sermo ostendere poterit. Quando enim audis
A omnes justos ab illo ad hoc usque tempus, et usque ad consummationem temporum, id maxime in votis habere, ut ad sinum patriarchæ perveniant, quam aliud hoc majorem honorem exhibere poteris? Vidisti quanta res sit patientia, quanta virtus, quantum sit esse religiosum, et gratum præ se ferre animum erga beneficia Domini? Quia enim, quando oportebat, sua attulit, cum gratiarum actione omnia ferens, tam jucunda, quam injucunda, propterea misericors Deus ultimo caput bonorum omnium, et id quod justus maxime concupiscebat, largitus est. Con-
B sidera enim, quomodo viginti quatuor annos probaverit justi virtutem. Quando enim exivit a Charran, et obedivit præcepto Domini, septuaginta quinque annorum erat, inquit : nunc autem postquam hæc audivit, nonaginta et novem annos excesserat.

3. Hæc audientes, dilecti, discamus multam exhibere patientiam, et numquam in laboribus *Moralis exhortatio.*
C virtutum vel desperare, vel torpescere; sed sciamus Dominum nostrum benignum esse et munificum, ac pro parvis laboribus magna nobis reddere præmia, non solum in futurum immortalia bona reponendo, sed et in præsenti vita nostræ naturæ infirmitatem multis largitionibus consolando. Quandoquidem patriarcha iste non mediocriter interjecto illo tempore adversis rebus exercitus est, quamvis semper adversa temperarentur prosperis. Universorum enim Deus
D nostræ infirmitatis curam agens, non semper in adversis nos manere sinit, ut non opprimatur nostra infirmitas : sed celeriter et ipse opitulatur, firmans nostram alacritatem, et mentem excitans. Neque semper im prosperitate nos esse sinit, ut ne fiamus negligentiores, et in vitiorum partes transfugiamus. Humana enim natura, quando multum prospere ei succedit, suæ obliviscitur nobilitatis, neque intra suos limites subsistit : idcirco quasi amantissimus pater aliquando nobis indulget, aliquando castigat, ut
E variis viis nostræ animæ salutem curet. Quo-

* [Boisius ὅτι expungendum censet. Mox τά ante χρηστά addidimus e Coisl.]

[a] ἐλέγχηται, ad litteram, *redarguatur*, aliquando etiam, *vincatur*, vel *opprimatur*, quo sensu frequenter apud Chrysostom. habetur.

niam et medicus, quando infirmum curat, neque semper inopia cibi torquet, neque semper larga mensa frui sinit, ne voracitas febrim pariens augeat morbum, cibi vero inopia infirmiorem eum efficiat: sed conjectans apud se, quantæ sint ægrotantis vires, et diligenter utens arte, omnia sua in medium affert: similiter et benignus Deus sciens quid cuivis expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui, aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos circumdat. Nam 408
si virtute præditi sunt qui tentationes experiuntur, clariores evadunt, abundantiorem sibi supernam gratiam conciliantes: si autem ut nos peccatores sint, et cum gratiarum actione tentationes ferant, gravem deponent peccatorum sarcinam, multaque venia et ipsi potientur. Ideo obsecro, cum sciamus potentiam et sapientiam Medici animarum nostrarum, numquam curiose ejus dispensationes inquiramus. Cum enim eas mens nostra comprehendere nequeat, hinc magis obstupescamus, et glorificemus Deum pro omnibus, quod talem habeamus Dominum, cujus dispensationes neque mens nostra, neque humanæ naturæ ratio capere potest. Neque enim tam bene scimus quid nobis expediat, quam ipse scit; neque sic nostra nos curamus, ut ipse salutem nostram, et omnia facit et molitur, ut ad virtutem nos inducat, et a diaboli manibus eripiat. Et cum videt nihil prodesse nobis prosperitates, tunc sicut bonus medicus, qui animadvertit obesiores fieri eos, quorum curam gerit, propter crapulam, ad sanitatem per sobrietatem reducit: ita et eximius animarum nostrarum Medicus permittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quantum damni ex prosperitate acceperimus; et quando videt restitutam sanitatem, tunc celeri nobis subsidio concedit ut a tentationibus liberemur, et suæ providentiæ curam ubertim declarat. Itaque etsi aliqui virtute præditi in tentationes incidant, ne turbentur, sed hinc meliorem spem concipiant, quia tentationum incursus, coronarum et præmiorum eis sunt materia. Quod si in peccatis cum sint, in adversa incidant, ne propterea gravatim ferant, scientes omni tempore peccata adversis purgari, modo cum gratiarum actione suscipiamus ea quæ eveniunt. Grati enim famuli est, non solum gratias agere domino, quando ubertim pro sententia omnia succedunt; sed et si in adversis, eamdem grati animi significationem det. Sic enim patriarcha ille celebris et illustris fuit, et tantam apud Deum

δὰν ἄῤῥωστον θεραπεύῃ, οὔτε ἀεὶ κατατείνει τῇ ἀσιτίᾳ, οὔτε ἀεὶ ἀδεῶς ἀπολαύειν ἐπιτρέπει τῆς τραπέζης, ἵνα μὴ ἡ ἀδδηφαγία πυρετὸν τεκοῦσα ἐκτείνῃ τὴν ἀῤῥωστίαν, μηδὲ τῇ ἀσιτίᾳ ἀεὶ κατατείνων ἀσθενέστερον ἐργάσηται· ἀλλὰ καταστοχαζόμενος τῆς δυνάμεως, καὶ ἐπιμελῶς τῇ τέχνῃ κεχρημένος, οὕτω τὰ παρ' ἑαυτοῦ παρατάττεται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς εἰδὼς τὸ ἑκάστῳ ἡμῶν συμφέρον, ποτὲ μὲν ἀνέσεως ἡμᾶς ἀπολαύειν συγχωρεῖ, ποτὲ δὲ καὶ γυμνασίας ἕνεκεν πειρασμοῖς περιβάλλει. Εἴτε γὰρ ἐνάρετοί τινες εἶεν, διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς λαμπρότεροι δεικνύμενοι, πλείονα τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν ἐπισπάσονται· εἴτε καθ' ἡμᾶς ἁμαρτωλὰ τυγχάνοιεν, εὐχαρίστως δεχόμενοι τῶν πειρασμῶν τὴν ἐπαγωγήν, τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποθήσονται φορτίον, καὶ πολλῆς καὶ αὐτοὶ συγγνώμης ἀπολαύσουσι. Δι' ὃ, παρακαλῶ, εἰδότες τὸ εὐμήχανον καὶ σοφὸν τοῦ ἰατροῦ τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων, μηδέποτε περιεργαζώμεθα αὐτοῦ τὰς οἰκονομίας. Κἂν γὰρ ἡ διάνοια ἡ ἡμετέρα ταῦτα καταλαμβάνειν μὴ δύνηται, ταύτῃ μᾶλλον ἐκπληττώμεθα τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκονομίας, καὶ δοξάζωμεν αὐτὸν ὑπὲρ ἁπάντων, ὅτι τοιοῦτον ἔχομεν Δεσπότην, οὗ μηδὲ χωρῆσαι δύναται ἡ διάνοια ἡ ἡμετέρα καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λογισμὸς τὰς οἰκονομίας. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἡμῖν, ὡς αὐτὸς ἐπίσταται· οὐχ οὕτως ἡμεῖς κηδόμεθα ἑαυτῶν, ὡς αὐτὸς κήδεται ἡμῶν τῆς σωτηρίας, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε πρὸς τὴν ἀρετὴν ἡμᾶς χειραγωγῆσαι, καὶ ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν. Καὶ ὅταν ἴδῃ μὴ δυναμένους κερδᾶναι ἀπὸ τῆς εὐημερίας, καθάπερ ἰατρὸς ἄριστος, ἐπειδὰν θεάσηται ἀπὸ πολλῆς λαιμαργίας εἰς πολυσαρκίαν ἐξιόντας, διὰ τῆς ἐγκρατείας πρὸς ὑγίειαν ἐπανάγει· οὕτω δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἰατρὸς ἀφίησι μικρὸν διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῆς βλάβης, ἣν ἐκ τῆς εὐημερίας ὑπεμείναμεν, καὶ ὅταν ἴδῃ καλῶς τὰ τῆς ὑγιείας κατορθωθέντα, τότε λοιπὸν διὰ τῆς οἰκείας ἀντιλήψεως καὶ τῶν πειρασμῶν χαρίζεται τὴν ἀπαλλαγήν, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ πρόνοιαν ἐπιδείκνυται μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. Εἴτε οὖν ἐν ἀρετῇ ὄντες τινὲς πειρασμοῖς περιπέσοιεν, μὴ θορυβείσθωσαν, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρεφέσθωσαν, ὅτι ἡ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴ στεφάνων ὑπόθεσις αὐτοῖς γίνεται καὶ βραβείων· εἴτε ἐν ἁμαρτήμασι γεγονότες τοῖς λυπηροῖς ἐναφίενται, μηδὲ οὕτω δυσανασχετείτωσαν, εἰδότες ὅτι καθάρσιον τῶν ἁμαρτηθέντων ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γενήσεται ἡ τούτων ἐπαγωγή, ἐπειδὰν μετ' εὐχαριστίας πάντα τὰ ἐπιόντα δεχώμεθα. Τοῦτο γὰρ εὐγνώμονος οἰκέτου, τὸ μὴ μόνον, ἡνίκα ἀδείας ἀπολαύῃ, εὐχαριστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις τὴν αὐτὴν εὐγνω-

μοσύνην ἐπιδείκνυσθαι. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατριάρχης οὗτος εὐδοκίμησε, καὶ τοσαύτης παρὰ τῷ Θεῷ τυχὼν παῤῥησίας, καὶ δωρεὰς ἐδέξετο νικώσας τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην.

Ἀναγκαῖον δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανελθεῖν τοῦ λόγου, καὶ ἰδεῖν τοῦ δικαίου τὴν ὑπακοὴν, καὶ ὅπως εἰς ἔργον ἤγαγε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπιταττόμενα, οὐ ζητῶν τὸν λόγον, οὐδὲ εὐθύνας ἀπαιτῶν, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων ποιοῦσι περιεργαζόμενοι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ γινόμενα, καὶ λέγοντες· εἰς τί τοῦτο; εἰς τί ἐκεῖνο; καὶ τί τὸ ὄφελος ἀπὸ τοῦ τόδε γενέσθαι, ἢ τόδε; Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως· ἀλλὰ καθάπερ οἰκέτης φιλοδέσποτος, οὕτως ἅπερ ἂν ἐπετάγη, εἰς ἔργον ἀγαγεῖν ἔσπευδε, μὴ περιεργαζόμενος. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τῶν ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιήσατο πρὸς αὐτὸν ὁ Δεσπότης, καὶ ἐτέλεσε τὴν πρὸς αὐτὸν διάλεξιν, εὐθέως ὁ δίκαιος τὰ κελευσθέντα ἐπλήρου, καὶ τὸ σημεῖον τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελευσθὲν ἐπετίθει τῷ Ἰσμαὴλ, τὴν περιτομὴν λέγω, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκογενέσι, καὶ τοῖς ἀργυρωνήτοις, καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ Θεός. Περιετέμετο δὲ καὶ αὐτός. Ἐννενήκοντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐτῶν ἦν, φησίν, ἡνίκα περιετέμετο τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ· Ἰσμαὴλ δὲ ἦν ἐτῶν δεκατριῶν. Μὴ νομίσῃς ἁπλῶς ἡμῖν τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν τὴν Γραφὴν ἐπισημήνασθαι· ἀλλ' ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθῃς τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ὑπακοὴν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ὢν πράως ἤνεγκε τὴν ὀδύνην διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ ἐπίταγμα, διὰ τοῦτο ποιεῖται τὴν αὐτῶν ἀπαρίθμησιν, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰσμαὴλ καὶ πάντες οἱ οἰκογενεῖς. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχόν ἐστιν, ἀγαπητὲ, ὑγιαίνουσαν σάρκα ἀποτεμεῖν καὶ κακῶς ἔχουσαν. Εἰ γὰρ καὶ ἰατρῶν παῖδες μέλος [a] ἀῤῥωστῆσαν ἀποτέμνουσιν, ἀλλ' οὐκ ἴση γίνεται τότε ἡ ὀδύνη. Νεκρωθὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, λοιπὸν καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἀποστερηθὲν ἐκτέμνουσιν. Ἐνταῦθα δὲ γέρων καὶ πρεσβύτης (ἑκατὸν γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανε) πράως ἤνεγκε τὴν ὀδύνην, ὁμοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπίταγμα εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπεύδων, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τοὺς οἰκογενεῖς ἅπαντας προθυμοτέρους ἐργαζόμενος, ὥστε μὴ ἐνδοιάσαι, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ προσταχθὲν ἐπιτελέσαι. Εἶδες ὅσον ἐστὶν ἀνὴρ ἐνάρετος, ὅπως καὶ τοὺς ὑπηρετουμένους ἅπαντας ἐπαίδευσε κατ' ἴχνος αὐτοῦ βαίνειν; Ὅπερ γὰρ χθὲς ἔλεγον, τοῦτο πάλιν καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐξ ἐκείνου πρόσταγμα γέγονε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥστε ἐν ἀώρῳ τῇ ἡλικίᾳ τοῦτο ὑπομένειν τοὺς παῖδας, ἵνα ἐν ἀναισθησίᾳ τὴν ἐκτομὴν τῆς σαρκὸς ὑπομένοντες μηδεμίαν τῆς ὀδύνης πεῖραν λάβωσιν. Ἀλλὰ σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν,

obtinuit fiduciam, ac dona accepit quæ supra humanam sunt naturam.

4. Sed operæ pretium est ut ad institutum sermonem redeamus, et videamus justi obedientiam, et quomodo fecerit quod a Deo imperatum est, non quærens causam, neque rationem exigens, sicut multi insipientes faciunt, de iis quæ Deus operatur curiose quærentes, et dicentes: Quare hoc, et quare illud? et quæ hinc, vel quæ illinc utilitas enascitur? At non ad eum modum fecit justus ille; sed sicut famulus diligens dominum, quæcumque præcepisset implere studuit, nihil ulterius percontans. Et ut discas, audi quæ sequuntur. Postquam enim Dominus promissionem ei fecit, et complevit sermonem suum, statim justus quæ imperata fuerunt perfecit, et signum hoc quod a Deo erat datum, indidit Ismaeli, circumsionem dico, et omnibus vernaculis et emtitiis, sicut loquutus est ei Deus. Circumcisus est autem et ipse. 24. *Nonaginta* enim *et novem annorum erat*, inquit, *quando circumcidit carnem præputii sui;* 25. *Ismael autem erat annorum tredecim.* Ne putes absque causa Scripturam proponere nobis numerum annorum: sed ut ex hoc discas justi magnam obedientiam, quod cum jam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorem propter præceptum Dei, propterea facit illam enumerationem, et non ipse solum, sed et Ismael, et omnes vernaculi circumciduntur. Neque hoc parvum et leve fuerit. Non enim idem est, carissime, carnem sanam, et male habentem secare. Nam etsi medici quoque membra morbida aliquando incidunt, at non est similis dolor. Emortuum enim membrum, ut ita dicam, jam et vitali operatione destitutum tunc incidunt. Hic autem senex et decrepitus (centum enim annorum erat) cruciatum leniter tulit, simul et præceptum Dei implere volens, et filium et vernaculos omnes promptiores reddens, ut ne cunctarentur, sed magna alacritate Dei præceptum implerent. Vidisti quanta res sit vir præstans virtute, quomodo ministros omnes doceat ut sua vestigia sequantur? Nam id quod heri dicebam, hoc item et nunc dico: propter hoc fere ex illo die præceptum fuisse a Deo, ut immatura ætate hoc subirent pueri, quo absque sensu et dolore incisionem carnis fer-

[a] Quinque Mss. ἀῤῥωστῆσαν τότε ἀποτέμνουσιν.

rent. Verum considera Dei benignitatem, et ineffabilem ejus erga nos beneficentiam. Illa enim circumcisio dolorem habuit et laborem, et nulla alia ex circumcisione fuit utilitas, quam hæc sola, quod ex hoc signo dignosci possent, et ab aliis gentibus sequestrarentur; nostra autem circumcisio, vel baptismatis, inquam, gratia, medicinam habet citra dolorem, innumeraque bona nobis affert, Spiritus sancti gratia nos implet, et nullum definitum habet tempus sicut illic: sed licet et in prima, et in media, et in ultima ætate hanc non manufactam circumcisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, et remissio invenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam gesta sunt. Quippe cum benignus Deus vidit gravem nostram infirmitatem, ac nos incurabiliter ægrotantes, summa indigere medicina, atque ineffabili benignitate: nostram curans salutem, largitus est nobis per lavacrum regenerationis innovationem: ut deposito homine vetere, hoc est, operibus malis, et induti novum, in via virtutis incedamus. Verum iterum oro, ne deteriores simus ingratis et insensatis Judæis. Illi enim suscipientes circumcisionis signaculum, satis sibi cavebant, ne ultra cum gentibus se miscerent, quantum ad communionis rationem pertinet: quantum autem ad impietatem, sæpe illos ingrati superabant. Nos vero cum semel suscepimus baptismi circumcisionem, caute tuteque nostra dispensemus. Non dixerim non licere nobis versari inter gentes: sed in propria nobis virtute manentes, ita cum illis commisceamur, ut ad piam eos pertrahamus religionem, ac per bonorum operum exemplum doctrinæ eis auctores simus. Ea enim de causa communis omnium Dominus permisit simul versari bonos et malos, pios et impios, ut boni lucrifaciant malos, et qui in malitia adhuc detinentur, manuducantur ad pietatem. Nihil enim adeo studiose curat Deus, ut salutem animarum. Proinde obsecro, ne curam abjiciamus neque nostri, neque aliorum. Quantum ad nos attinet, ita instituamus vitam, ut Deo placitum est: quantum autem ad proximum, sic luceamus virtutibus, ut etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos vident satis doceantur. Nam sicut si virtute præditi simus, maxima et ipsi lucrabimur, et infidelibus usui erimus: ita si negligentes fuerimus, et ipsi magnam feremus pœnam, et aliis occasio scan-

Circumcisio mera nota et signum erat.

Licet Christianis inter gentes versari quomodo.

καὶ τὴν ἄφατον περὶ ἡμᾶς εὐεργεσίαν. Ἐκεῖ καὶ ὀδύνη καὶ πόνος ἐκ τοῦ γινομένου, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐκ τῆς περιτομῆς ὄφελος ἦν, ἢ τοῦτο μόνον; τὸ διὰ τοῦ σημείου τούτου γνωρίμους αὐτοὺς εἶναι, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κεχωρίσθαι. Ἡ δὲ ἡμετέρα περιτομή, ἡ τοῦ βαπτίσματος λέγω χάρις, ἀνώδυνον ἔχει τὴν ἰατρείαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν πρόξενος γίνεται ἡμῖν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς ἐμπίπλησι χάριτος, καὶ οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει καιρὸν, καθάπερ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔξεστι καὶ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ ἐν μέσῃ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ γενόμενόν τινα ταύτην δέξασθαι τὴν ἀχειροποίητον περιτομὴν, ἐν ᾗ οὐκ ἔστι πόνον ὑπομεῖναι, ἀλλ' ἁμαρτημάτων φορτία ἀποθέσθαι, καὶ τῶν ἐν παντὶ χρόνῳ πλημμελημάτων τὴν συγχώρησιν εὑρέσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τῆς ἀσθενείας ἡμῶν τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι ἀνίατα νοσοῦντες μεγάλης δεόμεθα τῆς ἰατρείας, καὶ ἀφάτου τῆς φιλανθρωπίας, οἰκονομῶν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐχαρίσατο ἡμῖν τὴν διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαίνισιν, ἵνα ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔστι τὰς πράξεις τὰς πονηρὰς, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν βαδίζωμεν. Ἀλλὰ, παρακαλῶ, μὴ τῶν ἀγνωμόνων, τῶν ἀναισθήτων χείρους γενώμεθα Ἰουδαίων. Ἐκεῖνοι [b] μὲν γὰρ δεχόμενοι τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς περιτομῆς, εἶχον ἱκανὴν ἀσφάλειαν πρὸς τὸ μηκέτι συναναμίγνυσθαι τοῖς ἔθνεσι κατὰ τὸν τῆς κοινωνίας λόγον· κατὰ γὰρ τὴν ἀσέβειαν πολλάκις αὐτοὺς [a] καὶ ὑπερηκόντισαν ἀγνώμονες γεγονότες. Ἀλλ' ἡμεῖς ἅπαξ δεχόμενοι τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος περιτομὴν, μετὰ ἀσφαλείας τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομήσωμεν. Οὐ λέγω ἵνα μὴ συναναμιγνυώμεθα τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς μένοντες, καὶ ἐκείνους συναναμιγνύμενοι ἕλκωμεν αὐτοὺς εἰς τὴν εὐσέβειαν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων πολιτείας διδασκαλίας αὐτοῖς ὑπόθεσις γινώμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης συνεχώρησεν ἀναμεμίχθαι καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἵνα οἱ πονηροὶ κερδαίνωσιν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ ἐν ἀσεβείᾳ ἔτι κατεχόμενοι χειραγωγῶνται πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ περισπούδαστον, ὡς σωτηρία ψυχῆς. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, μήτε ἑαυτῶν, μήτε τῶν πλησίον· ἑαυτῶν μὲν, διὰ τοῦ τὰ καθ' ἑαυτοὺς οὕτως οἰκονομεῖν, ὡς δοκεῖ τῷ Θεῷ· τῶν δὲ πλησίον, ἵν' οὕτω λάμπωμεν ἐν ἀρετῇ, ὥστε καὶ σιγώντων ἡμῶν ἱκανὴν ἔχειν διδασκαλίαν τοὺς εἰς ἡμᾶς ὁρῶντας. Ὥσπερ οὖν ἐνάρετοι ὄντες τὰ μέγιστα καὶ αὐτοὶ κερδανοῦμεν, καὶ τοὺς ἀπίστους ὠφελήσομεν, οὕτως, εἰ ῥαθυμήσαιμεν, καὶ αὐτοὶ πολλὴν ὑποστησόμεθα τὴν κόλασιν, καὶ ἑτέροις σκανδάλου

[b] [Coislin. omittit μέν.]

[a] [Savil. addit ὑπερέβαλλον.]

ὑπόθεσις γενησόμεθα. Καθάπερ γὰρ τὴν ἀρετὴν μετιόντες διπλῆ τὸν μισθὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ καρπούμεθα, καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν ταύτην μετίωμεν, καὶ ὑπὲρ ὧν τοὺς πλησίον ἐφελκώμεθα εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς κοινωνίαν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς κακίας, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἡμαρτήκαμεν κολαζόμεθα μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν καὶ ἑτέρους ὑποσκελίζομεν. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο τῶν ἐνταῦθά τινα συνιόντων τοιοῦτον γενέσθαι, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς πρὸς οἰκοδομὴν τῶν ὁρώντων τὸν ἑαυτῶν βίον ἰθύνειν, ἵνα δυνηθῶμεν μετὰ παῤῥησίας στῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

dali erimus. Sicut enim virtutem amplexati duplicem mercedem a Deo accipimus, tum quod ipsi virtutem exerceamus, tum quod alios ad vitutis communionem trahamus: ita si in nequitia versemur, non solum punimur quod ipsi peccavimus, sed et quod aliis scandalo fuimus. Verum absit ut aliquis eorum qui hic sunt, in hujusmodi statu versetur, sed nos omnes ad ædificandum eos qui nos vident, vitam instituamus, ut possimus magna fiducia stare apud tribunal Christi, et ineffabilia illa bona consequi: quæ nobis omnibus concedantur, gratia et benignitate Dômini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Sancto Spiritui sit gloria, honor et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μα'.

HOMILIA XLI.

Ὤφθη δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῆ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας.

Apparuit autem Deus Abrahæ apud quercum Mambre, sedente ipso ad januam tabernaculi sui meridie. *Gen.* 18. 1.

Ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι σήμερον πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἐξήγησιν. Ὅταν γὰρ ἐννοήσω, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῶν ἐνηχούντων, παραινούντων, παρατιθέντων ὑμῖν τὴν πνευματικὴν ταύτην ἑστίασιν, πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα παραγενομένων, καὶ μετεχόντων τῆς πνευματικῆς ταύτης διδασκαλίας, καὶ τῆς φρικτῆς καὶ φοβερᾶς τραπέζης, ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας διημερεύουσι, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς πλέον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γεγένηται σπουδῆς, ἀλλὰ καθάπερ συνηθείᾳ τινὶ δουλεύοντες, ἐπειδὰν νεύσῃ μόνον ὁ διάβολος, αὐτόματοι σπεύδουσιν ἐπὶ τὰ παράνομα ἐκεῖνα θέατρα, καὶ ἑαυτοὺς ἑκόντες τοῖς δικτύοις ὑποβάλλουσι τοῦ πονηροῦ δαίμονος, καὶ οὔτε ἡμετέρα νουθεσία, οὔτε ἡ πεῖρα αὐτὴ, καὶ τὸ ἀνόνητον τῆς ἐκεῖ διατριβῆς, διδασκαλίας αὐτοῖς ὑπόθεσις γέγονε· ποίᾳ λοιπὸν προθυμίᾳ τὰ τῆς διδασκαλίας ποιήσαιμι πρὸς ἄνδρας οὐδὲν κερδαίνειν βουλομένους ἐκ τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων; Καὶ μὴ θαυμάσῃς. Ἐπεὶ καὶ γηπόνος, ἐπειδὰν ἴδῃ μετὰ πόνους πολλοὺς καὶ ταλαιπωρίας ἄγονον γινομένην τὴν γῆν, καὶ οὐκ ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν παρεχομένην, ὀκνηρότερος γίνεται περὶ τὴν τῶν σπερμάτων καταβολὴν, καὶ οὐκ ἔτι μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας τῆς γεωργίας καθάπτεται. Καὶ ἰατρὸς δὲ ἐπειδὰν ἴδῃ τὸν ἄῤῥωστον μὴ πειθόμενον αὐτοῦ τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλλὰ τὴν νόσον αὔξειν καθ' ἑκάστην ἐπιτηδεύοντα, πολλάκις ἀφίησιν ἐναπομεῖναι τῇ νόσῳ, ἵνα αὐτὴ ἡ πεῖρα διδάσκαλος αὐτῷ γένηται τῶν συμφερόντων. Καὶ οἱ τὰ μαθήματα δὲ τοὺς παῖδας ἐκπαιδεύοντες, ἐπειδὰν ἴδωσι τὰ πρότερα ἀπο-

1. Cunctabundus hodie, nec admodum alacris ad docendum enarrandumque accedo. Nam cum mente reputo, nobis quotidie concionantibus, admonentibus, et spirituale hoc vobis convivium apponentibus, multos ex his ipsis qui adsunt, et spiritualis hujus doctrinæ, ac tremendæ terribilisque mensæ sunt participes, totos dies in spectandis ludis equestribus perdere, et perinde atque si non doceremus, nihil proficere, sed quasi consuetudini cuipiam servientes, si tantum annuat eis diabolus, sua sponte accurrere ad impia illa spectacula, et seipsos libenter maligni dæmonis illaqueare retibus, et neque nostram admonitionem, neque periculum ipsum, neque inutilem ipsam frequentationem doctrinæ loco eis esse posse: quo ergo posthac animo doctrinam impertiam viris ex dictis nostris nihil lucri facere cupientibus? Et ne mireris. Siquidem et agricola, cum post multos labores et ærumnas sterilem videt agrum, neque dignam laboribus mercedem reddentem, segnior ad jaciendum semen, non pari alacritate agriculturam exercet. Et medicus videns infirmum suis mandatis non obtemperare, sed vacantem quotidie iis quæ morbum augent, sæpenumero in sua illum ægritudine relinquit, ut experientia ipsa utatur magistra, ut ea quæ sibi prosint ediscat. Similiter et qui disciplinas pueros docent, videntes illos priora respuere, et abjicere eorum quæ antea edocti sunt memoriam, sæpe aversantur,

sic negligentiam eorum correcturi, et ad majus studium reducturi. Verumtamen agricola quidem merito segnior sæpe evadit, quia videt damnum suum majus fieri, utpote qui laborem et sumtus ferat, et fructibus destituatur. Medicus autem non immerito ægrum sæpe relinquit: corpus enim est quod curatur, et propter hoc dimittit, ut doloris accessio in morbi sensum ducat, et sic tandem medicinam non respuat. Magister autem ludi, eo quod tenera sunt ætate, utiliter nonnumquam plagis pueros castigat. Verum nos hodie cunctos illos superantes, hoc agemus ut paternum erga lapsos amorem declaremus, et doceamus, si in illa negligentia manserint, eos inde majorem condemnationis causam habituros. Nam agricola quidem non pari alacritate seminat, cogitans sumtus hactenus fuisse inutiles: nos autem ab hac cura liberi sumus.

Non fraudatur mercede, qui auditores non flectit.

Nam licet jacto spirituali semine, ob auditorum ignaviam fructum non capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditam expendimus, et mandatum Domini implevimus: cæterum posthac auditores rationem reddent ei qui concredita cum usura repetiturus est. Verum hoc nos non consideramus, nos extra damnum esse, et quod nostrum est implere: sed volumus ut et vos ex dinumeratis pecuniis multum negotiemini, ut ne obnoxii sitis supplicio quod luit ille qui talentum recondidit, et dominicam pecuniam non solum non multiplicavit, sed et ipsam in terra defodit. Tales sunt, qui doctrinæ sermones audiunt (talentum enim hoc vocat et pecuniam), neque operam dant ut fructum afferant et multum negotientur. Sed forte dixerit quispiam, parabolam istam talentorum de doctoribus esse dictam. Id ego quoque fateor. Verum si diligenter eam scrutemini, scietis doctorum quidem officium esse, dinumerare pecuniam: sed vos non solum depositam custodire, sed etiam negotiari debetis. Quod ut discas, operæ pretium fuerit eam in medium afferre. *Paterfamilias quidam,* inquit, *peregre proficiscens, vocavit servos suos, et dedit uni quidem talenta quinque, alii autem duo, alii vero unum. Post multum autem tempus, cum advenisset ipse, venerunt servi: et ille quidem qui acceperat quinque talenta, accessit dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque talenta superlucratus sum.* Mâ-

Matth. 25. 14. 15. 19. 20.

πτύοντας, καὶ τὴν μνήμην τῶν ἤδη δοθέντων ἀποβάλλοντας, [a] πολλάκις ἀποστρέφονται τὴν ῥαθυμίαν διορθούμενοι, καὶ πρὸς σπουδὴν πλείονα ἐπανήγοντες. C Ἀλλ' ὁ μὲν γηπόνος εἰκότως ὀκνηρότερος γίνεται πολλάκις, ἐπειδὴ οἶδεν ὅτι τὰ τῆς ζημίας αὐτῷ ἐπιτείνεται, ὅταν τὸν μὲν πόνον καὶ τὴν δαπάνην ὑπομένῃ, τῶν δὲ καρπῶν ἀποστερῆται. Καὶ ὁ ἰατρὸς δὲ οὐκ ἀπεικότως καταλείπει πολλάκις τὸν ἄῤῥωστον· σῶμα γάρ ἐστι τὸ θεραπευόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀφίησιν, ἵνα ἡ τῆς ὀδύνης ἐπίτασις παρασκευάσῃ εἰς αἴσθησιν τῆς νόσου ἐλθεῖν καὶ οὕτω τὴν ἰατρείαν καταδέξασθαι. Καὶ ὁ τῶν παίδων διδάσκαλος διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡλικίας συμφερόντως πολλάκις τὰς πληγὰς ἐπανατείνεται τοῖς παισίν. Ἀλλ' ἡμεῖς σήμερον τούτους ἅπαντας ὑπερβαλλόμενοι, παρασκευαζόμεθα πατρικὴν φιλο- D στοργίαν περὶ τοὺς ἐπταικότας ἐπιδείξασθαι, καὶ διδάξαι αὐτοὺς ὅτι, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ αὐτῇ ῥαθυμίᾳ, τοῦτο αὐτὸ μείζονος αὐτοῖς κατακρίσεως ὑπόθεσις ἔσται. Ὁ μὲν γὰρ γηπόνος οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας καταβάλλει τὰ σπέρματα, τὴν δαπάνην ἐννοῶν εἰκῇ καὶ μάτην ἤδη γεγενημένην· ἡμεῖς δὲ ταύτης ἀπηλλάγμεθα τῆς ἀγωνίας. Κἂν γὰρ καταβαλόντες τὸν σπόρον τοῦτον τὸν πνευματικὸν, διὰ τὴν ῥαθυμίαν τῶν ἀκουόντων τὸν καρπὸν μὴ δεχώμεθα, ἡμῖν ἀπηρτισμένος ὁ μισθὸς ἔσται· τὸ γὰρ ἐμπιστευθὲν ἀργύ- E ριον κατεβάλομεν, καὶ τὸ ἐπιταχθὲν παρὰ τοῦ Δεσπότου εἰς ἔργον ἠγάγομεν· λοιπὸν τοῖς ἀκηκοόσιν ὁ λόγος πρὸς ἐκεῖνόν ἐστι τὸν μέλλοντα μετὰ τόκων ἀπαιτεῖν τὰ καταβληθέντα. Ἀλλ' οὐ τοῦτο σκοποῦμεν, ὅτι ἡμεῖς ἐκτός ἐσμεν τῆς ζημίας, καὶ τὸ ἑαυτῶν πεπληρώκαμεν, ἀλλὰ βουλόμεθα καὶ ὑμᾶς πολλὴν τῶν καταβληθέντων τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι, ἵνα μὴ τῇ τιμωρίᾳ ἐκείνῃ ὑπεύθυνοι γένησθε, ἣν ὑπέμεινεν ἐκεῖνος ὁ τὸ τάλαντον καταχώσας, καὶ τὸ δεσποτικὸν 412 ἀργύριον οὐ μόνον οὐ πολυπλασιάσας, ἀλλὰ καὶ κατο- A ρύξας. Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας δεχόμενοι (τάλαντον γὰρ καὶ ἀργύριον τοῦτο καλεῖ), καὶ οὐ σπουδάζοντες καρποφορῆσαι, καὶ πολλὴν τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, τὴν παραβολὴν ταύτην τὴν τῶν ταλάντων περὶ τῶν διδασκάλων εἰρῆσθαι. Κἀγὼ τοῦτό φημι. Ἀλλ' ἐὰν ἐπέλθωμεν αὐτὴν ἀκριβῶς, εἴσεσθε ὅτι οἱ μὲν διδάσκαλοι τῆς καταβολῆς μόνον ὑπεύθυνοι τυγχάνουσιν, ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον τῆς φυλακῆς τῶν καταβληθέντων, ἀλλὰ καὶ τῆς πραγματείας. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἀναγκαῖον αὐτὴν εἰς μέσον ἀγαγεῖν. Οἰκοδεσπότης τις, φησὶν, ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ ἔδωκεν ᾧ B μὲν πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν. Μετὰ δὲ χρόνον παραγενομένου αὐτοῦ ἦλθον οἱ δοῦλοι· καὶ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν προσῆλθε λέγων· κύριε, πέντε

[a] Savil. et tres Mss. πολλάκις ἐπιστρέφουσι τήν.

τάλαντά μοι ἔδωκας, ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Πολλὴ τοῦ οἰκέτου ἡ [a] εὐγνωμοσύνη, δαψιλὴς ἡ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπία. Τί γάρ φησιν; Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Ἐπειδὴ, φησὶ, πολλὴν ἔδειξας ἐν τοῖς ἤδη πιστευθεῖσι τὴν εὐγνωμοσύνην, ἄξιος εἶ καὶ πλείονα ἐγχειρισθῆναι. Προσῆλθε δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα εἰληφὼς, λέγων· οὐχὶ δύο τάλαντά μοι παρέδωκας; C Ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Πολλὴ καὶ τούτου ἡ περὶ τὰ δεσποτικὰ χρήματα εὔνοια, διὸ καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται τῷ προτέρῳ. Καὶ τίνος ἕνεκεν δύο προσενεγκὼν τάλαντα τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ τῷ τὰ πέντε προσαγαγόντι ἀξιοῦται τιμῆς; Εἰκότως· τὸν μὲν γὰρ πλεονασμὸν καὶ τὴν ἐλάττωσιν οὐχ ἡ τούτου σπουδὴ, οὐδὲ ἡ ἐκείνου ῥαθυμία πεποίηκεν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐμπιστευθέντων ποσότης. Τὰ μέντοι τῆς σπουδῆς ἴσα καὶ παρὰ τούτου, καὶ παρ' ἐκείνου εἰσενήνεκται· διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀμοιβῆς τῆς αὐτῆς ἀπήλαυσαν.

gna servi gratia et probitas, larga etiam domini benignitas. Et quid dicit? *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : ingredere in gaudium domini tui.* Quoniam, inquit, in iis quæ tibi credita sunt, gratum præ te tulisti animum, dignus es qui et majora tradantur. *Accessit autem et qui duo talenta acceperat, dicens : Nonne duo talenta mihi tradidisti ? Ecce alia duo lucratus sum insuper.* Magna hujus quoque circa pecunias domini sui cura et sollicitudo; unde et eadem quæ superior meritus est. Et quare ille qui duo attulit talenta, eumdem consequitur honorem, quem ille qui talenta quinque attulerat? Merito : accretionem enim et imminutionem non vel hujus diligentia, vel illius negligentia fecit, sed conerediterum modus. Nam quod ad diligentiam attinet, ambo pares fuerunt; proinde et eamdem remunerationem nacti sunt.

Matth. 25. 21.

Ibid. v. 22.

Ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐδὲν τοιοῦτον διεπράξατο· ἀλλὰ τί; D Προσῆλθε λέγων· Ἔγνων σε, ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ. Ἰδοὺ ἔχεις τὸ σόν. Ὦ κακία οἰκέτου· ὦ ἀγνωμοσύνης ὑπερβολή, οὐ μόνον ὅτι οὐδὲν εἰργάσατο ἐπὶ τῷ δοθέντι αὐτῷ ταλάντῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντὶ ταλάντου κατηγορίαν προσήνεγκε. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρία· σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ κατὰ κρημνῶν ποιεῖ φέρεσθαι τὸν ἅπαξ τῆς εὐθείας ἐκτραπέντα ὁδοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα περὶ τῶν διδασκάλων εἴρηται, ὥστε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ ἐμπιστευθέντα, ἀλλὰ μετὰ πάσης σπουδῆς παρατιθέναι τοῖς μαθητευομένοις. Ἀλλ' E ἄκουε λοιπὸν, ἀγαπητὲ, ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀγανακτήσεως, ὅπως καὶ οἱ μαθητευόμενοι ὑπεύθυνοι γίνονται, καὶ οὐκ ἐκεῖνα μόνον ἀπαιτοῦνται τὰ κατα-βληθέντα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τόκου τὴν [b] μέθοδον

2. Verum alius ille nihil tale fecerat : sed quid? Accessit, dicens : *Cognovi te, quod austerus homo sis, metens ubi non seminasti et congregans ubi non sparsisti : et metuens abii et occultavi talentum in terra. Ecce habes quod tuum est.* O malitiam famuli! o summam improbitatem! non solum nihil negotiatus est ex talento sibi credito, sed et pro talento accusationem attulit. Ita enim solet malitia; obtenebrat rationem et eum qui semel a recta via est aversus, in præcipitia conjicit. Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, ut talenta sibi concredita non abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant. Verum deinceps audi, dilecte, ex indignatione erga illum, quomodo etiam auditores rei evadant, et non solum illa repetantur quæ concredita sunt, sed et cum

Ibid. v. 24, 25.

[a] Εὐγνωμοσύνη est ut plurimum *gratus animus*, sive *grati pro accepto beneficio animi signum*. Aliquando etiam *probitas, illaque virtus quæ gratum et acceptum efficit.*

[b] Ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τόκου τὴν μέθοδον ὑπομένουσι. Singularis usus vocis *μέθοδος*, quæ vulgo significat *methodum, technam, artem*, sive *machinamentum* : hoc autem loco sibi vult *exactionem*, sive *requisitionem fœnoris cum arte conjunctam*, qualem pater-familias ille evangelicus, qui pecuniam servis tradidit, adhibebat : quem vocis usum confirmant hæc infra posita : ὅταν καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων τόκον μεθοδεύωνται, *quando pro depositis pecuniis usura ab eis exigitur;* et infra eodem sensu : Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ μεθοδευθεὶς εἰς ἐσχάτην πενίαν ἀθρόον καταφέρεται· ἐνταῦθα δὲ ὁ μεθοδευόμενος, ὅταν πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται, ὅσῳ ἂν πλείονα τόκον εἰσενέγκῃ, τοσούτῳ δαψιλεστέρας ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς : *Illic enim is a quo exigitur, subito in extremam inopiam defertur; hic autem is a quo requiritur quando gratum probumque animum præ se tulerit, quanto majorem usuram afferet, tanto largiori fruetur cœlesti remuneratione.* Itaque locum illum supra memoratum, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τόκου τὴν μέθοδον ὑπομένουσιν, sic recte interpretemur : *sed cum usura exactionem patiuntur.* Longe diversam vocis *μεθοδεῦσαι* interpretationem affert alibi Chrysostomus; nimirum in Homilia XXII in Epist. ad Ephesios : Τί ἐστι μεθοδεία; Μεθοδεῦσαί ἐστι τὰ ἀπατῆσαι καὶ διὰ μηχανῆς ἑλεῖν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν γίνεται, καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐν ἔργοις, καὶ ἐν παλαίσμασι : *Quid est μεθοδεία?* Μεθοδεῦσαι *est decipere, et per machinamenta capere, quod fit in artibus, in verbis, in operibus, in palæstra.*

usura exactionem patiantur. Quid igitur dicit
Ibid. v. 26. illi dominus? *Serve nequam.* Terribilis indignatio, et minæ valentes per se percellere animum. *Sciebas*, inquit, *quod metam ubi non seminavi, et congregem ubi non dispersi: oportebat igitur te pecuniam meam dinumerare mensariis, et ego cum venissem, cum fœnore repetiissem illam.* Pecuniam vocat eloquia pretiosa, nummularios autem vos qui suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantum dinumerare, meum autem repetere ab illis, non solum dinumerata, sed et usuram. Videtis, dilecti, quantus in dictis terror. Quid ergo dicent, qui concredita servare negligunt, quando etiam
Usura cur prohibita. usura ab eis requiritur? Et vide humanitatem Domini. In his sensibilibus pecuniis prohibuit ne quis usuram acciperet. Quare, et ob quam causam? Quia uterque magno damno afficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor autem augens divitias, peccatorum accumulat sibi multitudinem. Proinde ab initio olim Judæis crassioribus tale dedit præceptum, di-
Deut. 23. 19. cens: *Non fœnerāberis fratri tuo et proximo tuo.* Qua igitur excusatione digni erunt qui Judæis sunt inhumaniores, et post gratiam et tantam a Domino benignitatem inveniuntur iis qui sub lege fuerunt inferiores, imo pejores? In spiritualibus enim repetiturum se promittit usuras. Quare? Quia contrario prorsus modo se habent spiritualis usura, et sensibilis. Illic enim is a quo requiritur severe, subito in extremam inopiam defertur: hic autem is a quo exigitur, quando gratum animum præ se tulerit, quanto majorem usuram afferet, tanto largiori fruetur cælesti remuneratione. Quocirca, dilecti, cum vobis concredita dinumeraverimus, vobis necessarium erit duplicem afferre laborem et vigilantiam, tum quod dinumerata custodienda sunt, ut fixa maneant: tum quod operandum ut et aliis communicentur, et multos in viam virtutis inducant: ut bifariam vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorum utilitate. Quod si hoc feceritis, et nos reddetis
Eccli. 25. 12. beatos: *Beatus enim*, inquit, *qui dicit in aures audientium:* et facietis ut largior vobis hæc spiritualis apponatur mensa. Igitur fratres vestros nolite negligere, neque solum spectate quæ ad vos attinent: sed unicuique cura sit quomodo proximum suum e diaboli faucibus eripiat, et ab impiis illis spectaculis in ecclesiam adducat, monstrando ei multa lenitate et mansuetudine tum damni quod illinc fert gravitatem, tum bo-

413 A ὑπομένουσι. Τί οὖν φησι πρὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης; Πονηρὲ δοῦλε. Φοβερὰ ἡ ἀγανάκτησις, ἱκανὴ καταπλῆξαι ἡ ἀπειλή. Εἰ ᾔδεις, φησὶν, ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅπου οὐ διεσκόρπισα, ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν μετὰ τόκου ἀπῄτησα ἂν αὐτό· ἀργύριον λέγων τὰ λόγια τὰ τίμια, τραπεζίτας δὲ ὑμᾶς καλῶν τοὺς ὑποδεχομένους. Σὸν μὲν ἦν, φησὶ, καταβαλεῖν μόνον, ἐμὸν δὲ ἦν τὸ παρ' ἐκείνων ἀπαιτῆσαι, μὴ μόνον τὰ καταβληθέντα, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων τόκον. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, πῶς πολὺς ὁ φόβος τῶν εἰρημένων. Τί ἂν οὖν εἴποιεν οἱ καὶ τῆς φυλακῆς τῶν
B καταβληθέντων ἀμελοῦντες, ὅταν καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων τόκον μεθοδεύωνται; Καὶ ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότου. Ἐπὶ μὲν τῶν χρημάτων τῶν αἰσθητῶν ἀπηγόρευσε τὸν τόκον λαμβάνειν. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἑκάτερος αὐτῶν πολλὴν ἔντεῦθεν ὑπομένει τὴν βλάβην. Τοῦ μὲν γὰρ ἡ πενία ἐπιτρίβεται, ὁ δὲ μετὰ τοῦ πλεονασμοῦ τῶν χρημάτων καὶ ἁμαρτημάτων πλῆθος ἑαυτῷ ἐπιαωρεύει. Διὰ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων Ἰουδαίοις τοῖς παχύτερον διακειμένοις ταύτην τὴν ἐντολὴν ἐνομοθέτησε λέγων· Οὐκ ἐκτοκιεῖς
C τῷ ἀδελφῷ σου καὶ τῷ πλησίον σου. Ποίας οὖν ἂν εἶεν ἀπολογίας ἄξιοι οἱ καὶ τῶν Ἰουδαίων ὠμότεροι γινόμενοι, καὶ μετὰ τὴν χάριν καὶ τὴν τοσαύτην παρὰ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἐλάττους εὑρισκόμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ χείρους; Ἐπὶ μέντοι τῶν πνευματικῶν αὐτὸς ἀπαιτεῖν ὑπισχνεῖται τοὺς τόκους. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἀπ' ἐναντίας τοῖς αἰσθητοῖς χρήμασιν οὗτός ἐστιν ὁ τόκος ὁ πνευματικός. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ μεθοδευθεὶς εἰς ἐσχάτην πενίαν ἀθρόον κα-
D ταφέρεται· ἐνταῦθα δὲ ὁ μεθοδευόμενος, ὅταν πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται, ὅσῳ ἂν πλείονα τόκον εἰσενέγκῃ, τοσούτῳ δαψιλεστέρας ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς. Ἕκαστος τοίνυν ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, ἐπειδὰν καταβάλλωμεν ἡμεῖς τὰ ἐμπιστευθέντα, διπλοῦν ὀφείλει τὸν πόνον καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδείκνυσθαι, τὸν μὲν τῆς φυλακῆς τῶν καταβληθέντων, ὥστε πάγια ταῦτα μένειν· τὸν δὲ τῆς ἐργασίας, ὥστε καὶ ἑτέροις
E μεταδιδόναι, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν χειραγωγεῖν, ἵνα διπλῆ πάλιν ὑμῖν τὸ κέρδος αὔξηται, ὑπέρ τε τῆς οἰκείας σωτηρίας, ὑπέρ τε τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆτε, καὶ ἡμᾶς μακαρίους ἀπεργάσεσθε· Μακάριος γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων· καὶ παρασκευάσετε δαψιλεστέραν ὑμῖν παρατιθέναι τὴν πνευματικὴν ταύτην τράπεζαν. Μὴ τοίνυν ἀμελεῖτε τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων, μηδὲ τὰ καθ' ἑαυτοὺς μόνον σκοπεῖτε, ἀλλ' ἕκαστος σπουδαζέτω τὸν πλησίον ἁρπάζειν τῆς τοῦ διαβόλου φάρυγγος, καὶ τῶν παρανόμων ἐκείνων θεαμάτων, καὶ εἰς τὴν

ἐκκλησίαν ἐπαναγαγεῖν,[a] δεικνύντες αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας καὶ τῆς πραότητος, καὶ τῆς λύμης τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν τὸ μέγεθος· καὶ μὴ μόνον ἅπαξ καὶ δεύτερον τοῦτο ποιεῖτε, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς. Κἂν γὰρ σήμερον μὴ πείθηται τοῖς παρὰ σοῦ λεγομένοις, τῇ ἑξῆς πεισθήσεται· κἂν μὴ τῇ ἑξῆς, πάλιν ὁρῶν σε ἐπικείμενον, ἴσως ἐντραπήσεται, καὶ αἰδεσθείς σου τὴν κηδεμονίαν, ἀποστήσεται τῶν βλαπτόντων. Καὶ μηδέποτε λέγε, ὅτι καὶ ἅπαξ, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ πολλάκις εἶπον, καὶ οὐδὲν ἤνυσα. Μὴ παύσῃ λέγων· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιμένῃς, τοσούτῳ σου καὶ ὁ μισθὸς αὔξεται. Οὐχ ὁρᾶτε πόσης ἀπολαύομεν μακροθυμίας παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, καὶ πῶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρακούομεν αὐτοῦ τῶν προσταγμάτων, καὶ οὐκ ἀφίσταται τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα χορηγεῖ, τὸν ἥλιον ἀνατέλλων, τοὺς ὑετοὺς διδούς, τὰ ἄλλα πάντα; Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους πολλὴν ποιώμεθα τὴν σπουδήν, καὶ ἀντιτατταώμεθα τῷ πονηρῷ δαίμονι ἐκείνῳ, ἵνα ἄκυρα αὐτοῦ ποιῶμεν τὰ μηχανήματα. Ἐὰν γὰρ ἕκαστος τῶν ἐνταῦθα συνιόντων ἕνα κερδᾶναι δυνηθῇ, ἐννόησον ὅπως ἡμῖν καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκείων τέκνων πολλὴν δέξεται τὴν εὐφροσύνην, καὶ ὁ διάβολος καταισχυνθήσεται ὁρῶν εἰκῇ καὶ μάτην αὐτοῦ τὰ δίκτυα τεταμένα. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆτε, ἀκούσεσθε καὶ ὑμεῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω.

norum quæ hic conceduntur magnitudinem: et 414
non solum semel atque iterum hoc facite, sed A
semper. Nam etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit: et si neque secundo admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns urgentem, forte erubescet, et reveritus tuam curam, a perniciosis illis abstinebit. Et numquam dicas: Semel, et iterum, et tertio et sæpius monui, et nihil profeci. Ne monere desinas: nam quanto magis tu perseveraveris, tanto magis et merces tibi crescet. Non videtis quanta omnium Deus nos patientia tolerat, et quomodo quotidie negligimus obtemperare ejus mandatis, et neque B sic cessat a cura nostra, sed omnia sua suppeditat, solem oriri curat, pluvias concedit, aliaque omnia? Simili modo et nos erga fratres nostros bene affecti, magna utamur diligentia, et obluctemur maligno illi dæmoni, ut irritos ejus faciamus conatus. Nam si singuli qui adsunt, unum lucrifacere possent, cogita quantam nobis lætitiam Ecclesia multitudine filiorum suorum ostenderet: et diabolus confunderetur, videns in vanum et frustra extendi sua retia. Quod si hoc feceritis, audietis et vos in die illo: *Euge, serve bone et fidelis, in pauca fuisti fidelis,* C *supra multa te constituam.*

Ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦτο ποιήσετε, σφόδρα πέπεισμαι· ὁρῶ γὰρ ὑμῶν καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ στοχάζομαι ὅπως μεθ' ἡδονῆς ἐδέξασθε τὴν παρ' ἡμῶν νουθεσίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐλπίζω καὶ τὰ παρ' ὑμῶν εἰσενεχθήσεσθαι. Διὸ τὴν μὲν περὶ τούτου παραίνεσιν ἐνταῦθα στήσωμεν· παραθήσομεν δὲ ὑμῖν τὴν πτωχὴν ἡμῶν καὶ εὐτελῆ τράπεζαν, ἵνα τῆς συνήθους ἀπολαύσαντες διδασκαλίας οὕτως οἴκαδε ἀπανέλθητε. Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ σήμερον τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ εἰς μέσον ἀγαγεῖν, D ἵνα μάθητε οἵας ἐδέξατο τῆς φιλοξενίας παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀμοιβάς. Ὤφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Ἕκαστον τῶν ῥημάτων μετὰ ἀκριβείας ἐξετάσωμεν, καὶ ἀναπτύξωμεν τὸν θησαυρὸν, καὶ ἅπαντα τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον καταμάθωμεν. Ὤφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεός. Τίνος ἕνεκεν οὕτως ἤρξατο, Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεός; Ὅρα Δεσπότου φιλανθρωπίαν, καὶ σκόπει μοι οἰκέτου εὐγνωμοσύνην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὀφθεὶς αὐτῷ, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τὴν περὶ τῆς περιτομῆς αὐτῷ ἐντολὴν διετάξατο, ὁ δὲ θαυμαστὸς E

3. Cæterum bona spe sum vos hoc facturos: video enim vultus vestros, et conjecturam sumo vos admonitionem nostram magna voluptate accepisse, atque hinc spero vos, quod vestrum fuerit, facturos. Proinde hanc admonitionem hic finiamus: proponamus autem vobis tenuem nostram ac pauperem mensam, ut cum solitam acceperitis doctrinam, domum concedatis. Operæ pretium enim fuerit et hodie in medium afferre patriarcham Abraham, ut discatis, quantam ab hospitalitate mercedem acceperit. 1. *Apparuit ei autem Deus,* inquit, *apud quercum Mambre, sedente ipso ad januam tabernaculi sui meridie.* Singula verba diligenter excutiamus, et aperto thesauro, omnes in eo latentes divitias discamus. Quare sic exorsus est, *Apparuit autem ei Deus?* Specta Domini benignitatem, et considera famuli gratum animum. Postquam enim superius apparuit ei, et præter cætera etiam circumcisionis mandatum præcepit: eximius autem iste vir semper quæ a Deo præcepta erant

Caput. 18.

[a] Savil. et sex Mss. δεικνύντα αὐτῷ.

diligenter perficere, rejecta omni mora, curavit: et circumcisus est ipse, implens mandatum Dei, et Ismaelem circumcidit, et vernaculos omnes, et in summa miram declaravit obedientiam: iterum ei apparet. Talis enim est Dominus noster, ut si quando viderit nos in prioribus gratos, accumulet beneficia, et numquam a sua beneficentia desistat, remunerans obedientium gratum obsequium. Propter hoc igitur, quia obedivit, iterum apparuit ei. Qua de causa sic orsus est beatus Moses: *Apparuit autem ei Deus apud quercum Mambre, sedente eo ad januam tabernaculi sui meridie.* Considera, oro, hic virtutem justi. *Sedente*, inquit, *ad fores tabernaculi sui.* Tantopere curabat hospitalitatem, ut nollet hospitum venationem cuipiam familiarium committere: sed trecentos decem et octo habens vernaculos, homo senex et nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat), apud januam sedebat. Et hic quidem hoc summo studio curabat, et neque senectus illi obstaculo erat, neque suæ quietis cura, neque intus super lectum recumbebat, sed ad ostium sedebat: alii autem sæpe non solum tantum studium non adhibent, sed et plane diversum, et horum congressus fugiunt et evitant, ut ne inviti cogantur excipere. Verum non justus ille ita agebat, sed sedebat ad januam meridie. Hinc enim major hospitalitas et virtus ejus ducitur, quod in meridie hoc faceret. Et merito quidem: quia enim sciebat, eos, qui peregrinare coguntur, eo maxime tempore indigere cura, tempus hoc ut idoneum eligebat, et sedens eos qui præteribant venabatur, quietem sibi ducens ministrare viatoribus: et eos qui calore æstuabant, sub tectum introducere studebat, non curiose explorans eos qui præteribant, neque requirens an noti, vel ignoti essent. Neque enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suam communicare benignitatem. Et quia hospitalitatis sagenam expanderat, meruit et universorum Dominum cum angelis suis suscipere. Eapropter Paulus dicebat: *Hebr.* 13. 2. *Hospitalitatis ne obliviscamini: per hanc enim quidam nescii, angelos exceperunt hospitio*: patriarcham omnino insinuans. Atque *Matth.* 18. 5. ob hoc Christus dicebat: *Qui susceperit unum ex his minimis, in nomine meo, me suscipit.* Audiamus, dilecti, et hospitio excepturi numquam quæramus, Quis, et unde. Nam si patriarcha in rogando fuisset curiosus, forte peccasset. Sed sciebat, inquis, advenientium dignitatem. Unde hoc tibi liquet? Quomodo autem si ita es-

οὗτος ἀεὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελευόμενα εἰς ἔργον σπεύδων ἄγειν, εὐθέως οὐδὲ τὸ τυχὸν ἀναβαλλόμενος αὐτός τε περιετέμνετο, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ προσταχθὲν πληρῶν, καὶ τὸν Ἰσμαὴλ περιέτεμε, καὶ τοὺς οἰκογενεῖς ἅπαντας, καὶ ἔδειξεν αὐτοῦ τὴν πολλὴν ὑπακοήν, πάλιν αὐτῷ ἐπιφαίνεται. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἐπειδὰν τοῖς ἤδη φθάσασιν εὐγνώμονας γενομένους ἴδῃ, ἐπιδαψιλεύεται καὶ οὐδέποτε ἵσταται τῆς εὐεργεσίας, ἀμειβόμενος τὴν τῶν ὑπακουόντων εὐγνωμοσύνην. Διὰ τοῦτο οὖν, ἐπειδὴ ὑπήκουσε, φησὶ, πάλιν ὤφθη αὐτῷ. Ταύτης τοίνυν ἕνεκα τῆς αἰτίας οὕτως ἤρξατο ὁ μακάριος Μωϋσῆς λέγων. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῆ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. Καθημένου, φησὶν, ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Οὕτως ἔργον ἐποιεῖτο τὴν φιλοξενίαν, ὡς μηδὲ ἀνασχέσθαι ἑτέρῳ τινὶ τῶν προσηκόντων ἐπιτρέψαι τὴν τούτων θήραν· ἀλλὰ τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενεῖς ἔχων, ἄνθρωπος πρεσβύτης, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας (ἑκατονταέτης γὰρ ἐτύγχανε), παρὰ τὴν θύραν ἐκαθέζετο. Καὶ οὗτος μὲν τοῦτο ἔργον ἐποιεῖτο, καὶ οὐδὲ τὸ γῆρας αὐτῷ κώλυμα ἐγένετο, οὐδὲ τῆς οἰκείας ἀναπαύσεως ἦν, οὐδὲ ἔσω ἐπὶ τῆς κλίνης ἦν ἀνακείμενος, ἀλλὰ παρὰ τὴν θύραν ἐκαθέζετο· ἕτεροι δὲ πολλάκις οὐ μόνον ταύτην οὐ ποιοῦνται τὴν σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ ἐκκλίνειν ἐπιχειροῦσι τῶν ἐπιδημούντων τὰς συντυχίας, ὡς ἂν μὴ καὶ ἄκοντες ἀναγκασθεῖεν ὑποδέξασθαι. Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὗτος, ἀλλὰ παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς ἐκαθέζετο μεσημβρίας. Τοῦτο γὰρ ἡ πολλὴ τῆς φιλοξενίας ἐπίτασις, καὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου ἡ ὑπερβολὴ, ὅτι καὶ ἐν μεσημβρίᾳ τοῦτο διεπράττετο. Εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ ἤδει τοὺς ὁδοιπορεῖν ἀναγκαζομένους κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν μάλιστα δεομένους πολλῆς τῆς θεραπείας, διὰ τοῦτο ὡς ἐπιτήδειον καιρὸν τοῦτον ἐξελέγετο, καὶ καθήμενος ἐθήρα τοὺς παριόντας, οἰκείαν ἀνάπαυσιν κρίνων τὴν τῶν ὁδιτῶν θεραπείαν, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ καύσωνος φλεγομένους ὑπὸ τὴν σκέπην εἰσάγειν ἐσπούδαζεν, οὐ περιεργαζόμενος τοὺς παριόντας, οὐδὲ ἐξετάζων εἰ γνώριμοι, ἢ ἄγνωστοι εἶεν. Οὐ φιλοξενίας γὰρ τὸ τὰ τοιαῦτα περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ πᾶσι τοῖς παριοῦσι τῆς οἰκείας μεταδιδόναι φιλοφροσύνης. Καὶ ἐπειδὴ ἥπλωσε τῆς φιλοξενίας τὴν σαγήνην, κατηξιώθη καὶ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην ὑποδέξασθαι μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε· Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους· τὸν πατριάρχην πάντως αἰνιττόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ὃς ἂν δέξηται ἕνα τούτων τῶν ἐλαχίστων,

415 A

B

C

D

ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. [a] Ἀκούωμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ ξενίζειν μέλλοντες μηδέποτε περιεργαζώμεθα, τίς, καὶ πόθεν. Εἰ γὰρ τοῦτο περιειργάσατο ὁ πατριάρχης, ἴσως ἂν διήμαρτεν. Ἀλλ' ἔγνω, φησὶ, τῶν παραγενομένων τὴν ἀξίαν. Πόθεν δῆλον; Πῶς δὲ ἂν τοῦτο ποιῶν ἐθαυμάσθη; Οὐ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν τὸ τῆς φιλοξενίας αὐτοῦ περιεργασαμένου, ὡς νῦν, ὅτε ἀγνοῶν τίνες οἱ παραγενόμενοι, μετὰ τοσαύτης προθυμίας καὶ τιμῆς πρόσεισι, καθάπερ οἰκέτης δεσπόταις, μονονουχὶ δεσμὰ διὰ τῶν λόγων αὐτοῖς περιβάλλων, καὶ ἱκεσίαν πρὸς αὐτοὺς ποιούμενος, ὥστε μὴ ἀνανεῦσαι, μηδὲ ζημίᾳ τῇ μεγίστῃ περιβαλεῖν. Ἥδει γὰρ ὥσπερ ἔπραττε· διὰ τοῦτο καὶ μετὰ πολλῆς θερμότητος τὴν ἐντεῦθεν ἐκαρποῦτο περιουσίαν. Ἀλλ' ἀκούσωμεν αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως τῶν ῥημάτων, [b] ἵν' εἰδῆς ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ νεάζουσαν προθυμίαν, καὶ τὸν γέροντα νεάζοντα, καὶ μονονουχὶ περιχαρῆ γινόμενον, καὶ νομίζοντα θησαυρὸν εὑρηκέναι τῶν παραγενομένων τὴν παρουσίαν. Ἀναβλέψας δὲ, φησὶ, τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Τρέχει καὶ ἵπταται ὁ γέρων· εἶδε γὰρ τὴν θήραν, καὶ οὐδένα τῆς ἀσθενείας λόγον ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν ἄγραν ἔδραμε, καὶ οὐκ ἐκάλεσεν οἰκέτας, οὐκ ἐπέταξε παιδὶ, οὐδὲν βάναυσον οὐδὲ ῥᾳθυμον ἐπεδείξατο, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ ἔδραμε, μονονουχὶ λέγων· μέγας θησαυρὸς, μεγάλη πραγματεία· δι' ἑαυτοῦ ταύτην ὀφείλω ἐμπορεύσασθαι, μὴ παραδράμῃ με τὸ τοσοῦτο κέρδος. Καὶ ταῦτα ἐποίει ὁ δίκαιος, ἀνθρώπους ἀγνῶτας ὁδίτας νομίζων ὑποδέχεσθαι.

Μάθωμεν, καὶ ζηλώσωμεν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. Ἐὰν γὰρ οὕτω ποιῶμεν, εἰκὸς καὶ ἡμᾶς ποτε ἐπιτυχεῖν τοιαύτης θήρας· μᾶλλον δὲ καὶ ἀεὶ ἐπιτυγχάνομεν, εἰ βουλοίμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, ἵνα μὴ ὀκνῶμεν πρὸς τὴν τοιαύτην φιλοφροσύνην, μηδὲ περιεργαζώμεθα τοὺς παριόντας, φησίν· [c] Ὃς ἂν δέξηται ἕνα τῶν ἐλαχίστων τούτων ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ δέχεται. Μὴ τοίνυν πρὸς τὴν εὐτέλειαν τοῦ παριόντος ὅρα, μηδὲ ἐξευτελίσῃς αὐτὸν ἐκ τῶν ὁρωμένων, ἀλλ' ἐννόησον ὅτι τὸν Δεσπότην ὑποδέχῃ τὸν σὸν διὰ τούτου. Ὅταν γὰρ διὰ τὸ αὐτοῦ ὄνομα τὴν εἰς ἐκεῖνον θεραπείαν ἐπιδείξῃ· ὡσανεὶ ἐκεῖνον ὑποδεξάμενος, οὕτω λήψῃ τὸν μισθόν. Κἂν ῥᾳθυμος τοίνυν ᾖ καὶ ἠμελημένος ὁ τῆς παρὰ σοῦ φιλοφροσύνης ἀπολαύων, μηδείς σοι λόγος τούτου ἔστω· ἀπηρτισμένος γάρ σοι ὁ μισθὸς δοθήσεται διὰ τὴν εἰς τὸν Δεσπότην τιμὴν τοῦτο ποιοῦντι, καὶ ζηλοῦντι τοῦ πατριάρχου τούτου τὴν ἀρετήν. Καὶ ἰδὼν,

set, admirationi fuisset? Neque enim sic admirabile fuisset, si suscipiendo hospites curiosius explorasset qui essent, sicut nunc cum ignorans quinam advenerint, tanta alacritate et honore accedit quasi servus ad dominos, suisque verbis propemodum vincula injicit, et supplicat eis, ut ne remanant, neque se maximo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret; propter hoc magno cum ardore fructum copiosum percipiebat. Sed audiamus verba scriptoris ipsius, ut videas in extrema senecta juvenilem alacritatem, et senem quasi juvenem exsultantem, et putantem se invenisse thesaurum quemdam, hospitum nempe adventum. 2. *Elevatis autem*, inquit, *oculis, vidit, et ecce tres viri steterunt supra eum: et ut vidit, occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui.* Currit, et volat senex: vidit enim prædam quam venabatur, et nulla infirmitatis suæ ratione habita, ad venationem cucurrit: non vocavit famulos, neque imperavit puero, nihilque rusticitatis neque desidiæ præ se tulit, sed ipse cucurrit: quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negotiatio: per memetipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur mihi tantum lucrum. Et hæc faciebat justus, homines obscuros et viatores suscipere se existimans.

4. Discamus et nos, ac imitemur justi virtutem. Nam si hoc fecerimus, verisimile est et nos aliquando ejusmodi præda potituros; imo semper assequimur, si attendimus. Ob illam enim causam benignus Dominus, ut ne ad talem benignitatem segnes simus, neque curiosius eos qui adveniunt scrutemur, inquit: *Qui acceperit unum ex his minimis in nomine meo, me accipit.* Matth. 18. 5. Ne igitur ad vilitatem prætereuntis spectes, neque ex iis quæ vides vilem esse putes, sed cogita te per ipsum, Dominum tuum suscipere. Quando enim propter ejus nomen ministerium tuum in illum exhibueris, mercedem accipies, ac si illum suscepisses. Esto, sit deses et negligentioris vitæ qui tua fruitur benignitate, non sit tibi ejus rei cura: plena enim tibi et perfecta merces dabitur, in Domini honorem hoc facienti, et imitanti patriarchæ virtutem. *Et ut vidit*, inquit,

[a] Savil. et quatuor Mss. ἀκούωμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ μηδέποτε περιεργαζώμεθα, omissis interpositis.

[b] [Coislin. Ἵνα ἴδωμεν.]

416 A

B

C

accurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi. Bene et hoc verbum, *Accurrit*, quadrat, ut discas eos quasi ignotos præteriisse, et non sua sponte ad tabernaculum venisse. Propterea, ne subterfugeret eum spirituale hoc lucrum, qui senuerat, inanuerat, et centenarius erat, accurrit, et cursu alacritatem declarat. *Et conspicatus eos*, inquit, *adorabat super terram*, 3. *et dixit: Domine, si inveni gratiam coram te, ne transeas servum tuum.* 4. *Sumatur sane aqua, et lavent pedes vestros, et refrigeramini sub arbore*, 5. *et accipiam panem, et comedetis, et posthac præteribitis, cujus gratia declinastis ad servum vestrum.* Verba justi sublimia valde sunt. Neque tantum miraculum, quod eos susceperit, quantum quod cum tanta alacritate, et studio, et non attenta aut sua, aut eorum, qui advenerant, ætate: nam fortassis videbantur ipsi juvenes; neque existimavit sufficere ut verbis dumtaxat adhortaretur, *Adorabat*, inquit, *super terram*: quasi supplicans, et efficacem exhortationem afferens, ut ne putaretur perfunctorie adhortari. Et idcirco divina Scriptura monstrans nobis justi virtutem ineffabilem, inquit: *Adorabat super terram*, et gestibus, et verbis magnum fervorem, egregiam animi humilitatem, summam hospitalitatem et immensam sollicitudinem declarabat. *Et* cum adorasset, inquit, *dixit: Domine, si inveni gratiam coram te, ne prætereas servum tuum.* Quis pro dignitate laudaverit justum hunc? vel quo pacto eum quis innumeris etiam labiis prædicet? Dicere enim, *Domine*, non insoliti est usus; dicere autem, *Si inveni gratiam in oculis tuis*, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Vere enim hujusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit quam dat, qui illam promte et alacriter exercet. At ne quis auditorum justi virtutem minuens, existimet eum gnarum quales illi fuerint, hæc loquutum esse: neque enim, ut sæpe etiam dictum est, magnum quiddam tale fuisset, si sciens dixisset; sed admirabile et stupendum est, eum quasi homines alloquentem, talia verba loqui. Ne admireris autem, quod cum tres exceperit, ad unum se converterit justus, dicens, *Domine*. Fortassis enim unus illustrior cæteris apparebat, ad quem exhortationem suam conver-

Hospitalitatem laudat.

φησὶ, προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς. Καλῶς καὶ τὸ Προσέδραμε πρόσκειται, ἵνα μάθῃς ὅτι ὡς ἀγνῶτες παρῆσαν, καὶ οὐκ ἂν αὐτόματοι ἦλθον ἐπὶ τὴν σκηνήν. Διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ διαφύγῃ αὐτὸν τὸ πνευματικὸν τοῦτο κέρδος, ὁ γεγηρακὼς, ὁ πεπολιωμένος, ὁ ἑκατονταέτης προστρέχει, καὶ διὰ τοῦ δρόμου τὴν προθυμίαν ἐπιδείκνυται. Καὶ θεασάμενος προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε· κύριε, εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. Ληφθήτω δὴ ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ καταψύξατε ὑπὸ τὸ δένδρον, καὶ λήψομαι ἄρτον, καὶ φάγεσθε, καὶ μετὰ τοῦτο παρελεύσεσθε, οὗ εἵνεκεν ἐξεκλίνατε πρὸς τὸν παῖδα ὑμῶν. Πολλὴ τῶν τοῦ δικαίου ῥημάτων ἡ ὑπερβολή. Οὐ γὰρ, ὅτι ὑπεδέξατο, θαῦμα τοσοῦτον τῆς προθυμίας, ἀλλ' ὅτι μετὰ τοσαύτης σπουδῆς, καὶ οὔτε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἡλικίαν ἀπιδὼν, οὔτε πρὸς τοὺς παριόντας (ἴσως γὰρ νέοι τινὲς αὐτῷ κατεφαίνοντο), οὐδὲ νομίσας ἀρκεῖν τὴν διὰ τῶν λόγων μόνον προτροπὴν, Προσεκύνησε, φησὶν, ἐπὶ τὴν γῆν, μονονουχὶ καθικετεύων, καὶ σφοδρὰν τὴν παράκλησιν προσάγων, ἵνα μὴ νομισθῇ ἁπλῶς [a] ἀφοσιώσει προτρέπεσθαι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡ Θεία Γραφὴ δεικνύουσα τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν καὶ ἄφατον ἀρετὴν, φησί· Προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ διὰ τοῦ σχήματος, καὶ διὰ τῶν ῥημάτων πολλὴν τὴν θερμότητα ἐπιδεικνύμενος, πολλὴν τὴν ταπεινοφροσύνην, μεγίστην τὴν φιλοξενίαν, ἄφατον τὴν κηδεμονίαν. Καὶ προσκυνήσας, φησὶν, εἶπε· κύριε, εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. Τί ἂν τις κατ' ἀξίαν εἴποι τοῦ δικαίου τούτου; ἢ πῶς ἄν τις αὐτὸν μυρίοις στόμασιν ἐγκωμιάσειε; Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, Κύριε, τῶν ἐγχωρούντων ἐστί· τὸ δὲ λέγειν, Εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, τοῦτό ἐστι τὸ παράδοξον. Χάριν, φησὶ, δίδως, οὐ λαμβάνεις. Τοιοῦτον γὰρ ἀληθῶς ἡ φιλοξενία· μᾶλλον λαμβάνει, ἢ δίδωσιν ὁ μετὰ προθυμίας αὐτὴν ἐπιδεικνύμενος. Ἀλλὰ μηδεὶς τῶν ταῦτα ἀκουόντων ὑποτεμνέσθω τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ νομιζέτω, ὅτι εἰδὼς τίνες οἱ παραγεγονότες, ταῦτα ἐφθέγγετο. Οὐδὲ γὰρ ἂν, καθὼς καὶ πολλάκις εἴρηται, μέγα τι τοῦτο ἦν, εἰ εἰδὼς ταῦτα ἔλεγεν· ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ὡς ἀνθρώποις προσφερόμενος, τοιαῦτα ἐφθέγγετο ῥήματα. Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ τριῶν ὄντων τῶν ὑποδεχομένων ὡς πρὸς ἕνα προτεινόμενος ὁ δίκαιος λέγει, Κύριε. Ἴσως γὰρ ἐπιδοξότερός τις τῶν ἐλθόντων ἐφάνη, πρὸς ὃν ποιεῖται καὶ τὴν παράκλησιν. Εἶτα προϊὼν κοινοποιεῖ τὸν λόγον,

[a] Ἀφοσιώσει, *perfunctorie*. Hac voce eodem sensu infra utitur Chrysostomus: neque infrequens hujus usus apud doctorem: qui etiam ἀφοσιοῦσθαι usurpat quandoque pro *perfunctorie agere*. Hesychius longe diversi usus interpretationem affert: ἀφοσιούμενοι, ἐν ὑποκρίσει θωπεύοντες, τιμῶντες: *per simulationem et adulationem colentes, honorantes*.

καί φησι· Ληφθήτω δὴ ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν· καὶ πάλιν, Καταψύξατε ὑπὸ τὸ δένδρον, καὶ φάγεσθε ἄρτον, καὶ μετὰ τοῦτο παρελεύσεσθε, οὗ εἵνεκεν ἐξεκλίνατε πρὸς τὸν παῖδα ὑμῶν. Ὁρᾷς πῶς οὐκ εἰδὼς τίνες εἰσὶ, καθάπερ ἀνθρώποις διαλεγόμενος παριοῦσιν, οὕτω κοινὴν πρὸς αὐτοὺς ποιεῖται τὴν προτροπὴν, καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον παῖδα ἑαυτὸν καλῶν; Καὶ ὅρα πῶς προλέγει τῆς τραπέζης αὐτοῦ τὴν εὐτέλειαν, μᾶλλον δὲ τὴν πολυτέλειαν. Ληφθήτω δὴ ὕδωρ, φησὶ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ καταψύξατε ὑπὸ τὸ δένδρον. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, κεκμήκατε, καὶ πολὺν τὸν καύσωνα ὑπεμείνατε, διὰ τοῦτο ἀξιῶ μὴ παρελθεῖν τὸν παῖδα ὑμῶν. Μὴ γὰρ μέγα τί ἐστι τὸ παρ' ἐμοῦ γινόμενον; Ὕδωρ ἔχω παρασχεῖν μόνον, ὑπὲρ τοῦ νιψαμένους ὑπὸ τὸ δένδρον τὸν πολὺν ὑμᾶς κάματον ἀποθέσθαι. Εἶτα καὶ τῆς τραπέζης λέγει τὴν ἰδέαν. Μὴ νομίσητε πολυτελές τι παραθήσειν ὑμῖν, ἢ καρυκευμάτων ποικιλίαν, ἢ ὄψων διαφοράν· ἄρτον φάγεσθε, καὶ οὕτω παρελεύσεσθε, οὗ εἵνεκεν ἐξεκλίνατε πρὸς τὸν παῖδα ὑμῶν.

tit. Deinde autem cum progreditur, communem facit sermonem, et inquit : *Sumatur aqua, et lavent pedes vestros* : et iterum, *Refrigeramini sub arbore, et comedetis panem, et postea transibitis, cujus gratia declinastis ad puerum vestrum.* Vides quomodo ignorans qui sint, quasi hominibus loquens transeuntibus, ita communi exhortatione utitur, semel atque iterum servum se vocans ? Et vide quomodo prædixit et mensæ suæ tenuitatem, imo lautitias. *Sumatur*, inquit, *aqua, et lavent pedes vestros, et refrigeramini sub arbore.* Quia enim fatigati estis, et multum tulistis æstum, ideo oro ne prætereatis servum vestrum. Num enim magnum quiddam est id quod ego exhibeo ? Aquam vobis solum præstare possum, qua lotis pedibus vestris sub arbore fatigationem deponatis. Insuper et mensæ dicit speciem. Ne putetis, inquit, me splendida vobis appositurum, vel condimentorum diversitatem, vel opsoniorum varietatem : panem comedetis, et sic *Transibitis, cujus gratia declinastis ad servum vestrum.*

Εἶδες πῶς διαφόροις κέχρηται τρόποις, βουλόμενος δυσωπῆσαι [b] τοὺς παριόντας, καὶ διὰ τοῦ σχήματος, καὶ διὰ τῶν ῥημάτων, καὶ διὰ πάντων ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς θέλων; Πρῶτον μὲν γὰρ, φησὶ, προσεκύνησεν, εἶτα κυρίους καλεῖ, καὶ ἑαυτὸν παῖδα· εἶτα λέγει τὸ μέλλον ὑπ' αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτοὺς, ἐξευτελίζων καὶ δεικνὺς οὐδὲν μέγα ὄν. Ὕδωρ γὰρ, φησὶ, τὸ πᾶσιν ἀνειμένον ἔχω παρασχεῖν εἰς τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ ἄρτον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς δρυὸς σκέπην. Μὴ δὴ ἐξευτελίσητέ μου τὴν σκηνὴν, μὴ ὑπερίδητέ μου τὸ γῆρας, μὴ ἀνανεύσητε πρὸς τὴν ἐμὴν παράκλησιν. Οἶδα ὅσην ὑπεμείνατε ταλαιπωρίαν, στοχάζομαι τοῦ καύσωνος τὴν φλόγα, διὰ τοῦτο ἀνεθῆναι μικρὸν ὑμᾶς βούλομαι. Ποῖος πατὴρ φιλόστοργος [a] πρὸς παῖδα τοσαύτην ἂν ἐπεδείξατο φιλοφροσύνην, ὅσην οὗτος πρὸς τοὺς ἀγνῶτας καὶ ξένους, καὶ οὐδαμόθεν αὐτῷ τέως γνωρίμους; Ἀλλ' ἐπειδὴ μετὰ σπουδῆς προσῆλθε καὶ πολλοῦ τοῦ τόνου, ἐπέτυχε τῆς ἄγρας, καὶ τὴν θήραν εἴσω τῶν δικτύων λαβεῖν ἠδυνήθη. Καὶ εἶπαν, φησὶν· οὕτω ποιήσομεν, καθὰ εἴρηκας. Ἀνεζωπύρησεν ὁ πρεσβύτης. Ἐν χερσὶ, φησὶν, ἔχω τὸν θησαυρὸν, τοῦ πλούτου ἐπελαβόμην, ἐπελαθόμην λοιπὸν τοῦ γήρως. Καὶ ὅρα αὐτὸν πάνυ γαννύμενον τῷ πράγματι, καὶ μονονουχὶ σκιρτῶντα, καὶ καθάπερ τὰ μυρία ἀγαθὰ ἐν ταῖς χερσὶν ἐπιφερόμενον, οὕτως ἡδόμενον. Καὶ ἔσπευσεν Ἀβραὰμ, φησὶν, ἐπὶ τὴν σκηνήν. Ὥσπερ, ἡνίκα ἐπὶ τὴν θήραν αὐτῶν

5. Vidisti quomodo variis utitur modis, precibus vincere prætereuntes, et gestibus, et verbis, et quavis ratione attrahere eos volens? Primum enim, inquit, adoravit, deinde dominos vocat, et se ipsum servum ; postea dicit quæ illis exhibiturus sit, extenuans res et nihili esse significans. Ait enim, Aquam hanc omnibus expositam habeo ad lavandos pedes, et panem, et tectum ab arbore. Ne parvi feceritis meum tabernaculum, ne despexeritis senectutem, ne renuatis ad exhortationem meam. Scio quantum tuleritis laborem, conjecto quantus sit caloris æstus : propterea paululum vos recreare volo. Quis pater filios suos tenere diligens, tantam filiis exhibet benignitatem, quantam ille ignotis et peregrinis, et numquam sibi cognitis? Verum quia magna alacritate processit ac contentione, assequutus est venationem, et prædam intra retia concludere potuit. *Et dixerunt*, inquit : *Sic faciemus, ut dixisti.* Senis excitatus est juvenilis vigor. In manibus, inquit, habeo thesaurum, divitias assequutus sum, senectutis obliviscar. Et vide eum exsultantem in opere, et quasi præ gaudio saltantem, perinde atque multa bona in manibus afferret, ita se oblectantem. 6. *Et festinavit*, inquit, *Abraham in tabernaculum.* Sicut, quando ad venationem contendebat, significavit ejus alacri-

[b] Alii τοὺς παρόντας.

[a] Savil. et Morel. πρὸς παῖδα. Ex Mss. alii περὶ παῖδας, alii εἰς παῖδας.

tatem et laborem divina Scriptura, dicens: *Accurrit autem in occursum eorum*: ita et nunc quia vidit viros, et id quod optabat perfecit, neque sic ab alacritate desistit; sed magis ferventem declarat amorem, neque quia securus erat, ideo fit negligentior. Id quod nobis frequenter evenit, et principio valde studiosi sumus: quando autem in negotium ventum est, non par studium afferimus. Verum justús non sic, sed quid? Iterum festinat et properat, et currit senio confectus in tabernaculum ad Sarram, *Et dixit ei: Accelera, et misce tres mensuras similæ*. Considera quomodo et Sarram venationis sociam assumit, et quomodo eam erudit, ut suam imitetur virtutem. Etenim et illam incitat ne officio suo negligenter fungatur, sed, *Accelera*, inquit. Magnam negotiationem assequuti sumus, ne perdamus thesaurum, sed *Accelera, et misce tres mensuras similæ*. Quoniam sciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ suæ sociam etiam retribuendæ mercedis esse participem. Quare enim, dic mihi, nulli ancillarum hoc præcepit, sed uxori tam provectæ ætatis? nonaginta enim annorum erat. Non repugnat mandato Sarra, sed parem etiam ipsa alacritatem affert. Audiant viri, audiant mulieres: viri quidem, ut sic suas contubernales erudiant, ut si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiant, sed per seipsos faciant omnia; mulieres autem, ut festinent juvare viros in tam bonis operibus, et non erubescant hospitalitatem in aliquos exercere, illisque congruum præbere ministerium: sed imitentur Sarram vetulam, in tanta senecta laborem libenter suscipientem, et famularum opera perficientem. Verum scio fore ut nullus ferat ea quæ a nobis dicuntur. Nunc enim omnes plane contraria via incedunt, et multa mulierum est mollities, omneque studium in cultu vestium, in aureis ornamentis et monilibus atque externo ornatu, animæ vero nulla est cura. Neque Paulus eas commovet, dicens: *Non in crinibus tortis, vel auro, vel margaritis, vel sumtuosa veste*. Vide animam hanc ipsum cælum attingentem, quomodo non putavit indignum se et vile, etiam de capillorum ornamentis admonere. Merito: omne enim ei studium erat in excolenda anima. Quia igitur sciebat hæc maxime animæ perniciem generare, ideo non refugit illa afferre quæ conveniebant ad docendum eas quæ illo

Invehitur in ornatum mulierum.

1. *Tim.* 2. 9.

ἐπείγετο, ἐμήνυσεν αὐτοῦ τὸν τόνον καὶ τὴν προθυμίαν ἡ θεία Γραφὴ, εἰποῦσα, Προθέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, οὕτω καὶ νῦν ἐπειδὴ εἶδε τοὺς ἄνδρας, καὶ κατώρθωσεν ὅπερ ἐπεθύμει, οὐδὲ οὕτως ἵστησι τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ θερμότερον πάλιν ἐπιδείκνυσι τὸν ἔρωτα, οὐδὲ ἐπειδὴ ἐν ἀσφαλείᾳ γέγονε, λοιπὸν ῥᾳθυμότερος κατέστη. Ὅπερ πολλάκις ἡμεῖς ὑπομένομεν, καὶ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐνίοτε πολλὴν ἐπιδεικνύμεθα τὴν σπουδήν· ἐπειδὰν δὲ τοῦ πράγματος ἐντὸς γενώμεθα, οὐ τὸν ἴσον πόνον εἰσφέρομεν. Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως, ἀλλὰ τί; Πάλιν σπεύδει καὶ ἐπείγεται καὶ τρέχει ὁ γεγηρακὼς ἐπὶ τὴν σκηνὴν πρὸς Σάῤῥαν, Καὶ εἶπεν αὐτῇ· σπεῦσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως. Σκόπει πῶς καὶ τὴν Σάῤῥαν κοινωνὸν λαμβάνει τῆς θήρας, καὶ πῶς αὐτὴν ἐξεπαίδευσε ζηλοῦν αὐτοῦ τὴν ἀρετήν. Καὶ γὰρ κἀκείνην παρορμᾷ μὴ ῥᾳθύμως τῇ χρείᾳ προσελθεῖν, ἀλλὰ, Σπεῦσον, φησί. Τῆς μεγάλης ἐπετύχομεν πραγματείας, μὴ ἀπολέσωμεν τὸν θησαυρὸν, ἀλλὰ Σπεῦσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, ἐβούλετο κοινωνὸν τῶν μισθῶν λαμβάνειν καὶ τῶν ἀντιδόσεων καὶ τὴν τοῦ βίου γενομένην αὐτῷ κοινωνόν. Διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, [b] οὐδενὶ τῶν παιδισκῶν τοῦτο ἐπέταξεν, ἀλλὰ τῇ γυναικὶ τῇ προβεβηκυίᾳ; ἐννενήκοντα γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανεν οὖσα. Καὶ οὐκ ἀνανεύει ἡ Σάῤῥα πρὸς τὸ ἐπίταγμα, ἀλλὰ τὴν ἴσην καὶ αὐτὴ προθυμίαν εἰσφέρει. Ἀκουέτωσαν ἄνδρες, ἀκουέτωσαν γυναῖκες· ἄνδρες μὲν οὖν, ἵνα οὕτω τὰς ἑαυτῶν συνοίκους ἐκπαιδεύωσιν, ἐπειδὰν πνευματικόν τι κέρδος παρεμπέσῃ, μὴ διὰ τῶν οἰκετῶν τοῦτο πληροῦν, ἀλλὰ δι' ἑαυτῶν ἅπαντα διαπράττεσθαι· γυναῖκες δὲ, ἵνα σπεύδωσι κοινωνεῖν τοῖς ἀνδράσι τῶν τοιούτων κατορθωμάτων, καὶ μὴ ἐπαισχύνωνται τὴν φιλοξενίαν, καὶ τὴν εἰς τούτους θεραπείαν, ἀλλὰ μιμείσθωσαν τὴν Σάῤῥαν τὴν πρεσβῦτιν, τὴν ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ πονεῖν καταδεχομένην, καὶ τὰ τῶν παιδισκῶν ἔργα ἐπιτελεῖν. Ἀλλ' οἶδα ὅτι οὐδεὶς ἀνέξεται τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων. Νῦν γὰρ ἡμῖν ἀπ' ἐναντίας ἐκείνῃ πάντες βαδίζειν ἐπείγονται, καὶ πολλὴ ἡ βλακεία ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἡ σπουδὴ περὶ τὸν κόσμον τῶν ἱματίων, περὶ τὰ χρυσία καὶ τὰ περιδέῤῥαια καὶ τὸν ἔξωθεν καλλωπισμὸν, καὶ τῆς ψυχῆς οὐδεμία πρόνοια. Καὶ οὐδὲ Παῦλος αὐτῶν καθικνεῖται βοῶν καὶ λέγων· Μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Ὅρα τὴν οὐρανομήκη ταύτην ψυχὴν, πῶς οὐκ ἐνόμισεν αἰσχρὸν αὐτῷ εἶναι μέχρι τούτου τὸν λόγον ποιήσασθαι, καὶ ἐπὶ ἐμπλεγμάτων παραινέσαι. Εἰκότως· πᾶσα γὰρ αὐτῷ ἡ σπουδὴ περὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἦν. Ἐπεὶ

[b] [οὐδενὶ τῶν παιδισκῶν, sic omnes, et Coisl. Fort. scribendum οὐδεμιᾷ τ. π. De *ancillis*, παιδίσκαις, omnino loquitur S. doctor; non de servis, qui in sacris literis semper παῖδες, numquam παιδίσκοι vocantur.]

οὖν οἶδεν ὅτι ταῦτα μάλιστα τῆς ψυχῆς τὸν ὄλεθρον ἐργάζεται, διὰ τοῦτο οὐδὲν παρητήσατο τῶν προσηκόντων εἰς διδασκαλίαν ταῖς ταῦτα νοσούσαις· ἀλλά φησιν, εἰ βούλει κοσμεῖσθαι, τὸν ἀληθῆ κοσμοῦ κόσμον, ὃν πρέπει γυναιξὶν εὐσεβέσι· τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις κοσμοῦ. Οὗτος τῆς ψυχῆς ὁ κόσμος, οὗτος οὐδεμίαν παρὰ τῶν ἔξωθεν κατάγνωσιν δέχεται, τοῦτον οὐδεὶς ἀποσυλῆσαι δυνήσεται, οὗτος ἀνάλωτος μένει διηνεκῶς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου τοῦ ἔξωθεν μυρία τίκτεται κακά· καὶ οὔπω λέγω τὴν τῆς ψυχῆς λύμην, τὴν ἐντεῦθεν φυομένην ἀλαζονείαν, τὴν ὑπερ- C
οψίαν τὴν κατὰ τῶν πλησίον, τοῦ φρονήματος τὴν ἀπόνοιαν, τῆς ψυχῆς τὴν διαφθοράν, τῶν ἡδονῶν τῶν ἀτόπων τὸν ἐσμόν· ἀλλ' ὅτι καὶ [a] ἄλωτὸς ὁ κόσμος οὗτος καὶ οἰκετῶν κακουργίαις, καὶ λῃστῶν ἐφόδῳ, καὶ συκοφαντῶν ἐπιβουλαῖς, καὶ μυρίαις ἄν τις εὕροι ἐντεῦθεν φυόμενα κακὰ καὶ ἀηδίας διηνεκεῖς. Ἀλλ' οὐχ ἡ Σάρρα τοιαύτη· ἀλλὰ τὸν ἀληθῆ κόσμον ἐκέκτητο· δι' ὃ καὶ ἀξία τοῦ πατριάρχου ἦν, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος ἔσπευσε καὶ ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἔδραμεν, οὕτω καὶ ἐκείνη μετὰ σπουδῆς τὸ ἐπιταχθὲν ἐπλήρου, καὶ ἐφύρα τρία μέτρα σεμιδάλεως. Ἐπειδὴ γὰρ τρεῖς ἦσαν οἱ παραγεγονότες, τρία μέτρα ἐκέλευσε φυραθῆναι, ὥστε θᾶττον φθάσαι τοὺς ἄρτους. Καὶ τοῦτο D
διαταξάμενος εἰς τὰς βοῦς πάλιν αὐτὸς ἔδραμεν. Ὦ γέροντος νεότης, ὦ ψυχῆς τόνος· τρέχει ἐπὶ τὰς βοῦς, καὶ οὐκ ἀφίησί τινα τῶν οἰκετῶν ἀπελθεῖν, διὰ πάντων δεικνὺς τοῖς παραγεγονόσιν, ὅσης ἡδονῆς ἐπληρώθη, καὶ ὅπως μέγα τι ἡγεῖται τὴν αὐτῶν παρουσίαν, καὶ ὅτι θησαυρὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίζει. Καὶ ἔλαβε, φησὶ, μοσχάριον ἁπαλὸν καὶ καλόν. Αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὴν ἐκλογὴν ἐποιήσατο, καὶ τὸ κάλλιστον τῶν ὄντων λαβὼν δίδωσι τῷ παιδὶ, κἀκεῖνον κατεπείγων μὴ μελλῆσαι, ἀλλὰ πολλὴν τὴν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι. E

Σκόπει πῶς πάντα μετὰ τάχους, μετὰ προθυμίας ζεούσης, μετὰ ἱλαρότητος, μετὰ χαρᾶς, μετὰ πολλῆς τῆς θυμηδίας γίνεται. Καὶ ἐτάχυνεν ὁ παῖς τοῦτο ποιῆσαι, φησί. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἠρέμει ὁ γέρων, ἀλλὰ πάλιν ἐν τάξει ὑπηρέτου ἵσταται. Καὶ λαβὼν βούτυρον καὶ γάλα καὶ τὸ μοσχάριον ὃ ἐποίησε, παρέθηκεν αὐτοῖς. Αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πάντα ποιεῖ καὶ παρατίθησι. Καὶ οὐδὲ ἄξιον ἑαυτὸν ἐνόμισε τοῦ συγκαθεσθῆναι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκείνων ἐσθιόντων παρειστήκει αὐτὸς 420
ὑπὸ τὸ δένδρον. Ὦ φιλοξενίας μέγεθος, ὦ ταπεινο- A
φροσύνης ὑπερβολὴ, ὦ φιλοθέου γνώμης ἐπίτασις· παρειστήκει ὁ ἑκατονταέτης οὗτος ἄνθρωπος ἐσθιόντων αὐτῶν. Ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπὸ τοῦ πόθου πολλοῦ καὶ τῆς προθυμίας, καὶ τῆς ἀσθενείας ἀνώτερον αὐτὸν τότε γεγενῆσθαι, καὶ ἰσχύν τινα προσλαβεῖν. Εἴωθε γὰρ πολλάκις ἡ τῆς ψυχῆς προθυμία, ἐπειδὰν

morbo laborabant; sed inquit: Si vis ornari, vero te ornatu cole, quem decet mulieres pias: bonis te operibus orna. Hic animæ cultus est, hic a nullis externis condemnatur, hunc nullus deprædari poterit, hic perpetuo manet tutus et integer. A cultu autem externo innumera oriuntur mala: nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam quæ inde nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum examen; sed facile diripitur ille cultus et famulorum malignitate latronumque insidiis, necnon sycophantarum calumniis; et infinita mala invenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. Atqui Sarra talis non erat; sed verum possidebat ornatum: ideo et digna fuit patriarcha: et sicut ille festinavit, et in tabernaculum cucurrit, ita et ipsa magno studio fecit quæ imperata erant, et miscuit tres mensuras similæ. Nam quia tres erant qui advenerant, tres mensuras jussit misceri, ut citius panes parentur. Et ut hoc præcepit, ad boves ipse iterum cucurrit. O senis juventutem! o animæ vigorem! currit ad boves, et non permittit aliquem famulorum eo pergere: per omnia monstrans iis qui advenerant, quanta voluptate perfusus esset, et quanti faceret eorum præsentiam, seque hunc pro thesauro habere honorem. *Et accepit*, inquit, *vitulum tenellum et bonum*. Ipse per semetipsum delectum fecit, et optimum qui aderat acceptum puero dedit, et illum quoque urget, ut sine mora quantum fieri potest approperet.

6. Animadverte quomodo omnia cum velocitate, cum ferventi alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna jucunditate fiant. *Et festinavit puer hoc facere*. Neque hic senex quiescit, sed iterum in ministri ordinem transit. 8. *Et ut accepit butyrum et lac et vitulum, quem mactaverat, apposuit illis*. Sic per semetipsum omnia facit et apponit. Et neque dignum semetipsum censuit qui consideret cum eis, sed illis comedentibus adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis! o humilitatis excellentiam! o mentem admodum religiosam! adstabat centenarius homo comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio alacritateque multa, imbecillitate sua factus superior, et robur quoddam accepisse. Sæpe enim consuevit alacritas animæ, si quando re-

[a] Tres Mss. εὐάλωτος.

borata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Stabat igitur patriarcha quasi famulus, hoc summo honori habens, quod præsentibus ministraret, et solaretur itineris eorum laborem. Vidisti quanta justi hospitalitas? Neque enim hoc solum consB sidera, quod panes proposuerit et vitulum: sed illud cogita, cum quanto honore et quanta modestia exhibita sit hospitalitas. Non sicut multi, qui ei quid tale fecerint, superbiunt et despiciunt susceptos hospites, eo quod ministerium illis exhibeant. Hoc autem perinde est, ac si quis divitias congreget et circumferat: et cum colligerit, omnia simul e manibus projiciat. Quisquis enim cum arrogantia operatur quidpiam, et sic facit quasi plus præberet quam acciperet, nescit quid faciat: proinde et mercedem, quæ hinc proveniret, disperdit. Verum justus ille sciens quid operaretur, per omnia quæ faciebat, ostendebat alacritatem C mentis. Et postquam largiter et magna hilaritate seminavit hospitalitatem, statim et manipulos uberrimos messuit. Nam ubi ea quæ ex se erant implevit, et nihil prætermisit, ac finem acceperunt quæ ad hospitalitatem pertinebant, declaratague fuit justi virtus: tunc demum ut disceret justus quantorum, et qualium bonorum causa fuerit hospitalitas, manifestat se is qui advenerat, atque paulatim justum suæ magnitudinem potentiæ docet. Nam ubi vidit eum stantem apud querD cum, et stando magnum honorem et ministerium afferre, dixit ei: 9. *Ubi est Sarra uxor tua?* Statim autem per interrogationem subindicavit ei se non esse ex vulgaribus aliquem, utpote qui et uxoris illius nomen sciret. Ille autem inquit: *Ecce in tabernaculo.* Et quia statim, tamquam Deus, polliciturus erat ei quæ supra naturam erant, propter hoc et dicendo nomen Sarræ significavit supra hominem esse eum qui in tabernaculum ejus diverterat. 10. *Revertens enim*, inquit, *veniam ad te secundum tempus hoc in* E *horas, et habebit filium Sarra uxor tua.* Ecce hospitalitatis fructus, ecce alacritatis illius miræ merces, ecce laborum Sarræ retributiones. *Illa autem*, inquit, *audivit juxta ostium tabernaculi, stans post illud.* 12. *Et ut hoc audivit, risit secum, dicens: Nondum quidem mihi fuit usque nunc; dominus autem meus senex.* Et ut excuset divina Scriptura Sarram, prius significavit, 11. *Abraham autem et Sarra pro-*

ἐρρωμένη ᾖ, νικᾷν τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν. Εἱστήκει τοίνυν ὁ πατριάρχης καθάπερ οἰκέτης, μεγίστην τιμὴν ταύτην ἡγούμενος, τοῦ καταζιωθῆναι ὑπηρετήσασθαι τοῖς παροῦσι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας κάματον αὐτῶν παραμυθήσασθαι. Εἶδες ὅση τοῦ δικαίου [a] ἡ φιλοξενία; Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο σκόπει, ὅτι ἄρτους παρέθηκε καὶ τὸ μοσχάριον, ἀλλ' ἐκεῖνο λογίζου, μεθ' ὅσης τιμῆς, μεθ' ὅσης ταπεινοφροσύνης τὰ τῆς φιλοξενίας ἐπεδείκνυτο· οὐ καθάπερ οἱ πολλοὶ, κἂν ποιήσωσί ποτέ τι τοιοῦτον, μέγα φρονοῦσι κατὰ τῶν ὑποδεχθέντων, καὶ πολλάκις καὶ ὑπερορῶσιν αὐτῶν διὰ τὴν φθάσασαν εἰς αὐτοὺς θεραπείαν. Τοῦτο δὲ [b] ὅμοιόν ἐστι τῷ τινα πλοῦτον συναγαγόντα καὶ περιφέροντα, ἐκ τῶν χειρῶν ἅπαντα ῥῖψαι τὰ συλλεγέντα. Ὁ γὰρ μετὰ ἀπονοίας τι ἐργαζόμενος, καὶ οὕτω ποιῶν ὡς παρέχων μᾶλλον ἢ λαμβάνων, οὐκ οἶδεν ὃ διαπράττεται· διὰ τοῦτο ἀπόλυσι καὶ τὸν ἐκ τούτου μισθόν. Ἀλλ' ὁ δὲ δίκαιος οὗτος εἰδὼς ὅπερ εἰργάζετο, διὰ τῶν γινομένων ἁπάντων ἔδειχνυ τῆς ψυχῆς τὴν προθυμίαν. Καὶ ἐπειδὴ μετὰ δαψιλείας καὶ πολλῆς τῆς ἱλαρότητος ἔσπειρε τὴν φιλοξενίαν, παραχρῆμα δαψιλεῖ τῇ χειρὶ τὰ δράγματα ἐδέχετο. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντα τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπλήρωσε, καὶ οὐδὲν ἐγκατέλιπεν, ἀλλὰ τέλος ἔλαβε τὰ τῆς φιλοξενίας, καὶ ἐδείχθη τοῦ δικαίου ἡ ἀρετή· τότε λοιπὸν, ἵνα μάθῃ ὁ δίκαιος οἵων ἐπέτυχε, καὶ ὅσων αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν αἰτία γεγένηται ἡ τῆς φιλοξενίας ὑπόθεσις, ἐκκαλύπτει ἑαυτὸν ὁ παραγεγονὼς, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποδείκνυσι τῷ δικαίῳ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὸ μέγεθος. Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν παρεστῶτα παρὰ τὴν δρῦν, καὶ διὰ τῆς στάσεως τὴν πολλὴν τιμὴν καὶ τὴν θεραπείαν ἐπιδεικνύμενον, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου; Εὐθέως διὰ τῆς ἐρωτήσεως παρῆνιξεν αὐτῷ, δεικνὺς ὡς οὐχ ὁ τυχὼν ἐστιν ὁ παραγεγονὼς, εἴ γε καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τὴν προσηγορίαν ἠπίστατο. Ὁ δέ φησιν· Ἰδοὺ ἐν τῇ σκηνῇ. Καὶ ἐπεὶ ἔμελλε λοιπὸν, ὡς Θεὸς, ὑπισχνεῖσθαι αὐτῷ τὰ ὑπὲρ φύσιν, διὰ τοῦτο καὶ τῷ εἰπεῖν τὴν προσηγορίαν τῆς Σάῤῥας ἐσήμανεν, ὅτι ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν ὁ εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ καταχθείς. Ἐπαναστρέφων γὰρ, φησὶν, ἥξω πρὸς σὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, καὶ ἕξει υἱὸν Σάῤῥα ἡ γυνή σου. Ἰδοὺ τῆς φιλοξενίας οἱ καρποὶ, ἰδοὺ τῆς προθυμίας τῆς ἐπιτεταμένης ὁ μισθὸς, ἰδοὺ τῶν καμάτων τῆς Σάῤῥας αἱ ἀμοιβαί. Ἐκείνη δὲ, φησὶν, ἤκουσε παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς, ἑστῶσα ὄπισθεν. Καὶ τοῦτο ἀκούσασα, ἐγέλασε καθ' ἑαυτὴν, λέγουσα· οὔπω μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν· ὁ δὲ κύριός μου

[a] [Articulum ἡ addidimus e Coisl.]

[b] [Savil. et Coisl. ὅμοιόν ἐστι τοῦ τινα ἐκ τῶν χειρῶν, omissis interpositis. Infra Coisl. et Savil. in marg. ὁ δὲ δίκαιος οὗτος, sine ἀλλ', quod omnino delendum videtur. Savil. in textu ἀλλ' οὗτος εἰδ.]

πρεσβύτερος. Καὶ ἵνα ἀπολογήσηται ἡ θεία Γραφὴ ὑπὲρ τῆς Σάρρας, προλαβοῦσα ἐπεσημήνατο, ὅτι Ἀβραὰμ δὲ καὶ Σάρρα [c]προβεβηκότες ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλά 421
φησιν· Ἐξέλιπε δὲ Σάρρα γίνεσθαι τὰ γυναικεῖα. A
Ἐξηραμμένη ἦν, φησίν, ἡ πηγή, τετύφλωτο ὁ ὀφθαλμὸς, αὐτὸ τὸ ἐργαστήριον ἦν πεπηρωμένον. Δι' ὃ ἀφορῶσα πρὸς ταῦτα ἡ Σάρρα, καθ' ἑαυτὴν ἐλογίζετο τήν τε ἑαυτῆς ἡλικίαν, τό τε γῆρας τοῦ πατριάρχου. Ἀλλ' ἐκείνης κατὰ τὴν σκηνὴν ταῦτα λογιζομένης, ὁ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἐπιστάμενος, δεῖξαι βουλόμενος καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει τῶν ἀποῤῥήτων, φησὶ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· Τί ὅτι ἐγέλασε Σάρρα ἐν ἑαυτῇ λέγουσα· ἆρά γε ἀληθῶς τέξομαι; ἐγὼ δὲ γεγήρακα. Ταῦτα γὰρ ἐκείνη ἐν ἑαυτῇ ἐλογίζετο. Μὴ ἀδυνατεῖ, B
φησὶ, παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; Ἰδοὺ φανερῶς ἑαυτὸν ἐξεκάλυψεν. Οὐκ ἴστε, φησὶν, ὅτι τῆς φύσεως ὢν Δεσπότης πάντα δύναμαι, ἅπερ ἂν βουληθῶ, καὶ τὴν νεκρωθεῖσαν μήτραν ζωογονῆσαι, καὶ ἐπιτηδείαν κατασκευάσαι; [a]Μὴ ἀδυνατεῖ, φησὶν, ἀδύνατόν τι τῷ Θεῷ; Οὐχὶ πάντα ποιῶ, καὶ μετασκευάζω; οὐχὶ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχω; Μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα; Οὐ φθάσας ὑπεσχόμην δὴ τοῦτο; Μὴ ἐγχωρεῖ τὸ παρ' ἐμοῦ ῥηθὲν μὴ εἰς ἔργον ἐλθεῖν; Ἄκουε τοίνυν, ὅτι Εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναστρέψω C
πρὸς σὲ εἰς ὥρας, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. Ἐπειδὰν, φησὶν, ἀναστρέψω κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, τότε γνώσεται διὰ τῶν πραγμάτων ἡ Σάρρα, ὅτι οὔτε τὸ γῆρας αὐτῆς κώλυμα γενήσεται, οὔτε ἡ στείρωσις· ἀλλὰ τὸ ῥῆμα τὸ ἐμὸν ἀπαράβατον ἔσται, καὶ ὁ τόκος αὐτὴν διδάξει τῶν παρ' ἐμοῦ ῥηθέντων τὴν δύναμιν. Εἶτα ἐκείνη ἀκούσασα, ὅτι οὔτε τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῆς κινηθέντα ἔλαθε τὸν παρόντα, Ἠρνήσατο, λέγουσα· οὐκ ἐγέλασα. Ὁ γὰρ φόβος κατέσεισεν αὐτῆς τὴν διάνοιαν. Διὰ τοῦτο τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῆς ἡ Γραφὴ τὸ πᾶν λογιζομένη φησὶν, Ἐφοβήθη γάρ. Ἀλλ' ὁ πατριάρχης φησὶ πρὸς αὐτὴν, Οὐχὶ, ἀλλὰ ἐγέλασας. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, εἰ καὶ ἐν διανοίᾳ ταῦτα ἐβουλεύσω, καὶ κατὰ τὸ λεληθὸς γέλωτα ἐποιήσω, ὅτι D
τοῦ παραγενομένου τὴν δύναμιν λαθεῖν εἶχες. Μὴ τοίνυν ἀρνοῦ τὸ γεγονὸς, μηδὲ προσθήκην ἐργάζου τῷ ἁμαρτήματι. Μεγάλα γὰρ ἡμᾶς σήμερον διαδέξεται ἀγαθὰ, τῆς φιλοξενίας ἡμῖν τούτων πάντων αἰτίας γινομένης.

gressi erant in diebus suis. Et neque hoc contenta adjicit: *Et desierant Sarræ fieri muliebria.* Arefactus erat, inquit, fons, excæcatus oculus, officina ipsa erat inutilis facta. Ad quæ respiciens Sarra, cogitabat apud semetipsam ætatem v. 12.
suam et senectutem patriarchæ. Verum dum illa intra tabernaculum ita cogitat, is qui scit arcana mentis, demonstrare volens et virtutis suæ excellentiam, et nihil occultum se latere, dicit Abrahæ: 13. *Cur risit Sarra apud seipsam, dicens: Numquid vere pariam? ego autem senui.* Hæc enim illa apud semetipsam cogitabat. 14. *Num impossibile,* inquit, *apud Deum verbum?* Ecce manifeste seipsum detegit. Non scitis, inquit, me, naturæ Dominus cum sim, omnia posse quando volvero, et mortuam quoque vulvam fecundam et partui idoneam facere? *Num impossibile,* inquit, *apud Deum aliquid?* Nonne omnia facio et transformo? nonne vitæ et mortis potestatem habeo? *Num impossibile est aliquid apud Deum?* Nonne prius hoc pollicitus sum? Num potest quidpiam a me dictum non in opus exire? Audi igitur, quod *In tempore hoc revertar ad te in horas, et erit Sarræ filius.* Postquam revertero, inquit, tempore hoc, tunc sciet re ipsa Sarra quod neque senectus ei obstaculo fuerit, neque sterilitas: sed verbum meum non poterit irritum reddi, et partus eam docebit eorum quæ a me dicta sunt potentiam. Cæterum ut illa audivit, neque illa quæ cogitaret esse præsenti occulta, 15. *Negavit dicens: Non risi.* Timor enim concusserat ejus mentem. Propterea Scriptura hoc totum infirmitati ejus tribuens inquit, *Timore enim perterrita fuit.* Verum patriarcha dicit ei: *Non, sed risisti.* Ne putes, inquit, licet in animo hæc tractaveris, et in occulto riseris, hæc posse abscondi ab ejus qui advenit virtute et scientia. Itaque negare factum noli, ne addas ad peccatum. Magna enim hodie ab hac hospitalitate nobis provenient bona.

Τοῦτον ἅπαντες μιμησώμεθα, [b]καὶ πολλὴν περὶ τὴν φιλοξενίαν τὴν σπουδὴν ποιώμεθα, οὐχ ἵνα τῶν ἐπικήρων τούτων καὶ φθειρομένων λάβωμεν τὴν ἀν-

7. Hunc imitemur omnes, et magnam gera- Moralis exhortatio.
mus hospitalitatis curam: non ut fluxorum et corruptibilium retributionem solum accipiamus,

[c] [Bibl.,]Savil. et quinque Mss. *προβεβηκότες ἡμερῶν. καὶ οὐδέ.*

[a] [Coisl. hic et infra sine ulla paraphrasi: *Μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ θεῷ ῥῆμα;*]

[b] Savil. et septem Mss. *καὶ τοσαύτην περὶ τὴν φιλ.*

sed ut reponamus nobis etiam immortalium bonorum fruitionem. Nam si hoc facimus, nos etiam hic Christum suscipiemus, et suscipiet etiam ipse nos in mansionibus illis quæ ab æterno præparatæ sunt diligentibus ipsum, audiemusque ab eo : *Venite benedicti Patris mei, in hereditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi.* Cujus gratia et propter quid? *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare : sitivi, et potastis me : peregrinus fui, et collegistis me : in carcere fui et invisistis me.* Quid minus molestum quam hæc? Num præcipit nobis curiose scrutari et inquirere, quibusnam deberemus curam exhibere? Tu quod tuum est, inquit, ostende, licet abjectus et vilis sit, ut apparet, quem foves : quæ enim in illos facta sunt, ego ut mihi ipsi facta agnosco. Propterea addidit : *Id quantum fecistis uni fratrum meorum minimorum, mihi fecistis.* Igitur cum tanta ex hospitalitate sint lucra, non contemnamus, sed quotidie hujus bonæ negotiationis merces inferre studeamus, scientes Dominum nostrum alacritatem magnam, non ciborum pondus requirere, non mensam sumtuosam, sed mentem hilarem, non tantum ministerium a nudis verbis, sed caritatem a puro sinceroque corde. Idcirco et sapiens quidam dicebat : *Melior sermo quam munus.* Sæpe enim sermonis obsequium magis recreat indigentem, quam donum ipsum. Hæc cum sciamus, ne simus difficiles erga eos qui ad nos accedunt : sed si potuerimus eorum inopiam sublevare, hoc faciamus cum gaudio lætitiaque magna : non ut præbentes aliquid, sed ut ab eis maxima accipientes : quod si non possumus, ne simus asperi in eos : sed verbis saltem eorum curam agamus, et cum mansuetudine respondeamus eis. Quare enim dure compellas eum? Num cogit? num vim facit? Orat, supplicat, obsecrat : qui autem hæc facit, contumelia dignus non est. Quid dico, orat et supplicat? Innumera bene appreçatur, et hæc omnia facit pro uno obolo, neque tamen illum erogamus. Et quam assequemur veniam? quam habebimus defensionem? Ipsi quidem quotidie lautam mensam nobis apponi curamus, et sæpe plus quam usus requirit, insumimus : illis vero neque parvum quid communicamus, idque cum innumera bona per hos nos habituros exspectemus. Sed o magnam desidiam! Quantam enim hinc jacturam facimus? quantum lucri e manibus nostris excedere permittimus? Occasionem nostræ salutis a Deo no-

Matth. 25. 34.—36.

Ibid. v. 40.

Eccli. 18. 16.

τίδοσιν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἑαυτοῖς ἀποθώμεθα. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῶμεν, ὑποδεξόμεθα καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν, E καὶ ὑποδέξεται ἡμᾶς καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς μοναῖς ἐκείναις ταῖς ἡτοιμασμέναις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ ἀκουσόμεθα παρ' αὐτοῦ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· ἐν φυλακῇ, καὶ ἐπεσκέψασθέ με. Τί τούτων ἀνεπαχθέστερον; Μὴ γὰρ ἐπέταξεν ἡμῖν περιεργά- 422 A ζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν τοὺς παρ' ἡμῶν μέλλοντας θεραπεύεσθαι; Σὺ τὸ σαυτοῦ, φησὶν, ἐπίδειξαι, κἂν εὐτελὴς ᾖ, κἂν ἀπερρίμμενος κατὰ τὸ φαινόμενον· τὰ γὰρ εἰς τούτους γινόμενα ἐγὼ οἰκειοῦμαι. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Μὴ τοίνυν τοῦ ἀπὸ τῆς φιλοξενίας τοσούτου κέρδους ἐπιγενομένου καταφρονήσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐμπορεύεσθαι τὴν καλὴν ταύτην ἐμπορίαν σπουδάζωμεν, εἰδότες ὅτι ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος προθυμίας δαψίλειαν, οὐ βρωμάτων ὄγκον ἀπαιτεῖ, οὐ τράπεζαν πολυτελῆ, ἀλλὰ γνώμην ἱλαρὰν, οὐ θεραπείαν ἁπλῶς B τὴν διὰ τῶν ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ καρδίας καὶ εἰλικρινοῦς διανοίας ἀγάπην. Διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς ἔλεγε· Κρεῖσσον λόγος, ἢ δόσις. Πολλάκις γὰρ λόγου θεραπεία πλέον τῆς δόσεως ἀνεκτήσατο τὸν δεόμενον. Ταῦτα οὖν εἰδότες μηδέποτε δυσχεραίνωμεν πρὸς τοὺς προσιόντας· ἀλλ' ἂν μὲν δυνηθῶμεν παραμυθεῖσθαι αὐτῶν τὴν πενίαν, τοῦτο ποιῶμεν μετὰ χαρᾶς καὶ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης, οὐχ ὡς παρέχοντες, ἀλλ' ὡς τὰ μέγιστα κερδαίνοντες· εἰ δὲ μὴ δυνάμεθα, μὴ τραχυνώμεθα πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ κἂν τὴν διὰ τοῦ λόγου θεραπείαν παρέχωμεν, καὶ μετὰ C ἐπιεικείας αὐτοῖς ἀποκρινώμεθα. Τίνος γὰρ ἕνεκεν τραχέως αὐτῷ προσφέρῃ; Μὴ γὰρ ἀναγκάζει; μὴ γὰρ βιάζεται; Ἀξιοῖ, ἱκετεύει, παρακαλεῖ· ὁ δὲ ταῦτα ποιῶν, οὐχ ὕβρεως ἄξιος. Τί λέγω, ἀξιοῖ καὶ παρακαλεῖ; Μυρία ἐπεύχεται, καὶ πάντα ταῦτα ποιεῖ ὑπὲρ ἑνὸς ὀβολοῦ, καὶ οὐδὲ τοῦτον προϊέμεθα. Καὶ ποίας ἂν τύχοιμεν συγγνώμης; ποίαν δὲ σχοίημεν ἀπολογίαν, αὐτοὶ μὲν οὕτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαψιλῆ τράπεζαν παρατιθέμενοι, καὶ πολλάκις τὴν χρείαν ὑπερβαίνοντες, ἐκείνοις δὲ μηδὲ τοῦ τυχόντος μεταδιδόντες, καὶ ταῦτα μυρία ἀγαθὰ διὰ τούτου κομιζόμενοι; Ἀλλ' ὦ τῆς πολλῆς ῥᾳθυμίας. Οἷα γὰρ ἀπ' D αὐτῆς ζημιούμεθα; καὶ ὅσον κέρδος ἐκ τῶν ἡμετέρων χειρῶν προϊέμεθα; Καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν παρασχεθεῖσαν ἀποπεμπόμεθα, οὔτε ἐννοοῦμεν, οὔτε μὴν λογιζόμεθα οὔτε τῶν διδομένων τὸ εὐτελὲς, οὔτε τὴν ὑπὲρ τῶν

τοιούτων ἀμοιβῶν ὑπερβολήν, ἀλλὰ πάντα τοῖς κιβωτίοις ἐναποκλείομεν, καὶ τὸ μὲν χρυσίον ὑπὸ τοῦ ἰοῦ δαπανᾶσθαι συγχωροῦμεν· μᾶλλον δὲ ταῖς τῶν κλεπτῶν χερσὶ προτίθεμεν· τὰ δὲ ἱμάτια τὰ ποικίλα ὑπὸ τοῦ σητὸς ἀναλίσκεσθαι ἀφίεμεν, καὶ οὐκ ἀνεχόμεθα τὰ ἁπλῶς κείμενα δεόντως [a] οἰκονομεῖσθαι, ἵνα πάλιν ἡμῖν διαφυλάττηται, καὶ διὰ τούτων τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι δυνηθῶμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

bis datam amandamus, neque cogitamus, vel in mente versamus hinc parvitatem eorum quæ damus, inde immensitatem eorum quæ pro his accipimus: sed omnia arculis includentes, aurum quidem a rubigine absumi permittimus; imo furum manibus proponimus: vestes quoque varias a tineis arrodi sinimus, nolumus autem ut ea quæ absque usu jacent, bene dispensentur, ut iterum nobis custodiantur, ac per ea etiam ineffabilia bona mereamur assequi: quæ nobis omnibus concedat gratia et benignitate sua Dominus noster Jesus Christus, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μϐ'.

HOMILIA XLII.

Ἐξαναστάντες δὲ οἱ ἄνδρες ἐπέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας.

Cum surrexissent autem viri, respexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrhæ *Gen. 18. 16.

Ἐμάθομεν ἐκ τῶν χθὲς ἀνεγνωσμένων, ἀγαπητοὶ, τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ δικαίου φιλοξενίας· φέρε δὴ καὶ σήμερον τὰ ἑξῆς ἐπελθόντες, πάλιν καταμάθωμεν τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόστοργον καὶ συμπαθές. Ἑκάστην γὰρ τῶν ἀρετῶν μεθ' ὑπερβολῆς ὁ δίκαιος οὗτος ἐκέκτητο. Οὐδὲ γὰρ μόνον φιλόστοργος, οὐδὲ φιλόξενος ἦν καὶ συμπαθὴς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας μετὰ δαψιλείας ἐπεδείκνυτο. Ἄν τε γὰρ ὑπομονὴν δέῃ ἐπιδείξασθαι, εὑρήσεις αὐτὸν εἰς αὐτὴν τὴν ἄκραν κορυφὴν ἀναβεβηκότα· ἄν τε ταπεινοφροσύνην, ὄψει πάλιν καὶ ἐνταῦθα οὐδενὶ παραχωροῦντα, ἀλλὰ πάντας ὑπερακοντίζοντα· κἂν πίστιν ἐπιδείξασθαι δέῃ, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν μᾶλλον εὑρεθήσεται τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐδοκιμῶν. Καθάπερ γὰρ εἰκών τις ἔμψυχός ἐστιν ἡ τούτου ψυχὴ, τὰ διάφορα τῆς ἀρετῆς χρώματα ἐν ἑαυτῇ δεικνύουσα. Ποία οὖν ἡμῖν ὑπολείπεται λοιπὸν ἀπολογία; ὅταν ἑνὸς ἀνθρώπου πάσας τὰς ἀρετὰς ἐν ἑαυτῷ περιφέροντος, ἡμεῖς οὕτως ἔρημοι τυγχάνωμεν, ὡς μηδεμίαν ἀρετὴν βούλεσθαι κατορθοῦν; Ὅτι γὰρ οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἔρημοί πάντων ἐσμὲν τῶν ἀγαθῶν, σαφὴς ἀπόδειξις τὸ πολλοὺς τῶν ὁμογενῶν ἡμῖν εὑρεῖν διαλάμποντας ἐν ἀρετῇ. [b] Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο, τὸ τὸν πατριάρχην καὶ πρὸ τῆς χάριτος, καὶ πρὸ τοῦ νόμου γεγονότα, οἴκοθεν καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει κειμένης γνώσεως εἰς τοσοῦτον μέτρον ἀρετῆς ἐλθεῖν, πάσης ἡμᾶς ἀπολογίας ἀποστερῆσαι δυνήσεται. Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσί τινες, ὅτι πολλῆς ἀπέλαυσε τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὁ ἀνὴρ, καὶ πολλὴν ἐπε-

1. Didicimus ex hesterna lectione, carissimi, eximiam justi hospitalitatem: age et ea quæ sequuntur tractantes, hodie discamus benignitatem et commiserationem patriarchæ. Possedit enim eximie justus ille virtutes omnes. Neque enim tantum bene affectus erat in proximos, neque hospitalis tantum et misericors, sed et alias virtutes omnes ubertim exhibebat. Nam sive patientiam exhibere opus sit, invenies illum in summum illius verticem progressum: sive humilitatem requiras, videbis et in hac nulli cedentem, sed omnes transcendentem: sive fides declaranda sit, et in hoc præ omnibus aliis laudem merebitur. Est enim anima ejus imago quædam animata, varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusatio, cum unus homo cunctas in se virtutes possideat, nos vero ita expertes earum simus, ut ne unam quidem exercere juvet? Quod enim non quia non possumus, sed quia nolumus, a bonis omnibus simus alieni, illud manifeste indicat quod multi ejusdem naturæ homines inveniantur virtutibus conspicui. Et vero istuc ipsum quod patriarcha, qui ante gratiæ tempus et ante legem fuit, a seipso et a scientia quæ naturæ insita est, in tantum pervenit virtutis fastigium, sufficit ut omnes nostras excusationes refutet. At forte dicent aliqui: Vir ille multam a Deo gratiam consequutus est, et omnium Dominus ejus singula-

[a] Savil. et aliquot Mss. *οἰκονομῆσαι.*

[b] Savil. et alii *καὶ αὐτὸ γὰρ τοῦτο.*

rem habuit curam. Etiam, id et ego fateor: verumnisi primus et ipse quod suum erat fecisset, non tanta a Domino obtinuisset. Eapropter non hoc solum respice, sed in unoquoque diligenter attende, quomodo primum in omnibus virtutis suæ experimentum exhibuerit, atque sic divinum meruerit præsidium. Hæc sæpe vobis declaravimus, illum nempe, quando a patria sua migrabat, non a progenitoribus semen fidei accepisse, sed a seipso valde religiosam atque piam mentem exhibuisse; et hominem illum, cum nuper a Chaldæa translatus esset, iterum subito jussum alio pergere, et alienam terram suæ præferre, non fluctuasse animo, non distulisse, sed statim imperata fecisse, idque cum nesciret ubinam errandi futurus esset finis, et festinasse, et properasse, ut qui in iis quæ plane incerta erant, tamquam certa essent, mandatum Dei omnibus præferendum duceret. Vidisti quomodo ab initio quæ a semetipso erant attulerit, et propterea divina quotidie ubertim susceperit? Eodem modo, dilecti, etiam nos, si veluerimus superna frui gratia, imitemur patriarcham, et ne cunctemur obire virtutem, sed unamquamque ita exerceamus, ut oculum illum, qui sopiri nescit, conciliemus nobis ad mercedem tribuendam. Etenim qui scit arcana mentis nostræ, cum viderit sanam mentem nostram, et nos conari et eniti ad virtutis certamina, statim nutu et subsidio suo nos adjuvat, simul et labores nostros imminuens, et infirmam naturam nostram roborans, uberesque retributiones suppeditans. Sane in Olympicis certaminibus neutiquam quis tale quid inveniet: sed stat pædotriba, fitque spectator tantum certantium, neque in ulla re potest adjuvare, sed exspectat donec victoria declaretur: Dominus autem noster non ita, sed simul nobiscum certat, et manum porrigit, et simul congreditur, et quasi undique enititur ut adversarium nostrum nobis tradat, nihilque non agit, satagens ut in certamine prævalcamus, et vincamus, quo capiti nostro immarcescibilem imponat coronam. *Coronam* enim, inquit, *gratiarum accipies in capite tuo*. Jam in illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est, quam folia lauri, quam applausus et acclamatio vulgi, quæ omnia appetente vespera marcescunt et pereunt: at corona quæ pro virtute et ejus sudoribus datur, nihil habet sensibile, neque in hoc sæculo nobiscum dissolvitur, sed perpetua est et immortalis, extendens se in omnia sæcula. Et abor quidem est parvi temporis; merces autem

Facienti quod in se est Deus auxilium non negat.

Prov 1. 9.

δείξατο τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ναί, ὁμολογῶ· ἀλλ' εἰ μὴ πρότερος τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸς ἐπεδείξατο, οὐκ ἂν τῶν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἀπήλαυσε. Μὴ τοίνυν τοῦτο μόνον ὅρα, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐξετάζων καταμάνθανε, πῶς πρότερον τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐν πᾶσι τὴν βάσανον παρεσχηκὼς, οὕτως ἠξιοῦτο τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας. Καὶ ταῦτα πολλάκις ὑμῖν ἐδείξαμεν, ἡνίκα τὰ κατὰ τὴν μετάστασιν αὐτοῦ τὴν ἐκ γῆς τῆς πατρῴας ἐποιεῖτο, ὅπως οὐδὲ ἀπὸ προγόνων σπέρματα εὐσεβείας δεξάμενος, οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ πολὺ τὸ φιλόθεον ἐπεδείκνυτο, καὶ ἄνθρωπος ἄρτι τῆς Χαλδαίας μεταναστὰς, ἀθρόον κελευόμενος τὴν ἀλλοτρίαν τῆς οἰκείας ἀνταλλάξασθαι, οὐκ ἐνεδοίασεν, οὐκ ἀνεβάλλετο, ἀλλ' εὐθέως ἐπλήρου τὸ ἐπιταχθὲν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδὼς ὅπου στήσεται αὐτῷ τὰ τῆς πλάνης, καὶ ἔσπευδε καὶ ἠπείγετο, ὡς ἐπὶ ὡμολογημένοις, τοῖς ἀόήλοις, τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα πάντων προτιμότερον ἡγούμενος. Εἶδες πῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καθ' ἑκάστην ἐκαρποῦτο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας; 424 A Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, εἰ βουλοίμεθα τῆς ἄνωθεν ἀπολαύειν εὐνοίας, ζηλώσωμεν τὸν πατριάρχην, καὶ μὴ ἀναδυώμεθα πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἑκάστην ἀπολαβόντες, οὕτω ταύτην μετὰ σπουδῆς μετερχώμεθα, ὡς τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον ὀφθαλμὸν ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν τῆς ἀμοιβῆς ἀντίδοσιν. Ὁ γὰρ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἡμῶν ἐπιστάμενος, ἐπειδὰν ἴδῃ ὑγιῆ γνώμην ἐπιδεικνυμένους, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀποδύεσθαι ἐσπουδακότας, παραχρῆμα καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ παρέχει ῥοπὴν, ὁμοῦ καὶ τοὺς πόνους ἡμῖν ἐπικουφίζων, καὶ τὸ ἀσθενὲς B τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐπιῤῥωννὺς, καὶ δαψιλεῖς τὰς ἀμοιβὰς χορηγῶν. Καὶ ἐπὶ μὲν τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων οὐκ ἄν ποτε εὕροις τι τοιοῦτον γινόμενον· ἀλλ' ἕστηκεν ὁ παιδοτρίβης, θεατὴς μόνον γινόμενος τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ οὐδὲν ἕτερον συνεισενεγκεῖν δυνάμενος, ἀλλ' ἀναμένων τὴν νίκην γενέσθαι· ὁ δὲ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ συναγωνίζεται, καὶ χεῖρα ὀρέγει, καὶ συνεφάπτεται, καὶ μονονουχὶ πανταχόθεν τὸν ἀντίπαλον ὑποτεταγμένον ἡμῖν παραδίδωσι, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε δυνηθῆναι ἡμᾶς καταγωνίσασθαι, καὶ τὴν νίκην ἄρασθαι, ἵνα τὸν ἀμαράντινον στέφανον ἐπιθῇ τῇ ἡμετέρᾳ C κεφαλῇ. Στέφανον γὰρ, φησὶν, χαρίτων δέξῃ σῇ κορυφῇ. Καὶ ἐν μὲν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς τούτοις ἀγῶσιν ὁ στέφανος μετὰ τὴν νίκην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ φύλλα δάφνης, καὶ κρότος, καὶ βοὴ παρὰ τοῦ δήμου γινομένη, ἅπερ ἅπαντα, τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, κατεμαράνθη καὶ ἀπώλετο· ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν ταύτης ἱδρώτων στέφανος οὐδὲν αἰσθητὸν ἔχει, οὐδὲ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ συγκαταλυόμενον, ἀλλὰ διη-

νεκὴς, ἀθάνατος, ἅπασι τοῖς αἰῶσι συμπαρεκτεινόμενος. Καὶ ὁ μὲν πόνος πρὸς χρόνον βραχὺν, ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν πόνων ἀμοιβὴ τέλος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ εἴκει τῷ χρόνῳ, οὐδὲ μαραίνεται. Καὶ ἵνα μάθητε, ἰδοὺ D ὅσα ἔτη διελήλυθε, καὶ πόσαι γενεαὶ, ἐξ οὗ πατριάρχης οὗτος γέγονε· καὶ ὡς χθὲς καὶ σήμερον, οὕτω διαλάμπουσιν αὐτοῦ οἱ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς στέφανοι, καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς πᾶσι τοῖς εὖ φρονοῦσι διδασκαλίας ὑπόθεσις γίνεται.

laborum finem non habet, neque cedit tempori, neque marcescit. Et ut discatis, ecce quot anni præterierunt, quot generationes, a quo patriarcha hic in vivis fuit: et sicut heri et hodie, ita fulgent ejus pro virtute coronæ, et usque ad consummationem sæculi omnibus qui recte sapiunt argumentum et sermonis et doctrinæ.

Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τοῦ δικαίου τούτου ἡ ἀρετὴ, εἰς ζῆλον τούτου διεγερθῶμεν, καὶ ὀψὲ γοῦν ποτε τὴν οἰκείαν ἐπιγνόντες εὐγένειαν, τὸν πατριάρχην μιμησώμεθα, καὶ ἔννοιάν τινα λάβωμεν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιώμεθα, ὥστε μὴ τὸ σῶμα μόνον ὑγιαίνειν, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὰ διάφορα νοσήματα ἰατρεύειν. Ἐὰν γὰρ βου- E λώμεθα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, τῶν τοῦ σώματος παθῶν εὐκολώτερον τὰ τῆς ψυχῆς ἰασόμεθα νοσήματα. Οἷον γὰρ ἂν ἐνοχλῇ ἡμῖν πάθος, ἐὰν ἐθέλωμεν εὐσεβεῖ λογισμῷ ἐν νῷ ἀναλαβεῖν τὸ κριτήριον τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας, καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν ἡδὺ ἀπιδεῖν, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα ὀδύνην ἐγγινομένην ἡμῖν, [a] παραχρῆμα ἀποπτήσεται καὶ ἀποπηδήσει τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν, ἀλλ' εἰδότες ὅτι ἀγών ἐστι καὶ παλαίσματα, καὶ δεῖ παρατετάχθαι πρὸς τὴν μάχην, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῶν τὸν λογισμὸν ἀκμάζοντα καὶ νεαρὸν ἔχωμεν, ἵνα τῆς ἄνωθεν 425 συμμαχίας ἀπολαύοντες, τοῦ πονηροῦ τούτου θηρίου, A τοῦ ἐπιβούλου λέγω τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, τὴν κεφαλὴν συντρῖψαι δυνηθῶμεν. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ὁ Δεσπότης ἐπήγγελται λέγων· Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Νήφωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, ἵνα κατ' ἴχνος τοῦ πατριάρχου τούτου τὴν ἀρετὴν μετιόντες, τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ στεφάνων ἀξιωθῆναι δυνηθῶμεν, καὶ εἰς τοὺς τούτου καταντῆσαι κόλπους, καὶ διαφυγεῖν τὴν ἐν τῇ γεέννῃ κόλασιν, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι. Ἀλλ' B ἵνα πλείονα ζῆλον ἐν ὑμῖν ἐργαζώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ δικαίου τούτου μίμησιν ὑμᾶς διεγείρωμεν, φέρε πάλιν ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας διαλεχθῶμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἐπελθόντες τῶν ἑξῆς τὴν ἀκολουθίαν. Μετὰ γὰρ τὴν δαψιλῆ φιλοξενίαν ἐκείνην, οὐ τῇ ποιότητι ἢ ποσότητι τῶν ἐδεσμάτων κρινομένην, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ, τὸ δαψιλὲς τῆς γνώμης δεξάμενος παραχρῆμα τῆς φιλοξενίας τὰς ἀμοιβὰς ἐχαρίσατο. Καὶ μαθὼν τίς τε εἴη ὁ παραγεγονὼς, καὶ πόση ἡ τούτου δύναμις, μέλλουσιν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Σοδόμων καταστροφὴν ὁρμᾷν ἠκολούθησεν ὁ πατριάρχης συμ- C προπέμπων, φησίν. Ὅρα Δεσπότου φιλανθρωπίαν,

2. Proinde quia talis est virtus justi, ad æmulandum illum expergiscamur, et vel sero tandem nostram agnoscentes nobilitatem, patriarcham imitemur, et de salute nostra cogitemus, multa adhibita diligentia, ut non solum corpus sanum sit, sed et ut diversi animæ morbi curentur. Nam si voluerimus sobrii esse ac vigiles, facilius morbos animæ quam corporis emendabimus. Nam quoties nos affectio quæpiam perturbat, si voluerimus pia religiosaque mente cogitare judicium diei illius terribilis, et non ad præsentem voluptatem spectare, sed ad cruciatus quos propter illam feremus, statim ab anima nostra resiliet et avolabit. Eapropter ne simus negligentes, sed scientes agonem esse et certamen, ut in prælio hostibus nos objiciamus oportet, quotidie renovetur, ac vigorem juvenilem recipiat animus noster, ut superno freti præsidio, malæ hujus bestiæ, insidiatoris dico salutis nostræ, caput statim conterere valeamus. Ipse enim Dominus nobis promisit, dicens: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.* Vigilemus igitur, obsecro, ut vestigia hujus patriarchæ sequentes ad virtutem exercendam, easdam coronas mereri possimus, et ad ejus sinus pervenire, et effugere gehennæ pœnam, et assequi bona illa ineffabilia. Verum ut amplior fiat vestra æmulatio, et magis ad imitandum hunc justum vos provocemus: age iterum ex historia illius cum vestra caritate colloquentes, sequentia aggrediamur. Igitur post largam illam hospitalitatem, quam exercuit, non lautitia vel multiplicitate ferculorum, sed alacritate et liberalitate mentis æstimatam, statim hospitalitatis mercedem obtinuit: et didicit quisnam præsens ille esset, et quanta ejus virtus. Abituros illinc ad subvertenda Sodoma sequitur patriarcha, et honoris causa comitatur, inquit. Vide Domini clementiam et quanta benignitate indulgentiaque usus, simul justo honorem impen-

Facilius medemur animæ, quam corporis morbis.

Luc. 10. 19.

[a] Savil. et aliquot Mss. παραχρῆμα ἀφίπταται καὶ ἀποπηδᾷ. [Mox καὶ ante δεῖ suppleyimus e Savil. et Coisl.]

cit, et virtutem in anima ejus latentem detegere voluit. 16. *Cum surrexissent autem*, inquit, *viri, respexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrhæ*. De angelis dicit. Nam hic quidem in tabernaculo Abrahæ, et angeli, et eorum Dominus per idem tempus visi sunt : postea vero illi quidem ut ministri missi sunt ad subversionem illarum civitatum, ipse autem Dominus mansit, et quasi amicus amico justo communicabat quænam facturus esset. Unde illis profectis, 17. *Dixit*, inquit, *Dominus : Non celabo Abraham puerum meum, quæ ego faciam*. Magna Dei indulgentia, et omnem sermonem superans justo honor exhibetur. Vide namque quo pacto ipsum alloquatur quasi homo hominem, demonstrans nobis, quanto honore dignetur homines virtute præditos. Et ut ne putes honorem tantum justo concessum solius divinæ esse bonitatis, vide quomodo divina Scriptura doceat nos, ipsum sibi ipsi honoris fuisse auctorem, mandatis nempe divinis magna sedulitate obsequutum. Postquam enim dixit : *Non celabo Abraham puerum meum, quæ ego faciam*, non statim dicit quid futurum sit : consequens enim erat, ut pergens diceret se incensurum Sodoma. At dignum est, ut neque illud prætereamus : neque enim syllabam, neque apicem in divina Scriptura præterire oportet. Quantæ enim dignitatis esse putas id quod dicit, *Abraham puerum meum ?* quanti affectus ? quanti amoris ? Hoc enim potissimum monstrat eximiam dignitatem et honorem justo exhibitum. Deinde id quod dicebam, postquam dixit, *Non celabo* : non statim affert et dicit quod erat futurum ; sed quid ? Ut discamus non absque causa, neque temere Deum tantum erga illum declarare studium, inquit : 18. *Abraham autem futurus est in gentem magnam et multam, et in ipso benedicentur omnes gentes terræ*. 19. *Novi enim quod constituet filiis et domui suæ post se, et custodient vias Domini Dei, ut faciant justitiam et judicium, ut adducat Dominus super Abraham omnia quæcumque loquutus est ad eum*. Papæ, quanta benignitatis Domini magnitudo ! Quoniam postea inducturus erat excidium Sodomorum, nunc prius patriarcham ad fiduciam concitat, simul pollicens ei benedictionem maximam, ipsumque in magnam multitudinem futurum esse : docens eum quod mercedem hanc piæ suæ mentis accepturus sit. Cogita enim quanta sit patriarchæ

Non solus Deus honorem nobis conciliat, sed nos cum Deo.

ὅση συγκαταβάσει κέχρηται, δμοῦ καὶ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν δεικνὺς, καὶ ἐκκαλύψαι βουλόμενος τὴν ἀρετὴν τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ. Ἐξαναστάντες δὲ, φησὶν, οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας. Τοὺς ἀγγέλους φησίν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ ὁ τούτων Δεσπότης κατὰ ταὐτὸν ὤφθησαν· λοιπὸν δὲ οἱ μὲν ὡς ὑπηρέται ἀπεστέλλοντο ἐπὶ τὴν καταστροφὴν τῶν πόλεων ἐκείνων, ὁ δὲ ἔμενε, καθάπερ φίλος φίλῳ, μονονουχὶ κοινολογούμενος τῷ δικαίῳ, ἅπερ ἔμελλε ποιεῖν. Ἀπελθόντων τοίνυν ἐκείνων, Εἶπε, φησὶν, ὁ Κύριος· [a] οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου, ἃ ἐγὼ ποιῶ. Μεγίστη τοῦ Θεοῦ ἡ συγκατάβασις, καὶ πάντα λόγον ὑπερβαίνουσα ἡ εἰς τὸν δίκαιον τιμή. Ὅρα γὰρ πῶς πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, ὡσανεὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ διαλεξόμενος, δεικνὺς ἡμῖν ὅσης οἱ ἐυάρετοι ἀξιοῦνται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμῆς. Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς τῆς τοῦ Θεοῦ μόνον εἶναι ἀγαθότητος τὴν τσαύτην εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν, ὅρα πῶς ἡ θεία Γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ ταύτης τῆς τιμῆς αἴτιος κατέστη, μετὰ πολλῆς τῆς ὑπακοῆς τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ πειθόμενος ἐπιτάγμασιν. Εἰπὼν γὰρ, Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου, ἃ ἐγὼ ποιῶ, οὐκ εὐθέως λέγει τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἀκόλουθον γὰρ ἦν ἐπαγαγεῖν καὶ εἰπεῖν, ὅτι μέλλει τὰ Σόδομα ἐμπιπρᾶν. Ἀλλ' ἄξιον μηδὲ ἐκεῖνο παραδραμεῖν· οὐδὲ γὰρ συλλαβὴν οὐδὲ κεραίαν παρατρέχειν χρὴ τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων. Πόσης γὰρ οἴει τιμῆς εἶναι καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ λέγειν, Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ; πόσου φίλτρου ; πόσης διαθέσεως ; Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσι τὸ ἐξαίρετον, καὶ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμήν. Εἶτα, ὅπερ ἔλεγον, εἰπὼν, Οὐ μὴ κρύψω, οὐκ εὐθέως ἐπάγει καὶ λέγει τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τί ; Ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τοσαύτην περὶ αὐτὸν δείκνυται τὴν κηδεμονίαν, φησὶν· Ἀβραὰμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. Ἤδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ πάντα, ἃ ἐλάλησε πρὸς αὐτόν. Βαβαὶ, πόσον τῆς τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Ἐπειδὴ μέλλει μετὰ ταῦτα ἐπάγειν τὰ κατὰ τὴν καταστροφὴν Σοδόμων, προλαβὼν νῦν παραθαῤῥύνει τὸν πατριάρχην, δμοῦ καὶ τὴν μεγίστην εὐλογίαν αὐτῷ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὅτι εἰς πλῆθος ἔσται μέγα, καὶ διδάσκων αὐτὸν ὅτι ἀμοιβὴν ταύτην λαμβάνει τῆς φιλοθέου αὐτοῦ γνώμης. Ἐννόησον γὰρ ὅση ἐστὶν ἡ τοῦ πατριάρχου ἀρετὴ, ὅταν ὁ Θεὸς λέγῃ, Ἤδειν γὰρ ὅτι συν-

[a] In Bibliis Græcis legitur μὴ κρύψω, per interrogationem.

ταξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου. Πολλὴ τῆς ἀρετῆς ἡ ἐπίτασις· οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ ὧν αὐτὸς μέτεισι τὴν ἀρετὴν, τὰς ἀμοιβὰς δέχεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν διετάξατο τοῖς ἐξ αὐτοῦ τεχθεῖσι, δαψιλοῦς ἀξιοῦται τῆς ἀντιδόσεως· εἰκότως· αὐτὸς γὰρ λοιπὸν ἅπασι διδάσκαλος γέγονεν. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ προοίμια παρασχὼν, οὗτος καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γινομένων αἴτιος ἂν εἴη.

Καὶ ὅρα τοῦ Δεσπότου τὴν ἀγαθότητα. Οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἐν τῷ παρελθόντι ἀρετῆς ἀμείβεται τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς μελλούσης. Ἤδειν γὰρ, φησὶν, ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ, φησὶ, προγινώσκω τοῦ δικαίου τὴν γνώμην, διὰ τοῦτο προλαμβάνω ταῖς ἀμοιβαῖς. Οἶδε γὰρ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ ὅταν θεάσηται τὰ δέοντα βουλευομένους καὶ ὑγιῆ τὴν γνώμην ἐπιδεικνυμένους, καὶ χεῖρα ὀρέγει, καὶ πρὸ τῶν πόνων ἀμείβεται, προθυμοτέρους ταύτῃ κατασκευάζων· καὶ τοῦτο ἂν εὕροις ἐπὶ τῶν δικαίων ἁπάντων γινόμενον. Εἰδὼς γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ὥστε μὴ ἀπαγορεῦσαι πρὸς τὰ δυσχερῆ, μεταξὺ τῶν πόνων πολλάκις τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀντίληψιν καὶ τὰς ἀμοιβὰς παρέχει, ὥστε καὶ τὸν πόνον ἐπικουφίσαι, καὶ τὴν ὁρμὴν ἐπιτεῖναι. Ἤδειν γὰρ, φησὶν, ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου. Οὐ μόνον περὶ αὐτοῦ προλέγει ὅτι Συντάξει, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ὅτι Φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακὼβ αἰνιττόμενος. Τὰς ὁδοὺς Κυρίου, τοῦτ' ἔστι τὰ προστάγματα, τὰς ἐντολάς. Ποιεῖν γὰρ, φησὶ, δικαιοσύνην καὶ κρίσιν· μηδὲν τοῦ δικαίου προτιμᾷν, ἐκτὸς γίνεσθαι πάσης ἀδικίας. Τοῦτο γὰρ ἡ μεγίστη ἀρετή· διά τοι τοῦτο πάντα εἰς ἔργον ἐκβήσεται, ὅσα ἐλάλησε Κύριος πρὸς αὐτόν. Οἶμαι δὲ καὶ ἕτερόν τι αἰνίττεσθαι αὐτὸν διὰ τοῦ λέγειν, Ἀβραὰμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, ἀντὶ τοῦ, σὺ μὲν ὁ τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος, καὶ τοῖς ἐμοῖς προστάγμασι πειθόμενος, καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδεικνύμενος, εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ γενήσῃ· οἱ δὲ παράνομοι οὗτοι οἱ κατὰ τὴν τῶν Σοδόμων χώραν οἰκοῦντες, ἀφανισθήσονται ἅπαντες. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀρετὴ σωτηρίας ὑπόθεσις γίνεται τοῖς ταύτην μετιοῦσιν, οὕτως ἡ πονηρία ἀφανισμοῦ αἰτία καθίσταται. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ διὰ τῆς εὐλογίας, καὶ διὰ τῶν ἐπαίνων εἰς πλείονα παῤῥησίαν ἤγαγε τὸν δίκαιον, ἄρχεται τῆς ὑποθέσεως, καί φησι· Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται πρός με, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. Φοβερὰ τὰ εἰρημένα. Κραυγὴ Σοδόμων, φησὶ, καὶ Γομόῤῥας. Καίτοι καὶ ἕτεραι πόλεις μετ' αὐτῶν ἠφανίσθησαν, ἀλλ' ἐπειδὴ αὗται ἦσαν αἱ

virtus, quando Deus dicit : *Scio enim quod constituet filiis suis post se, et custodient vias Domini Dei.* Magna hæc est virtutis accessio : non enim tantùm mercedem accipit quia ipse bene egit; sed et quia præcepit natis suis, largas retributiones accipit, idque merito : siquidem ipse omnibus deinceps magister et doctor evasit. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorum quæ postea fiunt auctor est.

3. Et vide Domini bonitatem. Non solum pro præterita virtute, sed et pro futura justum remuneratur. *Scio enim*, inquit, *quod constituet filiis suis.* Quoniam, inquit, prænovi justi mentem, idcirco remunerationibus prævenio. Scit enim abdita cordis nostri, et quando videt consulentes ut oportet ac sanam præ se ferentes mentem, manum porrigit, et ante labores mercedem tribuit, alacriores hac ratione efficiens : id quod in justis omnibus fieri invenies. Nam cum sciat imbecillitatem humanæ naturæ, ut non in arduis homo animum despondeat, inter laborandum ita suum auxilium et remunerationes præbet, ut et labor sublevetur, et fervor crescat. *Novi enim*, inquit, *quod constituet filiis suis, et custodient vias Domini Dei.* Non solum de ipso prædicit, *Constituet*, sed et de filiis ejus, *Custodient vias Domini Dei*, Isaac et Jacob insinuans. *Vias Domini*, hoc est, mandata et præcepta. *Ut faciant*, inquit, *judicium et justitiam* : nihil præferendo justitiæ, et vivendo citra omnem injustitiam. Hæc enim maxima virtus est : propterea evenient omnia quæ loquutus est ei Dominus. Opinor autem et aliud quiddam significare, cum dicit : *Abraham autem futurus est in gentem magnam et multam* : quasi dicat : Tu quidem qui virtutem amplexaris, et meis obtemperas præceptis, obedientiamque præ te fers, in gentem magnam et multam eris : impii autem illi Sodomorum regionem inhabitantes disperibunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eam operantibus, ita et malitia interitus. Porro postquam benedictionibus et laudibus fiduciam majorem addidit justo, incipit id quod dicturus erat, et ait : 20. *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est apud me, et peccata eorum magna valde.* 21. *Cum igitur descendero, videbo utrum juxta clamorem ipsorum, qui ad me venit, perficiunt, necne, ut sciam.* Terribilia verba. *Clamor*, inquit, *Sodomorum et Gomorrhæ.* Quamvis et aliæ civitates simul perierint, sed quia hæ fuerunt clariores, ipsas solum commemoravit. *Multiplicatus est apud me, et peccata eorum magna valde.* Vide quomodo

mala coacerventur. Non solum magna est multitudo clamoris, sed etiam injustitiæ. Nam illud, *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est*, opinor significare, ipsos cum inenarrabili et veniam nullam merente iniquitate multas etiam injustitias alias exhibuisse: et insurrexisse potentiores contra invalidiores, ditioresque contra pauperes. Proinde non solum, inquit, magnus erat planctus clamoris, sed et peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed magna, atque ingentia. Insolitum enim iniquitatis modum excogitaverunt, et alienas et illicitas coeundi leges invenerunt. Atque tanta erat malitiæ proclivitas, ut omnes omni malo replerentur, et nullam postea correctionem admitterent, dignique essent qui penitus abolerentur: neque enim incurabiles illorum morbi medicos ferebant. Postea docens omne hominum genus, licet magna valde et explorata sint peccata, non antea tamen pronuntiandam sententiam, quam manifestæ probationes adsint, inquit: *Cum descendero, videbo utrum juxta clamorem ipsorum, qui ad me venit, perficiant, necne, ut sciam.* Quid sibi vult, et cur sermonem suum ita attemperat? *Cum descendero*, inquit, *videbo.* Numquid de loco in locum transit universorum Dominus? Absit. Non hoc sibi vult; sed ut dixi, crassiori sermone nos instituere cupit, magna opus esse diligentia: et non auditu solo peccatores condemnandos esse, neque sententiam ferendam, nisi comprobatio præcedat. Audiamus hæc omnes. Non enim solum ii qui pro tribunali sedent, observare hanc legem debent, sed et nullus umquam ob nudam accusationem proximum condemnet. Idcirco enim et post hæc beatus Moses Spiritu sancto afflatus admonet, dicens: *Auditum vanum ne accipias.* Et beatus Paulus, scribens, clamabat: *Tu autem cur judicas fratrem tuum?* Christus quoque præcipiens discipulis suis, et docens Judæorum multitudinem, scribas eorum, et Pharisæos, *Nolite*, inquit, *judicare, ut non judicemini.* Cur enim, inquit, ante tempus invadis judicis jus? cur prævenis diem illum terribilem? Vis judex esse? Judica temetipsum, et tua delicta. Nullus est qui vetet. Sic enim et peccata tua emendabis, et nihil ex hoc incommodi capies. Quod si relictis rebus tuis sedes ad judicandum alios, majores te tibi ipsi colligere peccatorum sarcinas non sentis. Idcirco, obsecro, fugiamus omnino a condemnandis aliis. Nam etsi judiciariæ potestatis non sis particeps, attamen judicasti mente, et peccato fecisti te obnoxium, quando nulla demonstratione accepta, sed sæpenumero sola suspi-

Non sunt auditu solo condemnandi rei.

Exod. 23. 1.

Rom. 14. 10.

Matth. 7. 1.

περιφανέστεραι, τούτων ἐμνημόνευσεν. Πεπλήθυνται B πρός με, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Ὅρα τῶν κακῶν τὴν ἐπίτασιν. Οὐ μόνον πολὺ τὸ πλῆθος τῆς κραυγῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀδικίας. Τὸ γὰρ, Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται, οἶμαι σημαίνειν, ὅτι μετὰ τῆς παρανομίας ἐκείνης τῆς ἀφάτου καὶ πάσης συγγνώμης ἀπεστερημένης, καὶ ἑτέρας ἀδικίας πολλὰς ἐπεδείκνυντο, οἱ δυνατώτεροι κατεξανιστάμενοι τῶν ἀσθενεστέρων, οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων. Οὐ μόνον τοίνυν, φησὶ, πολὺ τῆς κραυγῆς τὸ πένθος, ἀλλὰ καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν οὐχ αἱ τυχοῦσαί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλαι, καὶ σφόδρα μεγάλαι. Ξένον γὰρ τρόπον παρανομίας ἐπενόησαν, C καὶ ἀλλοκότους καὶ ἀθέσμους τῶν μίξεων νόμους ἐφεῦρον, καὶ τοσαύτη τῆς κακίας ἡ φορὰ, ὡς ἅπαντας τῆς λύμης ἀναπλησθῆναι πάσης, καὶ μηδεμίαν λοιπὸν διόρθωσιν αὐτοὺς ἐπιδέχεσθαι· ἀλλ' ἀφανισμοῦ δεῖσθαι παντελοῦς· οὐδὲ γὰρ ἰατρείαν λοιπὸν ἐπιδέχεται τὰ τούτων πάθη ἀνίατα γεγονότα. Εἶτα παιδεύων ἅπασαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, κἂν μεγάλα ᾖ σφόδρα τὰ ἁμαρτήματα καὶ ὡμολογημένα, μὴ πρότερον τὰς ψήφους ἐκφέρειν, πρὶν ἂν ἐναργεῖς ἀποδείξεις γένωνται, φησί· Καταβὰς ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται τὴν ἐρχομένην πρός με· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. Τί βούλεται τῆς λέξεως ἡ συγκατάβασις; Καταβὰς, φησὶν, ὄψομαι. Τόπον γὰρ ἐκ D τόπου μεταβαίνει ὁ τῶν ὅλων Θεός; Οὐχὶ, μὴ γένοιτο. Οὐ τοῦτο λέγει, ἀλλ' ὅπερ πολλάκις ἔφην, τῇ παχύτητι τῆς λέξεως ἡμᾶς παιδεῦσαι βούλεται, ὅτι δεῖ πολλῇ τῇ ἀκριβείᾳ κεχρῆσθαι, καὶ μήτε ἀπὸ ἀκοῆς καταδικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, μήτε ἄνευ ἀποδείξεως τὰς ψήφους ἐκφέρειν. Ἀκούωμεν ταῦτα ἅπαντες. Οὐ γὰρ μόνον οἱ τὸν δικαστικὸν θρόνον ἐπέχοντες, τοῦτον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἕκαστος μηδέποτε ἀπὸ ψιλῆς διαβολῆς κατακρίνειν τὸν πλησίον. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ E μετὰ ταῦτα ὁ μακάριος οὗτος Μωϋσῆς ἐνηχούμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος παρῄνει, λέγων· Ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέξῃ. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος γράφων ἔβόα· Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; Καὶ ὁ Χριστὸς διατασσόμενος τοῖς μαθηταῖς, καὶ διδάσκων τῶν Ἰουδαίων τὸ πλῆθος, τοὺς γραμματέας αὐτῶν καὶ Φαρισαίους, ἔλεγε· Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Τί γὰρ, φησὶ, πρὸ καιροῦ ἁρπάζεις τὸ τοῦ δικαστοῦ ἀξίωμα; τί προλαμβάνεις τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβεράν; Βούλει κριτὴς εἶναι; Σαυτοῦ γίνου, καὶ τῶν σοι πεπλημμεληκότων. Οὐδεὶς ὁ κωλύων. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἡμαρτημένα σοι διορθώσῃ, καὶ οὐδεμίαν 428 A ἐκ τοῦ πράγματος ὑποστήσῃ βλάβην. Ἐὰν δὲ τὰ κατὰ σαυτὸν καταλιπὼν ἑτέρους καθέζῃ κρίνων, μείζονα σαυτῷ τὰ φορτία τῶν ἁμαρτημάτων συλλέγων οὐκ αἰσθάνῃ. Διὸ, παρακαλῶ, φεύγωμεν πάντῃ τὸ κατα-

δικάζειν τοὺς πλησίον. Εἰ γὰρ καὶ τῆς ἐξουσίας τῆς δικαστικῆς οὐ μετέχεις, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ κατέκρινας, καὶ ὑπεύθυνον τῷ ἁμαρτήματι πεποίηκας, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν δεξάμενος, ἀλλὰ πολλάκις ἐξ ὑποψίας καὶ διαβολῆς ψιλῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔβόα λέγων· Τὸν καταλαλοῦντα λάθρᾳ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον.

Εἶδες ἀρετῆς ὑπερβολήν; Οὐ μόνον οὐ παρεδέχετο αὐτὸς τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ ἀπήλαυνε τὸν τοῦ ἀδελφοῦ καταλαλεῖν βουλόμενον. Ἐὰν τοίνυν βουλώμεθα καὶ ἡμεῖς ἐλαττοῦν τὰ ἑαυτοῖς ἐπταισμένα, τοῦτο μάλιστα πάντων φυλαττώμεθα, μήτε καταψηφίζεσθαι τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων, μήτε τοὺς καταλαλεῖν ἐπιχειροῦντας προσίεσθαι, μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν προφήτην ἀπελαύνειν; καὶ πάντῃ ἀποστρέφεσθαι. Τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὸν προφήτην Μωϋσῆν δηλοῦν διὰ τοῦ λέγειν, Ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέξῃ. Διά τοι τοῦτο καὶ νῦν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης τοσαύτῃ παχύτητι λέξεως ἐχρήσατο πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καί φησι· Καταβὰς ὄψομαι. Τί γάρ; Οὐκ ἠπίστατο; οὐκ ᾔδει τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων; οὐκ ἐγίνωσκε τὸ ἀδιόρθωτον τῶν ἐπταισμένων; Ἀλλ' ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ συντιθεὶς τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναισχύντως ἐγκαλεῖν βουλομένοις, καὶ δεικνὺς αὐτῶν τὸ ἀκάθεκτον, καὶ τὴν πολλὴν σπάνιν τῆς ἀρετῆς, τοσαύτῃ κέχρηται τῇ μακροθυμίᾳ. Τάχα δὲ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ τῷ δικαίῳ ἀφορμὴν παρασχεῖν δεῖξαι τῆς γνώμης αὐτοῦ τὸ συμπαθὲς καὶ τὸ φιλόστοργον. Οἱ μὲν οὖν ἄγγελοι, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, ἀπῆλθον εἰς τὰ Σόδομα· ὁ δὲ πατριάρχης εἱστήκει ἐναντίον Κυρίου. Καὶ ἐγγίσας, φησὶν, Ἀβραὰμ εἶπε· μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής; Ὢ τῆς τοῦ δικαίου παῤῥησίας, μᾶλλον δὲ, ὦ ψυχῆς συμπάθεια· ὅπως τῇ τῆς συμπαθείας μέθῃ καρωθεὶς οὐδὲ ὃ λέγει συνίησι. Καὶ δεικνύουσα ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι μετὰ φόβου πολλοῦ καὶ τρόμου τὴν ἱκεσίαν ποιεῖται, φησίν· Ἐγγίσας Ἀβραὰμ εἶπε· μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς; Τί ποιεῖς, ὦ μακάριε πατριάρχα; Τῆς παρὰ σοῦ δεῖται παρακλήσεως ὁ Δεσπότης, ὥστε μὴ τοῦτο ποιῆσαι; Ἀλλὰ μὴ τοῦτο νοήσωμεν· οὐδὲ γὰρ ὡς τοῦ Δεσπότου τοῦτο ποιεῖν μέλλοντος λέγει, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐξ εὐθείας διὰ τὸν ἀδελφιδοῦν εἰπεῖν οὐκ ἐθάῤῥει, κοινὴν ὑπὲρ ἁπάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, βουλόμενος μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτον διασῶσαι, καὶ μετὰ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαρπάσαι· καὶ ἄρχεται τῆς παρακλήσεως, καί φησιν· Ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολέσεις αὐτούς; Οὐκ ἀνήσεις ἅπαντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων, ἐὰν ὦσιν ἐν αὐτῇ; [a] Μηδαμῶς· οὐ ποιήσεις τὸ ῥῆμα τοῦτο, τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ

cione, et tenui accusatione condemnas. Quapropter beatus David clamabat dicens: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* *Psal.* 100. 5.

B 4. Vidisti virtutis eminentiam? Non solum non recipiebat quæ dicebantur, sed et abigebat volentem fratri suo maledicere. Igitur si et nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maxime omnium servemus, nec condemnemus fratres nostros, neque detrahere cupientes admittamus: imo secundum prophetam abigamus, et omnino aversemur. Hoc enim opinor et prophetam Mosem insinuare, cum dicit: *Auditum vanum ne acceperis.* Et hac de causa etiam nunc Dominus tam crasso sermone usus est in utilitatem animarum nostrarum. Dicit enim: *Cum descendero autem, videbo.* Cur enim? Num nesciebat? ignorabatne peccatorum magnitudinem? an nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Absit. Verum quasi satisfactionem quamdam affert iis qui posthac impudenter accusare volent: et monstrando eorum pervicaciam et virtutis penuriam, tanta usus est patientia. Fortassis autem non propter hoc solum, sed et ut justo detur occasio declarandi mentem suam misericordiæ plenam, et bene in alios affectam. Angeli enim, ut dixi, abierant in Sodoma: patriarcha vero stabat coram Domino: 23. *Et ut appropinquavit*, inquit, *Abraham, dixit: Numquid perdes simul justum cum impio, et erit justus sicut impius?* O justi viri fiduciam! imo, o quanta animi commiseratio! quomodo commiserationis ebrietate gravatus nescit quid dicat. Et ostendens divina Scriptura, ipsum magno timore et tremore preces fundere, ait: *Ut appropinquavit Abraham, dixit: Numquid perdes simul justum cum impio?* Quid facis, o beate patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione Dominus, ut ne hoc faciat? Verum ne hoc cogitemus: non enim quasi Domino hoc facturo dicit, sed quia manifeste propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus fundit preces, volens cum aliis et hunc servare, et cum hoc etiam alios eripere: incipitque patrocinari, ac dicit: 24. *Si fuerint quinquaginta justi in civitate, num perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta justos, si inventi fuerint in ea?* 25. *Nequaquam facies verbum hoc, ut occidas*

Aliena famæ parcendum. Exod. 23. 1

[a] In Bibliis Græcis μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο.

justum cum impio, et sit justus sicut impius. *Nequaquam. Qui judicas omnem terram, non facies judicium?* Vide quomodo et in hac oratione suam religiosam et piam mentem declarat, et judicem omnis terræ confitetur, precaturque ne pereat justus cum injusto. Postea mitis et benignus Dominus annuit petitioni, et dicit: Facio id quod dixisti, et accipio tuam petitionem. 26. *Si inveniuntur quinquaginta justi in civitate, propter illos parcam toti loco.* Dabo hoc, inquit, quinquaginta justis, si inventi fuerint, et aliis salutem impertiam, et petitionem tuam implebo. Verum videamus justum illum, quomodo arrepta fiducia, et agnita clementia Dei, iterum aliam petitionem affert, et inquit: 27. *Nunc cœpi loqui ad Dominum meum, ego autem sum terra et cinis.* Ne putes, inquit, Domine, me ignorare meipsum, et transgredi mensuram, et tanta uti fiducia. Scio enim, me terram esse et cinerem: sed sicut hoc scio, et manifeste scio, ita neque illud ignoro, copiosam esse tuæ clementiæ magnitudinem, et te divitem esse bonitate, velleque omnes homines salvos fieri. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos perderes, nisi magna esset peccatorum copia? Idcirco iterum oro et precor, 28. *Si pauciores quinquaginta inventi fuerint, et quadraginta quinque fuerint in civitate justi, non salvabis civitatem? Et dixit: Si inventi fuerint quadraginta quinque, non perdam.* Quis pro dignitate Dominum omnium laudarit, ob tantam patientiam atque indulgentiam: vel justum beatum prædicarit, tanta præditum fiducia? 29. *Et adjecit,* inquit, *ultra loqui, et dixit: Si inventi fuerint ibi quadraginta? Et dixit: Non perdam propter quadraginta.* Exin quasi reveritus ineffabilem Dei patientiam justus, et timens ne forte precando videatur transcendere modum, dicit: 30. *Numquid, Domine, si loquar: Si inventi fuerint ibi triginta?* Quia paratum invenit ad misericordiam, non jam paulatim diminuit, neque quinque justos detrahit, sed decem, et sic affert patrocinium: *Si inventi fuerint illic triginta? Et dixit: Non perdam, si invenerim illic triginta.* Animadverte quanta justi constantia; quas ipse foret obnoxius sententiæ, ita eripere studet a pœna Sodomitarum gentem. 31. *Et dixit, quoniam possum loqui ad Dominum: Si inventi fuerint ibi viginti? Et dixit: Non perdam propter viginti.* Omnem

429 A ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής. Μηδαμῶς. Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; Ὅρα πῶς καὶ ἐν τῇ ἱκεσίᾳ δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον, καὶ κριτὴν πάσης τῆς γῆς ὁμολογεῖ, καὶ ἀξιοῖ μὴ συναπολέσαι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. Εἶτα ὁ ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐπινεύει τῇ αἰτήσει, καί φησι· ποιῶ ὅπερ εἴρηκας, καὶ δέχομαί σου τὴν παράκλησιν. Ἐὰν εὑρεθῶσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, δι' ἐκείνους ἀφήσω πάντα τὸν τόπον. Χαρίζομαι, φησὶ, τοῖς πεντήκοντα δικαίοις, ἐὰν εὑρεθῶσι, τῶν λοιπῶν τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν αἴτησιν τὴν σὴν εἰς ἔργον ἀγάγω. Ἀλλ' ἴδωμεν τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως παῤῥησίας ἐπιλαβόμενος, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν B εἰδὼς, πάλιν δευτέραν αἴτησιν προσάγει, καί φησι· Νῦν ἠρξάμην λαλῆσαι πρὸς τὸν Κύριόν μου· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. Μὴ νομίσῃς, φησὶ, Δέσποτα, ἀγνοεῖν με ἐμαυτὸν, καὶ ὑπερβαίνειν με τὸ μέτρον, καὶ τοσαύτῃ κεχρῆσθαι τῇ παῤῥησίᾳ. Οἶδα γὰρ ὅτι γῆ εἰμὶ καὶ σποδός· ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο οἶδα, καὶ σαφῶς ἐπίσταμαι, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ, ὅτι πολὺ τὸ μέγεθος τῆς σῆς φιλανθρωπίας, [a] καὶ ὅτι πλούσιος εἶ ἐν ἀγαθότητι, καὶ βούλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι. Ὁ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγὼν, πῶς ἄν ποτε γενομένους ἀπολέσῃς, εἰ μὴ πολλὴ τῶν ἁμαρτημάτων C ἦν ἡ φορά; Δι' ὃ δέομαι πάλιν καὶ ἀξιῶ, Ἐὰν ἐλάττους τῶν πεντήκοντα εὑρεθῶσι, καὶ τεσσαράκοντα πέντε ὦσιν ἐν τῇ πόλει δίκαιοι, οὐ σώσεις τὴν πόλιν; Καὶ εἶπεν· ἐὰν εὑρεθῶσι τεσσαράκοντα πέντε, οὐ μὴ ἀπολέσω. Τίς ἂν κατ' ἀξίαν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ὑμνήσειε τῆς τοσαύτης μακροθυμίας καὶ συγκαταβάσεως, ἢ τὸν δίκαιον μακαρίσειε τοσαύτης ἀπολαύσαντα παῤῥησίας; Καὶ προσέθηκε, φησὶν, ἔτι λαλῆσαι, καὶ εἶπεν· ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τεσσαράκοντα; Καὶ εἶπεν· οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν τεσσαράκοντα. Εἶτα λοιπὸν ὥσπερ αἰδεσθεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον μακρο- D θυμίαν ὁ δίκαιος, καὶ δεδιὼς μήποτε καὶ δόξῃ ὑπερβαίνειν, καὶ πέρα τοῦ μέτρου τὴν ἱκεσίαν ποιεῖσθαι, φησί· Μή τι, Κύριε, ἐὰν λαλήσω· ἐὰν εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τριάκοντα; Ἐπειδὴ εἶδεν ἕτοιμον πρὸς φιλανθρωπίαν, οὐκ ἔτι κατὰ μικρὸν καθυφίησιν, οὐδὲ πέντε δικαίους [b] παραλιπὼν, ἀλλὰ δέκα, οὕτω προσάγει τὴν παράκλησιν, καί φησιν· Ἐὰν εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τριάκοντα; Καὶ εἶπεν· οὐ μὴ ἀπολέσω, ἐὰν εὕρω ἐκεῖ τριάκοντα. Σκόπει πόση τοῦ δικαίου ἡ εὐτονία· καθάπερ E αὐτὸς μέλλων ὑπεύθυνος τῇ ψήφῳ γίνεσθαι, οὕτω πολλὴν τίθεται τὴν σπουδὴν ἐξαρπάσαι τῆς μελλούσης ἐπάγεσθαι τιμωρίας τὸ τῶν Σοδομιτῶν ἔθνος. Καὶ εἶπεν· ἐπειδὴ ἔχω λαλῆσαι πρὸς τὸν Κύριον, ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ εἴκοσι; Καὶ εἶπεν· οὐ μὴ ἀπολέσω

[a] Savil. ὅτι πηγάζεις ἐν ἀγαθότητι. Tres Mss. ὅτι πηγάζῃ ἐν. Morel. ut in textu.

[b] Aliquot Mss. παραλαβών.

ἕνεκεν τῶν εἴκοσι. Πάντα λόγον ὑπερβαίνει καὶ πᾶσαν ἔννοιαν ἡ τοῦ Δεσπότου ἀγαθότης. Τίς γὰρ ἡμῶν τῶν ἐν μέσῳ μυρίων κακῶν στρεφομένων εἵλετό ποτε κατὰ τῶν ὁμογενῶν ψῆφον ἐκφέρων τοσαύτῃ χρήσασθαι συγκαταβάσει καὶ φιλανθρωπίᾳ;

Ἀλλ' ὅμως ὁ δίκαιος οὗτος ὁρῶν τὸν πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας οὐχ ἵσταται, ἀλλὰ πάλιν φησί· Μή τι, Κύριε, ἐὰν λαλήσω ἔτι ἅπαξ; Ἐπειδὴ γὰρ ἄφατος ἦν ἡ μακροθυμία, διὰ τοῦτο δεδοικὼς μὴ καὶ εἰς ἀγανάκτησιν τὴν κατ' αὐτοῦ κινήσειε τὸν παρακαλούμενον, φησί· Μή τι, Κύριε; Μὴ προπετές τι ποιῶ; μὴ ἀναίσχυντόν τι ἐπιδείκνυμι; μὴ καταγνώσεως ἄξιον πρᾶγμα διαπράττομαι, ἐὰν λαλήσω ἔτι ἅπαξ; Μετὰ τῆς πολλῆς ἐκείνης ἀγαθότητος ἔτι μίαν ἱκεσίαν δέξαι παρ' ἐμοῦ. Ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ δέκα; Καὶ εἶπεν· οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν δέκα. Καὶ ἐπειδὴ προλαβὼν εἶπεν· Ἔτι ἅπαξ λαλήσω; Ἀπῆλθε, φησὶ, Κύριος, ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Ἀβραάμ· καὶ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Εἴδετε τοῦ Δεσπότου τὴν συγκατάβασιν; εἴδετε τοῦ δικαίου τὴν φιλοστοργίαν; ἐμάθετε ὅση ἡ ἰσχὺς τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων; Ἐὰν γὰρ εὑρεθῶσι, φησὶ, δέκα δίκαιοι, δι' ἐκείνους πᾶσι τὴν συγχώρησιν τῶν ἡμαρτημένων δωροῦμαι. Οὐ καλῶς ἔλεγον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐγένετο, ἵνα μηδεμία καταλίπηται τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναισχυντοῦσιν ἀντιλογίας ἀφορμή; Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ τῶν μεμηνότων, ἀκόλαστον γλῶτταν ἔχοντες, καὶ αἰτιᾶσθαι βουλόμενοι καὶ λέγοντες· τίνος ἕνεκεν ἐνεπρήσθη τὰ Σόδομα; Εἰ μακροθυμίας ἀπήλαυσαν, ἴσως ἂν μετενόησαν. Διὰ τοῦτο δείκνυσί σοι [a] τῆς κακίας τὴν ἐπίτασιν, καὶ ὅτι ἐν τοσούτῳ πλήθει τοσαύτη ἦν σπάνις ἀρετῆς, ὡς ἑτέρου κλυδωνίου τοιούτου δεῖσθαι, οἷον πρότερον κατέλαβε τὴν οἰκουμένην. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπόσχεσίς ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὥστε μηκέτι τοιαύτην ἐπενεχθῆναι τιμωρίαν, διὰ τοῦτο ἕτερον τρόπον τιμωρίας ἐπάγει, δμοῦ κἀκείνους ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἄγων, καὶ τοῖς ἑξῆς ἅπασι διηνεκῆ τὴν διδασκαλίαν παρεχόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνέτρεψαν τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ ξένας καὶ παρανόμους ἐπενόησαν μίξεις, διὰ τοῦτο ξένον τιμωρίας τὸν τρόπον ἐπήγαγε, διὰ τὴν ἐκείνων παρανομίαν καὶ τῆς γῆς τὴν γαστέρα πηρώσας, καὶ καταλιπὼν ὑπόμνημα διηνεκὲς ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς, ὥστε μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἵνα μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπέσωσι. Καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ εἰς τοὺς τόπους ἀφικνεῖσθαι ἐκείνους, καὶ ὁρᾷν αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν γῆν βοῶσαν καὶ δεικνύουσαν τῆς τιμωρίας τὰ ἴχνη, καὶ μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν, ὡς χθὲς καὶ πρώην ἐπαχθείσης τῆς τιμωρίας, οὕτω καταφανὴς ἡ ἀγανάκτησις δείκνυται. Δι' ὃ, παρακαλῶ, ἐξ ὧν ἕτεροι τὴν δίκην ἔδοσαν ἡμεῖς σωφρονιζώμεθα. Ἀλλ'

sermonem transcendit et omnem cogitationem Domini bonitas. Quis enim nostrum, qui in medio infinitorum malorum versamur, vellet ferendo sententiam contra proximos tanta uti indulgentia atque clementia?

5. Verumtamen justus ille videns divitias clementiæ Dei, non subsistit, sed iterum dicit: 32. *Numquid, Domine, si loquar adhuc semel?* Nam quia ineffabilis erat tolerantia, propter hoc reveritus ne et indignationem adversus se moveret ejus qui rogabatur, dicit: *Numquid, Domine?* Num temerarium quiddam facio? dicit: num impudentiam præ me fero? num opus condemnatione dignum facio, si loquar adhuc semel? Pro magna et inenarrabili bonitate tua adhuc unam orationem accipito a me. *Si autem inventi fuerint illic decem? Et dixit: Non perdam propter decem.* Et quia prius dixit: *Adhuc semel loquar?* 33. *Abiit*, inquit, *Dominus postquam cessaverat loqui Abrahæ; et Abraham reversus est in locum suum.* Vidistis Dominum ad nostram infirmitatem se demittentem? vidistis et justi erga alios affectum? didicistis quanta vis sit eorum qui virtutem exercent? Si enim inventi fuerint, inquit, decem justi, propter illos omnibus remissionem concedo peccatorum. Non bene dicebam, hæc omnia facta esse, ut nulla postea relinquatur impudenter loquentibus contradicendi occasio? Sunt enim multi insanientium, qui infreni lingua et reprehendere et dicere audent: Quare incensa sunt Sodoma? Si patienter tulisset eos Dominus, forte pœnitentiam egissent. Propter hoc ostendit tibi nequitiæ exsuperantiam; ita ut in tanta multitudine tanta virtutis penuria fuerit, ut alio quodam diluvio indigeret, et quale prius in mundo fuit. Sed quia promissio Dei est, ut non ultra tale inferatur supplicium, propterea alium pœnæ modum excogitat, simul de illis pœnas sumens, et posteris omnibus perpetuam præbens doctrinam. Quoniam enim naturæ leges subverterant, et alienos illicitosque excogitarant coitus, idcirco insolitum supplicii modum induxit propter illorum iniquitatem: et terræ viscera inutilia reddens, et relicto posteris monimento perpetuo, ut ne eadem aggressi in easdem incidant pœnas. Licet autem volenti ad loca illa pergere videre ipsam terram, ut ita dicam, clamantem et ostendentem supplicii vestigia post tam multos annos, quasi heri vel hodie impressa:

[a] Sex Mss. *τῆς αἰτίας τὴν ἐπίτασιν.*

tam manifesta ostenditur indignatio. Ideo obsecro, ut alieni supplicii exemplo nos castigemur. Sed forte dixerit aliquis : Quid ergo? cur illi pœnas dederunt? nonne sunt etiam nunc multi qui eadem committunt scelera, neque tamen puniuntur? Etiam : sed hoc potissimum majorem pœnam conciliabit iis qui talia perpetrant. Quando enim non castigamur ex iis quæ illis acciderunt, et nec quidpiam nobis provenit lucri ex patientia Dei, cogita quomodo illum inexstinguibilem ignem vehementius nobismetipsis succendimus, et accerbum vermem paramus. Verumtamen, quia propter gratiam Dei sunt et nunc multi virtute præditi, qui placare possunt Dominum, sicut tunc patriarcha : tametsi nos, cum nos ipsos attendimus, et nostram videmus desidiam, putamus miram virtutis raritatem : attamen propter illorum virtutem; erga alios Deus patientiam exhibet. Et ut scias talium hominum fiducia nobis Dei patientiam conciliari, audi ex hac ipsa historia, quid dicat patriarchæ : *Si decem justos invenero, non perdam civitatem.* Et quid dico decem justos? Nullus inventus illic ab iniquitate alienus; nisi solus Lot justus, et ejus duæ filiæ. Uxor enim propter ipsum forte pœnam civitatis effugit, postea tamen pœnam dedit ignaviæ suæ. Nunc autem propter ineffabilem Dei misericordiam, quia pietas incrementum sumsit, multi etiam in mediis civitatibus latentes possunt placare Deum, et alii in montibus et speluncis, paucorumque virtus multorum tegere valet malitiam. Multa enim Domini bonitas est, et sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico, propter paucos justos? Sæpe, quando non inventus est in præsenti vita justus, propter defunctorum virtutem, viventium miseretur et curam habet : unde clamat dicens : *Protegam civitatem hanc propter me, et propter David puerum meum;* quasi diceret : Licet ipsi indigni sint qui serventur, et nullam salutis habeant occasionem : verum quia solitus sum misericorditer agere, et ad miserandum promptus sum et ad eripiendum e calamitatibus, propter meipsum, et propter puerum meum David protegam : et qui ante tot annos e vita migravit, hic auctor est salutis iis qui sua esse perdiderant desidia. Vidisti clementiam Domini, quomodo eos qui virtute pollent, honore afficit, præponit, et toti multitudini æqui-

Proborum causa Deus patienter fert peccatores.

4. Reg. 19. 34.

ἴσως εἴποι τις ἄν· τί οὖν; ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οὕτως ἐκολάσθησαν, οὐκ εἰσὶ καὶ νῦν πολλοὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις παρανομοῦντες, καὶ μὴ κολαζόμενοι; Ναί· [b] ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον τιμωρίαν προξενήσει τοῖς τοιαῦτα παρανομοῦσι. Ὅταν γὰρ μήτε ἐκ τῶν εἰς ἐκείνους συμβεβηκότων σωφρονιζώμεθα, μήτε ἀπὸ τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ κερδαίνωμέν τι, ἐννόησον καὶ ὅπως ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον πῦρ σφοδρότερον ἑαυτοῖς ὑπανάπτωμεν, καὶ τὸν σκώληκα πικρὸν ἐργαζώμεθα. Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ πολλοὶ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν εἰσὶ καὶ νῦν ἐνάρετοι, 431 A δυσωπεῖν δυνάμενοι τὸν Δεσπότην, καθάπερ τότε ὁ πατριάρχης· εἰ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ τὰ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖν, καὶ πρὸς τὴν ῥᾳθυμίαν ἀφορᾷν τὴν ἡμετέραν, νομίζομεν πολλὴν εἶναι τὴν σπάνιν τῆς ἀρετῆς· ὅμως διὰ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν τὴν περὶ τούτους μακροθυμίαν ἐπιδείκνυται. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ τῶν τοιούτων παῤῥησία τῆς μακροθυμίας ἡμῖν πρόξενος γίνεται, ἄκουσον ἐξ αὐτῆς ταύτης τῆς ἱστορίας, τί φησι πρὸς τὸν πατριάρχην, ὅτι Ἐὰν δέκα δικαίους εὕρω, οὐ μὴ ἀπολέσω τὴν πόλιν. Καὶ τί λέγω δέκα δικαίους; Οὐδεὶς εὑρέθη ἐκεῖ τῆς παρανομίας ἐκτὸς, εἰ μὴ μόνος Λὼτ ὁ B δίκαιος, καὶ αἱ τούτου δύο θυγατέρες. Ἡ γὰρ γυνὴ δι' αὐτὸν ἴσως τὴν ἐν τῇ πόλει τιμωρίαν διαφυγοῦσα, ὕστερον τὴν δίκην ἔδωκε δι' οἰκείαν ῥᾳθυμίαν. Νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ἐπειδὴ ἐπέδωκε τὰ τῆς εὐσεβείας, πολλοὶ καὶ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι λανθάνοντές εἰσι, δυνάμενοι δυσωπεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἕτεροι, καὶ ἡ τῶν ὀλίγων τούτων ἀρετὴ τὴν τῶν πολλῶν κακίαν ἀποκρύψαι δύναται· ἐπεὶδὴ πολλὴ τοῦ Δεσπότου ἡ ἀγαθότης, καὶ πολλάκις οἶδε δι' ὀλίγους δικαίους τῶν πολλῶν χαρί- C ζεσθαι τὴν σωτηρίαν. Καὶ τί λέγω δι' ὀλίγους δικαίους; Πολλάκις, ὅταν μὴ εὑρεθῇ ἐν τῷ παρόντι βίῳ δίκαιος, διὰ τὴν τῶν τετελευτηκότων ἀρετὴν τῶν ζώντων κήδεται, καὶ βοᾷ λέγων· Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν παῖδά μου. Εἰ καὶ αὐτοὶ, φησὶν, ἀνάξιοί εἰσι τοῦ σώζεσθαι, καὶ οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἔχουσι σωτηρίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ φιλανθρωπεύεσθαι σύνηθες ἐμοὶ, καὶ περὶ τὸ ἐλεεῖν εἶμι ἕτοιμος, καὶ ἐξαρπάζειν τῶν δεινῶν, δι' ἐμαυτὸν ποιήσω καὶ διὰ τὸν παῖδά μου Δαυὶδ ὑπερασπισμόν· καὶ ὁ πρὸ τοσούτων ἐτῶν τοῦ βίου μεταστὰς, οὗτος αἴτιος τῆς σωτηρίας γίνεται τοῖς ὑπὸ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προδε- D δομένοις. Εἶδες φιλανθρωπίαν Δεσπότου, πῶς τιμᾷ τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας· πῶς αὐτοὺς προτίθησι, καὶ ἀνταξίους δείκνυσι παντὸς τοῦ πλήθους; Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε· Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Οὗτος ἅπας, φησὶν, ὁ

[b] Savil. et quatuor Mss. ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον πλείονα ἡμῖν τὴν ἀγωνίαν ἐμποιῆσαι δυνήσεται. Sed lectionem Morelli, quæ melior videtur, retinemus; sub hæc magna observatur in Mss. et apud Savil. varietas.

κόσμος, ὁ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὐκ ἂν εἴη ἰσοστάσιος τούτων τῶν ἐν θλίψεσι, τῶν ἐν κακουχίαις, τῶν γυμνητευόντων, τῶν περιιόντων, τῶν ἐν σπηλαίοις διαγόντων διὰ τὸν Θεόν.

parat? Quapropter et Paulus dicebat: *Obambulaverunt in ovillis caprinisque pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus.* Totus, inquit, iste mundus, et totus orbis non est conferendus iis qui in afflictionibus et pressuris, et nuditate agunt et obambulant, et in speluncis versantur propter Deum. *Hebr.* 11. 37. 38.

Ὅταν οὖν ἴδῃς, ἀγαπητὲ, ἄνδρα εὐτελὲς μὲν σχῆμα ἔξωθεν περικείμενον, ἀρετὴν δὲ ἔνδοθεν περιβεβλημένον, μὴ ἐξευτελίσῃς τοῦτον διὰ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ τὸν τῆς ψυχῆς πλοῦτον καταμάνθανε, καὶ τὴν ἔνδον περιφάνειαν, καὶ τότε ὄψει πανταχόθεν τὴν ἀρετὴν λάμπουσαν. Τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Ἠλίας· μηλωτὴν μόνον εἶχε, καὶ ὁ τὴν πορφυρίδα περιβεβλημένος Ἀχαὰβ τῆς ἐκείνου μηλωτῆς ἐδεῖτο. Εἶδες τοῦ μὲν Ἀχαὰβ τὴν πενίαν, τοῦ δὲ Ἠλία τὸν πλοῦτον; Ὅρα καὶ τῆς δυνάμεως ὅσον τὸ μέσον. Ἡ μηλωτὴ τούτου τὸν οὐρανὸν ἀπέκλεισε· τῶν ὑετῶν ἔστησε τὴν φοράν, καὶ ἡ γλῶσσα τοῦ προφήτου χαλινὸς ἐγένετο τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τρία ἔτη καὶ μῆνας ἓξ ὑετὸς οὐκ ἐγένετο· καὶ ὁ τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα περικείμενος περιῄει τὸν προφήτην ἐπιζητῶν, καὶ οὐδὲν δυνάμενος κερδᾶναι ἐκ τῆς τοσαύτης δυναστείας. Ἀλλ' ὅρα Δεσπότου φιλανθρωπίαν. Ἐπειδὴ εἶδεν ἀπὸ ζήλου καὶ πολλῆς θερμότητος τὸν προφήτην κινηθέντα, καὶ τὴν μεγάλην ταύτην τιμωρίαν ἐπαγαγόντα κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὥστε μὴ καὶ αὐτὸν συναπολαῦσαι τῆς τιμωρίας, καὶ ὁμοίως τῇ ἐκείνων πονηρίᾳ κολάζεσθαι, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἐγερθεὶς πορεύθητι εἰς Σαρεπτὰ τῆς Σιδωνίας. Ἐκεῖ γὰρ ἐντελοῦμαι γυναικὶ χήρᾳ τοῦ διατρέφειν σε. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. Ὅρα τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν, ἀγαπητέ. Καὶ γὰρ καὶ χθὲς εἰς φιλοξενίαν ἡμῖν ὁ λόγος ἅπας κατέληξε, καὶ σήμερον ἰδοὺ ἡ φιλόξενος αὕτη χήρα εἰς τέλος ἡμῖν ἄγειν τὸν λόγον μέλλει. Καὶ παρεγένετο, φησὶ, πρὸς τὴν χήραν, καὶ εὗρεν αὐτὴν συλλέγουσαν ξύλα, καί φησι πρὸς αὐτήν· δός μοι μικρὸν ὕδωρ, καὶ πίομαι. Ἡ δὲ ὑπήκουσε. Καί φησι πρὸς αὐτὴν πάλιν· ποίησόν μοι ἐγκρυφίας, καὶ φάγομαι. Ἡ δὲ λοιπὸν ἐκκαλύπτει αὐτῆς τὴν ὑπερβάλλουσαν πενίαν, μᾶλλον δὲ τὸν ἄφατον πλοῦτον· ἡ γὰρ τῆς πενίας ἐπίτασις ἐδείκνυ τοῦ πλούτου τὸ μέγεθος. Ἡ δέ φησιν· Οὐκ ἔστι τῇ δούλῃ σου, εἰ μὴ δρὰξ ἀλεύρου, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ, καὶ φαγόμεθα ἐγώ τε καὶ τὰ παιδία, καὶ ἀποθανούμεθα. Ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα, καὶ αὐτὴν λιθίνην ψυχὴν ἱκανὰ ἐπικάμψαι. Οὐδεμία λοιπὸν, φησὶν, ἔσται ἐλπὶς σωτηρίας. Ἐπὶ θύραις τὰ τοῦ θανάτου. Τοῦτο μόνον ἡμῖν ὑπολέλειπται

6. Igitur, dilecte, quando videris virum vili externo habitu vestitum, virtute vero intrinsecus amictum, ne hunc vilipenderis propter id quod apparet: sed animæ divitias disce, et internam gloriam, et tunc videbis undique fulgentem virtutem. Talis erat beatus Elias, qui melotem tantum habuit; et qui purpura vestitus erat Achab, illius melote indigebat. Vidisti Achabi inopiam, Eliæ autem divitias? Vide et quantum potestate distent. Melote hujus cælum clausit, pluviarum descensum inhibuit; lingua prophetæ frenum fuit cælo, annisque tribus et sex mensibus pluvia non fuit: ille autem, purpura amictus et diademate redimitus, circumibat quærens prophetam, et nihil lucri ex tanta potestate habebat. Cæterum vide Domini clementiam. Quia vidit prophetam multo zelo et fervore moveri, et magnam hanc pœnam inferri contra totam terram, ne et ipse simul in supplicium incideret cum illis, et eorum nequitiæ pœnas daret, dicit ei: *Surge, et vade in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiam mulieri viduæ, ut te pascat. Et surrexit, et abiit.* Vide Spiritus gratiam, dilecte. Et enim et heri nobis totus sermo circa hospitalitatem insumtus est, et hodie hospitalis ista vidua sermonem nostrum complebit. *Et venit*, inquit, *ad viduam, et invenit eam colligentem ligna et dicit ei: Da mihi parum aquæ, et bibam.* Illa obedivit. *Et dixit ad eam iterum: Fac mihi subcinericios panes, et comedam.* Illa vero postea detegit immodicam suam egestatem, imo inenarrabiles divitias. Magna enim paupertas indicat divitiarum illius magnitudinem. Et dicit: *Non est ancillæ tuæ nisi pugillus farinæ, et parum olei in amphora, et comedemus ego et pueri, et moriemur.* Miserabilia verba, quæ ipsam lapideam animam inflectere possent. Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus est. Hoc solum nobis relictum est ad vitam, quod vix sufficiet mihi et puerulis. Id quod erat in mea potestate feci; aquam commu- *Reg.* 17. 9. 10. *Ibid.* v. 11. *Ibid.* v. 12.

[a] Hanc Sareptanam viduam pluribus celebrat Chrysostomus Tomo III supra in Homilia de Helia et vidua circa finem.

[b] [Coisl. καὶ αὐτὰ λιθίνην ψ. Savil. καὶ αὐτολιθίνην ψυχήν.]

nicavi. Verum ut discamus et mulieris hospitalitatem, et justi magnam fiduciam, vide quid fiat. Ubi propheta diligenter hæc omnia didicit, ut detegeret nobis virtutem mulieris (nam Deus
Ibid. v. 9. qui dixerat: *Præcepi mulieri, ut te pascat*, ipse erat qui tunc per prophetam operabatur), dicit ei: *Fac mihi primum, et comedam, et tunc filiis tuis.* Audite, mulieres, quæ divitiis affluitis, et in multa inutilia vestras facultates insumitis, ac post illa omnia duos obolos indigentibus, vel viro cuipiam virtute prædito propter Deum egeno, impendere non vultis. Ista autem nihil horum possidens, sed tantum pugillum farinæ, et paulo post secundum suam opinionem filiorum mortem spectatura, ut audivit a propheta: *Fac mihi primum, et tunc tibi et puerulis tuis:* non ægre tulit, non cunctata est, sed fecit imperata: erudiens omnes nos, præferendos nostræ refocillationi servos Dei: et non temere talia lucra prætereunda, sed attendendum multam hinc nobis futuram
3. *Reg.* 17. 14. esse mercedem. Vide igitur hanc viduam, pro pugillo farinæ, et pauxillo oleo quomodo perpetuum horreum sibi comparaverit. Nam postquam pavit prophetam, neque pugillus farinæ defecit, neque amphora olei, cum interim fame terra omnis consumeretur. Est autem et hoc admirabile et stupendum eam neque laboribus postea opus habuisse, sed paratam perpetuo fuisse farinam et oleum, et neque agricultura indiguisse, neque boum cooperatione, neque ulla alia cura; sed videre erat omnia præter naturam evenire. Et cum rex, qui coronam capite gestabat, anxius esset, et fame laboraret, inops vidua omnibus destituta, quia prophetam susceperat, in perpetuam venit abundantiam. Propterea et Chri-
Matth. 10. 41. stus dicebat: *Qui susceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet.* Vidisti heri quid patriarcha meruerit larga sua hospitalitate et fervida alacritate: vide et nunc hanc Sidoniam repente ingentes divitias possidentem. Lingua enim prophetæ quæ cæli habenas moderabatur, fecit ut farinæ pugillus et olei amphora jugiter scaturirent.

7. Hanc omnes imitentur et viri et mulieres.
Moralis exhortatio. Ego quidem vellem vos ad prophetæ zelum, et ad ejus virtutis imitationem deducere: sed quia hoc onerosum vobis videtur esse, quamvis et ille homo erat, carnemque sicut nos circumferebat, et eam-

πρὸς ζωὴν, ὁ μόλις ἀρκέσει ἐμοὶ καὶ τοῖς παιδίοις. Ὅπερ ἦν μοι δυνατὸν, πεποίηκα· τοῦ ὕδατος μετέδωκα. Ἀλλ' ἵνα μάθωμεν καὶ τῆς γυναικὸς τὸ φιλόξενον, καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν παῤῥησίαν, ὅρα τί γίνεται. Ἐπειδὴ ἔμαθεν ὁ προφήτης πάντα μετὰ ἀκριβείας, ἵνα ἐκκαλύψῃ ἡμῖν τὴν ἀρετὴν τῆς γυναικὸς (ὁ γὰρ Θεὸς ὁ εἰπὼν, ὅτι Ἐντέταλμαι γυναικὶ τοῦ διατρέφειν σε, αὐτὸς ἦν ὁ διὰ τοῦ προφήτου ἐνεργῶν), καί φησι πρὸς αὐτήν· Ποίησον ἐμοὶ πρῶτον, D καὶ φάγομαι, καὶ τότε τοῖς τέκνοις σου. Ἀκούετε, γυναῖκες, αἱ πλούτῳ περιῤῥεόμεναι, καὶ εἰς μυρία ἀνόνητα καταναλίσκουσαι τὴν οἰκείαν περιουσίαν, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν οἰκείαν ἀπόλαυσιν πολλάκις καταδεχόμεναι ὀβολοὺς δύο προέσθαι τοῖς δεομένοις, ἢ ἀνδρί τινι τῶν ἐναρέτων διὰ τὸν Θεὸν πενομένῳ. Αὕτη δὲ οὐδὲν ἕτερον κεκτημένη, ἢ τὴν δράκα τοῦ ἀλεύρου, καὶ μέλλουσα κατὰ μικρὸν, ὅσον κατὰ τὸν ἑαυτῆς λογισμὸν, τῶν παίδων τὸν θάνατον ὁρᾷν, ἀκούσασα παρὰ τοῦ προφήτου, ὅτι Ἐμοὶ πρῶτον ποίησον, καὶ τότε σοὶ καὶ τοῖς παιδίοις σου, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ E ἠμέλλησεν, ἀλλ' ἐποίει τὸ ἐπιταχθὲν, παιδεύουσα πάντας ἡμᾶς προτιμᾷν τῆς οἰκείας ἀναπαύσεως τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους, καὶ μὴ ἁπλῶς παρατρέχειν τὰ τοιαῦτα κέρδη, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πολλὴ ἡ ὑπὲρ τούτων ἡμῖν ἀντίδοσις ἔσται. Ὅρα γοῦν ταύτην τὴν χήραν, ἀντὶ μιᾶς δρακὸς ἀλεύρου καὶ ὀλίγου ἐλαίου πῶς διηνεκῆ ἄλωνα ἐκτήσατο. Μετὰ γὰρ τὸ τραφῆναι τὸν προφήτην, οὔτε ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου ἐπέλειψεν, οὔτε ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου, πάσης τῆς γῆς λιμῷ διαφθει-
καὶ μετ' ἐπιεικείας πολλῆς καὶ τὴν ἀνδρείαν ἄφατον ἐπεδείκνυτο, εἰ καὶ οὐδὲ οὕτω καθικέσθαι ἠδυνήθη τῆς ἀκαθέκτου αὐτῶν μανίας. Μετὰ γὰρ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, καὶ τὴν ἐπιείκειαν τὴν ὑπερβάλλουσαν, καὶ τὸ μονονουχὶ ταῖς χερσὶν ἐκδοῦναι διὰ τῶν λόγων τὰς θυγατέρας, τί φασι πρὸς αὐτόν; Ἀπόστα ἐκεῖ. Ὦ μέθης ὑπερβολή, ὦ παραφροσύνης ἐπίτασις. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρὰ αὕτη [a] καὶ ἀκόλαστος ἐπιθυμία· ἐπειδὰν περιγένηται τοῦ λογισμοῦ, οὐκ ἀφίησι συνιδεῖν οὐδὲν τῶν δεόντων, ἀλλὰ καθάπερ ἐν σκότῳ καὶ νυκτομαχίᾳ τινὶ, οὕτως ἅπαντα διαπράττεται. Ἀπόστα, φησὶν, ἐκεῖ· εἰσῆλθες παροικεῖν, μὴ καὶ κρίσιν κρίνειν; Νῦν οὖν σε κακώσομεν μᾶλλον, ἢ ἐκείνους. Ὅρα πῶς μὲν ὁ δίκαιος ἐπιεικῶς αὐτοῖς διαλέγεται, οἱ δὲ πόσῃ κέχρηνται τῇ θρασύτητι. Ὥσπερ ἐκβακχευθέντες λοιπὸν ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ὡς ὑπ' ἐκείνου στρατηγούμενοι, οὕτω κατεξανίστανται τοῦ δικαίου, καί φασιν· Εἰσῆλθες παροικεῖν, μὴ καὶ κρίσιν κρίνειν; Πάροικόν σε, φησὶν, ἐδεξάμεθα· μὴ γὰρ καὶ κριτὴς ἡμῶν κατέστης; Ὦ ἀγνωμοσύνης ὑπερβολή. Δέον ἐντραπῆναι, δέον αἰδεσθῆναι τὴν συμβουλὴν τοῦ δικαίου, οἱ δὲ, καθάπερ οἱ μαινόμενοι καὶ τὸν ἰατρὸν συγκόψαι ἐπιχειροῦσιν, οὕτω καὶ οὗτοι· Σὲ, φησὶ, κακώσομεν μᾶλλον, ἢ ἐκείνους. Εἰ μὴ βούλει, φησὶν, ἡσυχάσαι, μαθήσῃ ὡς οὐδέν σοι πλέον ἔσται τῆς εἰς ἐκείνους προστασίας, ἢ τὸ ἐκείνους μὲν διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον, σὲ δὲ τούτῳ περιβληθῆναι. Παρεβιάζοντο δὲ τὸν Λὼτ σφόδρα. Ὅρα τὸν δίκαιον τοῦτον καὶ ἀνδρείαν ἐπιδεικνύμενον, καὶ τοσούτῳ πλήθει ἀντιτάττεσθαι ἐπιχειροῦντα. Καὶ ἤγγισαν, φησὶ, συντρῖψαι τὴν θύραν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλων ἐξιέναι, καὶ τὴν τούτων μανίαν προορῶν προσέῳξεν αὐτοῦ ὄπισθεν τὴν θύραν, οὐκ ἀνασχόμενοι οἱ μιαροὶ οὗτοι καὶ παράνομοι τῆς τοῦ δικαίου παραινέσεως, αὐτόν τε ἐβιάζοντο καὶ τὴν θύραν συντρῖψαι ἐπεχείρουν. Ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τῶν πραγμάτων ἐδείκνυτο καὶ ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ξένους νομιζομένους κηδεμονία, καὶ τοῦ πλήθους ἐκείνου παντὸς ἡ περὶ τὴν κακίαν συμφωνία, τότε λοιπὸν ἐκκαλύπτουσιν ἑαυτοὺς οἱ παραγεγονότες. Καὶ ἐπειδὴ εἶδον τὸν δίκαιον πάντα τὰ παρ' ἑαυτοῦ πεπληρωκότα, τὴν οἰκείαν ἐπιδεικνύμενοι δύναμιν ἐπαμύνουσι τῷ δικαίῳ καταδυναστευομένῳ ὑπὸ τῆς ἐκείνων μανίας. Ἐκτείναντες γὰρ, φησὶν, οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας εἰσεσπάσαντο τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν τοῦ οἴκου ἀπέκλεισαν· τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς θύρας τοῦ οἴκου ἐπάταξαν ἀορασίᾳ ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν. Ὁρᾷς πῶς καὶ ὁ δίκαιος οὗτος παραχρῆμα τῆς φιλοξενίας κομίζεται τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οἱ παρά-

tulerit, quamvis neque sic corrigere potuerit indomitam illorum insaniam. Quippe post verba illa, et tam eximiam mansuetudinem, cum verbis suis quasi manibus prostituisset filias, quid dicunt ad eum? 9. *Recede illuc.* O gravem ebrietatem! o ingentem insipientiam! In hunc modum se habet efferata et mala bestia concupiscentia: quando rationem vicerit, nihil decorum et honestum videre sinit, sed quasi in tenebris et pugna nocturna omnia facit. *Recede illic,* dicunt: *venisti ut esses advena, numquid etiam ut judicium judices? Ergo nunc te affligemus magis, quam illos.* Vide quomodo justus mansuete cum eis loquitur, illi autem quanta ferocitate respondent. Enim vero quasi a diabolo exagitati, et eo ducatum præbente, ita contra justum insurgunt, et dicunt: *Venisti ut advena esses, numquid etiam ut judicium judices?* Advenam, te, inquiunt, suscepimus: num et judex noster es factus? O extremam improbitatem! Oportebat erubescere, oportebat revereri consilium justi: verum sicut insani etiam medicum impetere conantur, ita et illi: *Te,* aiunt, *magis affligemus, quam illos.* Si non vis, aiunt, silere et quiescere, disces te patrocinio tuo nihil aliud effecturum, præterquam quod illi quidem periculum effugient, tu autem in ipsum incides. *Faciebant autem vim Lot valde.* Vide justum illum quantam fortitudinem declarat, et tantæ multitudini opponere se tentat. *Et appropinquaverunt,* inquit, *ut contererent januam.* Nam quoniam egressurus, et horum insaniam prævidens clausit post se januam, non ferentes impii et scelesti illi admonitionem justi, ipsum vi premebant, et januam conterere moliebantur. Sed quia operibus satis demonstrata fuerat justi virtus, et hospitalitas erga eos qui peregrini putabantur, nec non et conspiratio totius populi in malum, tunc et ii qui advenerant, manifestarunt se. Et quia viderant justum omne officium suum implesse, suam declarantes potentiam, suppetias ferunt justo, cui vis fiebat ab illorum insania. 10. *Itaque,* inquit, *viri manibus extentis attraxerunt Lot ad se in domum, et januam domus clauserunt;* 11. *viros autem qui erant apud januam percusserunt cæcitate a parvo usque ad magnum, et dissoluti sunt quærentes januam.* Vides quo pacto justus ille statim hospitalitatis accipit mercedem, et impii illi digna plectuntur pœna? Dicit enim:

[a] Quatuor Mss. ἀλλόκοτος.

Attraxerunt Lot in domum, et januam clauserunt; viros autem percusserunt cæcitate a parvo usque ad magnum, et dissoluti sunt quærentes januam. Quoniam mentis eorum oculus excæcatus erat, propter hoc et visu privati sunt : ut discant nihil sibi prodesse corporales oculos, si oculi mentis fuerint excæcati. Et quia conspiraverant in malitia, et a malo conatu neque senes neque juvenes abstinebant, ideo omnes excæcati sunt : et non solum excæcati, sed et viribus corporis destituti sunt : quandoquidem enim potiore hominis parte anima debilitati erant, idcirco viribus etiam corporis sunt destituti : et qui prius januam conterere nitebantur adhibitisque minis cum justo loquebantur, subito steterunt luxatis membris, et ante oculos sitam januam non videntes. Tunc quasi respiravit justus, videns quales hospites essent, et quam magnæ virtutis. 12. Etenim *Dixerunt ad eum viri : Est quis tibi hic gener vel filii vel filiæ, vel alius quis in civitate.* Vide quomodo justi hospitalitatem remunerant, et quomodo ei largiri volunt affinium omnium salutem. Si quis est tibi, inquit, in civitate, si quem servare cupis, si quem scis ab istorum crimine alienum, *Educ ex hoc loco*, et de terra; omnes qui tibi juncti sunt educ : 13. *Perdimus enim nos locum hunc.* Deinde et causam afferunt, justum omnia diligenter docentes. *Quia exaltatus est*, inquit, *clamor eorum coram Domino, et misit nos Dominus ut extereremus eos.* Hoc erat quod dicebatur patriarchæ Abrahæ : *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est apud me. Exaltatus est*, inquit, *clamor eorum coram Domino.*

Gen. 18. 20.

6. Grandis perversitatis eorum magnitudo, et idcirco, quia incurabilis morbus, et vulnus hoc nullam curam recipit, misit nos Dominus ut extereremus eos. Et hoc est quod dicebat David : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.* Quia, inquit, advenimus ad hanc regionem delendam (propter malitiam enim inhabitantium etiam terra pœnam accipiet), egredere tu hinc. Hæc ut audivit justus, et didicit causam propter quam affuerunt viri quidem, ut apparebant, angeli autem revera et ministri Dei omnium, 14. *Egressus Lot loquutus est*

Psal. 103. 4.

νομοι ἐκεῖνοι ἀξίαν τίνουσι δίκην; Εἰσεσπάσαντο γάρ, φησὶ, τὸν Λὼτ εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν ἀπέκλεισαν· τοὺς δὲ ἄνδρας ἐπάταξαν ἀορασίᾳ ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν. Ἐπειδὴ τὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ὄμμα πεπήρωτο, διὰ τοῦτο καὶ τῆς δράσεως τὴν τύφλωσιν ὑπομένουσιν, ἵνα μάθωσιν ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν, τῶν τῆς διανοίας ὀμμάτων πεπηρωμένων. Καὶ ἐπειδὴ σύμφωνον τὴν κακίαν ἐπεδείκνυντο, καὶ οὔτε οἱ νέοι, οὔτε οἱ πρεσβῦται ἀπείχοντο τῆς πονηρᾶς ἐπιχειρήσεως, διὰ τοῦτο πάντες, φησὶν, ἀπετυφλώθησαν, καὶ οὐ μόνον τὴν πήρωσιν ἐδέχοντο, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῖς τοῦ σώματος διελύετο· ἐπειδὴ γὰρ τὸ κυριώτερον μέρος τὴν ψυχὴν ἦσαν διαλελυμένοι, διὰ τοῦτο καὶ τοῦ σώματος τὴν ἰσχὺν παρελύθησαν· καὶ οἱ πρότερον συντρῖψαι τὴν θύραν ἐπιχειροῦντες, καὶ μετὰ πολλῆς ἀπειλῆς τῷ δικαίῳ διαλεγόμενοι, ἀθρόον εἱστήκεισαν παραλελυμένοι, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κειμένην τὴν θύραν οὐχ ὁρῶντες. Τότε λοιπὸν ἀνέπνευσεν ὁ δίκαιος, ὁρῶν τίνες ἦσαν [a] οἱ παραγενόμενοι, καὶ ὅτι μεγάλη τις αὐτῶν ἡ δύναμίς ἐστι. Καὶ γὰρ εἶπον, φησὶ, πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες· ἔστι τίς σοι ὧδε γαμβρὸς, ἢ υἱοὶ ἢ θυγατέρες, ἢ εἴ τίς σοι ἄλλος ἐστὶν ἐν τῇ πόλει; Ὅρα πῶς τῆς φιλοξενίας ἀμείβονται τὸν δίκαιον, καὶ πῶς αὐτῷ χαρίσασθαι βούλονται τῶν οἰκείων πάντων τὴν σωτηρίαν. Εἴ τίς σοι, φησὶν, ἐν τῇ πόλει, εἴ τινος ἀντέχῃ, εἴ τινα οἶδας ἐκτὸς γεγονότα τῆς τούτων παρανομίας, Ἐξάγαγε ἐκ τοῦ τόπου τούτου καὶ ἐκ τῆς γῆς, καὶ πάντας τοὺς σοι προσήκοντας ἐξάγαγε· Ἀπόλλυμεν γὰρ ἡμεῖς τὸν τόπον τοῦτον. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγουσι, διδάσκοντες τὸν δίκαιον ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας. Ὅτι ὑψώθη, φησὶν, ἡ κραυγὴ αὐτῶν ἐναντίον Κυρίου, καὶ ἀπέστειλεν ἡμᾶς Κύριος ἐκτρῖψαι αὐτούς. Τοῦτο ἦν ὅπερ ἔλεγε τῷ πατριάρχῃ, ὅτι Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται πρός με. Ὑψώθη, φησὶν, ἡ κραυγὴ αὐτῶν ἐναντίον Κυρίου.

Πολὺ τῆς παρανομίας αὐτῶν τὸ μέγεθος, καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἀνίατός ἐστιν ἡ νόσος, καὶ τὸ τραῦμα οὐδεμίαν θεραπείαν ἐπιδέχεται, ἀπέστειλε Κύριος ἡμᾶς ἐκτρῖψαι αὐτήν. Τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ μακάριος Δαυίδ· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Ἐπειδὴ ἀφανίσαι, φησὶ, παραγεγόναμεν πᾶσαν ταύτην τὴν περίχωρον (διὰ γὰρ τὴν πονηρίαν τῶν ἐνοικούντων καὶ ἡ γῆ τὴν τιμωρίαν δέξεται), ἔξελθε σὺ ἐντεῦθεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δίκαιος, καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν παραγεγόνασιν ἄνδρες μὲν τὸ φαινόμενον, ἄγγελοι δὲ τυγχάνοντες καὶ ὑπηρέται τοῦ τῶν

[a] Savil. et multi Mss. οἱ παραγεγονότες. Infra in Bibliis legitur εἰσί σοι ὧδε γαμβροί.

ὅλων Θεοῦ, Ἐξελθὼν ἐλάλησε πρὸς τοὺς γαμβροὺς αὐτοῦ τοὺς εἰληφότας τὰς θυγατέρας αὐτοῦ. Καὶ μὴν ἄνω ἔλεγε τοῖς παρανόμοις ἐκείνοις, ὅτι Ἰδοὺ δύο θυγατέρας ἔχω, αἵτινες οὐκ ἔγνωσαν ἄνδρας· πῶς οὖν ἐνταῦθά φησι, Πρὸς τοὺς γαμβροὺς αὐτοῦ τοὺς εἰληφότας τὰς θυγατέρας αὐτοῦ; Μὴ νομίσῃς ἐναντία εἶναι ταῦτα τοῖς πρότερον παρὰ τοῦ δικαίου ῥηθεῖσιν. Ἔθος γὰρ τοῦτο ἦν τοῖς παλαιοῖς πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου τὰς μνηστείας ποιεῖσθαι, καὶ πολλάκις καὶ συνοικεῖν ταῖς μνηστευθείσαις, καὶ ἅμα τοῖς γονεῦσι διατρίβειν· ὃ καὶ νῦν ἐστι πολλαχοῦ γινόμενον. Ἐπεὶ οὖν ἤδη τὰ τῆς μνηστείας ἐγεγόνει, διὰ τοῦτο καὶ γαμβροὺς αὐτοὺς ὀνομάζει καί φησι, Τοὺς εἰληφότας τὰς θυγατέρας αὐτοῦ· τῇ γνώμῃ γὰρ καὶ τῇ συγκαταθέσει εἰληφότες ἦσαν. Καί φησιν· ἀνάστητε, καὶ ἐξέλθετε ἐκ τοῦ τόπου τούτου, ὅτι ἐκτρίβει Κύριος τὴν πόλιν. Ἔδοξε δὲ γελοιάζειν ἐναντίον τῶν γαμβρῶν αὐτοῦ. Ὅρα πῶς ἐκ τῆς ζύμης ἐκείνης ἦσαν τῆς πονηρᾶς οὗτοι. Καὶ διὰ τοῦτο βουλόμενος ὁ Θεὸς ταχέως ἐλευθερῶσαι τὸν δίκαιον τῆς πρὸς ἐκείνους συγγενείας, οὐ συνεχώρησεν οὐδὲ μιγῆναι αὐτοῖς τὰς θυγατέρας τοῦ δικαίου, ἀλλὰ προανήρπασε μετὰ τῶν πονηρῶν καὶ τούτους, ἵνα ἐξελθὼν ὁ δίκαιος μετὰ τῶν θυγατέρων διαφύγῃ τὴν πρὸς ἐκείνους συγγένειαν. Ἀκούσαντες τοίνυν παρὰ τοῦ δικαίου τὴν φοβερὰν ταύτην ἀπειλήν, μονονουχὶ διεχλεύαζον, καὶ ἐνόμιζον ληρωδίαν εἶναι τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα. Ἀλλ' ὅμως ὁ δίκαιος τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπλήρου, καὶ ἐπειδὴ ἅπαξ ἐμνηστεύσαντο αὐτοῦ τὰς θυγατέρας, ἐβουλήθη ἐξαρπάσαι αὐτοὺς τῆς τιμωρίας· ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐδὲ οὕτως ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἐπέμενον τῷ οἰκείῳ τρόπῳ, καὶ ἐμάνθανον λοιπὸν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, ὡς οὐ συμφερόντως αὐτοῖς τοῦ δικαίου τὴν συμβουλὴν ἀπεπέμψαντο. Ἡνίκα δὲ, φησὶν, ὄρθρος ἐγένετο, ἐπεσπούδαζον οἱ ἄγγελοι τὸν Λὼτ, λέγοντες· ἀναστὰς λάβε τὴν γυναῖκά σου, καὶ τὰς δύο θυγατέρας, ἃς ἔχεις, καὶ ἔξελθε, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναπόλῃ ταῖς ἀνομίαις τῆς πόλεως. Καὶ ἐταράχθησαν. Μὴ μέλλε, φησί· δεῖ γὰρ ἤδη τὸν ὄλεθρον τούτοις ἐπιστῆναι. Σαυτὸν οὖν καὶ τὴν γυναῖκά σου καὶ τὰς δύο θυγατέρας διάσωσον. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μὴ θελήσαντες πεισθῆναί σου τῇ παραινέσει, οὐκ εἰς μακρὰν τῆς ἀπωλείας κοινωνήσουσι τοῖς λοιποῖς. Μὴ τοίνυν μέλλε, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς τῇ ἀπωλείᾳ τῶν παρανόμων τούτων κοινωνήσῃς. Καὶ ἐταράχθησαν ταῦτα ἀκούσαντες οἱ περὶ τὸν Λὼτ καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας· Ἐταράχθησαν, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἔμφοβοι γεγόνασιν, εἰς πολλὴν δειλίαν κατέστησαν, ἠγωνίασαν τὴν ἀπειλήν. Διὸ κηδόμενοι τοῦ δικαίου Οἱ ἄγγελοι ἐκράτησαν, φησὶ, τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Οὐκ ἔτι λοιπὸν ὡς περὶ ἀνδρῶν διαλέγεται ἡ Γραφὴ, ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλουσιν ἐπάγειν τὴν τιμωρίαν, ἀγγέλους αὐτοὺς ὀνομάζει καί φησιν· Ἐκράτησαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς χειρὸς

generis suis, qui acceperant filias ejus. Atqui supra dicebat impiis illis, *Ecce duas filias habeo, quæ nondum cognoverunt viros*: quomodo igitur hic dicit, *Generis suis, qui acceperant filias ejus?* Ne putes contraria esse hæc illis, quæ superius a justo sunt dicta. Mos enim ille veteribus erat, ante multum tempus sponsalia facere: sæpe item et cohabitare desponsatis, et simul cum parentibus versari: id quod et nunc multis in locis fieri solet. Quia igitur jam desponsatio facta erat, ideo vocat eos generos et dixit, *Qui acceperant filias ejus*, proposito videlicet ac mutuo consensu. *Et dicit: Surgite, et exite de hoc loco: quia exterit Dominus civitatem. Visus est autem ridicula loqui coram generis suis.* Vide quomodo e malo illo fermento erant et isti. Et propterea volens Deus cito liberare justum ab illorum affinitate, non permisit ut commiscerentur cum filiabus justi: sed cum impiis etiam illos perdidit, ut egressus justus cum filiabus effugeret eorum cognationem. Itaque cum audirent a justo terribiles illas minas, quasi subsannabant, et putabant deliramenta esse quæ dicebantur. Verumtamen justus quod suum erat faciebat, et quia semel illis filias desponsarat, voluit eripere eos a supplicio: at illi noluerunt, sed in moribus suis manserunt, et reipsa didicerunt se magno suo damno consilium justi rejecisse. 15. *Ubi autem* inquit, *mane factum est, studiose adhortati sunt angeli Lot, dicentes: Surge, accipe uxorem tuam, et filias duas, quas habes, et exi, ut ne et tu cum iniquitatibus civitatis pereas.* 16. *Et turbati sunt.* Ne differ, inquit: jam enim illis pernicies infligenda est: teipsum igitur et uxorem et filias serva. Illi enim qui noluerunt admonitioni tuæ parere, non longe post participes erunt communis interitus. Ne igitur differ, ut ne et ipse internecionis istorum impiorum particeps fias. *Et turbati sunt*, ut hæc audierunt Lot et uxor et filiæ; *Turbati sunt*, inquit, hoc est, attoniti fuerunt, atque in nimium pavorem inciderunt, et propter minas anxii fuere. Et ideo *Angeli*, curam agentes justi, *apprehenderunt*, inquit, *manum ejus.* Jam non ut de viris loquitur de eis Scriptura divina, sed quia plagam inflicturi erant, angelos eos nominat et dicit: *Apprehenderunt manum ejus, et manum uxoris ejus, et manum filiarum ejus, eo quod parceret ei Dominus.* Fiduciam addebant eis manuum contactu et roboraverunt eorum animum, ut ne timor eorum dissolveret robur; pro-

pterea adjecit, *Eo quod parceret ei Dominus.* Quia enim Dominus judicavit eum salute dignum, idcirco et angeli volentes eorum animum roborare, manum eorum apprehendunt, 17. *Et educentes eos foras, dixerunt: Salva animam tuam: ne respicias post tergum: ne stes in omni loco per circuitum: in montem salvum te fac, ne forte simul abripiaris.* Quoniam liberamus te ab impiis illis, inquit, ne ultra circumspicias post tergum, ne velis videre quæ illis eventura sunt, sed festina et procul perge, ut effugere queas pœnam eis infligendam. Exin justus timens, ne forte non posset designatum ab eis locum assequi, et in montem pervenire, inquit: 18. *Oro, Domine,* 19. *quia invenit puer tuus misericordiam coram te, et magnificasti justitiam tuam, quam facis mecum, ut vivat anima mea: ego autem non potero salvari in monte, ne apprehendant me mala, et moriar.* 20. *Ecce civitas ista prope, ad quam confugiam ego, parva est; ibi servabor et vivet anima mea propter te.* Quia enim, inquit, semel decrevistis salutem mihi conferre, ascendere autem in montis verticem, id vires meas superat, ampliorem misericordiam mihi exhibete, et laborem meum leviorem reddite. Ne quando igitur apprehendar a pœna quæ infligitur illis, et particeps fiam interitus eorum, civitatem hanc vicinam et parvam segregate mihi. Nam licet vilis sit et parva, attamen illic servatus, secure postea agere potero. 21. *Et dixit ei: Ecce admiratus sum tuam faciem et in verbo hoc, ut ne subvertam civitatem de qua loquutus es.* Accepi tuas preces, inquit, et hoc faciam, ac quod petisti concedo, propterque te etiam civitati parcam. 22. *Festina igitur, et occupa locum, ac salvare:* neque enim faciam aliquid, donec illuc venias. *Non potero, inquit, facere quidquam, antequam tu illuc ingrediaris;* quia curam ago tuæ salutis, exspectabo donec illuc abeas, et tunc eis infligam pœnam. 23. *Sol igitur egressus est super terram, et Lot intravit in Segor.* Circa solis ortum, inquit, venit in civitatem; et statim cum ipse esset intra civitatem, illi supplicio plectebantur. 24. *Pluit enim,* inquit, *Dominus super Sodoma et Gomorrha sulphur et ignem a Domino de cœlo:* 25. *et subvertit civitates illas, et quidquid circa eas*

445 A τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν χειρῶν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ἐν τῷ φείσασθαι αὐτοῦ Κύριον. Παρεθάρρυναν αὐτοὺς διὰ τῆς ἁφῆς τῆς χειρὸς, καὶ ἐνεύρωσαν αὐτῶν τὴν προθυμίαν, ἵνα μὴ ὁ φόβος διαλύσῃ αὐτῶν τὴν ἰσχύν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, Ἐν τῷ φείσασθαι αὐτοῦ Κύριον. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, σωτηρίας αὐτὸν ἄξιον ἔκρινεν ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἄγγελοι βουλόμενοι νευρῶσαι αὐτῶν τὴν προθυμίαν τῆς χειρὸς αὐτῶν κρατοῦσι, Καὶ ἐξαγαγόντες αὐτοὺς ἔξω εἶπαν· σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν· μὴ περιβλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω, μὴ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, εἰς τὸ ὄρος σώζου, μή ποτε συμπαραληφθῇς. Ἐπειδὴ, φησὶ, λοιπὸν ἀπηλλάξαμέν σε τῶν παρανόμων τούτων, μηκέτι περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μήτε θελήσῃς ἰδεῖν τὰ τούτοις συμβησόμενα, ἀλλὰ σπεῦσον καὶ μακρὰν γενοῦ, ἵνα διαφυγεῖν δυνηθῇς τὴν ἐπαγομένην τούτοις τιμωρίαν. Εἶτα δεδοικὼς ὁ δίκαιος, μήποτε οὐ δυνηθῇ καταλαβεῖν τὸν ὑπ' αὐτῶν ἀφορισθέντα τόπον, καὶ εἰς τὸ B ὄρος φθάσαι, φησί· Δέομαι, Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐναντίον σου, καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου, ὃ ποιεῖς εἰς ἐμὲ τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου· ἐγὼ δὲ οὐ δυνήσομαι διασωθῆναι εἰς τὸ ὄρος, μὴ καταλάβῃ με τὰ κακὰ, καὶ ἀποθάνω. Ἰδοὺ ἡ πόλις αὕτη ἐγγὺς τοῦ καταφυγεῖν με ἐκεῖ, [a] μικρά ἐστιν· ἐκεῖ σωθήσομαι, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκέν σου. Ἐπειδὴ ἅπαξ, φησὶν, ἐκρίνατε τὴν σωτηρίαν χαρίσασθαί μοι, ὑπερβαίνει δέ μου τὴν ἰσχὺν τὸ φθάσαι τὴν τοῦ ὄρους κορυφὴν, πλείονα περὶ ἐμὲ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθε, καὶ κουφότερόν μοι τὸν κάμα- C τον ποιήσατε. Μήποτε οὖν καταληφθῶ ὑπὸ τῆς ἐπαγομένης τιμωρίας, καὶ κοινωνήσω τῆς δίκης τούτοις, * τὴν πόλιν ταύτην τὴν πλησίον ἀφορίσατέ μοι. Εἰ γὰρ καὶ εὐτελής ἐστι καὶ μικρὰ, ἀλλ' ἐκεῖ διασωθεὶς δυνήσομαι ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι λοιπόν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ, τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν, περὶ ἧς ἐλάλησας. Ἐδεξάμην σου τὴν ἱκεσίαν, φησὶ, καὶ ποιήσω καὶ τοῦτο, καὶ παρέξω σοι τὸ αἰτηθὲν, καὶ διὰ σὲ καὶ τῆς πόλεως φείσομαι. [b] Σπεῦσον οὖν, καὶ κατάλαβε τὸν τόπον, καὶ σώζου· οὐδὲ γὰρ ποιήσω τι μέχρι τοῦ παραγενέσθαι σε ἐκεῖ. Οὐ γὰρ δυνήσομαι, φησὶ, τοῦ ποιῆσαι πρᾶγμα, ἕως τοῦ εἰσελθεῖν σε ἐκεῖ. Ἐπειδὴ D κήδομαί σου τῆς σωτηρίας, ἀναμενῶ τὴν ἐκεῖ σου ἄφιξιν, κἀ τότε τούτοις ἐπάγω τὴν τιμωρίαν. Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ. Περὶ τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολὴν ἔφθασε τὴν πόλιν· καὶ εὐθέως ἐκείνου ἐντὸς τῆς πόλεως γενομένου, οὗτοι τὴν τιμωρίαν ἐδέχοντο. Ἔβρεξε γὰρ, φησὶ, Κύριος

[a] Morel. μικρά ἐστιν. Savil. ἡ μικρά ἐστιν. Quatuor Mss. οὐ μικρά ἐστιν.

* [Coisl. κἀν τὴν πόλιν τ. Savil. καὶ τὴν π. τ.]

[b] In Bibliis Græcis legitur: σπεῦσον οὖν τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ· οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα ἕως τοῦ ἐλθεῖν σε ἐκεῖ.

ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ πᾶν ἀνατέλλον ἐκ τῆς γῆς. Μὴ ξενιζέτω σε, ἀγαπητὲ, τῶν ῥημάτων ἡ συνθήκη· ἰδίωμα γὰρ τοῦτό ἐστι τῆς Γραφῆς, καὶ ἀδιαφόρως οὕτω πολλάκις τίθησι τὰ ῥήματα· ὃ δὴ καὶ νῦν ἐστιν ἰδεῖν. Ἔβρεξε γάρ, φησὶ, Κύριος θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα εἴπῃ ὅτι Κύριος τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγε, καὶ οὐ μόνον τὰς πόλεις κατέστρεψε, καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀνατέλλοντα ἐκ τῆς γῆς ἠφάνισεν. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ταύτην οἰκοῦντες ἄνθρωποι πολὺν τῆς πονηρίας τὸν καρπὸν ἐπεδείξαντο, διὰ τοῦτο καὶ τῆς γῆς, φησὶ, τοὺς καρποὺς ἀχρήστους ἐργάζομαι, ἵνα καὶ ἐκείνων ἀφανισθέντων αὕτη διηνεκὲς ὑπόμνημα γένηται ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς, διὰ τῆς οἰκείας ἀκαρπίας πάντας διδάσκουσα τῶν ἐνοικησάντων αὐτῇ τὴν πονηρίαν. Εἶδες ὅσον ἐστὶν ἀρετὴ, καὶ ὅσον κακία, καὶ πῶς ὁ μὲν δίκαιος ἐσώθη, αὐτοὶ δὲ ἀξίαν τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν τῆς πονηρίας; Καὶ ὥσπερ ὁ δίκαιος διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν καὶ τὰς θυγατέρας διέσωσε, καὶ τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν καταστροφὴν διεκώλυσεν· οὕτω καὶ οὗτοι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς οἰκείας πονηρίας, οὐ μόνον αὐτοὶ ἀπώλοντο καὶ διεφθάρησαν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἄκαρπον εἰς τὸ ἑξῆς γενέσθαι παρεσκεύασαν. Καὶ ἐπέβλεψεν ἡ γυνὴ, φησὶν, εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός. Ἐπειδὴ γὰρ ἀκούσασα τῶν ἀγγέλων τῶν διατταττομένων τῷ δικαίῳ, ὥστε μὴ προσέχειν εἰς τὰ ὀπίσω, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπείξεως τὴν ἀναχώρησιν ποιήσασθαι, παρήκουσε τῶν ῥηθέντων, καὶ τὸ παραγγελθὲν οὐκ ἐφύλαξε, διὰ τοῦτο τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας δίδωσι δίκην.

Ἀλλ' ἡμεῖς ταῦτα ἀκούοντες, πολλὴν τῆς οἰκείας σωτηρίας τὴν πρόνοιαν ποιησώμεθα, καὶ τῆς μὲν ἐκείνων παρανομίας φύγωμεν τὴν μίμησιν· τοῦ δὲ δικαίου τούτου τὴν φιλοξενίαν ζηλώσωμεν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, ἵνα δυνηθῶμεν καὶ τὴν ἄνωθεν ὀργὴν ἀποκρούσασθαι. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν μετὰ σπουδῆς ταύτην μετιόντα, μὴ πολὺν ἐντεῦθεν κομίσασθαι τὸν θησαυρόν. Καὶ γὰρ οἱ δίκαιοι οὗτοι οὕτω τῆς ἄνωθεν ροπῆς ἠξιώθησαν, καὶ ὁ πατριάρχης καὶ ὁ Λὼτ, καὶ ἀνθρώπους νομίζοντες ὑποδέχεσθαι, κατηξιώθησαν καὶ ἀγγέλους ὑποδέχεσθαι, καὶ τὸν τῶν ἀγγέλων Δεσπότην. Ἔξεστι καὶ ἡμῖν, ἐὰν βουλώμεθα, καὶ νῦν αὐτὸν ὑποδέξασθαι. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. Οὕτω τοίνυν τοὺς ξένους ὑποδεχώμεθα, καὶ μὴ πρὸς τὴν τῶν φαινομένων εὐτέλειαν ἀπίδωμέν ποτε. Ἐνίοτε γάρ, εἰ τοιαύτῃ γνώμῃ τὰ τῆς φιλοξενίας ἐπιδειξώμεθα, κα-

habitabatur, et omnes qui habitabant in civitatibus, et omne quod exoriebatur de terra. Ne ob hunc loquendi modum admiratione tenearis, dilecte; proprietas enim est Scripturæ, quæ indifferenter sic sæpe ponit verba : id quod et nunc videre licet. *Pluit enim*, inquit, *Dominus sulphur et ignem a Domino de cælo* : ut dicat, Dominum pœnam induxisse : et non solum civitates subvertisse, omnemque circa regionem, et omnes inhabitantes, sed etiam quæ exoriebantur de terra abolevisse. Quia enim homines, qui eam inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt : idcirco, inquit, et inutiles fructus terræ facio, ut et illis abolitis perpetuum sit monimentum sequentibus generationibus : terra per suam sterilitatem omnes docente, quanta fuerit inhabitantium malitia. Vidisti quanta res sit virtus, et quanta res malitia : et quomodo justus servatus sit, alii autem dignam sua malitia pœnam receperint? Et sicut justus per suam virtutem et filias salvavit, et civitatis illius subversionem prohibuit : ita et illi propter ingentem suam malitiam non solum ipsi perierunt et deleti sunt, sed et effecerunt terram inutilem in futurum. 26. *Et respexit*, inquit, *uxor ejus post tergum, et facta est columna salis.* Nam quoniam audivit angelos præcipientes justo, ut ne se converterent retrorsum, sed cum magna festinatione secederent : neglexit verba, et præceptum non custodivit, propterea suæ negligentiæ dedit pœnam.

7. Cæterum nos audientes illa, nostræ salutis curam diligentiorem habeamus, et vitia illa ne imitemur caveamus. Imitemur justi illius hospitalitatem et alias virtutes, ut possimus et supernam iram depellere. Neque enim possibile est, ut qui virtutem hanc magno studio exerceat, non grandem inde reportet thesaurum. Etenim justi illi sic supernam gratiam consequuti sunt, tam patriarcha, quam Lot, et qui homines suscipere se putaverunt, meruerunt suscipere angelos, et angelorum Dominum. Nobis quoque et nunc, si voluerimus, suscipere licet. Ipse enim est qui dixit : *Qui suscipit vos, me suscipit.* Sic igitur hospites suscipiamus, et non ad externam vilitatem respiciamus. Enimvero, si tali mente hospitalitatem etiam nos exercuerimus, digni erimus et nos qui tales hospites

Moralis exhortatio.

Matth. 10, 40.

τ In Bibliis legitur καὶ τὰ ἀνατέλλοντα ἐκ τῆς γῆς.

excipiamus, qui videntur quidem viri, angelorum autem virtutes operantur: tantum ne curiosi exploratores et inquisitores simus, ut ne thesaurum perdamus. Quandoquidem et beatus Paulus hos justos subindicat, et docet nos quo-
Hebr. 13. 1. modo tales hospites exceperint. *Hospitalitatis*, inquit, *ne obliviscamini : propter hanc enim nescientes quidam hospitio exceperunt angelos.* Hoc enim eos potissimum fecit admirabiles, quod eos, quos non noverant, ministerio suo honoraverint. Et nos igitur cum fide ac pietate rem obeamus, ut sic thesaurum assequi possimus : quod nobis omnibus concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

D ταξιωθησόμεθα καὶ ἡμεῖς τοιούτους ὑποδέχεσθαι, ἄνδρας μὲν νομιζομένους, τῶν ἀγγέλων δὲ τὴν ἀρετὴν μετιόντας· μόνον μὴ περιεργαζώμεθα, μηδὲ πολυπραγμονῶμεν, ἵνα μὴ διαμάρτωμεν τοῦ θησαυροῦ. Ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τούτους τοὺς δικαίους αἰνιττόμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς πῶς ἐπέτυχον τοιαύτης ὑποδοχῆς, φησί· Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. Τοῦτο γὰρ αὐτοὺς μάλιστα θαυμαστοὺς καὶ μεγάλους ἀπέδειξεν, ὅτι οὐκ εἰδότες αὐτοὺς, τὴν θεραπείαν ἐπεδείκνυντο. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν πίστει καὶ εὐλαE βείᾳ τὸ πρᾶγμα μετίωμεν, ἵνα καὶ τοῦ θησαυροῦ ἐπιτυχεῖν δυνηθῶμεν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XLIV.

ΟΜΙΛΙΑ μδ'.

447 A

Gen. 19. 27. Diluculo autem venit Abraham ad locum ubi steterat coram Domino.

Ὠρθρίσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ πρωῒ εἰς τὸν τόπον, οὗ εἱστήκει ἐναντίον τοῦ Θεοῦ.

1. Heri nos argumentum de muliere Samaritana satis docuit ineffabilem Domini longanimitatem, et excellentem erga illam providentiam, atque illius gratum animum. Vidistis quomodo, ut aquam sensibilem hauriret, advenit, et ex spirituali fonte divina flumina hausit, ac domum rediit, implens quod dictum est a Domino :
Joan. 4. 14. *Aqua, quam ego dabo, erit in eo fons aquæ* B *salientis in vitam æternam.* Impleta enim ipsa divino illo et spirituali fonte, non detinuit intra se flumina : sed superscaturiens, ut ita dicam, effudit et in habitatores civitatis concessi sibi doni gratiam, et præconis officium egit mulier Samaritana et alienigena. Vidistis quantum bonum sit animi gratus affectus; vidistis Domini benignitatem, quomodo nullum contemnat, sed etiam in muliere, etiam in paupertate, et ubicumque invenerit animam vigilem ac fervidam, statim gratiam suam illi largiatur. Imitemur igitur, obsecro, et nos hanc mulierem, cumque magna attentione accipiamus doctrinam a Spiritu profectam. Neque enim nostra sunt quæ dicuntur, neque ex propria lingua loquimur quæcumque dixerimus, sed Domini benignitate dirigente propter vestram salutem et ædificationem Ecclesiæ Dei. Ne

Ἡ κατὰ τὴν Σαμαρεῖτιν ὑπόθεσις ἱκανῶς ἡμᾶς χθὲς ἐδίδαξε καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν ἄφατον μακροθυμίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ αὐτὴν κηδεμονίαν, καὶ ἐκείνης τὴν εὐγνωμοσύνην. [a] Εἴδετε πῶς ὕδωρ αἰσθητὸν ὑδρεύσασθαι παραγενομένη, ἐκ τῆς νοητῆς πηγῆς τὰ θεῖα νάματα ἀρυσαμένη, οὕτως οἴκαδε ἐπανῆλθε, πληροῦσα τὸ παρὰ τοῦ Δεσπότου εἰρημένον· Τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἐμφορηθεῖσα γὰρ αὕτη τῆς θείας ἐκείνης καὶ πνευματικῆς πηγῆς, οὐ κατέσχεν εἴσω τὰ νάματα, ἀλλ' ὑπερβλύζουσα, ὡς εἰπεῖν, ἐκχέει καὶ εἰς τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας τῆς παρασχεθείσης αὐτῇ δωρεᾶς τὸ χάρισμα, καὶ κήρυξ ἐγένετο ἀθρόον ἡ γυνὴ, ἡ Σαμαρεῖτις, ἡ ἀλλόφυλος. Εἴδετε ὅσον ἐστὶ ψυχῆς εὐγνωμοσύνη, εἴδετε Δεσπότου φιλανθρωπίαν, ὅπως οὐδενὸς ὑπερορᾷ, ἀλλὰ κἂν ἐν γυναικὶ, κἂν ἐν πενίᾳ, κἂν ὅπου δήποτε εὕρῃ διεγηγερμένην ψυχὴν καὶ ζέουσαν, παραχρῆμα τὴν παρ' C ἑαυτοῦ χάριν ἐπαφίησι. Μιμησώμεθα τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς τὴν γυναῖκα ταύτην, καὶ μετὰ πολλῆς προσοχῆς δεχώμεθα τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος διδάγματα. Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερά ἐστι τὰ λεγόμενα, οὐδὲ ἐξ οἰκείας γλώττης φθεγγόμεθα, ἅπερ ἂν εἴπωμεν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Δεσπότου [b] φιλανθρωπίας ὁδηγούμενοι διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Μὴ τοίνυν πρὸς ἐμὲ τὸν

[a] Εἴδετε πῶς ὕδωρ αἰσθητὸν ὑδρεύσασθαι παραγενομένη. De qua hic Homilia sermonem habeat, nondum satis perspectum nobis est.

[b] Tres Mss. φιλανθρωπίας ἐνηχούμενοι.

λέγοντα ἀπίδῃς, ἀγαπητὲ, μηδὲ πρὸς τὴν εὐτέλειαν τὴν ἐμὴν, ἀλλ' ὅτι τὰ παρὰ τοῦ Δεσπότου διακομίζω, καὶ πρὸς τὸν ἀποστείλαντα ἔχων τὴν διάνοιαν τεταμένην, οὕτω μετὰ νήψεως δέχου τὰ λεγόμενα. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς, ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, γράμματα διαπέμψηται, ὁ μὲν ἐπιφερόμενος ταῦτα καθ' ἑαυτὸν μὲν οὐδενὸς λόγου ἄξιος τυγχάνει, ἀλλ' εὐτελής τίς ἐστι, καὶ πολλάκις οὐδὲ προγόνους ἀριθμεῖν ἔχων, ἀλλ' ἀνώνυμος καὶ ἐξ ἀνωνύμων· ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ προσέχουσιν οἱ ταῦτα δέχεσθαι μέλλοντες, ἀλλὰ διὰ τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα πολλὴν κἀκείνῳ τιμὴν ἀπονέμουσι, καὶ τὰ γράμματα μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου καὶ πολλῆς τῆς ἡσυχίας δέχονται. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνος ἀνθρώπου ἐπαγόμενος γράμματα, καὶ χάρτην ἁπλῶς [c] ἐπιφερόμενος, παρὰ πᾶσιν ἐναποδέχεται, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς ἂν εἴητε δίκαιοι τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος δι' ἡμῶν ὑμῖν πεμφθέντα λόγια μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς ὑποδέχεσθαι, ἵνα τῆς εὐγνωμοσύνης πολλὴν κομίσησθε τὴν ἀμοιβήν. Ἐὰν γὰρ ἴδῃ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης τῆς ψυχῆς ὑμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ ἡμῖν δαψιλεστέραν παρέξει τὴν χορηγίαν διὰ τὴν οἰκοδομὴν τὴν ὑμετέραν, καὶ ὑμῖν [a] πλείονα δωρήσεται τὴν σύνεσιν, ὥστε συνιέναι τὰ λεγόμενα. Δαψιλὴς γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, καὶ εἰς πάντας ἐκχεομένη οὐδένα μερισμὸν ὑπομένει, ἀλλὰ τῇ διανομῇ μᾶλλον αὔξεται, καὶ ὅσῳ ἂν πλείους ὦσιν οἱ ταύτης μετέχοντες, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς χάριτος ἐπὶ πλέον ἐκτείνεται. Φέρε οὖν, εἰ δοκεῖ, καὶ σήμερον τῆς ἀκολουθίας τῶν πρώην ἡμῖν εἰρημένων ἐπιλαβώμεθα, καὶ ἴδωμεν ὅπου τὸν λόγον κατελύσαμεν, καὶ ὅθεν αὐτὸν ἀναλαβεῖν σήμερον προσῆκε. Ποῦ οὖν τὸν λόγον [b] πρώην προσορμίσαντες, οὕτω τῆς διδασκαλίας ἐπαυσάμεθα; Τὰ κατὰ τὸν Λὼτ ὑμῖν διηγούμενοι, καὶ τὸν τῶν Σοδόμων ἐμπρησμὸν, ἐκεῖ τὸν λόγον ἐστήσαμεν, ὅπου ὁ δίκαιος εἰς τὴν Σηγὼρ διεσώθη. Ὁ ἥλιος γὰρ ἐξῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, φησὶ, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγὼρ, καὶ τότε ἡ θεήλατος ἐκείνη ὀργὴ τούς τε ἐν Σοδόμοις κατέλαβε, καὶ τῆς γῆς τὸν ἀφανισμὸν εἰργάσατο, ὅτε καὶ ἡ γυνὴ τοῦ δικαίου ἐπιλαθομένη τῶν ῥηθέντων παρὰ τῶν ἀγγέλων, ἐπιβλέψασα εἰς τὰ ὀπίσω, ἐγένετο στήλη ἁλὸς, διηνεκὲς ὑπόμνημα ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς τῆς οἰκείας

igitur ad me dicentem, carissime, neque ad tenuitatem meam respicias : sed quoniam ea quæ Domini sunt affero, ad eum qui me misit attenta mente conversus, vigili animo quæ dicuntur accipe. Quandoquidem et in humanis negotiis, quando Imperator diademate coronatus literas mittit, tunc is, qui eas affert, per se nullius momenti est, sed vir e trivio, qui sæpe neque progenitores numerare possit, obscurus, et ex obscuris : sed non ad illum spectant qui literas suscepturi sunt, sed propter imperatorias literas illi quoque multum exhibent honoris, ac literas magna cum reverentia et silentio recipiunt. Si igitur is qui hominis literas, et chartam tantum affert, sic omnibus acceptus est : multo magis vos convenit eloquia, quæ a Spiritu vobis per nos mittuntur, magna attentione suscipere, ut magnam grati animi recipiatis mercedem. Nam si viderit Dominus universorum animarum vestrarum alacritatem, et nobis largiores sumtus propter vestram ædificationem suppeditabit, et vobis majorem præbebit intellectum, ut ea quæ dicuntur intelligere valeatis. Liberalis enim est Spiritus gratia, et se in omnes effundens, nullam divisionem sustinet, sed cum distribuitur, magis crescit, et quanto plures sunt ejus participes, tanto et beneficium magis extenditur. Age igitur si videtur, et hodie ad seriem eorum quæ prius dicta sunt veniamus, ac videamus ubi sermo desierit, et unde eum repetere hodie oporteat. Quoniam igitur nuper appulimus, ac docendi finem fecimus? De Lot vobis narrabamus, et de Sodomorum incendio, illic a sermone destitimus, ubi justus in Segor servatus est. *Sol* enim *egressus est super terram; et Lot intravit in Segor,* et tunc ira a Deo immissa Sodomitas apprehendit, et terram illam abolevit, quando et uxor justi eorum quæ ab angelis dicta fuerant immemor, spectavit retrorsum, et facta est columna salis, perpetuum monimentum posterioribus sæculis suæ negligentiæ præbens. Operæ pretium nunc fuerit intermissæ seriei insistere,

Imperatorum literæ cum quanta reverentia accipiebantur.

[a] Savil. et quinque Mss. ἐπιφερόμενος οὕτω περίβλεπτός ἐστι, πολλῷ μᾶλλον. Morel. et alii ἐπιφερόμενος παρὰ πᾶσιν ἐναποδέχεται, πολλῷ μᾶλλον. Quanta cum reverentia olim exciperentur imperatoriæ literæ, videre est apud scriptores tum Ecclesiasticos, tum Byzantios. Locum insignem habemus apud Socr. lib. 1, c. 24 : ubi narratur cum in depositione Eustathii, episc. Antiochiæ, tota pene civitas seditione conflagrasset, atque utrinque armatis stantibus factionum partibus, quæ sibi milites adjunxerant, jam prope fuisset ut ad atrox prælium veniretur, supervenientes imperatorias literas populum timore implevisse, et factiosos compescuisse. Vidimus supra Tomo III epistolam Honorii *Sacram* appellari : diximusque passim imperatorias epistolas hac una voce *Sacra* appellatas fuisse, quod solum nomen ad reverentiam atque metum populum vocabat.

[a] Sex Mss. πλείονα παρέξει τὴν σύνεσιν.

[b] Savil. et octo Mss. πρώην τελέσαντες τῆς διδασκαλίας. Morel. πρώην προσορμίσαντές, οὕτω τῆς διδασκαλίας. Mox Savil. et quinque Mss. ἐμπρησμὸν, μέχρι τούτου τὸν λόγον.

(et pauca vestræ caritati loqui, ut iterum videatis caritatem et commiserationem patriarchæ, et Dei in illum benevolentiam. Nam ubi, orto sole, justus Lot in Segor servatus est, qui autem Sodomis erant, pœnam luerunt, patriarcha simul et illorum interitum miserans, quem propter suum peccatum sustinuerunt, et de justo valde sollicitus, mane veniens spectabat quæ ibi facta fuerant. 27. *Diluculo autem venit*, inquit, *Abraham mane ad locum, ubi steterat coram Deo*, 28. *et respexit in faciem Sodomorum et Gomorrhæ, et in faciem circumjacentis regionis, et vidit. Et ecce ascendebat flamma de terra, quasi fumus camini.* In eo, inquit, loco, in quo colloquutus est cum Domino, et pro Sodomitis rogavit, videbat terribilis illius pœnæ vestigia, et de justo discere aliquid volebat. Is enim sanctorum mos est, ut plurimum affectu moveantur, et compatiantur. Et ut doceat nos divina Scriptura Spiritus gratiam statim ipsi hujus rei notitiam concessisse, et justum cura, quam pro Lot gerebat, liberasse, inquit: 29. *Cum contereret Dominus civitates regionis illius, recordatus est Deus Abrahæ, et emisit Lot e media subversione.* Quid est, *Recordatus est Deus Abrahæ?* Hoc est, petitionis quam fecit, dicens: *Ne simul perdas justum cum impio.* Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem patriarchæ justus servatus est et non propter suam justitiam? Ita certe, etiam propter orationem patriarchæ: quando enim quod ex nobis est simul afferimus, ipsa etiam intercessio sanctorum plurimum nobis confert. Quod si ipsi negligentes fuerimus, et spem in illis solis nostræ salutis collocaverimus, nihil amplius nobis prodest: non quod minus valeant justi, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos prodimus.

Gen. 18. 22.

Intercessio justorum.

2. Et ut discas quomodo, cum negligentes sumus, etiamsi justi sint qui pro nobis orant, etiamsi prophetæ, nulla nobis inde sit utilitas (illi enim suam virtutem per hoc demonstrant, nobis autem ob improbos mores nulla erit utilitas), audi Deum universorum, ad eum, qui de utero matris sanctificatus est, Jeremiam prophetam loquentem: *Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te.* Vide Domini benignitatem: prædicit prophetæ, ut ne cum post orationem non exaudiatur, hoc suis peccatis tribuat: et ideo

Jer. 16. 7.

C ῥᾳθυμίας παρεχομένη. Ἀναγκαῖον οὖν σήμερον τὰ ἐξῆς ἐπελθόντας μικρά τινα διαλεχθῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἵνα πάλιν εἰδῆτε τοῦ πατριάρχου τὸ συμπαθὲς καὶ φιλόστοργον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ, τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου γενομένης, ὁ μὲν δίκαιος Λὼτ εἰς τὴν Σηγὼρ διεσώθη, οἱ δὲ τὰ Σόδομα κατοικοῦντες ὑπὸ τὴν δίκην γεγόνασιν, ὁ πατριάρχης ὁμοῦ κἀκείνους οἰκτείρων τῆς ἀπωλείας, ἣν διὰ τὴν οἰκείαν παρανομίαν ὑπέμεινον, καὶ περὶ τοῦ δικαίου σφόδρα φροντίζων, ὀρθρίσας, φησὶ, περιεσκόπει τὰ γεγενημένα. Ὤρθρισε γὰρ, φησὶν, Ἀβραὰμ τῷ πρωῒ εἰς τὸν τόπον, οὗ εἱστήκει ἐναντίον

D τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πρόσωπον τῆς περιχώρου Σοδόμων καὶ Γομόρρας, καὶ εἶδε. Καὶ ἰδοὺ ἀνέβαινε φλὸξ ἐκ τῆς γῆς, ὡσεὶ ἀτμὶς καμίνου. Ἐν ἐκείνῳ, φησὶ, τῷ τόπῳ γεγονὼς, ἔνθα τὴν διάλεξιν πρὸς τὸν Δεσπότην ἐποιήσατο, καὶ τὴν περὶ τῶν ἐν Σοδόμοις παράκλησιν, ἑώρα τῆς φοβερᾶς ἐκείνης τιμωρίας τὰ ἴχνη, καὶ τοῦ δικαίου ἕνεκεν μαθεῖν τι ἐπεθύμει. Τοιοῦτον γὰρ τῶν ἁγίων τὸ ἔθος, φιλόστοργον καὶ συμπαθητικόν. Καὶ ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι εὐθέως αὐτῷ τούτου τὴν γνῶσιν ἐνέθηκεν ἡ τοῦ Πνεύ-

E ματος χάρις, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν δίκαιον [c] ἵνα τῆς περὶ τοῦ Λὼτ ἀπαλλάξῃ φροντίδος, φησίν· Ἐν τῷ ἐκτρῖψαι Κύριον τὰς πόλεις τῆς περιοίκου, ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἐξαπέστειλε τὸν Λὼτ ἐκ μέσου τῆς καταστροφῆς. Τί ἐστιν, Ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ; Τῆς παρακλήσεως, φησὶν, ἧς ἐποιήσατο, λέγων, Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. Τί οὖν, ἂν εἴποι τις, διὰ τὴν παράκλησιν τοῦ πατριάρχου ὁ δίκαιος διεσώθη, καὶ οὐχὶ διὰ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην; Ναὶ, καὶ διὰ τὴν παράκλησιν τοῦ πατριάρχου· ὅταν γὰρ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισενέγκωμεν, καὶ ἡ παρὰ τῶν δι- 449
A καίων πρεσβεία τὰ μέγιστα ἡμᾶς ὀνίνησιν. Ἐπεὶ ἐὰν αὐτοὶ μὲν ῥᾳθυμῶμεν, τὰς δὲ ἐλπίδας τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐπ' ἐκείνοις μόνοις ποιώμεθα, οὐδὲν ἡμῖν ἔσται πλέον· οὐκ ἐπειδὴ ἀσθενεῖς οἱ δίκαιοι, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς διὰ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας ἑαυτοὺς προδίδομεν.

Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι, ὅταν ἀμελῶμεν, κἂν δίκαιοι ὦσιν οἱ ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλοῦντες, κἂν προφῆται, οὐδὲν ἡμῖν ἐκ τούτου ὄφελος γίνεται (ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν καὶ διὰ τούτων ἐπιδείκνυνται, ἡμῖν δὲ οὐδεμία ἔσται ὄνησις διὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον), ἄκουσον τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ πρὸς τὸν ἐκ κοιλίας ἁγιασθέντα

B Ἱερεμίαν τὸν προφήτην λέγοντα· Μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. Ὅρα τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν· προλέγει τῷ προφήτῃ, ἵνα μὴ μετὰ τὸ προσεύξασθαι παρακουσθεὶς, νομίσῃ ὅτι διὰ τὴν παρ' αὐτοῦ αἰτίαν τοῦτο γεγένηται. Διὰ τοῦτο

[c] Savil. et quidam alii ἵνα τῆς περὶ τοῦ δικαίου φροντίδος ἀπαλλάξῃ αὐτόν.

ἤδη προμηνύει αὐτῷ τὴν κακίαν τοῦ λαοῦ, καὶ διαστέλλεται μὴ προσεύξασθαι, ἵνα καὶ αὐτὸς εἰδέναι ἔχῃ τῆς πονηρίας ἐκείνων τὴν ἐπίτασιν, κἀκεῖνοι μάθωσιν ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὁ προφήτης συμβάλλεται, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν βουληθῶσιν. Ὅπερ εἰδότες, ἀγαπητοὶ, καταφεύγωμεν μὲν ἐπὶ τὰς τῶν ἁγίων πρεσβείας, καὶ παρακαλῶμεν ὥστε ὑπὲρ ἡμῶν δεηθῆναι, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἐκείνων ἱκεσίαις μόνον θαῤῥῶμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς δεόντως οἰκονομῶμεν, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς ἐχώμεθα, ἵνα χώραν δῶμεν τῇ πρεσβείᾳ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν γινομένῃ. Τοῦτο καὶ [a]πρὸς ἕτερον προφήτην φησὶν ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης· Οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσι; Θυμιῶσι στέαρ, καὶ χαυῶνας ποιοῦσι τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· μονονουχὶ λέγων πρὸς αὐτόν· ὑπὲρ τούτων με παρακαλεῖς, τῶν οὐχ ἱσταμένων τῆς πονηρίας, τῶν οὐδεμίαν αἴσθησιν λαμβανόντων τῆς νόσου ἐν ᾗ κατέχονται, ἀλλ' οὕτως ἀναλγήτως διακειμένων; Οὐχ ὁρᾷς αὐτῶν τὴν ὑπερβάλλουσαν καταφρόνησιν; οὐ βλέπεις αὐτῶν τὴν μανίαν τὴν πολλήν; πῶς οὐδέπω κόρον εἰλήφασι τῆς ἀσεβείας, ἀλλὰ καθάπερ ὗς ἐν βορβόρῳ, οὕτως ἐγκαλινδοῦνται ταῖς οἰκείαις παρανομίαις; Μὴ γὰρ, εἰ ἐβούλοντο ἐπιστρέφειν, παρακληθῆναι ἀνέμενον; Οὐκ ἐγώ εἰμι ὁ διὰ τῶν προφητῶν βοῶν καὶ λέγων· Καὶ εἶπον μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτήν· μετὰ ταῦτα πάντα πρός με ἀνάστρεψον, καὶ οὐκ ἀνέστρεψε; Μὴ γὰρ ἕτερόν τι ζητῶ, ἢ παύσασθαι τῆς πονηρίας μόνον, καὶ στῆναι τῶν κακῶν; μὴ γὰρ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων εὐθύνας ἀπαιτῶ, ἐὰν ἴδω μεταβάλλεσθαι βουλομένους; οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βοῶ λέγων· Οὐ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν; Οὐ διὰ τοῦτο πάντα ποιῶ, ἵνα τῆς ἀπωλείας ἐξαρπάσω τοὺς ἐπὶ τῇ πλάνῃ προκατειλημμένους; Μὴ γὰρ, ἐὰν ἴδω μεταβαλλομένους, ὑπερτίθεμαι; Οὐκ ἐγώ εἰμι ὁ λέγων· [b]Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· ἰδοὺ πάρειμι; Μὴ γὰρ οὕτως αὐτοὶ ἐπιθυμοῦσι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ὡς ἐμοὶ περισπούδαστόν ἐστιν ἅπαντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν; Μὴ γὰρ διὰ τοῦτό σε ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγον, ἵνα ἀπολέσω; μὴ γὰρ εἰκῇ τὴν βασιλείαν καὶ τὰ μυρία καὶ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ ἡτοίμασα; Οὐχὶ διὰ τοῦτο καὶ γέενναν ἠπείλησα, ἵνα εἰς τὴν βασιλείαν ἅπαντας καὶ διὰ τούτου δραμεῖν παρασκευάσω; Μὴ τοίνυν, ὦ μακάριε προφῆτα, ἐκείνους καταλιμπάνων, ἐμοὶ πρόσαγε τὴν παράκλησιν, ἀλλ' ἕν σοι τοῦτο διὰ σπουδῆς ἔστω, ὥστε τῆς ἐκείνων νόσου περιγενέσθαι, καὶ εἰς αἴσθησιν ἀγαγεῖν τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν, καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ πάν-

jam prænuntiat ei populi nequitiam, et prohibet ne precetur, ut et ipse scire queat ingentem Judæorum perversitatem : et illi sciant nihil eis prodesse prophetam, nisi et ipsi quæ sua sunt proferre velint. Id scientes, dilecti, confugiamus ad sanctorum preces, et oremus ut pro nobis intercedant : sed non illorum precibus tantum confidamus, sed et ipsi nostra, ut oportet, dispensemus recte, et ad meliora semper converti nitamur, ut locum demus orationi quæ pro nobis funditur. Hoc et ad alium prophetam dicit Dominus universorum : *Non vides quid ipsi faciunt? Incendunt adipem, et placentas faciunt exercitui cœli :* ac si diceret : Pro illis me rogas, qui a peccato non desistunt, qui carent sensu infirmitatis suæ qua laborant, sed sic nullo dolore sunt affecti? Non vides summum eorum contemtum? non vides eorum magnam insaniam? quomodo nondum satientur impietate, sed quasi sus in luto se volutent in iniquitatibus suis? Annon si vellent converti, audirent cohortantes? Nonne ego sum per prophetas clamans, et dicens : *Et dixi postquam ipsa scortata est : Post hæc omnia ad me convertere, et non est conversa?* Num aliud quæro, quam ut quiescant a peccato tantum, et sistant mala? num pro præteritis rationem exigo, si videam illos velle resipiscere? nonne quotidie clamo, dicens : *Numquid voluntate volo mortem peccatoris, sicut converti eum et vivere?* Nonne propterea omnia facio, ut ab interitu eripiam eos qui ab errore præoccupati sunt? Annon si videam conversos, differo? Nonne ego sum qui dico : *Adhuc te loquente dicam : ecce adsum?* Num sic ipsi suæ salutis avidi sunt, ut mihi in optatis est omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire? Num enim vos ex nihilo produxi, ut perdam? num sine causa regnum futurum et innumera bona præparavi? Annon propter hoc et gehennam minatus sum, ut hujus metu homines in regnum cælorum introducam? Ne igitur, o beate propheta, illos relinquens, mihi afferas orationem : sed illud unum tibi curæ sit, ut illorum morbus sanetur, et in sensum infirmitatis suæ atque ad valetudinem ipsi reducantur; et mea omnino sequentur. Neque enim moror, vel differo, quando video animam gratam : unum enim tantum requiro, nempe ut confiteantur peccata, et ab eis abstineant, et non ultra infero pœnam peccatis. Num grave

Invocatio et intercessio sanctorum.

Jer. 7. 17. 18.

Jer. 3. 7.

Ezech. 18. 23.

Isa. 58. 9.

1. *Tim.* 2. 4.

Confessio peccatorum.

[a] Πρὸς ἕτερον προφήτην, *ad alium prophetam.* Atqui cujus locus affertur, nempe Jeremias. idem ipse propheta est is qui hic commemoratur, et

« et molestum est quod a me proponitur? Nisi scirem deteriores fieri, quando priora peccata non confitentur, neque idipsum requirerem. Verum quia scio hominum genus magis ad peccatum vergere, propterea volo ut confiteantur priora peccata, et confessione prohibeantur ne in eadem recidant.

τως ἔψεται. Οὐ γὰρ μέλλω, οὐδὲ ἀναβάλλομαι, ἐπειδὰν ἴδω ψυχὴν εὐγνώμονα· ἓν γὰρ μόνον ἐπιζητῶ, ὁμολογίαν τῶν ἐπταισμένων, καὶ οὐκ ἔτι τὴν ἐπὶ τοῖς ἐπταισμένοις δίκην ἐπάγω. Μὴ γὰρ βαρύ τι καὶ ἐπαχθὲς τὸ παρ' ἐμοῦ προτεινόμενον; Εἰ μὴ ἦλθεν χείρους γινομένους, ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογῆσαι τὰ πρότερα ἁμαρτήματα, οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο ἐζήτουν. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος μᾶλλον πρὸς κακίαν ῥέπον, διὰ τοῦτο βούλομαι τὰ πρότερα ὁμολογῆσαι ἁμαρτήματα, ἵνα ἡ ὁμολογία κώλυμα αὐτοῖς γένηται πρὸς τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν.

3. Hæc igitur cogitantes, dilecti, ac Domini benignitatem in animo versantes, ne simus desides: sed magnam nostri ipsorum geramus curam, et peccatorum maculas purgemus, atque sic ad sanctorum intercessionem properemus. Nam si sobrii et vigiles esse voluerimus, etiam per nos ipsos orantes plurimum nobis proderimus. Nam quoniam clemens est Dominus noster, non sic annuit cum ab aliis pro nobis oratur, ut cum a nobis ipsis. Vide bonitatem eximiam: nam si viderit nos qui offendimus, et ignominiosi facti sumus nullamque habemus fiduciam, paululum excitari, et ad clementiæ suæ divitias confugere volentes, statim precibus annuit, et manum porrigit jacentibus et lapsos excitat, clamatque *Jerem.* 8.4. dicens: *Númquid qui cadit, non resurget?* Verum ut etiam ex rebus ipsis discatis quomodo multi per semetipsos orantes id quod cupiebant melius assequi valuerunt, quam per aliorum preces, operæ pretium fuerit eos, quibus id contigit, in medium producere, ut et nos imitemur, et ad æmulationem provocemur. Audiamus igitur quomodo Chananæa illa mulier cum esset alienigena, et anima valde cruciaretur, ubi vidit Medicum animarum, et Solem justitiæ qui exortus est iis qui sedent in tenebris, accessit ad eum fervido et alacri studio mota: neque ideo segnior facta, quod vel mulier, vel alienigena esset: sed omnibus impedimentis repulsis, *Matth.* 15. 22. ut accessit, inquit: *Domine; miserere mei, quia filia mea male a dæmonio torquetur.* Verum qui scit abscondita cordium, tacet et non respondet, neque sermone eam dignatur, neque miseretur mulieris, quam videbat tanto cum ejulatu accedere; sed differt, volens occultum mulieris thesaurum omnibus manifestum facere. Sciebat enim reconditam margaritam, quam nos latere nolebat: et idcirco differebat, et nec responso dignabatur, ut posteris omnibus mulieris sedulitas magna foret doctrina. Et vide ineffabilem Dei bonitatem. Ipse enim, inquit, non

Ταῦτα τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ἀναλογιζόμενοι, καὶ ἐννοοῦντες τοῦ ἡμετέρου Δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν, μὴ ῥαθυμῶμεν, ἀλλὰ πρότερον πολλὴν ἑαυτῶν τὴν ἐπιμέλειαν ποιώμεθα, καὶ τὸν ῥύπον τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαθάρωμεν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς πρεσβείας τῶν ἁγίων σπεύδωμεν. Ἐὰν γὰρ βουλώμεθα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ δι' ἑαυτῶν παρακαλοῦντες τὰ μέγιστα ὀνησόμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος, οὐχ οὕτω δι' ἑτέρων παρακαλούμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπινεύει, ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν. Ὅρα ἀγαθότητος ὑπερβολήν· ἐὰν ἴδῃ τοὺς προσκεκρουκότας ἡμᾶς, τοὺς ἠτιμωμένους, τοὺς μηδεμίαν παῤῥησίαν ἔχοντας, μικρὸν διεγερθέντας, καὶ ἐπὶ τὸν πλοῦτον τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ καταφυγεῖν ἐθελήσαντας, εὐθέως ἐπινεύει ταῖς αἰτήσεσι, καὶ χεῖρα ὀρέγει κειμένοις, καὶ διανίστησι πεπτωκότας, καὶ βοᾷ λέγων· Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; Ἀλλ' ἵνα μάθητε καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι πολλοὶ δι' ἑαυτῶν μᾶλλον παρακαλέσαντες ἴσχυσαν ἐπιτυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, ἢ δι' ἑτέρων, ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς ἐπιτυχόντας εἰς μέσον παραγαγεῖν, ἵνα καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ εἰς ζῆλον διεγερθῶμεν. Ἀκούσωμεν τοίνυν πῶς ἡ Χαναναία ἐκείνη γυνὴ κατώδυνος οὖσα τὴν ψυχὴν καὶ ἀλλόφυλος, ἐπειδὴ εἶδε τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, καὶ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἀνατείλαντα τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὅπως μετὰ θερμῆς καὶ ζεούσης προθυμίας τὴν πρόσοδον ἐποιήσατο, καὶ οὔτε τὸ γυναῖκα αὐτὴν εἶναι, οὔτε τὸ ἀλλόφυλον, ὀκνηροτέραν γενέσθαι παρεσκεύασεν, ἀλλὰ πάντα τὰ κωλύματα ταῦτα παρωσαμένη, προσελθοῦσά φησιν· Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. Ἀλλ' ὁ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἐπιστάμενος σιγᾷ καὶ οὐκ ἀποκρίνεται, οὐ λόγου μεταδίδωσιν, οὐδὲ οἰκτείρει τὸ γύναιον, ὁρῶν μετὰ τοσαύτης οἰμωγῆς προσελθοῦσαν, ἀλλὰ μακροθυμεῖ, βουλόμενος τὸν λανθάνοντα θησαυρὸν ἐν τῇ γυναικὶ κατάδηλον ἅπασι ποιῆσαι. Ἤδει γὰρ τὸν κρυπτόμενον μαργαρίτην, ὃν οὐκ ἐβούλετο λαθεῖν ἡμᾶς· καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλεται, καὶ οὐδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῖ, ἵνα ἡ πολλὴ τῆς γυναικὸς προσεδρία διδασκαλία πᾶσι γένηται τοῖς μετὰ ταῦτα. Καὶ ὅρα τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον ἀγαθότητα. Αὐτὸς μὲν, φησὶν, οὐκ ἀπεκρίνατο

αὐτῇ· οἱ δὲ μαθηταὶ συμπαθέστεροι καὶ φιλανθρωπότεροι νομίζοντες εἶναι, οὐ τολμῶσι φανερῶς εἰπεῖν· παράσχου αὐτῇ τὴν αἴτησιν, ἐλέησον αὐτὴν, σπλαγχνίσθητι ἐπ' αὐτῇ· ἀλλὰ τί; Ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν, μονονουχὶ λέγοντες· ἐλευθέρωσον ἡμᾶς τῆς ἐπαχθείας, ἀπάλλαξον ἡμᾶς τῆς κραυγῆς τῆς παρ' αὐτῆς γινομένης. Τί οὖν ὁ Δεσπότης; Νομίζετέ με, φησὶν, εἰκῇ σεσιγηκέναι, καὶ μὴ ἀξιῶσαι αὐτὴν ἀποκρίσεως; Ἀκούετε· Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. Οὐκ ἴστε, φησὶν, ὅτι ἀλλόφυλός ἐστιν ἡ γυνή; οὐκ ἴστε ὅτι καὶ ὑμῖν ἤδη παρηγγύησα εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπελθεῖν; Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως ἀνεξετάστως τὴν συμπάθειαν ἐπιδείκνυσθε; Σκόπει τὴν εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, πῶς καὶ ὅτε ἔδοξεν ἀποκρίνεσθαι, τῆς σιγῆς βαρύτερον καθικνεῖτο τῆς γυναικὸς, καὶ μονονουχὶ καιρίαν αὐτῇ δέδωκε τὴν πληγὴν, κατὰ μικρὸν αὐτὴν διεγεῖραι βουλόμενος, ἵνα μάθωσιν ἀγνοοῦντες οἱ μαθηταὶ τὴν ἐγκεκρυμμένην ἐν αὐτῇ πίστιν. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐνάρκησεν, οὐδὲ ὀκνηροτέρα γέγονε θεασαμένη καὶ τοὺς μαθητὰς οὐδὲν πλέον ἀνύσαντας, καὶ οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτήν· εἰ μηδὲ οὗτοι ἴσχυσαν δυσωπῆσαι τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ ἱκεσίαν ποιησάμενοι, τίνος ἕνεκεν εἰκῇ καὶ μάτην προσεδρεύω; ἀλλὰ καθάπερ ὑπὸ πυρὸς φλεγομένη, καὶ ἐμπιπραμένη τὸν λογισμὸν, καὶ τὰ σπλάγχνα διακοπτομένη, πρόσεισι προσκυνοῦσα καὶ λέγουσα, Κύριε, βοήθει μοι. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπινεύει τῇ γυναικὶ, ἀλλ' ἀπόκρισιν ποιεῖται τῆς προτέρας βαρυτέραν. Οὐκ ἔστι, φησὶ, καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Ἐννόησον, ἀγαπητὲ, καὶ θαύμασον ἐνταῦθα τῆς ψυχῆς αὐτῆς τὸν πόθον καὶ τὴν πίστιν τὴν ὑπερβάλλουσαν· ὅτι κυνάριον ἀκούσασα οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἀπεπήδησεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς [a] εὐγνωμοσύνης φησί· Ναὶ, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. Ὁμολογῶ, φησὶ, κυνάριον εἶναι· ὡς κυνάριον οὖν με ἀξίωσον τῶν ψιχίων τῆς τραπέζης. Εἶδες γυναικὸς πίστιν καὶ εὐγνωμοσύνην; Κατεδέξατο τὸ εἰρημένον, καὶ παραχρῆμα ἐπέτυχε τοῦ σπουδαζομένου, καὶ ἐπέτυχε μετὰ πολλῶν τῶν ἐγκωμίων. Τί γάρ φησιν ὁ Χριστός; Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Ὦ γύναι· θαυμασμοῦ τὸ ῥῆμα, ἐπαίνου πολλοῦ γέμον τὸ εἰρημένον. Μεγάλην, φησὶν, ἐπεδείξω τὴν πίστιν· διὰ τοῦτο τοσαῦτά σοι ὑπάρξει, ὅσα θέλεις. Ὅρα φιλοτιμίας δαψίλειαν, καὶ θαύμασον τοῦ Δεσπότου τὴν σοφίαν. Ἆρα οὐκ ἐν προοιμίοις ἐνομίζομεν ἀσυμπαθῆ τινα αὐτὸν εἶναι, οὕτω διακρουόμενον, καὶ

respondebat ei; discipuli autem, qui admodum misericordes et benigni esse videbantur, non audent manifeste dicere, Da ei quod petit, misere ei, esto ei clemens: sed quid? *Dimitte eam, quia clamat post nos,* quasi dicerent: Libera nos a molestia, libera nos a clamore quem excitat. Quid igitur Dominus? Putatis me, inquit, absque causa tacuisse, et responso eam non fuisse dignatum? Audite: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Nescitis, inquit, alienigenam mulierem esse? nescitis me vobis jam præcepisse ne iretis in viam gentium? Quare igitur sine examine commiserationem erga eam declaratis? Considera multifariam Dei sapientiam, quomodo cum respondere videbatur, mulierem magis perstringebat quam silendo: et quasi letalem plagam dabat, provocare paulatim eam volens, ut discerent ignorantes discipuli, quanta in ea lateret fides. Sed neque sic tardior negligentiorve facta est visis discipulis nihil proficientibus, neque dixit intra semetipsam: Si non potuerunt illi Dominum pro me exorare, quare ego frustra sequerer, et continuo instarem? sed quasi mente ab igne inflammata et succensa, visceribusque conscissis, accedit adorans, et dicens: *Domine adjuva me.* Ille autem neque sic adjuvat mulierem, sed responsum dat superiore gravius. *Non est,* inquit, *bonum ut tollatur panis filiorum, et detur canibus.* Considera, dilecte, et hic admirare animæ ejus desiderium, et fidem eximiam. Ut audivit se canem dici, non gravatim tulit, non retrocessit: sed magno et pio affectu inquit: *Etiam, Domine: nam et catuli edunt de micis mensæ dominorum suorum.* Confiteor, inquit, catulum me esse; igitur sicut catulum dignare me micis mensæ pascere. Vidisti mulieris fidem et probitatem? Suscepit quod dictum est, et statim id de quo sollicita erat obtinuit, obtinuitque magnis cum laudibus. Quid enim dicit Christus? *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. O mulier,* admirationis verbum et dictum laude plenum. Magnam, inquit, declarasti fidem; propterea tanta tibi erunt, quanta vis. Vide liberalitatis amplitudinem, et admirare Domini sapientiam. Annon ab initio putabamus, cum sic repelleret eam, commiseratione illum carere? Et primum quidem non dignabatur responso, postea

[a] Εὐγνωμοσύνην hic *ingenuitatem* verterat Interpres vetus, non male; melius tamen hic puto verti, *bonum et pium affectum.* Frequentissimus est hujus vocis usus apud Chrysostomum, sed et ille varius; nam aliquando significat *probitatem,* aliquando *gratum animum;* sæpissime per *bonum affectum* apte redditur.

autem per primum et secundum responsum quasi abigebat, et eam quæ cum tanto advenerat desiderio et fervore, repellebat. Verum a fine disce Dei bonitatem; eum nempe volentem eam clariorem reddere, tanta dilatione fuisse usum. Etenim si statim annuisset, nescivissemus nos mulieris virtutem: quia autem parumper distulit, et Domini cognovimus ineffabilem humanitatem, et illius fidem eximiam.

πρότερον μὲν οὐδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῦντα τὸ γύναιον, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ διὰ τῆς προτέρας, καὶ διὰ τῆς δευτέρας ἀποκρίσεως μονονουχὶ ἀπελαύνοντα, καὶ τὴν μετὰ τοσούτου πόθου προσελθοῦσαν ἀποσοβοῦντα; Ἀλλ' ἐκ τοῦ τέλους κατάμαθε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, ὅτι βουλόμενος αὐτὴν περιφανεστέραν ἐργάσασθαι, διὰ τοῦτο τῇ μακροθυμίᾳ ἐχρήσατο. Εἰ μὲν γὰρ εὐθέως ἐπένευσεν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν ἡμεῖς τῆς γυναικὸς τὴν ἀρετήν· ἐπειδὴ δὲ μικρὸν ἀνεβάλλετο, καὶ τοῦ Δεσπότου ἔγνωμεν τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, κἀκείνης τὴν πίστιν τὴν ὑπερβάλλουσαν.

4. Totam autem hanc historiam in medium afferre coacti sumus, ut discamus nos non tantum perficere per alios orantes, quantum per nosipsos, si quidem cum alacri et vigili mente accedamus. Enimvero illa et discipulos habens pro se orantes, nihil profecit, donec ipsa per se præsens et perseverans clementiam Domini sibi conciliaret. Atque parabola illa amici intempesta nocte venientis, et tres panes petentis, idem ipsum subindicat. *Nam etiamsi, amicus licet, non exaudiat, attamen vel propter importunitatem surget et ei dabit.* Itaque cum videamus ineffabilem clementiam Domini nostri, accedamus ad eum, declaratis, et quasi ante oculos nostros propositis speciatim singulis peccatis nostris, etiam pro præteritis veniam petamus, ut in futuro majori diligentia viventes, uberiorem ejus benevolentiam assequamur. Verum redeamus, si placet, ad lectionis seriem. 30. *Ascendit autem*, inquit, *Lot in Segor, et sedit in monte, et duæ filiæ ejus cum eo. Timuerunt enim habitare in Segor; et habitavit in spelunca ipse, et duæ filiæ ejus cum eo.* Justus invalescente adhuc timore, quem conceperat a plaga Sodomitis inducta, procul abit, et in monte, inquit, habitat cum filiabus suis: et in solitudine et vastitate extrema postea fuit cum filiabus, in monte sedem habens. 31. *Dixit autem*, inquit, *major natu ad juniorem: Pater noster senex est, et nullus est super terram qui ingrediatur ad nos, juxta morem universæ terræ,* 32. *Veni, et potemus patrem nostrum vino, et dormiamus cum eo, et excitemus semen ex patre nostro.* Cum reverentia et timore multo audiamus ea, dilecti, quæ in divinis Scripturis continentur; non enim temere et absque causa scripta sunt, sed omnia utiliter et e re nostra, etiamsi nos quædam ignoremus. Non enim omnia possumus

Non tantum perficimus per alios orantes, quantum per nos ipsos.

Luc. 11. 8.

Ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν ἱστορίαν εἰς μέσον παραγαγεῖν ἠναγκάσθημεν, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐχ οὕτω δι' ἑτέρων παρακαλοῦντες ἀνύομεν, ὡς αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν, ἐπειδὰν μετὰ θερμότητος προσίωμεν καὶ διεγηγερμένης διανοίας. Ἰδοὺ γὰρ αὕτη καὶ τοὺς μαθητὰς ἔχουσα ὑπὲρ αὐτῆς ἱκετεύοντας οὐδὲν πλέον ἀνύσαι ἠδυνήθη, μέχρις ὅτε αὐτὴ δι' ἑαυτῆς παραμείνασα τὴν φιλανθρωπίαν ἐπεσπάσατο τοῦ Δεσπότου. Καὶ ἡ παραβολὴ δὲ ἐκείνη τοῦ φίλου τοῦ ἀωρὶ τῆς νυκτὸς παραγενομένου, καὶ τοὺς τρεῖς ἄρτους αἰτήσαντος, τὸ αὐτὸ αἰνίττεται. Εἰ γὰρ καὶ μὴ διὰ τὸ φίλος αὐτοῦ εἶναι, φησὶν, ὑπακούσει αὐτῷ, διὰ γοῦν τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἀναστὰς δώσει. Εἰδότες τοίνυν τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν τοῦ ἡμετέρου Δεσπότου, προσίωμεν αὐτῷ, δεικνύντες, καὶ μονονουχὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἡμετέρων προτιθέντες κατ' εἶδος ἕκαστον τῶν ἡμῖν πεπλημμεληκότων, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν παρελθόντων συγχώρησιν [a] αἰτοῦντες, ἵνα καὶ εἰς τὸ ἑξῆς πολλὴν τὴν ἀκρίβειαν ἐπιδειξάμενοι, πλείονα τὴν παρ' αὐτοῦ εὔνοιαν ἐπισπασώμεθα. Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἀναγνώσματος. Ἀνέβη δὲ, φησὶ, Λὼτ εἰς Σηγὼρ, καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει, καὶ αἱ δύο θυγατέρες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ· ἐφοβήθησαν γὰρ οἰκῆσαι ἐν Σηγώρ· καὶ ᾤκησεν ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτὸς, καὶ αἱ δύο θυγατέρες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. Ἐνακμάζοντα ἔχων ἔτι τὸν φόβον τῆς τιμωρίας τῆς ἐπαχθείσης τοῖς κατὰ τὰ Σόδομα, πόρρωθεν ἄπεισιν ὁ δίκαιος, καὶ εἰς τὸ ὄρος, φησὶ, κατοικεῖ μετὰ τῶν θυγατέρων, καὶ ἐν ἐρημίᾳ ἐσχάτῃ καὶ μονώσει λοιπὸν ἐτύγχανε μετὰ τῶν δύο θυγατέρων ἐν τῷ ὄρει κατοικῶν. Εἶπε δὲ, φησὶν, ἡ πρεσβυτέρα πρὸς τὴν νεωτέραν· ὁ πατὴρ ἡμῶν πρεσβύτερος, καὶ οὐδεὶς ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς, ὃς εἰσελεύσεται πρὸς ἡμᾶς, ὡς καθήκει πάσῃ τῇ γῇ. Δεῦρο, καὶ ποτίσωμεν τὸν πατέρα ἡμῶν οἶνον, καὶ κοιμηθῶμεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσωμεν σπέρμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Μετ' εὐλαβείας καὶ φόβου πολλοῦ ἀκούωμεν, ἀγαπητοὶ, τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κειμένων· οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ γέ-

[a] Savil. et aliquot Mss. *αἰτοῦντες, εἰς τὸ ἑξῆς πολλὴν τὴν ἀκρίβειαν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα καὶ πλείονα.*

γραπται, ἀλλὰ πάντα συμφερόντως καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἡμετέραν, κἂν ἡμεῖς ἕνια ἀγνοῶμεν. [b] Οὐ γὰρ ἅπαντα δυνάμεθα μετὰ ἀκριβείας εἰδέναι, ἀλλ' εἰ καὶ αἰτίας περιῤῥώμεθά τινων ἀποδιδόναι κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἔχει ἐγκεκρυμμένον τινὰ θησαυρὸν πολὺ ἀπόκρυφόν τε καὶ δυσερμήνευτον. Σκόπει τοίνυν, πῶς ἡ Γραφὴ πάντα σαφῶς διηγησαμένη, καὶ τὸν σκοπὸν ἡμῖν γνωρίσασα τῶν τοῦ δικαίου θυγατέρων, νῦν μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἀρκοῦσαν ἀπολογίαν ποιεῖται, νῦν δὲ ὑπὲρ τοῦ δικαίου, ἵνα μηδεὶς ἀφορῶν πρὸς τὸ γεγονὸς, μήτε τοῦ δικαίου καταγνοίη, μήτε τῶν αὐτοῦ θυγατέρων, ὡς δι' ἀσέλγειαν τῆς μίξεως ταύτης γεγενημένης. Πῶς οὖν ὑπὲρ τῶν θυγατέρων τοῦ δικαίου ἀπολογεῖται; Εἶπε, φησὶν, ἡ πρεσβυτέρα πρὸς τὴν νεωτέραν· ὁ πατὴρ ἡμῶν πρεσβύτερος, καὶ οὐδεὶς ἐστιν ἐπὶ τῆς γῆς, ὃς εἰσελεύσεται πρὸς ἡμᾶς, ὡς καθήκει πάσῃ τῇ γῇ. Ὅρα τὸν σκοπὸν μετὰ ἀκριβείας, καὶ παντὸς αὐτὰς ἀπαλλάξεις ἐγκλήματος. Ἐνόμισαν γὰρ πανωλεθρίαν γεγενῆσθαι, καὶ μηδένα ἔτι καταλειφθῆναι· εἶτα καὶ τοῦ πατρὸς ἑώρων τὸ γῆρας. Ἵν' οὖν, φησὶ, μὴ ἀφανισθῇ τὸ γένος, καὶ ἀνώνυμοι γενώμεθα (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ παλαιοῖς περισπούδαστον, ὥστε διὰ τῆς τῶν ἐγγόνων διαδοχῆς ἐκτείνεσθαι αὐτῶν τὸ γένος)· ἵνα οὖν, φησὶ, μὴ παντελῆ καὶ ἡμεῖς ἀφανισμὸν ὑπομείνωμεν, τοῦ μὲν πατρὸς πρὸς γῆρας ἐλάσαντος, οὐδενὸς δὲ εὑρισκομένου ἀνδρὸς, ᾧ συγγενόμεναι δυνησόμεθα ἐκταθῆναι, καὶ καταλιπεῖν τοῦ σπέρματος διαδοχὴν, Δεῦρο, φησὶν, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, ποτίσωμεν τὸν πατέρα ἡμῶν οἶνον. Ἐπειδὴ οὐκ ἄν ποτε, φησὶν, ἀνάσχοιτο οὐδὲ ἀκοῇ τοῦτο παραδέξασθαι ὁ πατὴρ, διὰ τοῦ οἴνου τὴν ἀπάτην ἐργασώμεθα. Ἐπότισαν δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν οἶνον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, καὶ εἰσελθοῦσα ἡ πρεσβυτέρα ἐκοιμήθη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς· καὶ οὐκ ᾔδει ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὴν, καὶ ἀναστῆναι. Εἶδες πῶς καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαίου ἀπελογήσατο ἡ θεία Γραφὴ, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον; Πρότερον μὲν γὰρ ἐξ ὧν αἱ θυγατέρες τὴν διὰ τοῦ οἴνου ἀπάτην εἰργάσαντο, ἔδειξεν ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἠδυνήθησαν πεῖσαι τὸν πατέρα τοῦτο καταδέξασθαι· νυνὶ δὲ λοιπὸν οἶμαι καὶ οἰκονομίας εἶναι τῆς ἄνωθεν τὸ γεγονὸς, ὥστε τοσοῦτον αὐτῷ κάρον ἐγγενέσθαι, ὡς πάντῃ ἀγνοῆσαι, ἵνα ἀνεύθυνος γένηται τῶν ἐγκλημάτων. Τὰ γὰρ ἁμαρτήματα ἐκεῖνα ἡμᾶς κατακρίνει καὶ καταδικάζει, ἅπερ ἂν εἰδότες καὶ ἑκόντες ἁμάρτωμεν. Ὁρᾷς δὲ τὴν Γραφὴν μαρτυροῦσαν τῷ δικαίῳ, ὅτι ὅλως οὐκ ἤδει τὸ γεγονός; Ἀλλὰ πάλιν ἕτερον ἀνακύπτει ζήτημα τὸ τῆς μέθης. Δεῖ γὰρ πάντα διερευνᾶσθαι, ὥστε μηδεμίαν καταλιπεῖν τοῖς ἀγνώμοσι καὶ ἀναισχύντοις

evidenter scire: sed si et causas reddere pro nostro captu tentemus, habent tamen adhuc latentem quemdam thesaurum a multis absconditum, nec investigabilem. Considera igitur quomodo Scriptura omnia manifeste narrarit, et 463 nobis scopum ad finem ostenderit filiarum justi, A et nunc quidem pro illis, nunc vero pro justo dignam excusationem afferens: ut nullus ad factum respiciens, vel justum condemnet, vel justi filias, quasi congressus ille propter incontinentiam fuerit. Quomodo igitur filiarum justi excusationem affert? *Dixit*, inquit, *major natu ad juniorem: Pater noster est senex, et nullus est super terram qui ingrediatur ad nos, juxta morem universæ terræ.* Vide scopum diligenter, et omni eas liberabis crimine. Putaverunt enim generalem totius orbis factum interitum, B nullumque amplius esse superstitem: deinde et patris viderunt senectutem. Ut igitur, inquit, non aboleatur genus, nec pereat nomen nostrum (hæc enim erat priscorum maxima cura, quomodo genus suum liberorum successione dilatarent): ne ergo, inquit, nostri generis tota fiat abolitio, præsertim jam senio patre confecto, et nullus inveniatur vir qui nobis jungatur, ut possimus extendere et relinquere seminis nostri propagationem: *Veni*, inquit, ut ne hoc fiat, *potemus patrem nostrum vino.* Quasi dicere velit: Quia numquam ferret vel auribus hoc pater, C vino decipiamus eum. 33. *Potaverunt autem patrem suum vino nocte ista, et ingressa est senior, et dormivit cum patre suo: et nescivit quando illa accubuerit, vel surrexerit.* Vidisti quomodo divina Scriptura pro justo rationem dederit non semel tantum, sed et iterum? Prius quidem, quia filiæ vino ipsum deceperunt, declaravit eas non aliter potuisse persuadere patri, quam sic faciendo: nunc autem opinor et superna dispensione esse factum, ita fuisse eum D aggravatum vino, ut rem omnino ignoraret, ut noxa et crimine vacuus esset. Ea enim peccata nos condemnant, quæ scientes et voluntarie facimus. Vides quomodo testimonium præbeat justo Scriptura, ipsum omnino rem gestam ignorasse? Verum altera quæstio surgit de ebrietate. Oportet enim omnia investigare, ut nulla improbis et impudentibus calumniandi relinquatur occasio. Quid igitur de hac re dicemus? Non

[b] Savil. et aliquot Mss. *οὐ γὰρ πάντων δυνάμεθα μετ' ἀκριβείας εἰδέναι τὴν αἰτίαν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τινὰ ἐγκεκρυμμένον θησαυρόν.* In sequentibus aliquot varietates occurrunt apud Savilium, quæ non ad sensum pertinent.

'tam ex intemperantia illi accidisse ebrietatem, quam ex tristitia.

Neque Lot neque filiæ ejus damnandi.

5. Nullus igitur audeat aut justum, aut justi filias condemnare. Quomodo enim non esset extremæ dementiæ et insipientiæ, si eos quos divina Scriptura ab omni liberat crimine, imo pro quibus tantam apologiam componit, nos innumeris peccatorum sarcinis pleni condemnemus : et non audiamus Paulum dicentem : *Deus qui justificat, quis est qui condemnet?* Et ut discas, hoc non in vanum et simpliciter factum esse, sed tristitiam nimiam accedente vino nullum ei reliquisse sensum, audi quid dicat. 34. *Et factum est die sequenti, dixitque major natu ad juniorem : Ecce dormivi heri cum patre nostro : potemus igitur eum vino et nocte ista, et ingressa dormi cum eo, et excitemus ex patre nostro semen.* Vides quomodo recta sententia hoc faciebant. Nam quia potui, inquit, ego quod quærebam implere, necessarium est et te idem facere : forte enim votorum nostrorum compotes erimus, et non in æternum genus nostrum peribit. 35. *Potaverunt autem et nocte illa patrem suum vino, et ingressa est junior, et dormivit cum patre suo : et ignoravit ille quando ipsa vel accubuerit, vel surrexerit.* Considera, dilecte, totum factum fuisse divina dispensatione, sicut et primo homini evenit. Nam sicut illic ex dormientis latere portio sumta est, eo non sentiente; sed qui finxerat latus illud, inde uxorem Adæ produxit : simili modo et nunc. Nam si costæ ereptio, excessu mentis a Deo immisso, absque illius sensu fuit : multò magis et nunc ita factum est. Nam id quod dixit illic divina Scriptura, *Immisit extasim in Adam, et dormivit* : hoc et hic significavit dicendo, *Nescivit quando vel accubuerit, vel surrexerit.* 36. *Et conceperunt*, inquit, *de patre suo.* 37. *Et peperit major natu filium et vocavit nomen ejus Moab, dicens, Ex patre meo. Hic pater est Moabitarum.* 38. *Peperit autem et junior filium, et vocavit nomen ejus Amman, dicens, Filius generis mei. Hic est pater Ammanitarum.* Vides id non fuisse incontinentiæ opus, cum nomina statim natis indiderint, quibus factum significabant, et in filiorum nominibus quasi in columna ferme quadam memoriam facti inscripserint, et jam tum præsignarint gentes ex eis

Rom. 8. 33. 34.

Gen. 2. 21.

ἀφορμήν. Τί οὖν καὶ περὶ τούτου εἴπωμεν; Ὅτι οὐ τοσοῦτον ἐξ ἀκρασίας τὰ τῆς μέθης αὐτῷ γέγονεν, ὅσον ἀπὸ ἀθυμίας.

Μηδεὶς τοίνυν τολμάτω ἢ τοῦ δικαίου ποτὲ καταψηφίσασθαι, ἢ τῶν τούτου θυγατέρων. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴη μανίας ἐσχάτης καὶ παραφροσύνης, οὓς ἡ θεία Γραφὴ παντὸς ἀπήλλαξεν ἐγκλήματος, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ὧν τοσαύτην ἀπολογίαν συνέθηκεν, ἡμᾶς τοὺς μυρίοις ἁμαρτημάτων φορτίοις πεπληρωμένους καταδικάζειν, καὶ μὴ ἀκούειν Παύλου λέγοντος, Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τοῦτο γέγονεν, ἀλλ' ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἀθυμίας μετὰ τῆς τοῦ οἴνου προσθήκης οὐδεμίαν αὐτῷ 454 αἴσθησιν συνεχώρησε [a] γενέσθαι, ἄκουσον τί φησιν. A Ἐγένετο δὲ τῇ ἐπαύριον, καὶ εἶπεν ἡ πρεσβυτέρα πρὸς τὴν νεωτέραν· Ἰδοὺ ἐκοιμήθην χθὲς μετὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν· ποτίσωμεν οὖν αὐτὸν οἶνον καὶ τὴν νύκτα ταύτην, καὶ εἰσελθοῦσα κοιμήθητι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσωμεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν σπέρμα. Ὁρᾷς πῶς ἐξ ὀρθῆς γνώμης τοῦτο ἐποίουν. Ἐπειδὴ γὰρ ἠδυνήθην, φησὶν, ἐγὼ τὸ σπουδαζόμενόν μοι πληρῶσαι, ἀναγκαῖον καὶ σὲ τὸ αὐτὸ διαπράξασθαι· ἴσως γὰρ B εἰς ἔργον ἡμῖν ἐκβήσεται τὰ τῆς προσδοκίας, καὶ οὐκ εἰς τέλος τὸ γένος ἡμῶν ἀφανισθήσεται. Ἐπότισαν δὲ καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ τὸν πατέρα αὐτῶν οἶνον, καὶ εἰσελθοῦσα ἡ νεωτέρα ἐκοιμήθη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤδει ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὴν, καὶ ἀναστῆναι. Σκόπησον, ἀγαπητὲ, ὅτι τὸ πᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας ἦν ἔργον τὸ γεγονὸς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖ, καθεύδοντος αὐτοῦ, ἐκ τῆς πλευρᾶς μέρος λαβὼν οὐδεμίαν αἴσθησιν αὐτῷ συνεχώρησε γενέσθαι, ἀλλὰ τὴν πλευρὰν ἐκείνην εἰς γυναῖκα διαπλάσας παρέστησε τῷ Ἀδάμ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν. Εἰ γὰρ ἡ τῆς πλευρᾶς ἀφαίρεσις, ἐπειδὴ τὴν ἔκστασιν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπήγαγεν, ἀνεπαισθήτως C γέγονε, πολλῷ μᾶλλον νῦν τοῦτο ἂν ἐγένετο. Ὅπερ γὰρ εἶπεν ἐκεῖ ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι Ἐπέβαλεν ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐσήμανε διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι Οὐκ ἤδει ἐν τῷ κοιμηθῆναι, καὶ ἀναστῆναι. Καὶ συνέλαβον, φησὶν, ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Καὶ ἔτεκεν ἡ πρεσβυτέρα, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωὰβ, λέγουσα· ἐκ τοῦ πατρός μου. Οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν. Ἔτεκε δὲ καὶ ἡ νεωτέρα, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῷ Ἀμμᾶν, λέγουσα· υἱὸς τοῦ γένους μου. Οὗτος πατὴρ Ἀμμανιτῶν. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἀσελγείας ἦν τὸ γεγονὸς, ὅτι παραχρῆμα καὶ τὰς προσηγορίας τοῖς τεχθεῖσιν ἐπέθεσαν μηνύουσαι τὸ D γεγενημένον, καὶ μονονουχὶ καθάπερ ἐν στήλῃ τινὶ τοῖς τῶν παιδίων ὀνόμασιν ἐναποτιθέμεναι τοῦ γεγονότος τὴν μνήμην, καὶ ἤδη προμηνύουσαι, ὅτι ἔθνη

[a] Alii ἐγγενέσθαι.

ἐξ αὐτῶν ἔσται, καὶ εἰς πλῆθος ἐκταθήσεται τῶν τεχθέντων τὸ γένος. Ὁ μὲν γὰρ, φησὶν, ἔσται πατὴρ Μωαβιτῶν, ὁ δὲ, πατὴρ Ἀμμανιτῶν.

futuras esse, et in multitudinem se propagaturum natorum genus. Nam ille quidem, inquit, pater erit Moabitarum, iste autem Ammanitarum.

Ἀλλὰ τότε μὲν, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια ἦν, καὶ διὰ τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς τὴν μνήμην αὐτοῖς ἐβούλοντο διατηρεῖσθαι, τοσαύτην σπουδὴν τοῦ δικαίου αἱ θυγατέρες ἐποιήσαντο· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν τὰ τῆς εὐσεβείας ἐπιδέδωκε, καὶ κατὰ E τὸν μακάριον Παῦλον, Παράγει λοιπὸν τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, τὴν διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν πράξεως ἔργων μνήμην ἑαυτοῖς καταλιμπάνωμεν, ἵνα καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν, ἡ τῆς ἀρίστης ἡμῶν πολιτείας ἀκρίβεια ὑπόμνησις καὶ διδασκαλία γένηται τοῖς εἰς ἡμᾶς ὁρῶσιν. Οἱ γὰρ ἐνάρετοι, καὶ τὸν σώφρονα βίον μετιόντες, οὐκ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μόνον τυγχάνοντες τὰ μέγιστα τοὺς εἰς αὐτοὺς ὁρῶντας ὠφελεῖν δύνανται, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου πάροδον. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅρα μοι πόσος ἐτῶν ἀριθμὸς παρῆλθε μέ- 455
χρι τῆς σήμερον, καὶ ὁσάκις ἂν βουληθείημεν εἰς τὸν A
τῆς σωφροσύνης ζῆλόν τινας ἐνάγειν, τὸν Ἰωσὴφ εἰς μέσον ἄγοντες, τὸν εὐειδῆ, τὸν καλὸν, τὸν νέον, τὸν ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας τοσαύτην ἀνδρείαν περὶ τὴν σωφροσύνην ἐπιδειξάμενον, οὕτω πρὸς τὴν μίμησιν τοῦ δικαίου τοὺς ἀκούοντας διεγείρειν σπουδάζομεν. Τίς γὰρ ἂν, εἰπέ μοι, κατ' ἀξίαν θαυμάσειε τὸν μακάριον τοῦτον, ὅτι ἐν δουλείᾳ τυγχάνων, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, ὅτε καὶ μάλιστα ἡ κάμινος ἐπὶ πλέον ἐξάπτεται τῶν ἐπιθυμιῶν, ὁρῶν τὴν αὐτοῦ δέσποιναν ἐπιπηδῶσαν αὐτῷ καὶ ἐπιμαινομένην, τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν ἀνδρείαν, καὶ οὕτω πρὸς B
τοὺς τῆς σωφροσύνης ἀγῶνας ἀπεδύσατο, ὡς τῆς ἀκολάστου γυναικὸς ἐκείνης γυμνὸς μὲν τῶν ἱματίων ἀποπηδῆσαι, τὸ δὲ τῆς σωφροσύνης ἔνδυμα περιβαλέσθαι; Καὶ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα καινὸν καὶ παράδοξον, ἀρνίον ταῖς τοῦ λύκου χερσὶν ἐμπεσὸν, μᾶλλον δὲ τῆς λεαίνης, καὶ διασωθῆναι δυνηθὲν, καὶ καθάπερ περιστερὰν τοῦ ἱέρακος διαφυγοῦσαν τὴν βλάβην, οὕτω τὸν δίκαιον τῶν [a]ἐκείνης διαρπαγέντα χειρῶν. Οὐχ οὕτω θαυμαστὸν εἶναί μοι δοκεῖ τὸ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ τῇ Βαβυλωνίᾳ ἐκείνῃ τοῦ πυρὸς ἀνωτέρους γενέσθαι, καὶ μηδὲν πλέον τὰ σώματα C
αὐτῶν παθεῖν, ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, τὸν δίκαιον τοῦτον εἰς τὴν κάμινον ταύτην τὴν τῆς Βαβυλωνίας χαλεπωτέραν ἐμπεπτωκότα, τὴν ἀσέλγειαν λέγω τῆς Αἰγυπτίας, ἀνέπαφον διαμεῖναι, καὶ καθαρὸν τῆς σωφροσύνης τὸ ἔνδυμα διατηρήσαντα, οὕτως ἐξελθεῖν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἀγαπητέ· ἐπειδὴ γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσήνεγκεν, εἶχε καὶ τὴν ἄνωθεν ροπὴν αὐτῷ συμπαροῦσαν, καὶ τὴν πυρὰν ἐκείνην κατασβεν-

6. Verum tunc quidem, quoniam origo et initia erant, et per generis successionem memoriam suam volebant conservare, tantum ejus rei studium fuit justi filiabus: nunc autem quia per gratiam Dei religio majora sumsit incrementa, et secundum beatum Paulum, *Præterit figura mundi hujus*, opera bona agendo memoriam nostri relinquamus: ut cum hinc migraverimus, vitæ nostræ diligens et accurata ratio sit monimentum et doctrina omnibus qui in nos respicient. Nam qui virtute præditi sunt, et castam vitam ducunt, non solum in hac vita degentes, sed et post vitæ exitum, plurimum prodesse poterunt iis qui in se respexerint. Et ut hoc discas, vide obsecro, quantus annorum numerus transiit usque in hodiernum diem, ac quoties volumus aliquos in æmulationem continentiæ provocare, Joseph in medium afferimus speciosum, formosum, adolescentem, in ipso ætatis flore tantam castitatis constantiam præ se ferentem: et sic ad imitationem justi hujus auditores provocare studemus. Quis enim non admiraretur beatum illum, qui in servitute exsistens, et in ipso flore ætatis, quando maxime fornax concupiscentiarum accenditur, cum videret dominam suam invadentem, et insanientem in se, tantam ostendit fortitudinem, et ita ad castitatis agones se exercuit, ut ab intemperante illa muliere nudus quidem vestibus profugeret, castitatis autem indumentum servaret? Licebatque videre rem novam et admirabilem, agnum in lupi, imo leænæ ungues incidisse, et servari tamen potuisse: et sicut columba aquilæ damnum effugit, ita et justus ab illius manibus evasit. Non sic admirabile mihi videtur esse, tres pueros illos in medio Babylonicæ fornacis ignem vicisse, illæsis eorum corporibus, ut mirabile et rarum est, justum istum, qui in fornacem hanc Babylonica multo graviorem, in incontinentiam, inquam, Ægyptiæ incidisset, intactum permansisse, puroque castitatis indumento servato, exiisse. Et ne mireris, dilecte: quia enim quod suum erat attulit, habuit supernam gratiam comitem, quæ incendium illud restingueret, et in media fornace rorem Spiritus daret. Vidistis quomodo viri virtute præditi, et cum hic adhuc

Moralis exhortatio. 1. *Cor.* 7. 31.

Dan. 3.

Collatio Josephi continentiæ cum Babylonica fornace.

[a] Sic Savil. et sex Mss. At Morel ἐκείνης ἀποῤῥάντα χειρῶν.

præsentes sunt, et post migrationem ex hac vita, magnæ utilitatis auctores nobis sint? Atque ob eam causam justum illum in medium adduximus, ut eum omnes sequamur. Hunc igitur omnes imitemur, et concupiscentias nostras vincamus, scientesque illud, *Non est nobis pugna adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi,* sic nos ipsos armemus: et cogitantes, nos corpore circumdatos, adversus incorporeas cogi virtutes certare, muniamur armis spiritualibus. Propter hoc enim benignus Dominus, quia carne vestiti sumus, et est nobis adversus invisibiles virtutes certamen, invisibilia nobis præparavit arma, ut auxilio armorum naturæ adversarios expugnemus. Bene igitur fidentes armorum potentiæ, quod a nobis est afferamus, et poterimus hac spirituali armatura muniti, ipsam diaboli faciem ferire. Neque enim ferre poterit fulgorem qui inde egreditur, sed etsi conetur stare ex adverso, statim excæcabitur. Ubi enim continentia et honestas, aliarumque virtutum concursus, illuc et larga Spiritus gratia advolat. Quapropter Paulus dicebat: *Pacem sectemini cum omnibus, et sanctificationem.* Purificemus igitur, obsecro, conscientias nostras, et extergamus mentem nostram: ut omni sordida cogitatione liberati, Spiritus gratiam nobis conciliemus, superemusque diaboli machinationes, ac mereamur ineffabilibus illis bonis frui, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ephes. 6. 12.

Hebr. 12. 14.

νύουσαν, καὶ ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ τὴν ὁρόσον τὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος χαριζομένην. Εἴδετε πῶς οἱ ἀεάρετοι, καὶ ἐνταῦθα παρόντες, καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν, ὠφελείας ἡμῖν ὑπόθεσις γίνονται; Διὰ γὰρ τοῦτο τὸν δίκαιον τοῦτον εἰς μέσον νῦν παρηγάγομεν, ἵνα τούτῳ πάντες ἐπώμεθα. Τοῦτον οὖν ἅπαντες ζηλώσωμεν, καὶ ἀνώτεροι τῶν ἡδονῶν γενώμεθα, καὶ εἰδότες, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, οὕτως ἑαυτοὺς καθοπλίζωμεν· καὶ ἐννοοῦντες ὅτι σῶμα περικείμενοι, πρὸς ἀσωμάτους δυνάμεις πυκτεύειν ἀναγκαζόμεθα, φραττώμεθα τοῖς ὅπλοις τῶ Πνεύματος. Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, ἐπειδὴ σάρκα περικείμενοι πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις τὴν πάλην ἔχομεν, καὶ τὰ ὅπλα ἡμῶν ἀόρατα κατεσκεύασεν, ἵνα τῇ δυνάμει τῶν ὅπλων περιγινώμεθα τῆς φύσεως τῶν ἀντιπάλων. Θαῤῥοῦντες τοίνυν τῇ τῶν ὅπλων δυνάμει, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν, καὶ δυνησόμεθα τῇ παντευχίᾳ ταύτῃ τῇ πνευματικῇ φραττόμενοι αὐτὴν τοῦ διαβόλου συγκόψαι τὴν ὄψιν. Οὐδὲ γὰρ ἐνεγκεῖν δύναται τὴν ἐντεῦθεν ἀστραπὴν, ἀλλὰ κἂν ἐπιχειρήσῃ στῆναι ἐξ ἐναντίας, εὐθέως ἀποτυφλοῦται τὰς ὄψεις. Ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ σωφροσύνη, καὶ σεμνότης, καὶ πολλὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἡ σύνοδος, 456 ἐκεῖ καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις μετὰ δαψιλείας ἐφίπταται. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμόν. Ἐκκαθάρωμεν τοίνυν ἑαυτῶν, παρακαλῶ, τὸ συνειδὸς, καὶ ἀποσμήξωμεν ἡμῶν τὸν λογισμὸν, ἵνα πάσης ῥυπαρᾶς ἐννοίας ἀπηλλαγμένοι, τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἐπισπασώμεθα, καὶ τῶν τοῦ διαβόλου περιγενώμεθα μηχανημάτων, καὶ καταξιωθῶμεν τῶν ἀπορῥήτων [a] ἐκείνων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XLV.

ΟΜΙΛΙΑ με'.

Gen. 20. 1. Et movit illinc Abraham in terram versus Africum, et habitavit inter Cades, et inter Sur, et peregrinus fuit in Geraris.

Καὶ ἐκίνησεν ἐκεῖθεν Ἀβραὰμ εἰς γῆν πρὸς λίβα, καὶ ᾤκησεν ἀνὰ μέσον Κάδης, καὶ ἀνὰ μέσον Σοὺρ, καὶ παρῴκησεν ἐν Γεράροις.

1. Gaudeo, cum vos frequenter video ad concionem accurrere, ac magna cum voluptate doctrinam nostram suscipere; ideoque in dies majori alacritate pauperem hanc nostram et tenuem mensam vobis apponere studeo. Vestra enim

Χαίρω ὁρῶν ὑμᾶς [b] συντρέχοντας ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς δεχομένους τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑμῖν τὴν πτωχὴν ἡμῶν ταύτην καὶ εὐτελῆ τράπεζαν

[a] Savil. et quatuor Mss. ἐκείνων ἀπολαύσεων.

[b] Savil. et quidam Mss. συντρέχοντας περὶ τήν.

παρατιθέναι σπουδάζω. Ἡ γὰρ ἐπιτεταμένη ὑμῶν C ciborum immodica appetentia mensæ nostræ
ὄρεξις ἀποκρύπτει τῆς τραπέζης τὴν εὐτέλειαν, καὶ τὰ vilitatem obtegit, parvaque facit ut magna appa-
μικρὰ μεγάλα ποιεῖ φαίνεσθαι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν reant: id quod et in sensibilibus eduliis videre
αἰσθητῶν ἐδεσμάτων ἐστὶν ἰδεῖν. Ὥσπερ γὰρ ὁ κεκο- licet. Nam sicut cum satiatos quis excipit convi-
ρεσμένους λαβὼν τοὺς δαιτυμόνας, κἂν μεγάλα καὶ vas, licet magna sumtuosaque apponat fercula, il-
πολυτελῆ παραθῇ τὰ ἐδέσματα, ὁ τῶν ἑστιωμένων lorum satietate minuitur appositorum lautitia; et
[c] κόρος ὑποτέμνεται τῶν παρατεθέντων τὴν πολυτέ- magna nonnumquam nullius videntur momenti,
λειαν, καὶ τὰ μεγάλα πολλάκις οὐδενὸς ἄξια λόγου eo quod convivæ absque edendi aviditate adve-
φαίνεται, διὰ τὸ μὴ μεθ' ἡδονῆς προσβάλλειν αὐτοῖς nerunt: ita contra si quis famelicos suscipiat et
τοὺς ἑστιωμένους· οὕτως ὁ πεινῶντας καὶ ὄρεξιν ἔχον- esurientes, licet illis tenuem proponat mensam,
τας παραλαβὼν τοὺς ἑστιᾶσθαι μέλλοντας, κἂν εὐ- splendida tamen illa apparebit convivis, multa
τελῆ παραθῇ τὴν τράπεζαν, μεγάλη αὐτὴ φανεῖται, D cum voluptate atque aviditate apposita comeden-
τῆς προθυμίας τῶν ἑστιωμένων μετὰ πολλῆς ἡδονῆς tibus. Sic et nos bene fidentes spirituali vestro
καταναλισκόντων τὰ παρατιθέμενα. Τὸν αὐτὸν δὴ appetitui, non gravamur pauperem et vilem hanc
τρόπον καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες ὑμῶν τῇ ὀρέξει τῇ πνευ- mensam vestræ caritati assidue apponere. Hoc et
ματικῇ οὐκ ὀκνοῦμεν, κἂν εὐτελῆ καὶ πτωχὴν ἔχοντες sapiens quidam dicebat: *Melius est convivium* *Prov.* 15.
τράπεζαν, ταύτην παρατιθέναι συνεχῶς τῇ ὑμετέρᾳ *olerum cum caritate, quam bos de præsepio* 17.
ἀγάπῃ. Τοῦτο καὶ σοφός τις ἔλεγε· Κρείσσων ξενι- *cum odio*: quo docet, caritatem aliter videre
σμὸς λαχάνων μετὰ ἀγάπης, ἢ βοῦς ἀπὸ φάτνης μετὰ apposita, illiusque oculis vilia apparere ea quæ
ἔχθρας· δεικνὺς ὅτι ἡ ἀγάπη ἑτέρως ὁρᾷ τὰ παρα- sumtuosa sunt, et parva quæ magna. Quid igitur
τιθέμενα, καὶ τοῖς ἐκείνης ὀφθαλμοῖς καὶ τὰ εὐτελῆ beatius nobis qui apud tot auditores, tamque
πολυτελῆ δείκνυται, καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα. Τί οὖν E ferventi et sollicita caritate præditos disserimus? Auditoris
ἂν εἴη μακαριστότερον ἡμῶν ἐπὶ [d] τοσούτων ἀκροα- Nihil enim tantopere dicenti necessarium est, ut benevolen-
τῶν διαλεγομένων, οὕτω θερμὴν καὶ διεγηγερμένην auditoris benevolentiæ. Quandoquidem cum videt tia necessa-
κεκτημένων ἀγάπην; Οὐδενὸς γὰρ οὕτω μάλιστα δεῖ auditores fervere desiderio, firmatur et ipse, et ria.
τῷ λέγοντι, ὡς εὐνοίας ἀκροατοῦ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τὴν magnum sæpe robur, ut ita dicam, accipit, sciens
προθυμίαν ζέουσαν τῶν ἀκροατῶν, νευροῦται καὶ αὐ- quanto sumtuosiorem mensam spiritualem pro-
τὸς, καὶ πολλὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἰσχὺν προσλαμβάνει, ponit, tanto majorem sibi copiam accedere.
εἰδὼς ὅτι ὅσῳ ἂν πλείονα παραθῇ τὴν τράπεζαν ταύ- Secus enim se habent sensibilia, quam spiri-
τὴν τὴν πνευματικὴν, τοσούτῳ τὰ τῆς εὐπορίας αὐτῷ 457 tualia. Illic enim mensæ largitas sumtum parit,
αὔξεται. Ἀπ' ἐναντίας γὰρ τοῖς αἰσθητοῖς τὰ πνευ- A et convivium exhibentis imminuit substantiam;
ματικά. Ἐκεῖ μὲν ἡ δαψίλεια τῆς τραπέζης δαπάνην hic autem omnino aliter, quanto plures sunt
ἐργάζεται, καὶ τὴν οὐσίαν ἐλαττοῖ τοῦ ἑστιάτορος· participes, tanto plus substantia nostra accrescit.
ἐνταῦθα δὲ ἅπαν τοὐναντίον, ὅσῳ ἂν πλείους ὦσιν Neque enim nostra dicimus, sed ea quæ in vestram
οἱ μετέχοντες, τοσούτῳ αὔξεται ἡμῖν τὰ τῆς περι- utilitatem Dei gratia per suam benignitatem sup-
ουσίας. Οὐδὲ γὰρ τὰ ἡμέτερα λέγομεν, ἀλλ' ἅπερ ἂν peditat. Age igitur, quia cum tanta alacritate et
ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν καὶ tanta lætitia ad audiendum acceditis, iterum jam
τὴν ὑμετέραν οἰκοδομὴν χορηγήσῃ. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ lecta indagemus, et quod inde provenit lucrum
μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς καὶ προθυμίας τῇ ἀκροάσει percipiamus. Nam quia, secundum magnam illam
προσβάλλετε, πάλιν τῶν προσφάτως ἡμῖν ἀναγνω- exhortationem Christi dicentis, *Scrutamini Scri-* *Joan.* 5. 39
σθέντων ἔρευναν ποιήσωμεν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος *pturas*, thesaurus magnus in Scripturis est re-
καρπωσώμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν μεγάλην πα- conditus, et in profundo latet: idcirco scrutatione
ραίνεσιν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Ἐρευνᾶτε τὰς [a] Γρα- B opus, ut cum didicerimus virtutem quæ in pro-
φὰς, θησαυρός ἐστι πολὺς ἐναποκείμενος ταῖς Γρα- fundo occulta est, multam inde utilitatem de-
φαῖς, καὶ ἐν τῷ βάθει κρυπτόμενος, διὰ τοῦτο ἐρεύνης cerpere queamus. Etenim propterea justorum
χρεία, ἵνα τὴν δύναμιν τὴν ἐν τῷ βάθει κρυπτομένην omnium virtutes, Spiritus sancti gratia et dis-
καταμαθόντες, πολλὴν ἐκεῖθεν τὴν ὠφέλειαν εὑρεῖν pensatione, in Scripturis sunt traditæ, ut nos

[c] Savil. et quidam Mss. *κόρος λυμαίνεται.* Morel. et alii *κόρος ὑποτέμνεται.* Savilium item et Mss. Codices sequimur infra, ubi apud Morellum series interturbata erat.

[d] Alii *τοσούτων γνησίων διαλ.*

[a] Savil. et quidam Mss. *γραφάς· ἐπειδὴ καὶ θησαυρός ἐστι πολὺς ἐναποκείμενος καὶ ἐν τῷ βάθει,* etc.

continuam habentes doctrinam, ad æmulationem et imitationem justorum vitam nostram instituamus. Audiamus igitur divinam Scripturam, quid
Cap. 20. et hodie nobis de patriarcha narrare velit. 1. *Et movit,* inquit, *illinc Abraham in terram versus Africum, et habitavit inter Cades et inter Sur, et peregrinus fuit in Geraris. Et movit,* inquit, *illinc.* Unde movit? A loco ubi tabernaculum fixerat, ubi et universi Conditorem cum angelis suscipere ei concessum fuit.

Abrahæ supellex qualis. Illinc, inquit, cum movisset, *Peregrinus fuit in Geraris.* Vide justorum vitæ rationem, quam contracta illis fuerit et minime supervacua supellex : quomodo facile transmigrabant vitamque suam instituebant sicut peregrini et advenæ, et nunc hic, nunc illic tabernacula erigebant, quasi peregre degentes; non sicut nos facimus, qui habitantes in aliena terra quasi in patria, domos exstruimus splendidas, porticus et deambulacra, et villas possidemus, et balnea paramus aliaque innumera. Sed vide quomodo justus substantiam suam in vernaculis tantum et pecoribus possidens, et numquam in eodem loco persistens, aliquando quidem in Bethel figit tabernacula, aliquando autem apud quercum Mambre, aliquando in Ægyptum descendit, nunc autem in Geraris tabernaculum figit, et omnia facile sustinet, gratiamque erga Dominum mentem per omnia manifeste declarat. Et post tantas promissiones quæ ei a Deo factæ erant, videns se in tantis versari difficultatibus, et in varias diversasque tentationes incidere, quasi adamas immotus persistit; piamque suam mentem ostendens, nullis obstaculis negligentior evadit. Vide enim et nunc, dilecte, qualis tentatio eum in Geraris invadit : et admirare fortitudinem et virtutem justi, quomodo quod omnibus intolerabile, et quod neque auribus suscipere quis vellet, hoc ipse sustinuit, non ægre ferens, neque exigens a Domino rationem eorum quæ fiebant, sicut plerique homines faciunt, hique innumeris peccatorum sarcinis pressi. Nam cum in difficultates quasdam inciderint, statim obmurmurant, et curiosius inquirunt, dicuntque : Quare hoc et hoc evenit? et quare hoc permissum est? At justus ille non sic : unde et illi amplius supernum auxilium est concessum. Hoc enim vere grati servi fuerit, ut numquam curiosior sit in iis explorandis quæ a domino fiunt. sed in silentio et gratiarum actione suscipiat omnia.

δυνηθῶμεν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰς ἀρετὰς τῶν δικαίων ἁπάντων ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις Γραφῇ παραδοθῆναι ᾠκονόμησε, ἵνα ἡμεῖς ἔχωμεν διηνεκῆ διδασκαλίαν, καὶ πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν δικαίων τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομῶμεν. Ἀκούσωμεν τοίνυν τῆς θείας Γραφῆς, τί καὶ σήμερον ἡμῖν περὶ τοῦ πατριάρχου διηγήσασθαι βούλεται. Καὶ ἐκίνησε, φησὶν, ἐκεῖθεν Ἀβραὰμ εἰς γῆν πρὸς λίβα, καὶ ᾤκησεν ἀνὰ μέσον Κάδης, καὶ ἀνὰ μέσον Σοὺρ, καὶ παρῴκησεν ἐν Γεράροις. Καὶ ἐκίνησε, φησὶν, ἐκεῖθεν. Πόθεν ἐκίνησεν; Ἀπὸ τοῦ τόπου ἔνθα ἦν ἐνσκηνούμενος, ὅπου καὶ τὸν τῶν ἁπάντων Δεσπότην μετὰ τῶν ἀγγέλων ὑποδέξασθαι κατηξιώθη. Ἐκεῖθεν, φησὶ, κινήσας, Παρῴκησεν ἐν Γεράροις. Ὅρα τῶν δικαίων τὴν διαγωγὴν, ὅπως ἦν συνεσταλμένη καὶ ἀπέριττος, ὅπως μετ' εὐκολίας τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο, καὶ καθάπερ οἱ πάροικοι καὶ παρεπίδημοι, οὕτω τὸν ἑαυτῶν βίον ᾠκονόμουν, καὶ ποτὲ μὲν ὧδε, ποτὲ δὲ ἐκεῖ τὰς σκηνὰς ἐπήγνυντο, καθάπερ ἐν ξένῃ διάγοντες· οὐ καθάπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν, τὴν ξένην ὡς πατρίδα οἰκοῦντες, καὶ οἰκίας οἰκοδομοῦντες λαμπρὰς, καὶ στοὰς καὶ περιπάτους, καὶ ἀγροὺς κεκτημένοι, καὶ λουτρὰ κατασκευάζοντες, καὶ ἕτερα μυρία. Ἀλλ' ὅρα τὸν δίκαιον καὶ ἐν τοῖς οἰκογενέσι μόνοις καὶ τοῖς ποιμνίοις τὴν οὐσίαν ἅπασαν κεκτημένον, καὶ οὐδαμοῦ ἱστάμενον, ἀλλὰ ποτὲ μὲν εἰς τὴν Βεθὴλ τὴν σκηνὴν πηγνύντα, ποτὲ δὲ παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ, καὶ ποτὲ μὲν εἰς Αἴγυπτον κατιόντα, νυνὶ δὲ ἐν Γεράροις κατασκηνοῦντα, καὶ πάντα μετ' εὐκολίας ὑπομένοντα, καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην τὴν πρὸς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην διὰ πάντων σαφῶς ἐπιδεικνύμενον. Καὶ μετὰ τοσαύτας ὑποσχέσεις καὶ ἐπαγγελίας τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγενημένας, ὁρῶν ἑαυτὸν τοσαύταις περιστάσεσι κυκλούμενον, καὶ ποικίλοις καὶ διαφόροις πειρασμοῖς ἐμπίπτοντα, καθάπερ ἀδάμας τις ἀπερίτρεπτος εἱστήκει, τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώμην δεικνὺς, καὶ οὐδενὶ τῶν ἐν τῷ μέσῳ κωλυμάτων νωθρότερος γινόμενος. Ὅρα γὰρ καὶ νῦν, ἀγαπητὲ, οἷος αὐτὸν πειρασμὸς εἰς τὰ Γέραρα καταλαμβάνει, καὶ θαύμασον τοῦ δικαίου τῆς ἀρετῆς τὴν ἀνδρείαν, ὅπως τὸ πᾶσιν ἀφόρητον, καὶ ὃ οὐδὲ ἀκοῇ τις παραδέξασθαι ἀνάσχοιτο, τοῦτο οὗτος ὑπέμεινεν, οὐ δυσχεραίνων, οὐδὲ ἀπαιτῶν εὐθύνας τῶν γινομένων τὸν Δεσπότην, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσι, καὶ ταῦτα μυρίοις ἁμαρτημάτων φορτίοις πιεζόμενοι· ἐπειδὰν δυσχερέσι τισὶ περιπέσωσιν, εὐθέως πολυπραγμονοῦντες καὶ περιεργαζόμενοι λέγουσι· διὰ τί τὸ καὶ τὸ συνέβη; καὶ τίνος ἕνεκεν τόδε συνεχωρήθη; Ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὗτος· δι' ὃ καὶ πλείονος ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς εὐγνώμονος οἰκέτου, μηδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ δεσπότου γινομένων πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ σιγῇ πάντα καταδέχεσθαι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας.

Καὶ σκόπει, πῶς καὶ δι' αὐτῶν τῶν παρακολουθούντων πειρασμῶν ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ μᾶλλον ἐξέλαμπε, τοῦ Θεοῦ φανερὸν αὐτὸν διὰ πάντων δεικνύντος. Ὥσπερ γὰρ ἡνίκα εἰς τὴν Αἴγυπτον κατῆλθεν, ὡς ἄγνωστος καὶ ξένος καὶ οὐδενὶ γνώριμος, ἀθρόον μετὰ πολλῆς τῆς τιμῆς ἐκεῖθεν ἐπανῆει· οὕτω καὶ νῦν παροικήσας ἐν Γεράροις, ἐν μὲν τοῖς προοιμίοις τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται· μετὰ δὲ ταῦτα τοσαύτης ἀπολαύει τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας, ὡς καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς αὐτόθι πάντας οἰκοῦντας, περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ δικαίου πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι τὴν σπουδήν. Εἶπε δὲ, φησὶν, Ἀβραὰμ περὶ Σάρρας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἀδελφή μου ἐστίν. Ἐφοβήθη γὰρ εἰπεῖν, ὅτι γυνή μου ἐστὶ, μή ποτε ἀποκτείνωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως δι' αὐτήν. Ὅρα πῶς ὑπὸ τυραννικωτάτων παθῶν ἐπολιορκεῖτο ἡ τοῦ δικαίου ψυχὴ, καὶ ὁ φόβος αὐτὸν ἐξωθεῖτο. Ἀλλὰ καίτοι σφόδρα χαλεπὸν ὄντα τὸν πρότερον φόβον, τὸν τῆς προδοσίας τῆς γυναικὸς, παρωθεῖτο ὁ τοῦ θανάτου φόβος. Ἵνα γὰρ τοῦτον διαφύγῃ, ὑπέμεινεν ὁρᾷν τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς τὴν κοινωνὸν αὐτῷ τοῦ βίου ὑπὸ ταῖς τοῦ βασιλέως χερσὶ γενομένην. Ὅσον δὲ τοῦτό ἐστιν ἀφόρητον, ἴσασιν ὅσοι γυναῖκας ἔχουσι. Διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις ἔλεγε· Μεστὸς ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς, οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, οὐκ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν. Ἀλλὰ τὸ βαρὺ τοῦτο καὶ πᾶσιν ἀφόρητον ὅρα πῶς διὰ τὸν τοῦ θανάτου φόβον γενναίως ὁ δίκαιος ἤνεγκε. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παθῶν συμβαίνειν ἔθος· ἐπειδὰν γὰρ δύο κατὰ ταὐτὸ πάθη πολιορκῇ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, ἡ τοῦ ἑνὸς ἐπίτασις ἀποκρύπτει τὸ ἕτερον, καὶ ὅλοι τῆς ὀδύνης ἐκείνης γινόμεθα, καὶ πολλάκις οὐδὲ αἴσθησιν τοῦ ἑτέρου λαμβάνομεν, τῆς πολλῆς ὀδύνης περισπώσης ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἀφιείσης τοῦ ἐλάττονος πάθους πεῖραν λαβεῖν. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ δίκαιος οὗτος νῦν ὁρῶν τοῦ θανάτου τὸν φόβον ἐπικείμενον, πάντα τὰ λοιπὰ φορητὰ ἡγεῖτο. Ἀλλὰ ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ καταγνῶς τοῦ δικαίου μικροψυχίαν, εἰ τὸν θάνατον ἐδεδοίκει· ἀλλὰ θαύμασον τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν θάνατον τὸν τοῖς δικαίοις ἐκείνοις καὶ ἁγίοις τότε φοβερὸν, τοῦτον νῦν εὐκαταφρόνητον εἰργάσατο ὁ Χριστὸς, καὶ ὃν ἐδεδοίκεισαν οἱ ἐνάρετοι ἐκεῖνοι καὶ τοσαύτην παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐσχηκότες, [a] τοῦτον νῦν καταγελῶσι καὶ νέοι καὶ κόραι ἁπαλαί. Οὐδὲ γὰρ θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλ' ὕπνος καὶ ἀποδημία, καὶ μετάστασις ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω. Ὁ γὰρ θάνατος τοῦ Δεσπότου τὴν ἀθανασίαν ἡμῖν ἐδωρήσατο, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην ἐξέλυσεν αὐτοῦ τὰ νεῦρα, καὶ

2. Et animadverte, quomodo etiam per illas ipsas quæ sequuntur tentationes justi virtus magis emicuit, Deo clarum illum per omnia ostendente. Nam sicut quando in Ægyptum descendit, ut ignotus et peregrinus, et nulli agnitus, subito magno cum honore inde redit : ita et nunc, cum peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidem initiis quod suum erat fecit : postea vero tanto Dei subsidio munitus est, ut et rex et omnes qui in ea regione habitabant, omni studio ministrare justo studerent. 2. *Dixit autem,* inquit, *Abraham de Sarra uxore sua, Soror mea est. Timuit enim dicere, Uxor mea est, ne forte occiderent eum viri civitatis propter illam.* Vide quomodo a violentissimis affectionibus anima justi impugnetur, et timor eum incessat. Et quamvis prior timor, ne mulierem amittat, gravis fuerit, timor tamen mortis illum expulit. Ut enim hunc effugeret, sustinuit suis oculis videre, sociam vitæ suæ in regis manus incidere. Quam sit autem hoc toleratu difficile, sciunt qui uxores habent. Unde et sapiens quidam dicebat : *Plenus zelo furor viri ejus, non parcet in die judicii, nullo pretio mutabit inimicitias.* Verum grave hoc et omnibus intolerabile, vide quomodo propter mortis metum ille tulit. Hoc sane et in corporalibus affectionibus contingere solet : nam quando duo morbi simul infestant corpus nostrum, unius incrementum tegit alium, et totos nos ille gravior dolor sibi vindicat, ita ut sæpe minorem dolorem a majori distracti non sentiamus. Eodem modo justus quoque ille nunc videns urgere dolorem mortis, cætera omnia tolerabilia censebat. Cæterum hæc audiens, dilecte, ne condemnes justum ob pusillanimitatem, quod mortem timuerit : sed potius admirare Conditoris universi erga nos benignitatem, quod mortem justis illis et sanctis tunc terribilem, nunc ita despiciendam dederit Christus, ut quam formidabant viri illi virtute clari, et tanta erga Deum fiducia freti, nunc derideant et juvenes, et teneræ virgines. Nihil enim aliud mors est, quam somnus et peregrinatio, atque transmigratio a deterioribus ad meliora. Mors enim Domini immortalitatem nobis donavit, et ut descendit in infernum, dissolvit ejus nervos, roborque destruxit : et quod antea terribile erat et implacabile, hoc nunc despiciendum dedit, adeo ut nonnulli exsiliant et festinent cum hinc est migrandum. Proinde et Pau-

Zelotypia quam intolerabilis. *Prov.* 6. 34. 35.

Mors nihil est aliud quam somnus.

[a] Quinque Mss. *τοῦτον νῦν καταγελῶσι.*

Philip. 1. 23. lus clamat, dicens: *Dissolvi et cum Christo esse multo melius.* Verum hæc quidem nunc post Christi adventum, postquam confractæ sunt portæ inferni æreæ, postquam sol justitiæ ubique terrarum affulsit. Tunc autem terribilem adhuc habebat faciem, concutiebatque justorum hominum illorum mentem: ideo et omnia alia leviter ferebant, etiam quæ intolerabilia esse videbantur. Hinc est quod et justus ille timens eorum, qui in Geraris habitabant, insidias, domicilium ibi habuerit, non ut uxorem, sed ut sororem secum habens; ita nunc in hac regione peregrinus degit. Et sicut cum in Ægyptum eum descendere permisit Deus, volens improbos illos et socordes discere justi virtutem: ita et hic tolerantiam suam exhibet Dominus, ut justi patientia in omnibus eluceat, fiatque Dei in ipsum benevolentia manifesta omnibus. *Misit autem Abimelech rex Gerarorum, ut acciperent Sarram.* Cogita hic, quæso, tempestatem cogitationum quam tulit justus videns uxorem suam abduci, et se nihil posse juvare eam. Silenter enim ferebat omnia, sciens fore ut se non despiceret Dominus, sed acceleratum adhiberet subsidium. Admirabilis quoque Sarræ amor est, quæ periculo mortis justum eripere voluit. Poterat enim ipsa detegendo factum, certam contumeliam effugere: sed pertulit omnia fortiter, ut viro salutem pararet. Et im-
Gen. 2. 24. pletum est illud dictum, *Erunt duo in carnem unam.* Tamquam enim una essent caro, ita mutuæ salutis curam vicissim agebant, et tantam declarabant concordiam, quasi unum essent corpus et una anima. Audiant hæc viri, audiant et mulieres: et istæ quidem, ut eumdem erga suos viros amorem declarent, nihilque aliud illorum præferant saluti: viri autem, ut erga uxores habeant benevolentiam, et quasi unam animam haberent et unum corpus essent, omnia faciant.

τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ καθεῖλε· καὶ τὸν φοβερὸν πρὸ τούτου καὶ ἀμείλικτον, τοῦτον οὕτως εὐκαταφρόνητον εἰργάσατο, ὡς καὶ ἐπιπηδᾷν τινας καὶ ἐπείγεσθαι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος βοᾷ λέγων, Τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν νῦν μετὰ τὴν B τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, μετὰ τὸ συγκλασθῆναι τὰς πύλας τὰς χαλκᾶς, μετὰ τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐκλάμψαι. Τότε δὲ ἔτι φοβερὰν εἶχε τὴν πρόσοψιν, καὶ κατέσειε τῶν δικαίων ἐκείνων ἀνδρῶν τὴν διάνοιαν· διὸ καὶ πάντα τὰ ἄλλα κούφως ἔφερον, κἂν ἀφόρητα ἐτύγχανεν ὄντα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ δίκαιος οὗτος φοβούμενος τῶν ἐν Γεράροις οἰκούντων τὴν ἐπιβουλὴν, οὐχ ὡς γυναῖκα, ἀλλ' ὡς ἀδελφὴν ἐπαγόμενος, οὕτω τὴν ἐνταῦθα παροίκησιν ποιεῖται. Καὶ καθάπερ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατελθεῖν αὐτὸν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς, C βουλόμενος καὶ τοὺς ἀγνώμονας ἐκείνους καὶ ἀναισθήτους τοῦ δικαίου μαθεῖν τὴν ἀρετήν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὴν οἰκείαν μακροθυμίαν ἐπιδείκνυται ὁ Δεσπότης, ἵνα καὶ τοῦ δικαίου ἡ ὑπομονὴ διὰ πάντων ἐκλάμψῃ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν εὔνοια πᾶσι κατάδηλος γένηται. Ἀπέστειλε δὲ Ἀβιμέλεχ ὁ βασιλεὺς Γεράρων, λαβεῖν τὴν Σάῤῥαν. Ἐννόησόν μοι τὸν χειμῶνα τῶν λογισμῶν, ὧν ὑπέμεινεν ὁ δίκαιος ὁρῶν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ἀπαγομένην, καὶ οὐδὲν δυνάμενος ἐπαμῦναι. Σιγῇ γὰρ ἅπαντα ἔφερεν, εἰδὼς ὅτι οὐ περιόψεται αὐτὸν ὁ Δεσπότης, ἀλλὰ ταχεῖαν παρέξει τὴν συμμαχίαν. Καὶ τῆς Σάῤῥας δὲ θαυμάσαι D ἐστὶ τὴν πολλὴν φιλοστοργίαν, πῶς τοῦ κινδύνου τοῦ θανάτου τὸν δίκαιον ἐξαρπάσαι βουλομένη· ἐξῆν γὰρ αὐτὴν ἐκκαλύψασαν τὸ δρᾶμα, διαφυγεῖν τὴν ὁμολογουμένην ὕβριν· ἀλλ' ὑπέμεινεν ἅπαντα γενναίως, ἵνα τῷ δικαίῳ τὴν σωτηρίαν πραγματεύσηται. Καὶ ἐπληροῦτο ἐκεῖνο τὸ εἰρημένον, ὅτι Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὥσπερ γὰρ μία σὰρξ ὄντες, οὕτω τῆς ἀλλήλων σωτηρίας ἐκήδοντο, καὶ τοσαύτην ἐπεδείκνυντο τὴν ὁμόνοιαν, ὡς ἓν σῶμα τυγχάνοντες καὶ μία ψυχή. Ταῦτα ἀκουέτωσαν ἄνδρες, ἀκουέτω- E σαν γυναῖκες· γυναῖκες, ἵνα τοσαύτην περὶ τοὺς ἄνδρας τὴν φιλοστοργίαν ἐπιδεικνύωσι, καὶ μηδὲν ἕτερον προτιμῶσι τῆς ἐκείνων σωτηρίας· καὶ ἄνδρες, ἵν' οὕτω πολλὴν τὴν περὶ αὐτὰς εὔνοιαν ἔχωσι, καὶ ὡς μίαν ψυχὴν κεκτημένοι καὶ ἓν σῶμα ὄντες, οὕτω πάντα διαπράττωνται.

3. Hoc enim verum est conjugium, quando tanta inter eos est concordia, quando vinculo caritatis ita sunt concatenati. Sicut enim corpus numquam a semetipso dissidet, neque anima adversus seipsam: ita virum et mulierem non convenit dissidere, sed unitos esse. Tunc enim bona infinita ipsis affluere poterunt. Nam ubi concor-

Conjugalis concordiæ bonum

Τοῦτο γὰρ ἀληθὲς συνοικέσιον, ὅταν τοσαύτη ἐν αὐτοῖς πολιτεύηται συμφωνία, ὅταν τοσοῦτος ᾖ ὁ σύνδεσμος, ὅταν οὕτως ὦσι τῇ ἀγάπῃ συνεσφιγμένοι. Καθάπερ γὰρ σῶμα πρὸς ἑαυτὸ οὐκ ἄν ποτε διαστασιάσειεν, οὐδὲ ψυχὴ πρὸς ἑαυτήν· οὕτως ἄνδρα καὶ γυναῖκα οὐ διαστασιάζειν, ἀλλ' ἡνῶσθαι χρή. Τότε γὰρ καὶ τὰ μυρία αὐτοῖς ἀγαθὰ ἐπιῤῥεῦσαι δυνήσεται.

Ὅπου γὰρ ὁμόνοια τοσαύτη, ἐκεῖ πάντων τῶν ἀγα- 450
θῶν ἡ σύνοδος, ἐκεῖ ἡ εἰρήνη, ἐκεῖ ἡ ἀγάπη, ἐκεῖ ἡ A
εὐφροσύνη ἡ πνευματική· οὐδαμοῦ πόλεμος, οὐδαμοῦ
μάχη, οὐδαμοῦ ἔχθρα καὶ φιλονεικία· ἀλλὰ ταῦτα
πάντα ἐκποδὼν γίνεται, τῆς ῥίζης τῶν ἀγαθῶν, τῆς
ὁμονοίας λέγω, ταῦτα πάντα ἀφανιζούσης. Ἀπέστειλε
δὲ Ἀβιμέλεχ βασιλεὺς Γεράρων, καὶ ἔλαβε τὴν Σάῤ-
ραν. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβιμέλεχ [a]ἐν ὕπνῳ
τὴν νύκτα, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ σὺ ἀποθνήσκεις περὶ τῆς
γυναικὸς, ἧς ἔλαβες· αὕτη δέ ἐστι συνῳκηκυῖα ἀνδρί.
Ὅρα Θεοῦ φιλανθρωπίαν· ἐπειδὴ εἶδε τὸν δίκαιον διὰ
τὸν τοῦ θανάτου φόβον γενναίως ἐνεγκόντα τῆς Σάῤῥας
τὴν ἀφαίρεσιν, καὶ τὸν βασιλέα ὡς ἀδελφὴν τοῦ δι-
καίου οὕτως αὐτὴν ἀγόμενον, λοιπὸν τὴν οἰκείαν πρό-
νοιαν ἐπιδείκνυται, ὁμοῦ καὶ τὸν δίκαιον περιφανέστε- B
ρον ἀποδεικνὺς, καὶ τὴν Σάῤῥαν τῆς ὕβρεως ἐλευ-
θερῶν, καὶ τὸν βασιλέα ἀπαλλάττων τῆς παρανομίας.
Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβιμέλεχ ἐν ὕπνῳ τὴν νύ-
κτα. Κατ' αὐτὸν, φησὶ, τὸν τοῦ ὕπνου καιρὸν ἐξαρπά-
σαι αὐτὸν βουλόμενος τῆς παρανομίας, ἐνέθηκεν αὐτοῦ
τῇ διανοίᾳ τὴν γνῶσιν, καὶ τὰ λανθάνοντα αὐτῷ εἰς
φῶς ἤγαγε, καὶ πολὺν τὸν φόβον αὐτῷ ἐπέτεινε, τὸν
θάνατον ἀπειλήσας. Ἀποθνήσκεις γὰρ, φησὶ, περὶ τῆς
γυναικὸς, ἧς ἔλαβες· αὕτη δέ ἐστι συνῳκηκυῖα ἀνδρί.
Ἀβιμέλεχ δὲ οὐχ ἥψατο αὐτῆς. Ταῦτα δὲ πάντα C
ἐγίνετο, ἵνα ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία ἡ εἰς τὸν πατρι-
άρχην εἰς ἔργον ἐξέλθῃ. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸ βραχέος
ὑπέσχετο αὐτῷ τὸν Ἰσαὰκ τεχθήσεσθαι, ἐγγὺς δὲ λοι-
πὸν ὁ καιρὸς ἦν, ἵν' οὖν μὴ λυμήνηταί τι τῇ τοῦ
Θεοῦ ἐπαγγελίᾳ, τοσοῦτον φόβον τῷ Ἀβιμέλεχ ἐπι-
τίθησιν, [b]ὡς καταπληχθέντα αὐτὸν μὴ τολμῆσαι
ἐφάψασθαι τῆς Σάῤῥας. Διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν ἡ
θεία Γραφὴ, ὅτι Ἀβιμέλεχ οὐχ ἥψατο αὐτῆς· ἀλλὰ
καὶ ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ τολμήματος, καί φησι,
Κύριε, ἔθνος δίκαιον καὶ ἀγνοοῦν ἀπολεῖς; Μὴ γὰρ
αὐτοῦ εἰδὼς, φησὶ, γυναῖκα οὖσαν αὐτὴν, τοῦτο πε- D
ποίηκα; μὴ γὰρ ἀδικῆσαι βουλόμενος τὸν ξένον; μὴ
γὰρ ὡς γυναῖκα ἁφαιρούμενος; Ὡς ἀδελφὴν μέλλων
λαμβάνειν τοῦτο διεπραξάμην, νομίζων καὶ ταύτῃ
[c]τιμήσειν καὶ αὐτόν. Ἔθνος οὖν ἀγνοοῦν καὶ δίκαιον
ἀπολεῖς; Μετὰ τοῦ δικαίου, φησὶ, πεποιηκότα με τὸ
ἐπιχείρημα ἀπολεῖς; Εἶτα σαφέστερον ποιῶν ὅπερ
ἔλεγε, φησίν· Οὐκ αὐτός μοι εἶπεν, ὅτι ἀδελφή μου
ἐστὶ, καὶ αὕτη μοι εἶπεν, ὅτι ἀδελφός μου ἐστί; Σκό-
πει πῶς εἶχον τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν συμφωνίαν. Καὶ
αὐτὸς, φησὶ, τοῦτό μοι εἶπε, καὶ αὕτη συνέθετο τοῖς
παρ' αὐτοῦ λεγομένοις. Ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, καὶ ἐν
δικαιοσύνῃ χειρῶν ἐποίησα τοῦτο, φησίν· οὐχ ὥσπερ E

dia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi caritas, ibi spiritualis lætitia : nullum bellum, nulla rixa : nusquam inimicitiæ et contentio : sed hæc omnia e medio tolluntur per concordiam, bonorum omnium radicem, quæ omnia illa simul abolet. *Misit autem Abimelech rex Gerarorum, et accepit Sarram.* 3. *Et intravit Deus ad Abimelech in somno noctu, et dixit : Ecce tu morieris propter mulierem, quam abstulisti : ista autem contubernalis est viro.* Vide Dei clementiam : quia vidit justum propter metum mortis Sarram sibi ablatam esse fortiter ferre, et regem eam ut sororem justi abducere, suam demum declarat providentiam, justum quoque illustriorem reddit, et Sarram ab injuria, regem vero a peccato liberat. *Et intravit,* inquit, *Deus ad Abimelech in somno noctu.* Per ipsum, inquit, somni tempus eripere eum volens ab iniquitate, dedit menti ejus scientiam et occulta manifestavit, multumque metum auxit interminando mortem. *Morieris* enim, inquit, *propter mulierem, quam abstulisti : ista autem contubernalis est viro.* 4. *Abimelech autem non tetigerat illam.* Hæc autem omnia facta sunt, ut Dei promissio facta patriarchæ impleretur. Enimvero quia paulo antea ipsi promiserat Isaac esse nasciturum, et prope aderat tempus : ut ne quid officeret promissioni Dei, tantum timorem in Abimelech immisit, ut perculsus animo Sarram attingere non auderet. Propter hoc enim adjecit divina Scriptura. *Abimelech non tetigerat illam :* sed et de facinore se defendit ac dicit : *Domine, gentem justam et ignorantem perdes?* Numquid sciens, inquit, uxorem ejus esse, hoc feci? numquid injuria peregrinum afficere volens? numquid ut uxorem ejus auferens? Ut sororem eam accepturus hæc egi, ratus hoc nomine et hunc et illam honorari. *Gentem* igitur, *justam et ignorantem perdes?* mene justi officio functum perdes? Deinde clarius afferens quod dicebat, inquit : 5. *Nonne ipse mihi dixit, Soror mea est, et ipsa mihi dixit, Frater meus est?* Vide cum quanto consensu et concordia hoc egerint. Et ipse, inquit, hoc mihi dixit, et ipsa adstipulata est dictis ejus. *In corde puro, et in justitia manuum feci hoc,* inquit, non ut iniquam rem facturus, sed ut legitimam et licitam irreprehen-

[a] Ἐν ὕπνῳ hic et infra deest in Savil. et in aliquot Mss., sed habetur in Morel. et aliis, atque etiam legitur in Bibliis.

[b] Septem Mss. ὡς καταπτήξαντα.

[c] [Coisl. et Savil. τιμήσειν αὐτόν. Mox Coisl verba μετὰ.... ἀπολεῖς omittit.]

sibilemque feci. Quid igitur benignus Dominus? 6. *Dixit autem ei Deus in somno.* Vide quomodo se attemperat omnium Dominus, suam bonitatem per omnia declarans. *Et ego scio quod corde puro hoc feceris.* Scio, inquit, ipsos hanc fabulam commentos esse, et te deceptum eorum dictis hoc fecisse : ob hoc, ut ne per deceptionem hanc pecces, *Peperci tibi, ne tu peccares in me.* Magna verbi est attemperatio, maxima Domini est clementia. In me, inquit, rediturum erat peccatum. Nam sicut in hominibus cum quis aliquem domesticum in multo honore apud dominum suum injuria quadam affieit, sibi injuriam factam putat dominus, et dicit : Mihi injuriam fecisti per ea quibus a te domesticus injuria est affectus : ea enim quæ in illum committuntur, in me transeunt : eodem modo et bonus Dominus, *Peperci tibi*, inquit, *ut ne peccares in me.* Mei, inquit, famuli sunt, et adeo mihi commendati, ut mihi fieri existimem quæcumque illis fiunt, sive bona sint, sive non bona : *Propterea non dimisi te, ut tangeres eam.* Quoniam magnam eorum curam gero, sciens quod per ignorantiam hanc eis contumeliam facturus eras, *Peperci tibi, ut ne peccares in me.* Ne simpliciter ut quempiam vulgarium respicias hunc virum : sed disce eum ex numero illorum esse, quorum ego maximam curam gero, et qui peculiariter mei sunt. 7. *Redde igitur uxorem viro, quia propheta est, et orabit pro te, et vives.* Vide quomodo virtutem justi detegit : prophetam ipsum vocat, et propemodum efficit, ut rex supplicem se ei præbeat. *Orabit enim pro te, et vives.* Ille etenim, inquit, veritus ne occideretur a te, hanc comœdiam instruxit, et quasi cooperatus est in contumeliam Sarræ : scias autem illius preces vitam tibi præbituras esse. Deinde ut ne concupiscentia flagrans, et pulchritudine Sarræ victus, mandata contemnat, immittit ei timorem, et majorem pœnam minatur se inducturum. *Quod si non dederis,* inquit, *scias quod morieris tu et omnia tua.* Non solum tu inobedientiæ pœnam lues, sed et omnia tua propter te mors perdet. Ob hoc autem per tempus noctis hæc omnia Deus ei

Qui colit servos Dei, Deum colit.

παράνομόν τι μέλλων διαπράττεσθαι, ἀλλ' ὡς νενομισμένον καὶ ἀκόλουθον, καὶ οὐδεμίαν ἔχον μέμψιν τοῦτο πεποίηκα. Τί οὖν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης; Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς καθ' ὕπνον. Ὅρα πόσῃ συγκαταβάσει κέχρηται ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα διὰ πάντων ἐπιδεικνύμενος. Κἀγὼ ἔγνων, φησὶν, ὅτι ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ ἐποίησας τοῦτο. Οἶδα, φησὶν, ὅτι αὐτοὶ τοῦτο τὸ δρᾶμα κατεσκεύασαν, καὶ [461] Α ὅτι ἀπατηθεὶς τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις τοῦτο πεποίηκας· καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀπάτην ἐκείνων ἁμάρτῃς; Ἐφεισάμην, τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν σε εἰς ἐμέ. Πολλὴ τοῦ ῥήματος ἡ συγκατάβασις, μεγίστη τοῦ Δεσπότου ἡ φιλανθρωπία. Εἰς ἐμὲ, φησὶν, ἔμελλεν ἀνατρέχειν τὸ ἁμάρτημα. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τις εἰς τινα τῶν οἰκετῶν πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ δεσπότου ὑβριστικόν τι διαθῇ, οἰκείαν ἡγεῖται τὴν ὕβριν ὁ δεσπότης, καί φησιν, ἐμὲ ὕβρισας δι' ὧν τὸν ἐμὸν οἰκέτην οὕτω διέθηκας· καὶ γὰρ τὰ εἰς ἐκεῖνον γινόμενα εἰς ἐμὲ διαβαίνει· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης, Ἐφεισάμην σου, φησὶ, τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν σε εἰς ἐμέ. Β Ἐμοὶ, φησὶν, οἰκέται τυγχάνουσι, καὶ οὕτως αὐτῶν ποιοῦμαι πολλὴν τὴν κηδεμονίαν, ὅτι οἰκειοῦμαι τὰ εἰς αὐτοὺς γινόμενα, κἂν τε ἀγαθὰ ᾖ, κἂν τε ἐναντία· Ἕνεκεν τούτου οὐκ ἀφῆκά σε ἅψασθαι αὐτῆς. Ἐπειδὴ πολὺ αὐτῶν κήδομαι, τοῦτο εἰδὼς ὅτι ἐξ ἀγνοίας μέλλεις τὴν ὕβριν αὐτοῖς ταύτην ἐπάγειν, Ἐφεισάμην σου, τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν σε εἰς ἐμέ. Μὴ δὴ ἁπλῶς ὡς ἑνὶ τῶν τυχόντων πρόσεχε τῷ ἀνδρὶ, ἀλλὰ μάνθανε ὅτι τῶν ἐμοὶ περισπουδάστων ἐστὶ, καὶ τῶν πολλὴν ἐχόντων πρὸς ἐμὲ τὴν οἰκείωσιν. Ἀπόδος τοίνυν τὴν C γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ. Ὅρα πῶς τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίου ἐκκαλύπτει· καὶ προφήτην αὐτὸν καλεῖ, καὶ μονονουχὶ παρασκευάζει τὸν βασιλέα ἱκέτην αὐτοῦ γενέσθαι. Προσεύξεται γὰρ περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ, φησίν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν, δεδοικὼς τὸν παρὰ σοῦ θάνατον, τὸ δρᾶμα τοῦτο κατεσκεύασε, καὶ μονονουχὶ συνέπραξε πρὸς τὴν τῆς Σάῤῥας ὕβριν· γίνωσκε δὲ ὅτι αἱ παρ' ἐκείνου προσευχαὶ τὴν ζωήν σοι παρέξουσιν. Εἶτα ἵνα μὴ τῇ ἐπιθυμίᾳ φλεγόμενος, [a] καὶ ὑπὸ τοῦ κάλλους τῆς Σάῤῥας ἡττώμενος, ἔλαττον φροντίσῃ τῶν προσταττομένων, ἐπιτείνει τὸν φόβον, καὶ τὴν D τιμωρίαν ἐπαγγέλλεται μείζονα ἐπάξειν. Εἰ γὰρ μὴ ἀποδίδως, φησὶ, γνῶθι ὅτι ἀποθανῇ σύ τε καὶ πάντα τὰ σά. Οὐ μόνον αὐτὸς τῆς παρακοῆς, φησὶν, ὑφέξεις τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ σὰ διὰ σὲ θάνατος καταλήψεται. Διὰ τοῦτο δὲ κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν ταῦτα ἅπαντα ὁ Θεὸς αὐτῷ διελέγετο, ἵνα μετὰ

Savil. et quidam Mss. καὶ τοῦ κάλλους τῆς Σάῤῥας ὅλος γενόμενος, ἔλαττον.

ἡσυχίας δεξάμενος τὴν παραίνεσιν, μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου τὸ προσταχθὲν εἰς ἔργον ἀγάγῃ. Εὐθέως γὰρ ὀρθρίσας, Ἀβιμέλεχ, φησὶν, ἐκάλεσε τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν.

Ὅρα πῶς κήρυξ γίνεται λοιπὸν ὁ βασιλεὺς τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς, καὶ πᾶσιν αὐτὸν κατάδηλον ποιεῖ. Καλέσας γὰρ, φησὶ, πάντας τοὺς παῖδας αὐτοῦ, διηγήσατο πάντα τὰ πρὸς αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ δηλωθέντα, ἵνα πάντες γνῶσι καὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν τὴν εὔνοιαν, καὶ τῆς προνοίας ἧς ἠξιοῦται παρὰ τοῦ Δεσπότου διὰ τὴν τῶν τρόπων ἀρετήν. Ἐφοβήθησαν δὲ πάντες οἱ ἄνθρωποι σφόδρα. Εἶδες πῶς οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τὰς μεταναστάσεις ἐποιεῖτο ὁ δίκαιος; Εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς τῆς προτέρας ἔμενε, πόθεν εἶχον ἅπαντες οἱ ἐν Γεράροις γνῶναι, ὅσης ὁ δίκαιος ἀπολαύει τῆς παρὰ [b] τοῦ Θεοῦ προνοίας; Ἐφοβήθησαν δὲ πάντες οἱ ἄνθρωποι σφόδρα. Πολὺς αὐτῶν φόβος κατεσκεδάσθη, περὶ τοῦ παντὸς ἠγωνίασαν. Εἶτα, Ἐκάλεσε, φησὶν, Ἀβιμέλεχ τὸν Ἀβραάμ. Ἐννόει μοι μεθ' ὅσης λοιπὸν τῆς περιφανείας ὁ δίκαιος εἰσάγεται πρὸς τὸν βασιλέα, ὁ πρὸ μικροῦ παρ' αὐτοῖς εὐκαταφρόνητος νομιζόμενος, καὶ καθάπερ ἀλήτης καὶ ξένος. Ἀθρόον πάντων συνδραμόντων καλεῖται ὁ πατριάρχης οὐδὲν τούτων εἰδὼς τέως, καὶ ἐμάνθανε λοιπὸν παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ δι' αὐτὸν εἰς ἐκεῖνον γεγενημένα. Εἶπε γὰρ αὐτῷ· τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν; τί ἡμάρτομεν εἰς σὲ, ὅτι ἐπήγαγες ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἁμαρτίαν μεγάλην; Ἔργον, ὃ οὐδεὶς ποιήσει, ἐποίησας ἡμῖν. Τί ἐνιδὼν ἐποίησας τοῦτο; Διὰ τί, φησὶ, τοσαύτῃ με περιβαλεῖν ἁμαρτίᾳ ἠβουλήθης; τίνος ἕνεκεν, καὶ τί ἐννοήσας τοῦτο πεποίηκας; Ὅρα πῶς διὰ τῶν οἰκείων ῥημάτων δείκνυσι τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπειλὴν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι Εἰ μὴ ἀποδίδως, ἀποθανῇ σὺ καὶ πάντα τὰ σὰ, τοῦτο αὐτὸ ἑρμηνεύων ὁ Ἀβιμέλεχ φησί· Τί ἥμαρτον εἰς σὲ, ὅτι ἐπήγαγες ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἁμαρτίαν μεγάλην; Μὴ γὰρ μέχρις ἐμοῦ εἶχε στῆναι τὰ τῆς τιμωρίας; Πᾶσά μου ἡ βασιλεία ἄρδην ἔμελλεν ἀφανίζεσθαι ἐκ τῆς ἀπάτης τῆς παρὰ σοῦ γεγενημένης. Τί οὖν ἐνιδὼν ἐποίησας τοῦτο; Σκόπει ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα, ὅπως ἐν τάξει ἀπολογίας διδασκαλίαν αὐτοῖς θεογνωσίας εἰσάγει. Εἶπα γὰρ, φησὶ, μήποτε οὐκ ἔστι θεοσέβεια ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐμέ τε ἀποκτενοῦσιν ἕνεκεν τῆς γυναικός μου; Ἐναγώνιος, φησὶ, γέγονα, μήποτε [a] διὰ τὸ

loquitur, ut in quiete accepta admonitione, magno timore imperata faciat. 8. Nam *Statim*, inquit, *mane surgens Abimelech vocavit pueros suos, et loquutus est omnia verba hæc in aures eorum.*

4. Vide quomodo rex fit præco virtutis justi, et eum omnibus manifestum reddit. Vocatis enim, inquit, omnibus pueris suis, narravit omnia sibi a Deo manifestata, ut omnes scirent et Dei erga illum benevolentiam, et quantum Deo curæ esset propter ipsius mores et virtutem. *Timuerunt autem omnes homines valde.* Vidisti quomodo non frustra et absque causa toties transmigrabat justus? Nam si in tabernaculo suo primo mansisset, unde potuissent Geraritæ omnes scire quantam justus apud Deum haberet fiduciam? *Timuerunt autem omnes homines valde.* Magnus in eos timor immissus de rerum summa faciebat anxios. Postea sequitur : 9. *Vocavit Abimelech Abrahamum.* Considera in quanta gloria justus postea apud regem agit, qui paulo antea ab omnibus despectui habebatur, quasi erro et peregrinus. Igitur cum omnes convenissent, vocatur statim patriarcha, qui nihil horum sciebat, didicitque postea a rege ipso, quæ propter se a Deo illi facta erant. *Dixit enim ei : Quare hoc fecisti nobis? quid peccavimus in te, quod induxisti super me et super regnum meum peccatum magnum? Rem, quam nullus faceret, fecisti nobis.* 10. *Quid videns fecisti hoc?* Quare in tantum, inquit, voluisti me incidere peccatum? cur et quid cogitans hoc fecisti? Vide quomodo per verba sua indicat minas, quæ a Deo sibi sunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, *Quod si non reddideris, morieris tu et omnia tua :* hoc ipsum interpretans Abimelech dicit : *Quid peccavi in te, quod induxisti super me et super regnum meum peccatum magnum?* Numquid solus pœnas eram daturus? Omne regnum meum simul perdendum erat ex deceptione quam fecisti. *Quid vidisti ut hoc faceres?* Considera hic, dilecte, justi prudentiam, quomodo satisfactionis loco in agnitionem Dei illos introducat. 11. *Dixi enim*, inquit, *Num forte non est timor Dei in loco isto, meque occident propter uxorem?* Quasi diceret, Valde mecum anxius fui, ne forte eo

[b] Quinque Mss. *τοῦ θεοῦ παῤῥησίας.*

[a] Διὰ τὸ ἔτι τῇ πλάνῃ ὑμᾶς κατέχεσθαι, *eo quod adhuc errore detinemini.* Hæc Abrahamum loquentem inducit Chrysostomus, quasi videlicet Abimelech et subditi circa religionem errarent. Id tamen Scripturæ seriei non consonat : exhibetur enim Abimelech quasi non modo veri Dei cultor, sed etiam æqui amans. Quod enim Abraham dicit, *Num forte non est timor Dei in loco isto?* id dubitantis more dicit, quia religiones et mores gentis nondum expertus erat.

quod adhuc erroribus tenemini, nulla vobis justitiæ cura sit : propter hoc simulavi, vobis parcens, ut ne, si intelligeretis eam uxorem meam fuisse, capti ejus amore occidere me tentaretis. Vide quomodo per pauca illa verba illos carpat, et simul doceat oportere eum qui Deum in mente habet, nihil iniquum agere, sed vigilem illum oculum timere, et ob pœnam, quæ ab illo imminet, multam justitiæ curam gerere. Postea volens pro se defensionem afferre, Ne putetis, inquit, me etiam sic mentitum esse. 12. *Etenim soror mea est ex patre, sed non ex matre; data autem mihi est in uxorem.* Quia eumdem patrem vocat, inquit, quem et ego; ideo et sororem ipsam vocavi. Ne igitur condemnetis me. Nam etsi metus mortis in hanc me necessitatem coegerit, et quia timui ne forte propter eam me occideretis, ipsam autem in vita conservaretis : attamen neque sic est mendacium quod a me dictum est. Vide quam diligenter agit justus, ut monstret se neque in hoc mentitum. Et ut omnia, inquit, diligenter a me sciatis, audite et consilium, quod inter nos inivimus, 463 13. *Quando eduxit me Deus de domo patris mei.* Considera, obsecro, hic magnam justi sapientiam, quomodo in serie narrationis docet eos, se a principio fuisse peculiariter addictum Deo, et Deum se a domo sua evocavisse, et in eum locum duxisse; ut scirat rex, ex eorum numero esse Abrahamum qui magnam in Deo habent fiduciam. *Quando*, inquit, *eduxit me Deus ex domo patris mei, dicebam ei : Hanc justitiam facies in me, in omni loco, in quem venerimus, dic : Frater meus est.* Quia enim superius dixerat : *Dixi enim, num forte non est timor Dei in loco isto,* et videbatur eos nimium carpere, volens mitigare asperitatem verbi, hic dicit, Ne putetis me hoc solum vestri gratia fecisse. Statim enim *Quando eduxit me Deus de domo patris mei, dicebam ad eam : Hanc justitiam facies mihi in omni loco, in quem venturi sumus.* De omnibus, inquit, qui terram hanc inhabitant, mandatum ei dedi : et docuit etiam sic simulationem sine mendacio esse. Mortis enim timor ad hoc nos compulit. Hæc ut dixit justus, iram eorum demulsit, suamque detexit virtutem, et sufficientem religionis veræ doctrinam eis tradidit. Reveritus igitur rex magnam justi mansuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarcham. Dicit enim : 14. *Ac-*

Simulatio absque mendacio.

ἔτι τῇ πλάνῃ ὑμᾶς κατέχεσθαι οὐδεμίαν τοῦ δικαίου πρόνοιαν ποιῆσθε, καὶ διὰ τοῦτο ὑμῶν φειδόμενος, μὴ μαθόντες αὐτὴν γυναῖκά μου γεγενῆσθαι διὰ τὴν περὶ ταύτην ἐπιθυμίαν ἐμὲ ἀνελεῖν ἐπιχειρήσητε, τοῦτο ἐποίησα. Ὅρα πῶς διὰ τῶν ὀλίγων τούτων ῥημάτων δμοῦ καὶ καθήψατο αὐτῶν, καὶ ἐδίδαξεν ὅτι δεῖ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐν νῷ λαμβάνοντα μηδὲν τῶν παρανόμων διαπράττεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον ὀφθαλμὸν δεδοικέναι, καὶ διὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπηρτημένην δίκην πολλὴν τοῦ δικαίου ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν. Εἶτα βουλόμενος τὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογίαν ποιῆσαι, φησί· μὴ νομίσητέ με καὶ οὕτως ἐψεῦσθαι. Καὶ γὰρ ἀδελφή μου ἐστὶν ἐκ πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ μητρός· ἐγενήθη δέ μοι εἰς γυναῖκα. Τὸν αὐτόν μοι, φησὶ, πατέρα ἐπιγράφεται, δι' ὃ καὶ ἀδελφὴν αὐτὴν ἐκάλεσα. Μὴ τοίνυν καταγνῶτέ μου. Εἰ γὰρ καὶ ὁ φόβος τοῦ θανάτου εἰς τὴν ἀνάγκην με ταύτην κατέστησε, καὶ τὸ δεδοικέναι μήποτε διὰ ταύτην ἐμὲ μὲν ἀποκτείνητε, ταύτην δὲ περιποιήσησθε· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐστὶ ψεῦδος τὸ παρ' ἐμοῦ εἰρημένον. Ὅρα πόσην ποιεῖται τὴν σπουδὴν ὁ δίκαιος, ὥστε δεῖξαι μηδὲ ἐν τούτῳ [b] ἑαυτὸν ψευσάμενον. Καὶ ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας μάθητε παρ' ἐμοῦ, ἀκούσατε καὶ τὴν βουλὴν, ἣν μεταξὺ ἀλλήλων ἐσχήκαμεν, Ἡνίκα ἐξήγαγέ με ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Θέα μοι ἐνταῦθα τὴν πολλὴν τοῦ δικαίου σοφίαν, πῶς ἐν τάξει διηγήσεως διδάσκει αὐτοὺς, ὡς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων τῶν οἰκειωμένων ἐστὶ τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι αὐτὸς καὶ οἴκοθεν αὐτὸν ἀνέστησε, καὶ ἐκεῖσε ἤγαγεν, ἵνα μάθῃ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τῶν πολλὴν ἐχόντων ἐστὶ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Ἡνίκα, φησὶν, ἐξήγαγέ με ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, εἶπον αὐτῇ· ταύτην τὴν δικαιοσύνην ποιήσεις ἐπ' ἐμέ· εἰς πάντα τόπον, οὗ ἐὰν εἰσέλθωμεν ἐκεῖ, εἰπὲ, ὅτι ἀδελφός μου ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω εἶπεν· Εἶπα γὰρ, μήποτε οὐκ ἔστι θεοσέβεια ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ· καὶ ἐδόκει πολὺ αὐτῶν καθάπτεσθαι, βουλόμενος τὸ σφοδρὸν τοῦ ῥήματος ὑπεκλῦσαι, ἐνταῦθά φησιν, ὅτι μὴ νομίσητε, ὅτι ὑμῶν ἕνεκεν μόνον τοῦτο πεποιηκέναι ἐπέγνωμεν. Εὐθέως γὰρ Ἡνίκα ἐξήγαγέ με ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, εἶπον αὐτῇ· ταύτην τὴν δικαιοσύνην ποιήσεις εἰς ἐμὲ εἰς πάντα τόπον, οὗ ἐὰν εἰσέλθωμεν. Περὶ πάντων τῶν τὴν γῆν, φησὶν, ταύτην οἰκούντων τὴν παραγγελίαν πρὸς αὐτὴν ἐποιησάμην· καὶ ἐδίδαξε ὅτι καὶ οὕτως ἐκτὸς ψεύδους ἐστὶν ἡ ὑπόκρισις. Ὁ γὰρ τοῦ θανάτου φόβος εἰς τοῦτο ἡμᾶς ἔλθεῖν κατηνάγκασε. Ταῦτα εἰπὼν ὁ δίκαιος, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν κατεμάλαξε, καὶ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐξεκάλυψε, καὶ ἀρκοῦσαν αὐτοῖς διδασκαλίαν ἐνέθηκε θεοσεβείας. Αἰδεσθεὶς τοίνυν ὁ βασιλεὺς τοῦ δικαίου

[b] Alii ἐψεῦσθαι, alii ἑαυτὸν ψευσάμενον.

τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, τῇ οἰκείᾳ φιλοτιμίᾳ ἀμείβεται τὸν πατριάρχην. Ἔλαβε γὰρ, φησὶν, Ἀβιμέλεχ χίλια δίδραχμα, καὶ πρόβατα, καὶ μόσχους, καὶ παῖδας, καὶ παιδίσκας, καὶ ἀποδέδωκεν αὐτῷ Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Εἶδες, ἀγαπητὲ, τὴν εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ σοφίαν; Ὁ γὰρ περὶ τοῦ θανάτου δεδοικὼς, καὶ πάντα ποιῶν ὥστε δυνηθῆναι τοῦτον διαφυγεῖν, οὐ μόνον τὸν θάνατον διέφυγεν, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀξιοῦται παῤῥησίας, καὶ περιφανὴς ἀθρόον γίνεται.

cepit Abimelech mille didrachmas, et oves, et vitulos, et servos, et ancillas, et reddidit illi Sarram uxorem suam. Vidisti, dilecte, omnipotentem et variam Dei sapientiam? Qui enim in mortis periculo constitutus erat, et omnia faciebat ut mortem posset effugere, non solum mortem effugit, sed et magnam obtinuit fiduciam, et repente gloriosus factus est.

Τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὐ μόνον τῶν λυπηρῶν ἐλευθεροῖ τοὺς γενναίως ἀντέχειν πρὸς τοὺς ἐπιόντας πειρασμοὺς σπουδάζοντας, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην ἐν αὐτοῖς τοῖς λυπηροῖς παρέχει τὴν εὐφροσύνην, ὡς καὶ λήθην ἡμᾶς ἔχειν παντελῆ, καὶ ἐν πολλῇ γίνεσθαι τῶν ἀγαθῶν περιουσίᾳ. Καὶ ὅρα λοιπὸν τοῦ βασιλέως τὴν πρὸς τὸν δίκαιον θεραπείαν. Οὐ μόνον γὰρ τοῖς τοσούτοις αὐτὸν δώροις τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ δίδωσι τῆς ἐν τῇ γῇ κατοικήσεως. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡ γῆ μου ἐναντίον σού ἐστιν· οὗ ἐάν σοι ἀρέσκῃ, κατοίκει. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμαθεν ὅτι δι' ἐκεῖνον, καὶ διὰ τὰς ἐκείνου προσευχὰς ἡ ζωὴ αὐτῷ κεχάρισται, ὡς εὐεργέτην λοιπὸν καὶ προστάτην, τὸν ξένον, τὸν ἀλήτην, τὸν οὐδαμόθεν γνώριμον οὕτω θεραπεύειν ἐπείγεται. Τῇ δὲ Σάῤῥᾳ, φησὶν, εἶπεν· Ἰδοὺ δέδωκα χίλια δίδραχμα τῷ ἀδελφῷ σου. Ὅρα πῶς δεξάμενος τὴν παρὰ τοῦ δικαίου διδασκαλίαν, καὶ πιστεύσας τοῖς παρ' αὐτοῦ εἰρημένοις, καὶ αὐτὸς ἀδελφὸν αὐτῆς αὐτὸν καλεῖ. Ἅπερ δέδωκα, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ σου, ἔσται εἰς τιμὴν [a] τοῦ προσώπου σου, καὶ πάντα ἀλήθευσον. Τί ἐστιν, Εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου, καὶ πάντα ἀλήθευσον; Ὑπὲρ ὧν δι' ἄγνοιαν ἐπεχείρησα γαμετήν σε οὖσαν τοῦ δικαίου εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν ἀγαγεῖν, ὑπὲρ τούτου μόνου, ἐπειδὴ ὕβρεώς σοι αἴτιος γέγονα, τὰ χίλια δέδωκα δίδραχμα, θεραπεύων τὰ παρ' ἐμοῦ γεγενημένα εἰς σέ. Ἀλλὰ Πάντα ἀλήθευσον. Τί ἐστι, Πάντα ἀλήθευσον; Πάντες, φησὶ, παρὰ σοῦ μανθανέτωσαν, ὅτι οὐδὲν γέγονε παρ' ἐμοῦ παράνομον, ὅτι ἀνέπαφος ἐξῆλθες ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς. Δίδαξον, φησὶ, τὸν ἄνδρα τὸν σὸν, ὅτι ἀθῷός εἰμι τῆς ἁμαρτίας· μανθανέτω παρὰ σοῦ, ὡς οὐδὲν εἴργασταί μοι. Τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτά φησιν; Ἵνα μαθὼν παρ' αὐτῆς ὁ δίκαιος καὶ πληροφορηθεὶς τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχὰς ἀνενέγκῃ τῷ Δεσπότῃ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἐκεῖνος, ὅτι Πάντα ἀλήθευσον, ἀντὶ τοῦ, δίδαξόν σου τὸν ἄνδρα τὰ γεγενημένα, εὐθέως ἐπήγαγεν ἡ Γραφή· Καὶ προσηύξατο Ἀβραὰμ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἰάσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰς παιδίσκας αὐτοῦ, καὶ ἔτικτον· ὅτι συγκλείων συνέκλεισεν ἔξωθεν πᾶσαν μήτραν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἕνεκεν Σάῤῥας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ. Ὅρα

5. In hunc enim modum agere solet Deus: non solum a tristibus liberat eos qui fortiter se gerunt in tentationibus, in quas incidunt; sed et tantam in adversis præbet lætitiam, ut in eorum oblivionem omnino veniant, et in multa sint bonorum affluentia. Et vide insuper regis erga justum illum officium. Non solum enim tantis muneribus illum honorat, sed etiam potestatem ei dat, ut in terra sua habitet. 15. *Ecce enim,* inquit, *terra mea coram te est; ubicumque placuerit, habita.* Nam quia didicit propter illum, et propter illius preces vitam sibi datam esse, ideo ita in peregrinum, erronem, et antea nulli cognitum, quasi in benefactorem et tutorem aliquem officiosus fuit. 16. *Sarræ autem,* inquit, *dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo.* Vide quomodo, accepta a justo doctrina, credidit ejus dictis, atque ipse fratrem hujus illum vocat. *Ea quæ dedi,* inquit, *fratri tuo, erunt in honorem vultus tui, et omnia vere dic.* Quid est, *In honorem vultus tui, et omnia vere dic?* Pro iis quæ per ignorantiam aggressus sum, te quæ es uxor justi, in domum meam introducendo: pro hoc solum quia contumeliæ tibi auctor fui, mille dedi didrachmas, resarturus ea quæ a me in te sunt admissa. Verum *Omnia vere dic.* Quid significat, *Omnia vere dic?* Omnes, inquit, a te discant nihil iniquum a me factum esse, quia intacta exivisti de domo mea. Doce, inquit, virum tuum, esse me innocentem a peccato: discat a te, nihil a me factum esse. Quare vero hæc dicit? Ut cum justus ab ea didicerit, multisque fuerit rationibus edoctus, pro eo preces Domino offerat. Nam postquam ille dixit, *Omnia vere dic*: hoc est: Doce virum tuum ea quæ facta sunt, statim subdidit Scriptura: 17: *Et oravit Abraham Deum, et sanavit Deus Abimelech, et uxorem ejus, ancillasque ejus, et pepererunt:* 18. *quia concludens concluserat extrinsecus omnem vulvam in domo Abimelech propter*

[a] Post τοῦ προσώπου σου, in Bibliis legitur καὶ πάσαις ταῖς μετὰ σοῦ, *et omnibus quæ tecum sunt.*

Sarram uxorem Abrahæ. Vide quomodo Dominus volens justum per omnia reddere illustriorem, precibus patriarchæ salutem regis et omnium quæ in domo illius erant, donat. *Oravit* enim, inquit, *Abraham Deum, et sanavit Deus Abimelech, et uxorem ejus, et ancillas ejus, et pepererunt: quia concludens concluserat Dominus extrinsecus omnem vulvam in domo Abimelech*. Propterea, quamvis alienus esset a peccato rex, plagam hanc induxit bonus Dominus, ut precibus justi annuens eam solveret, et justum clariorem et illustriorem efficeret. Nam semper omnia ita facit et tractat, et singula dispensat, ut qui sibi serviunt, quasi luminaria reluceant, et eorum virtus ubique celebretur. Et vide, obsecro, dilecte, postquam justum ita liberavit a molestiis, quomodo iterum summa bonorum justo traditur, pollicitationis effectus, et nunc eveniunt quæ olim illi a Deo promissa sunt. 1. *Et Dominus*, inquit, *visitavit Sarram, sicut dixit, et fecit Sarræ sicut loquutus est*. 2. *Et concepit, peperitque Sarra Abrahæ filium in senectute, in tempore sicut loquutus est ei Dominus*. Quid est, *Sicut loquutus est*, et, *Sicut dixit?* Quemadmodum inquit, promisit, quando hospitio exceptus est cum angelis apud quercum Mambre. Nam quod dixit: *In tempore hoc veniam, et erit Sarræ filius*: hoc nunc opere impletum est. Et quæ natura denegabat, ea videbant evenisse, non secundum humanum et solitum morem, sed per divinam gratiam. 3. *Et vocavit nomen filii sui, quem peperit ipsi Sarra, Isaac*. Non absque causa assignavit, *Quem peperit ipsi Sarra*: non enim dixit simpliciter, *Vocavit nomen filii sui*; sed adjecit, *Quem peperit ipsi Sarra*, infecunda illa et vetula. 4. *Et circumcidit eum*, inquit, *die octavo, sicut præceperat Dominus*. Sic enim præceptum acceperat, ut die octavo circumciderentur qui posthac nascerentur. Porro ut ulterius discamus ineffabilem potentiam Dei, et ea quæ apud homines impossibilia sunt, apud eum possibilia esse: idcirco nobis tempus assignavit iterum divina Scriptura, et post partum docet nos his verbis: 5. *Abraham erat annorum centum, quando natus est ei Isaac filius suus*. 6. *Dixit autem Sarra: Risum fecit mihi Dominus: nam qui audiet, gaudebit mecum*. Quid est, *Risum fecit mihi Dominus?* Lætitiæ occasio mihi partus est. Et quid mirum, si mihi gaudium? Omnes etiam qui audient, habebo congratulantes, non quia peperi, sed

Cap. 21.

Gen. 18. 24.

Omnia Deo possibilia.

πῶς διὰ πάντων περιφανέστερον τὸν δίκαιον ποιῆσαι βουλόμενος ὁ Δεσπότης, ταῖς προσευχαῖς τοῦ πατριάρχου τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ χαρίζεται. Προσηύξατο γὰρ, φησίν, Ἀβραὰμ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἰάσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰς παιδίσκας αὐτοῦ, καὶ ἔτικτον· ὅτι συγκλείων συνέκλεισε Κύριος ἔξωθεν πᾶσαν μήτραν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀβιμελεχ. Διὰ τοῦτο, καίτοι τῆς ἁμαρτίας ἐκτὸς γενομένου τοῦ βασιλέως, τὴν τιμωρίαν ταύτην αὐτῷ ἐπήγαγεν ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης, ἵνα ταῖς προσευχαῖς τοῦ δικαίου ἐπινεύσας, οὕτω τὴν λύσιν ἐπαγάγῃ, καὶ περιφανέστερον καὶ λαμπρότερον τὸν δίκαιον ἀπεργάσηται. Πάντα γὰρ ἀεὶ ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, καὶ οὕτως ἕκαστον οἰκονομεῖ, ὥστε τοὺς αὐτῷ δουλεύοντας, καθάπερ φωστῆρας, οὕτω διαλάμπειν, καὶ τὴν τούτων ἀρετὴν πανταχοῦ κατάδηλον γίνεσθαι. Καὶ ὅρα μοι λοιπὸν, ἀγαπητὲ, μετὰ τὴν τῶν λυπηρῶν ἀπαλλαγὴν, πῶς πάλιν διαδέχεται τὸν δίκαιον ἡ κορωνὶς τῶν ἀγαθῶν, ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόσχεσις, καὶ εἰς ἔργον λοιπὸν ἐξῄει τὰ πάλαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελθέντα αὐτῷ. Καὶ Κύριος, φησὶν, ἐπεσκέψατο τὴν Σάῤῥαν, καθὰ εἶπε, καὶ ἐποίησε τῇ Σάῤῥᾳ, καθὰ ἐλάλησε. Καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε Σάῤῥα τῷ Ἀβραὰμ υἱὸν εἰς τὸ ὡρας, εἰς τὸν καιρὸν, καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ Κύριος. Τί ἐστι, Καθὰ ἐλάλησε, καὶ, Καθὰ εἶπε; Καθάπερ, φησὶν, ὑπέσχετο, ἡνίκα ἐπεξενώθη μετὰ τῶν ἀγγέλων εἰς τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ, εἰρηκὼς ὅτι Εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός. Ταῦτα τοίνυν εἰς ἔργον ἐξῆλθε, καὶ τὰ τῇ φύσει ἀπηγορευμένα, ταῦτα ἑώρων εἰς ἔργον ἐκβεβηκότα, οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν, ἀλλὰ κατὰ θείαν χάριν. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὃν ἔτεκεν αὐτῷ Σάῤῥα, Ἰσαάκ. Οὐχ ἁπλῶς ἐπεσημήνατο ἡ θεία Γραφὴ τὸ, Ὃν ἔτεκεν αὐτῷ Σάῤῥα· οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ὃν ἔτεκεν αὐτῷ Σάῤῥα, τοῦτ' ἔστιν ἡ στεῖρα, ἡ ἄγονος, ἡ γεγηρακυῖα. Καὶ περιέτεμεν αὐτὸν, φησὶ, τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, καθὰ ἐνετείλατο Κύριος. Οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, ὥστε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ περιτέμνεσθαι λοιπὸν τὰ τικτόμενα. Εἶτα ἵνα μάθωμεν λοιπὸν τὴν ἄφατον δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ὅτι καὶ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα παρ' αὐτῷ δυνατὰ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον ἡμῖν πάλιν ἐπισημαίνεται ἡ θεία Γραφὴ, καὶ μετὰ τὸν τόκον διδάσκει ἡμᾶς λέγουσα· Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑκατὸν, ἡνίκα ἐγένετο αὐτῷ Ἰσαὰκ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Εἶπε δὲ Σάῤῥα· γέλωτά μοι ἐποίησεν ὁ Κύριος· ὃς γὰρ ἂν ἀκούσῃ, συγχαρεῖταί μοι. Τί ἐστι, Γέλωτά μοι ἐποίησεν ὁ Κύριος; Εὐφροσύνης ὑπόθεσίς μοι ὁ τόκος ἐστίν. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐμοί; Καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας συνηδομένους ἕξω, οὐκ ἐπειδὴ ἔτεκον, ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτως

ἔτεκον. Τὸ παράδοξον τοῦ γεγενημένου πάντας εἰς θαῦμα καταστήσει, καὶ πλείονα πᾶσι παρέξει τὴν ἡδονήν, ὅταν μάθωσιν, ὅτι ἐγὼ ἡ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διακειμένη, ἀθρόον μήτηρ γέγονα, καὶ ἀπὸ κατεψυγμένης μήτρας παιδίον ἔτεκον, καὶ μὴν θηλάζειν δύναμαι, καὶ πηγὰς γάλακτος ἀφιέναι ἡ μηδεμίαν ἐλπίδα λοιπὸν τεκνογονίας ἔχουσα. Καὶ εἶπε· τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι θηλάζει παιδίον Σάρρα; C Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῦ γάλακτος αἱ πηγαὶ παρεσχέθησαν, ἵνα τὸν τόκον πιστώσωνται, καὶ μή τις ὑπόβλητον εἶναι νομίσῃ τὸ παιδίον· αἱ γὰρ πηγαὶ τοῦ γάλακτος πᾶσιν ἐκήρυττον παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην προσδοκίαν εἶναι τὸ γεγενημένον. Τίς ἀναγγελεῖ, ὅτι θηλάζει παιδίον Σάρρα; ὅτι ἔτεκον υἱὸν ἐν γήρᾳ μου; ὅτι ἐγὼ ἡ γεγηρακυῖα τεκεῖν ἠδυνήθην, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ παιδίον τρέφειν δύναμαι; Καὶ ηὐξήθη, φησὶ, τὸ παιδίον, καὶ ἀπεγαλακτίσθη. Καὶ ἐποίησεν Ἀβραὰμ D δοχὴν μεγάλην, ᾗ ἡμέρᾳ ἀπεγαλακτίσθη ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

quia sic peperi. Tam admirabilis rarusque partus omnes in admirationem rapiet, et majorem omnibus voluptatem afferet, cum sciverint me, quæ nihil a mortuis differebam quantum ad generationem, subito matrem factam esse, et e vulva exsiccata puellum peperisse et lactare posse, et fontes lactis emittere, quæ nullam spem pariendi habebam. 7. *Et dixit*: *Quis annuntiabit Abrahæ, quod lactat puerum Sarra?* Nam propter hoc et lactis fontes concessi sunt, ut partum magis credibilem faciant, et ne quis suppositium esse putet puerum: fontes enim lactis omnibus prædicabant præter humanam exspectationem hoc evenisse. *Quis annuntiabit, quod lactat puerum Sarra? quod pepererim filium in senectute mea?* quod ego quæ senui, parere potuerim, et in hac ætate filium alere possim? 8. *Et crevit*, inquit, *puer, et ablactatus est. Et fecit Abraham convivium magnum die quo ablactatus est filius suus.*

Εἶδες τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον σοφίαν, ὅπως διὰ πάντων τὴν ὑπομονὴν τοῦ δικαίου βασανίσας, ὅτε ἀπαγορεύειν ἔδοξε καὶ αὐτὸς καὶ πάντες οἱ εἰς αὐτὸν ὁρῶντες, τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει κατακολουθοῦντες, τότε τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν εἰς ἔργον ἤγαγε; Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἀγαπητοὶ, τὴν αὐτὴν τῷ δικαίῳ ὑπομονὴν ἐπιδεικνυώμεθα, καὶ μηδέποτε ναρκῶμεν, ἀλλὰ ταῖς χρηταῖς ἐλπίσι τρεφώμεθα, εἰδότες ὅτι οὔτε δυσκολία πραγμάτων, οὔτε ἕτερόν τι τῶν ἀνθρωπίνων ἱκανὸν κώλυμα ἡμῖν γενέσθαι, ἐπειδὰν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις E τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν ἐπιδείξασθαι βουληθῇ. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος νεύσῃ, πάντα εἴκει καὶ παραχωρεῖ, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα γίνεται, καὶ τὰ ἀδύνατα δυνατά· μόνον ἐὰν ἡμεῖς στερρὰν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐπιδεικνυώμεθα, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος αὐτοῦ ἀφορῶντες, ἀνώτεροι γινώμεθα τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων. Ὁ γὰρ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα ὑποσχόμενος τοῖς μετ' ἀρετῆς τὴν ἐνταῦθα ζωὴν διανύουσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον καὶ τὰ ἐνταῦθα παρέξει, καὶ μάλιστα, ἐὰν ἡμεῖς ἐκείνων ἐφιέμενοι, τῶν παρόντων ὑπερορῶμεν; Τότε γὰρ αὐτῶν μάλιστα ἀπολαύσομεν μετὰ δαψιλείας, ὅταν αὐτῶν ὑπεριδεῖν βουληθῶμεν. 466 [a] Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἐκεῖνα ποθῶμεν τὰ μένοντα καὶ A ἀκίνητα ἀγαθὰ, τὰ τέλος οὐκ ἐπιστάμενα, ἵνα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσωμεν, κἀκείνων ἐπιτυχεῖν δυνηθῶμεν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

6. Vidisti Dei ineffabilem sapientiam, quomodo patientiam justi modis omnibus probavit, quando ipse et omnes qui ipsum videbant, humanæ naturæ vires spectantes, nihil sperare audebant, tunc ipsa promissio completa est? Igitur, dilecti, et nos eamdem, quam justus ille patientiam exhibeamus, et numquam desides simus: sed spe bona recreemur, scientes neque rerum difficultatem, neque aliud quid humanum obstaculum nobis esse posse, si quando gratia Dei suam declarare voluerit liberalitatem. Quoties enim ille annuit, omnia cedunt et obtemperant, et difficilia facilia sunt, et impossibilia possibilia, si solummodo firmam in ipso fidem conservemus, et ad magnitudinem ejus potentiæ spectantes humanis omnibus superiores simus. Nam qui futura bona et ineffabilia illa promisit iis qui cum virtute vitam hic peregerint, quanto magis ea quibus hic opus est præbebit: et maxime si nos illa desiderantes præsentia despiciamus? Tunc enim eis maxime et ubertim fruemur, quando ea contemnere voluerimus. Proinde hæc scientes, illa desideremus bona quæ manent et immobilia sunt, et quæ finem nesciunt: ut et præsentem vitam citra tristitiam transmittamus, et illa assequi, illisque omnes frui valeamus, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Moralis exhortatio.

Nihil non cedit nutui divino.

[a] Morel. et quidam Mss. ταῦτ' οὖν εἰδότες. Savil. et alii ὅπερ γινώσκοντες.

HOMILIA XLVI.

ΟΜΙΛΙΑ μς'.

Gen. 21. 7. Et dixit Sarra: Quis annuntiabit Abrahæ, quod lactat puerum Sarra? quod peperi filium in senectute mea?

Καὶ εἶπε Σάρρα· τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι θηλάζει παιδίον Σάρρα; ὅτι ἔτεκον υἱὸν ἐν γήρᾳ μου;

1. Age et hodie, dilecti, heri dictorum seriem repetentes, convivium hoc vobis spirituale instruamus: ut iterum, sicut heri, discamus et boni Dei ineffabilem benignitatem, qua nostra curat, nobis se attemperans, et magnam patriarchæ obedientiam atque gratum animum. Vidistis quomodo nativitas Isaac Sarram exhilaravit? *Dixit enim*, inquit, *Risum fecit mihi Deus: nam qui audierit, gaudebit mecum.* Omnes, dicit, auditores participes gaudii mei faciam. Magnum enim donum mihi a Deo concessum est, et quod humanam transcendit infirmitatem. Quis enim, inquit, non obstupescat, videns me lacte meo nutrientem puerum in extrema senectute, quæ hucusque non peperi? Et quasi admirans et attonita de facto, subdidit: *Quis annuntiabit Abrahæ, quod lactat puerum Sarra? quod peperi filium in senectute mea?* Quoniam super naturam est hoc factum, propterea inquit, *Quis annuntiabit?* ac si diceret, Quis secum reputabit? quis mente concipiet? quæ mens comprehendere poterit? quæ ratio sufficit ut accurate facti hujus modum inveniat? Non sic admirabile fuit, ex petra in deserto scaturiisse fontes aquarum, quando illam Moses virga percussit: sicut de vulva jam emortua puerum nasci, et lactis fontes scaturire. Nam ut omnibus partus manifestus esset, et omnes, tam eos qui tunc aderant, quam qui postea audierint, ad fidem miraculi induceret, idcirco ipsa puerum alit et lacte suo vult enutrire. Et inquit, *Quis annuntiabit Abrahæ, quod lactet puerum Sarra?* hoc novum et admirabile, et præter exspectationem mihi concessum, inquit, *Quod peperi filium in senectute mea?* Quid hoc est, *Peperi filium in senectute mea?* Quia præter sterilitatem sufficiebat senectæ tempus, ut partus spes tolleretur. Verumtamen impedimenta hæc omnia e medio sustulit Dominus, et pueri partum et lactis fontes mihi concessit. Verum videamus sequentia. Postquam impletum est lactendi tempus, *Vidit*, inquit, *Sarra filium Agar Ægyptiæ, qui natus est Abrahæ, ludentem*

Exod. 17. *Num.* 20.

Φέρε καὶ σήμερον, ἀγαπητοὶ, τὴν ἀκολουθίαν τῶν χθὲς εἰρημένων ἀναλαβόντες, οὕτω τὴν ἑστίασιν ὑμῖν παραθῶμεν ταύτην τὴν πνευματικὴν, ἵνα μάθωμεν πάλιν, καθάπερ χθὲς ἠκούσατε, τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον κηδεμονίαν καὶ συγκατάβασιν, καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν πολλὴν ὑπακοὴν καὶ εὐγνωμοσύνην. Εἴδετε ὅπως ἡ τοῦ Ἰσαὰκ γέννησις περιχαρῆ τὴν Σάρραν ἐποίησεν; Εἶπε γὰρ, φησὶ, γέλωτά μοι ἐποίησεν ὁ Θεός· ὃς γὰρ ἂν ἀκούσῃ, συγχαρεῖταί μοι. Ἕκαστον, φησὶ, τῶν ἀκουόντων εἰς κοινωνίαν τῆς χαρᾶς ἐπισπάσομαι. Μεγάλη γάρ ἐστιν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ παρασχεθεῖσά μοι δωρεὰ, καὶ ὑπερβαίνουσα τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. Τίς γὰρ, φησὶν, οὐκ ἂν ἐκπλαγείη ὁρῶν ἐμὲ γαλακτοτροφοῦσαν καὶ τιθηνουμένην, τὴν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἐν ἀπαιδίᾳ γεγενημένην; Καὶ ὡσανεὶ θαυμάζουσα καὶ ἐκπληττομένη τὸ γεγονὸς, ἐπήγαγε· Τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι θηλάζει παιδίον Σάρρα; ὅτι ἔτεκον υἱὸν ἐν γήρᾳ μου; Ἐπειδὴ ὑπὲρ φύσιν ἐστὶ τὸ γεγονὸς, διὰ τοῦτό φησι, Τίς ἀναγγελεῖ; ἀντὶ τοῦ, τίς ἀναλογίσεται; τίς ἂν ἐνθυμηθείη; ποία διάνοια καταλάβειν δυνήσεται; ποῖος λογισμὸς εὑρεῖν ἱκανὸς τοῦ γεγενημένου τὴν ἀκρίβειαν; Οὐχ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, τὸ ἐκ τῆς πέτρας κατὰ τὴν ἔρημον ἀναβλύσαι τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, ἡνίκα τῇ ῥάβδῳ Μωϋσῆς ταύτην ἔπαισεν, ὡς τοῦτο τὸ ἀπὸ μήτρας ἤδη νενεκρωμένης παιδίον τεχθῆναι, καὶ γάλακτος πηγὰς ἀναβλύσαι. Ἵνα γὰρ πᾶσιν ὁ τόκος κατάδηλος γένηται, καὶ πάντας, καὶ τοὺς τότε παρόντας καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ἀκούοντας, εἰς πίστιν τοῦ θαύματος ἐναγάγῃ, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ τρέφει παιδίον καὶ τῆς γαλακτοτροφίας ἀνέχεται. Καί φησι, Τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι θηλάζει παιδίον Σάρρα; τοῦτο τὸ καινὸν, παράδοξον, καὶ παρ' ἐλπίδα ἐμοὶ παρασχεθὲν, ὅτι ἔτεκον υἱὸν [b] ἐν γήρᾳ μου; Τί ἐστιν, Ὅτι ἔτεκον υἱὸν ἐν γήρᾳ μου; Ὅτι καὶ ἄνευ τῆς στειρώσεως ἱκανὸς ἦν, φησὶ, καὶ ὁ τῆς ἡλικίας χρόνος ἀπαγορεῦσαι τὸν τόκον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα τὰ κωλύματα ὁ Δεσπότης ἐκποδὼν ποιησάμενος, καὶ τοῦ παιδὸς τὸν τόκον ἐμοὶ κεχάρισται, καὶ τοῦ γάλακτος τὰς πηγάς. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπήρτιστο τὰ τῆς γαλακτοτροφίας, Εἶδε, φησὶ, Σάρρα τὸν υἱὸν Ἄγαρ τῆς Αἰγυπτίας, ὃς ἐγένετο τῷ Ἀβραὰμ, παίζοντα

[b] Savil. et quidam Mss. *ἐν γήρει μου.*

467

μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς. Καὶ εἶπε τῷ Ἀβραάμ· Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην ταύτην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Σκληρὸν δὲ ἐφάνη τὸ ῥῆμα ἐναντίον Ἀβραὰμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ὅρα μοι, ἀγαπητὲ, ἐνταῦθα τὴν Σάῤῥαν πάλιν οὐ φέρουσαν τοῦ Ἰσμαὴλ τὴν πολλὴν παῤῥησίαν, οὐδὲ ἀνεκτῶς ἐνεγκεῖν δυναμένην τὸν τῆς παιδίσκης υἱὸν μετὰ τοῦ Ἰσαὰκ [a] ἀναστρεφόμενον. Καθάπερ οὖν πρώην καταστεῖλαι τῆς Ἄγαρ τὸ φρόνημα βουλομένη, διὰ τῆς σφοδρᾶς ἀγαναντήσεως εἰς φυγὴν αὐτὴν τραπῆναι παρεσκεύασεν· οὕτω καὶ νῦν βουλομένη ἐκ προοιμίων ἀναστεῖλαι τοῦ Ἰσμαὴλ τὴν προπέτειαν, καὶ μὴ φέρουσα ὁρᾷν τὸν ἐκ χάριτος τεχθέντα υἱὸν καὶ ἐξ αὐτῆς τοῦ Θεοῦ τῆς δωρεᾶς μετὰ τοῦ τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας συναναστρεφόμενον, φησὶ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης ταύτης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου. Ἐπειδὴ ᾔδει ὅτι καὶ αὐτὴ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ τυγχάνει καὶ τὸν πατριάρχην ἑώρα προβεβηκότα (ἦσαν γὰρ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἡμερῶν), ὑφορῶσα μήποτε, ἀθρόον αὐτῶν τελευτησάντων, ὁ Ἰσμαὴλ, διὰ τὸ ἐκ τῆς τοῦ πατριάρχου συνουσίας τεχθῆναι, ἐπιχειρήσει εἰς τὸν κλῆρον ἑαυτὸν τῶν πατρὸς εἰσαγαγεῖν, καὶ κοινωνὸς γενέσθαι τῷ Ἰσαὰκ, διὰ τοῦτό φησιν, Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην ἐντεῦθεν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Μανθανέτω, φησὶν, ἤδη ὅτι οὐδὲν κοινὸν ἕξει ὁ τῆς παιδίσκης υἱὸς μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Οὐδὲ γὰρ εὔλογον τὸν τῆς δούλης υἱὸν μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἐμοῦ τῆς δεσποίνης συναναστρέφεσθαι. Ἀλλ' ἡ μὲν Σάῤῥα οὐκ ἀπεικὸς πρᾶγμα πέπονθεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀκόλουθον, καὶ οὕτως ἀκόλουθον, ὡς καὶ τὸν Θεὸν συναινέσαι τοῖς παρ' αὐτῆς εἰρημένοις. Ὁ δὲ πατριάρχης φιλόστοργος ὢν καὶ συμπαθῶς διακείμενος πρὸς τὸν Ἰσμαὴλ, ἐπαχθῶς ἐδέξατο τὰ παρὰ τῆς Σάῤῥας εἰρημένα. Σκληρὸν γὰρ, φησὶν, ἐφάνη τὸ ῥῆμα ἐναντίον Ἀβραὰμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ τῆς Ἄγαρ ἐποιήσατο λόγον· ἀλλὰ συμπαθῶς πρὸς τὸν παῖδα διέκειτο, ἅτε δὴ λοιπὸν ἐν ἡλικίᾳ γεγονότα. Ἀλλὰ σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν συγκατάβασιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε καὶ τὴν Σάῤῥαν κατὰ τὸ εἰκὸς παθοῦσάν τι ἀνθρώπινον, καὶ δυσχεραίνουσαν ἐπὶ τῇ ὁμοτιμίᾳ τῶν παίδων, καὶ τὸν Ἀβραὰμ οὐ φέροντα πρᾴως τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῆς παιδίσκης (εἰ γὰρ καὶ μὴ ἀντέτεινε τῇ Σάῤῥᾳ διὰ πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλ' ὅμως σκληρὸν αὐτῷ κατεφαίνετο, τοῦτ' ἔστι, βαρὺ, φησὶ, καὶ ἐπαχθὲς καὶ φορτικόν), τότε λοιπὸν τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος ὁ Δεσπότης, καὶ τῆς ὁμονοίας τὸν σύνδεσμον αὐτῶν συσφίγγων, φησὶ πρὸς τὸν

cum Isaac puero suo. 10. *Et dixit Abrahæ : Ejice ancillam hanc et filium ejus. Nequaquam enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.* 11. *Durum autem apparuit verbum hoc coram Abraham super filio suo.* Vide, obsecro, hic, dilecte, Sarram iterum non ferentem Ismaelis nimiam licentiam, neque patienter sustinere volentem ancillæ filium cum suo Isaac conversantem. Sicut igitur prius superbum spiritum Agar humiliare volens, vehementi indignatione fugam inire eam coegit : ita et nunc volens ab initio reprimere Ismaelis temeritatem, et non ferens, cum videret puerum suum a Deo sibi donatum cum ancillæ Ægyptiacæ filio simul versari, dicit Abrahæ : *Ejice ancillam et filium ejus. Non enim erit heres filius ancillæ hujus cum filio meo.* Quoniam et se in extrema ætate esse videbat, et patriarcham quoque decrepitum (erant enim ambo, inquit, pleni dierum), suspicans, si forte repente morerentur, ne Ismael, eo quod ex patriarchæ concubitu natus esset, se in patris hereditatem intruderet, participemque et æqualem Isaaco fieri tentaret : idcirco dicit, *Ejice ancillam hinc et filium ejus.* Discat, inquit, jam nihil commune habiturum filium ancillæ cum filio meo Isaac. Neque enim æquum est ut filius Ægyptiæ et ancillæ, cum filio meo et dominæ simul versetur. Cæterum Sarra non sine causa rem hanc egit, sed jure ac merito, atque ita congruenter, ut et Deus collaudarit ejus dicta. Patriarcha vero bene affectus erga Ismaelem, moleste accipiebat quæ a Sarra dicebantur. *Durum* enim, inquit, *apparuit verbum hoc coram Abraham de filio suo.* Neque enim de Agar multum sollicitus erat, sed erga puerum ita afficiebatur, utpote jam adolescentem. Sed considera, obsecro, hic clementis Dei miram clementiam. Nam quia vidit et Sarram pati aliquid humanum, et ægre ferre parem filiorum honorem : idque merito : Abraham autem non ferre æquo animo ejectionem Ismaelis et ancillæ (nam licet non obluctaretur Sarræ ob singularem mansuetudinem, attamen durum ei videbatur : hoc est grave, molestum et onerosum), tunc demum suam solitam servans misericordiam, et concordiæ illorum copulam constringens, dicit ad Abraham : 12. *Ne durum sit coram te verbum hoc de puero et ancilla. Omnia quæcumque dixerit tibi Sarra, audi vocem ejus.* Ne accipias, inquit, graviter quod ab ea di-

[a] Savil. et septem Mss. ἀναστρεφόμενον· ἀλλὰ καθάπερ πρώην. Morel. ἀναστρεφόμενον, καθάπερ οὖν πρώην.

ctum tibi est : sed *Omnia quæcumque dixerit tibi Sarra, audi vocem ejus.*

2. Hæc omnia, inquit, quæ nunc tibi dicit de Ismaele et de Agar, accipe : et audi vocem ejus. Ne velis, inquit, contristare eam, quæ tanto tempore tantum amorem erga te declaravit : quæ non solum semel, sed et secundo, ut te a morte eriperet, seipsam pro tua salute exposuit, et auctor tuæ hujus gloriæ fuit. Primum quidem fecit ut cum tantis divitiis ab Ægypto redires, postea vero iterum in causa fuit ut ita te venerare-
v. 12. retur et observaret Abimelech. Ne igitur diversa ab his quæ loquuta est velis inire consilia : enimvero non aliter eveniet. In Isaac enim ex ea nato tuum semen vocabitur, et ipse erit tuus heres. 13. *Filium autem illum ancillæ crescere faciam, et in gentem magnam faciam eum, quoniam semen tuum est.* Fac igitur quæ illa tibi dixerit, et obedi voci ejus. Cogita hic, obsecro, quanta subito concordia et pax in contubernium eorum concesserit, benitate divina vinculum eorum constringente. 14. *Surrexit enim,* inquit, *mane, et accepit panes, et utrem aquæ, et dedit Agar, et imposuit super humerum ejus et puerum, et dimisit eam.* Vide hic iterum justi eximiam probitatem, et qua ratione in omnibus religiosam suam mentem declaret. Nam quando audivit Sarram dicentem, *Ejice ancillam et filium ejus* : durum ei videbatur, eo quod bene afficiebatur erga Ismaelem : verum ubi Dominus præcepit, statim fecit quod imperatum erat, etiam naturalis amoris oblitus, quasi diceret : Ubi quid præcipit Dominus, facessant omnes affectiones: quia naturæ Dominus est, qui præcipit. *Ut accepit igitur,* inquit, *ancilla panes, et utrem aquæ, egressa est cum puero.* Verum, obsecro, vide iterum, quomodo propter benevolentiam, qua prosequebatur justum Deus, hæc quoque superna cura digna habeatur. Ut ergo abiit, vagabatur per solitudinem, et cum aqua consumta nullam usquam inveniret consolationem, 15. *Abjecit puerum,* inquit, *subter unam abietem.* Disrumpebantur enim ejus viscera, et dolebat multum ob immodicam erga puerum affectionem. 16. *Sedit,* inquit, *adversus eum, quasi ad jactum arcus. Dicebat enim : Non videbo mortem pueri mei. Et sedit e regione pueri. Clamans autem*

Abrahami obedientia.

Ἀβραάμ· Μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου τὸ ῥῆμα περὶ τοῦ παιδίου καὶ τῆς παιδίσκης. Πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ σοι Σάῤῥα, ἄκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. Μὴ δέξῃ, φησὶ, βαρέως τὸ παρ' αὐτῆς ῥηθέν σοι, ἀλλὰ Πάντα ὅσα ἂν [b] εἴπῃ σοι Σάῤῥα, ἄκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς.

468 A Ταῦτα πάντα, φησὶν, ἅπερ σοι νῦν διαλέγεται περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῆς Ἄγαρ, κατάδεξαι, καὶ ὑπάκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. Μὴ θελήσῃς λυπῆσαι τὴν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τοσαύτην περὶ σὲ τὴν φιλοστοργίαν ἐπιδειξαμένην, τὴν οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, ἵνα τοῦ θανάτου σε ἐξαρπάσῃ, ἑαυτὴν ἐκδεδωκυῖαν ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας, καὶ ὑπόθεσίν σοι γενομένην τοσαύτης περιφανείας· καὶ πρότερον μὲν μετὰ τοσούτου πλούτου ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπανελθεῖν πεποιηκυῖαν· μετὰ ταῦτα δὲ τοσαύτης τιμῆς ποιήσασαν ἀξιωθῆναί σε ὑπὸ τοῦ Ἀβιμέλεχ. Μὴ τοί-
B νυν ἀνάσχῃ ἐναντία τοῖς παρ' αὐτῆς λεγομένοις βουλεύσασθαι· καὶ γὰρ οὐδὲ ἄλλως ἔσται. Ἐν γὰρ τῷ Ἰσαὰκ τῷ παρ' αὐτῆς τεχθέντι τὸ σπέρμα σοι κληθήσεται, καὶ οὗτος ἔσται σου κληρονόμος. Καὶ τὸν υἱὸν δὲ τοῦτον τῆς παιδίσκης αὐξηθῆναι παρασκευάσω, καὶ εἰς ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτὸν, ἐπειδὴ σπέρμα σόν ἐστι. Ποίει οὖν τὰ παρ' αὐτῆς σοι λεγόμενα, καὶ ὑπάκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. Ἐννόησόν μοι λοιπὸν, ὅση ἀθρόον ἡ εἰρήνη καὶ ἡ ὁμόνοια εἰς τὸ συνοικέσιον αὐτῶν ἐπολιτεύετο, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος
C τὸν σύνδεσμον αὐτῶν συσφιγγούσης. Ἀνέστη γὰρ, φησὶ, τῷ πρωΐ, καὶ ἔλαβεν ἄρτους καὶ ἀσκὸν ὕδατος, καὶ ἔδωκεν Ἄγαρ, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἀπέστειλεν αὐτήν. Ὅρα μοι πάλιν τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ὅπως διὰ πάντων τὸν φιλόθεον αὐτοῦ σκοπὸν δείκνυσιν. Ὅτε μὲν γὰρ ἤκουσε τῆς Σάῤῥας λεγούσης, Ἔκβαλε
D τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, πονηρὸν αὐτῷ ἐφάνη, ἐπειδὴ φιλοστόργως πρὸς τὸν Ἰσμαὴλ διέκειτο· ἐπειδὴ δὲ ὁ Δεσπότης ἐκέλευσεν, εὐθέως ἐποίει τὸ ἐπιταχθὲν, καὶ ἐπελανθάνετο τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας. Ὅταν γὰρ, φησὶν, αὐτὸς ἐπιτάττῃ, σχολαζέτω πάντα τὰ πάθη· ὁ γὰρ τῆς φύσεώς ἐστι Δεσπότης ὁ κελεύων. Λαβοῦσα τοίνυν ἡ παιδίσκη, φησὶ, τοὺς ἄρτους καὶ τὸν ἀσκὸν τοῦ ὕδατος, ἐξῄει μετὰ τοῦ παιδίου. Ἀλλ' ὅρα μοι πάλιν, διὰ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον εὔνοιαν πῶς καὶ αὐτὴ ἀξιοῦται τῆς κηδεμονίας τῆς ἄνωθεν. Ἀπελθοῦσα τοίνυν ἐπλανᾶτο κατὰ
E τὴν ἔρημον, καὶ τοῦ ὕδατος ἀναλωθέντος, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν εὑρίσκουσα παραμυθίαν, Ἔῤῥιψε, φησὶ, τὸ παιδίον ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης· καὶ διακοπτομένη τὰ σπλάγχνα, καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης συνεχομένη καὶ τῆς πρὸς τὸ παιδίον φιλοστοργίας, Ἐκάθητο, φησὶν, ἀπέναντι αὐτοῦ, ὡσεὶ τόξου βολήν. Ἔλεγε γάρ· οὐ μὴ ἴδω τὸν θάνατον τοῦ παιδίου μου. Καὶ ἐκά-

[b] [Εἴπῃ dedimus e Coisl. Edebatur εἶποι.]

θισεν ἀπέναντι παιδίου. [a] Καὶ ἀναβοῆσαν τὸ παιδίον, ἔκλαυσεν· Ἀλλ' ὁ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς, καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς φιλοστοργίαν εἰς τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ὑπερακοντίζων, Εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἦν· ᾤκτειρε τὸ παιδίον, ἠλέησε τὴν συμφορὰν τῆς Ἄγαρ· συνεχώρησεν αἴσθησιν αὐτὴν λαβεῖν τῆς ἐρημίας, καὶ εὐθέως τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀντίληψιν ἐχαρίσατο. Καὶ ἐκάλεσε, φησὶν, ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ 469
οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· τί ἐστιν, Ἄγαρ; Μὴ φοβοῦ· A
ἐπακήκοε γὰρ ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου σου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἐστιν. Ἀνάστηθι, λάβε τὸ παιδίον, καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ· εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτό. Ὢ φιλανθρωπίας Δεσπότου. Οὐκ ἐπειδὴ παιδίσκη ἦν, ὑπερεῖδεν αὐτὴν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπαγγελίαν ἐποιήσατο πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐπειδὴ ἐκείνου τὸ σπέρμα ἐτύγχανε, τοσαύτης προνοίας καὶ αὐτὴν ἀξιοῖ, καί φησι· Τί ἐστιν, Ἄγαρ; Μὴ φοβοῦ· ἐπήκουσε γὰρ ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου. Ἀνάστηθι καὶ λάβε αὐτὸ, καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ· εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτό. Μὴ ἀθύμει, φησὶ, B
διὰ τὸ ἐκβληθῆναί σε τῆς οἰκίας. Τοσαύτης γὰρ ἀπολαύσεται τῆς παρ' ἐμοῦ προνοίας, ὡς καὶ εἰς ἔθνος μέγα γενέσθαι καὶ αὐτό. Καὶ ἤνοιξε, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· οὐκ ἐπειδὴ πρὸ τούτου οὐχ ἑώρα, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεῳγμένων οὐδὲν αὐτῇ ὄφελος ἐγένετο πρὸ τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς. Διὰ τοῦτο, ὅτε ἐβουλήθη τὴν παρ' ἑαυτοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξασθαι, φησὶν, Ἀνέῳξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· ἀντὶ τοῦ, ὑπέδειξεν αὐτῇ ἀγνοούσῃ, τὴν διάνοιαν αὐτῆς διέγειρεν, ὡδήγησεν αὐτὴν, ὥστε ἰδεῖν τὸν τόπον τὸν ἀναβλύζοντα τοῦ ὕδατος τὰς πηγάς. Καὶ C
εἶδε, φησὶ, φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἔπλησε τὸν ἀσκὸν, καὶ ἐπότισε τὸ παιδίον. Ἐν ἀπόροις πόρον ἐχαρίσατο ὁ Κύριος, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τοιαύτῃ τυγχανούσῃ καὶ οὐδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἐχούσῃ, τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν εἰς αὐτὴν ἐπεδείξατο, ὁμοῦ καὶ αὐτὴν παραμυθησάμενος, καὶ τοῦ παιδίου τὴν πρόνοιαν ποιησάμενος. Οὕτως ὅταν βούληται ὁ Θεὸς, κἂν ἐν ἐρημίᾳ ὦμεν, κἂν ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, κἂν μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχωμεν, οὐδενὸς ἑτέρου δεησόμεθα, τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς τὰ πάντα ἡμῖν γινομένης. Ἐὰν γὰρ τὴν παρ' αὐτοῦ εὔ- D
νοιαν ἐπισπασώμεθα, οὐδεὶς ἡμῶν περιέσται, ἀλλὰ πάντων ἐσόμεθα ὑψηλότεροι. Καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετὰ τοῦ παιδίου, φησὶ, καὶ ηὐξήθη, καὶ κατῴκησεν ἐν

puer, ploravit. Cæterum misericors et benignus Deus, patris et matris erga nos curam sua transcendens pietate, 17. *Exaudivit vocem pueri de loco ubi erat :* misertus est et pueri et calamitatis Agar : permisit tantum eam experiri quid sit solitudo, et statim suum concessit præsidium. *Et vocavit,* inquit, *angelus Dei Agar de cælo, et dixit ei : Quid est, Agar? Ne timeas : audivit enim Deus vocem pueri de loco ubi est.* 18. *Surge, accipe puerum, et apprehende manum ejus : in gentem enim magnam faciam eum.* O misericordiam Domini! Non quia ancilla erat, despexit eam; sed quia patriarchæ promiserat, et quia illius semen erat, tantam quoque curam erga eam declarare dignatur. Dicit : *Quid est, Agar? Ne timeas : exaudivit enim Dominus vocem pueri. Surge et accipe illum, et apprehende manum ejus : in gentem enim magnam faciam illum.* Ne mœreas, inquit, eo quod e domo ejecta sis. Tantam enim curam ego pueri agam, ut et in gentem magnam ipse sit. 19. *Et aperuit,* inquit, *oculos ejus :* non quod antea non viderit, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernam visitationem. Propterea, cum vellet suam providentiam declarare, inquit : *Aperuit oculos ejus :* id est, indicavit ei ignoranti, et mentem ejus excitavit, viamque ei ostendit, ut videret locum in quo fontes aquæ scaturiebant. *Et vidit,* inquit, *puteum aquæ viventis, et ivit, et implevit utrem, et potavit puerum.* In inviis viam præbuit, et perplexæ menti nullamque salutis spem habenti, suam liberalitatem exhibuit, simul eam consolans, et pueri curam agens. Sic quandocumque voluerit Deus, licet in solitudine simus, et in extremis afflictionibus, nullamque spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, divino auxilio nobis omnia suppeditante. Nam si ejus benevolentiam nobis conciliaverimus, nullus nobis prævalebit, sed nos superiores omnibus erimus. 20. *Et erat Deus cum puero,* inquit, *et crevit, et habitavit in solitudine.* Sic quando amicum et benevolum habemus Deum, etiamsi in deserto fuerimus, multo securiores vivemus, quam ii qui in civitatibus versantur. Maxima enim securitas

[a] Καὶ ἀναβοῆσαν τὸ παιδίον ἔκλαυσεν, *et clamans puer, ploravit.* In Hebræo legitur ותשב מנגד ותשא את קלה ותבך, *Et sedit e regione, et levavit vocem suam et flevit,* scilicet Agar, et sic Vulgata nostra Hebraïcum textum e vestigio sequuta. LXX vero puerum plorantem exhibent, quia quæ mox in Hebræo sequuntur, *Et exaudivit Deus vocem pueri,* huic interpretationi favere videntur. Chrysostomus autem in explanatione sua utrumque exauditum exhibet, et Agarem matrem, et Ismaelem puerum.

Ὅρα πῶς καὶ ἔτι τῆς πλάνης ἐχόμενοι περὶ τὴν φιλοξενίαν ἦσαν πολλὴν τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμενοι. Καὶ ἔδωκε νίψασθαι τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, καὶ τοῖς ποσὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν μετ' αὐτοῦ. Καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς ἄρτους φαγεῖν. Ἀλλ' ἐνταῦθα σκόπει μοι τοῦ οἰκέτου τὴν πολλὴν σύνεσιν. Τί γάρ φησιν; Οὐ μὴ φάγω, ἕως τοῦ λαλῆσαί με τὰ ῥήματά μου. Ὑμεῖς μὲν, φησὶν, ἐπεδείξασθε τὰ παρ' ἑαυτῶν· ἐγὼ δὲ οὐ πρότερον τῆς ἐμῆς ἀναπαύσεως λόγον τινὰ ποιήσομαι, μέχρις ἂν τὴν αἰτίαν ὑμᾶς διδάξω, δι' ἣν ἐστειλάμην τὴν τοσαύτην ὁδὸν, καὶ τίνος ἕνεκεν ἀπὸ τῆς Χαναναίας ἐνταῦθα παραγέγονα, καὶ πῶς εἰς τὸν οἶκον τὸν ὑμέτερον ὡδηγήθην, ἵνα πάντα μαθόντες οὕτω καὶ ὑμεῖς τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξησθε πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην. Καὶ ἀρξάμενος διηγεῖσθαί φησι· Παῖς Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι· Κύριος δὲ εὐλόγησε τὸν κύριόν μου [a]σφόδρα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πρόβατα καὶ μόσχους, καὶ χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ παῖδας καὶ παιδίσκας, καὶ καμήλους καὶ ὄνους. Καὶ ἔτεκε Σάῤῥα ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου μου υἱὸν ἕνα τῷ κυρίῳ μου μετὰ τὸ γηρᾶσαι αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πάντα, ὅσα ἦν αὐτῷ. Ὅρα πῶς μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα αὐτοῖς διηγεῖται. Ἐκείνου εἰμὶ παῖς, φησὶν, Ἀβραὰμ, ὃν ἴστε· μανθάνετε τοίνυν ὅτι τοσαύτης εὐλογίας ἀπήλαυσε παρὰ τοῦ τῶν ἁπάντων Δεσπότου, ὡς ἐν πλούτῳ γενέσθαι αὐτὸν πολλῷ. Εἶτα διδάσκων καὶ τοῦ πλούτου τὴν περιου-

[a] Sic etiam in Savil. In textu vero τῶν O'. post σφόδρα additur καὶ ὑψώθη, *et exaltatus est.*

σίαν, φησί, Πρόβατα καὶ μόσχους, ἀργύριον καὶ χρυσίον, παῖδας καὶ παιδίσκας, καμήλους καὶ ὄνους αὐτῷ γεγενῆσθαι. Ἀκούετε οἱ πλούσιοι, οἱ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὠνούμενοι, καὶ λουτρὰ καὶ περιπάτους καὶ οἰκοδομὰς λαμπρὰς οἰκοδομούμενοι, ὁρᾶτε ἐν τίσιν ἦν τοῦ δικαίου ἡ περιουσία. Οὐδαμοῦ ἀγρὸς, οὐδαμοῦ οἰκοδομαὶ, καὶ ἡ περιττὴ πολυτέλεια· ἀλλὰ πρόβατα καὶ μόσχοι καὶ κάμηλοι καὶ ὄνοι, παῖδες καὶ παιδίσκαι. Καὶ ἵνα μάθῃς A τῶν οἰκετῶν τὸ πλῆθος πόθεν αὐτῷ ἐγεγόνει, ἐπήγαγεν ἑτέρωθι, ὅτι οἰκογονεῖς ἅπαντες ἦσαν. Οὗτος οὖν ὁ δεσπότης ὁ ἐμὸς ἐν τοσαύτῃ περιουσίᾳ γεγονὼς, καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, ἡνίκα εἰς γῆρας ἦλασεν, ἡ Σάῤῥα υἱὸν ἔτεκεν αὐτῷ· τοῦτον ἔχων τὸν μονογενῆ, πάντων αὐτὸν κληρονόμον ἤδη κατέστησε· Πάντα γὰρ ἔδωκεν αὐτῷ, ὅσα ἦν αὐτῷ. Εἶτα ἐπειδὴ διηγήσατο τοῦ δεσπότου τὴν περιφάνειαν, τοῦ Ἰσαὰκ τὸν τόκον, λέγει λοιπὸν τὰς ἐντολὰς, ἃς λαβὼν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ εἰς τὴν Χαῤῥὰν παραγέγονε. Καὶ [a]ὥρκωσέ με, φησὶν, ὁ κύριός μου, λέγων· οὐ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, ἐν οἷς ἐγὼ παροικῶ, ἀλλ' ἢ εἰς τὸν οἶκον B τοῦ πατρός μου πορεύσῃ καὶ εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου ἐκεῖθεν. Καὶ αὐτὸς μὲν ταῦτα ἐνετείλατο, ἐγὼ δὲ τὰς δυσκολίας ἐννοῶν, καὶ τοῦ πράγματος τὸ δυσχερὲς λογιζόμενος, ἐπυθόμην τοῦ κυρίου μου, εἰ μὴ βούλοιτο ἡ γυνὴ πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ. Καὶ εἶπέ μοι· Κύριος ὁ Θεὸς, ᾧ εὐηρέστησα ἐναντίον αὐτοῦ, αὐτὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ μετὰ σοῦ, καὶ εὐοδώσει τὴν ὁδόν σου, καὶ λήψῃ τῷ υἱῷ μου γυναῖκα ἐκ τῆς φυλῆς μου, καὶ ἐκ C τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Καὶ ἐὰν μὴ πείθηται ἡ γυνὴ τοῦ μὴ πορευθῆναι μετὰ σοῦ ἐνταῦθα, Τότε ἀθῷος ἔσῃ ἀπὸ τῆς ἀρᾶς μου. Ὁ μὲν οὖν δεσπότης, φησὶ, ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ταύταις με ταῖς προσευχαῖς ἐφοδιάσας, οὕτως ἐξέπεμψεν· ἐγὼ δὲ θαῤῥήσας ταῖς ἐκείνου προσευχαῖς, ἡνίκα παρεγενόμην ἐπὶ τὴν πηγὴν, ταῦτα τὰ ῥήματα ἐφθεγξάμην, καὶ εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου μου Ἀβραὰμ, εἰ σὺ εὐοδοῖς τὴν ὁδὸν, ἣν ἐγὼ πορεύομαι· ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, αἱ δὲ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων τῆς πόλεως ἐξελεύσονται ὑδρεύσασθαι ὕδωρ· καὶ ἔσται ἡ παρθένος, ᾗ ἂν ἐγὼ εἴπω, πότισόν με μικρὸν ὕδωρ D ἐκ τῆς ὑδρίας σου, καὶ εἴπῃ μοι, καὶ σὺ πίε, καὶ ταῖς καμήλοις σου ὑδρεύσομαι, αὕτη ἡ γυνὴ, ἣν ἡτοίμασας τῷ θεράποντί σου Ἰσαὰκ, καὶ ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι ἐποίησας ἔλεος τῷ κυρίῳ μου Ἀβραάμ. Ταῦτα μὲν ἐγὼ, φησὶ, κατ' ἐμαυτὸν εὐχόμενος τὸν Θεὸν καθικέτευσα· ὅπως δὲ τέλος εἰλήφει τὰ παρ' ἐμοῦ

consequutus sit, ita ut valde sit ditatus. Deinde docens divitiarum copiam, inquit : *Oves et vitulos, argentum et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos* acquisivit. Audite, divites, qui tot et tot quotidie emitis prædia, et balnea ac deambulacra et splendidas domos ædificatis. Videtis, in quibus divitiæ justi fuerint constitutæ? Nusquam ager; nusquam domus, et supervacanea sumtuositas : sed oves et vitul[488]i, cameli et asinæ, servi et ancillæ. Et ut discas, servorum multitudo unde ei contigerit, addidit alio loco : Vernaculi omnes erant. Hic igitur, inquit, dominus meus, cui tantæ facultates sunt, et qui multam superne gratiam invenit, quando jam senuit, ex Sarra filium suscepit, hunc que habens unigenitum, ipsum heredem omnium suorum jam constituit : quippe *Omnia dedit illi quæcumque habuit.* Dein postquam narravit domini gloriam, et Isaaci partum, dicit insuper et mandata quæ acceperat ab hero suo, ut in Charran proficisceretur. 37. *Et adjuravit me*, inquit, *dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo Isaac de omnibus filiabus Chananæorum, inter quos ego habito :* 38. *sed in domum patris mei vade, et ad cognationem meam, inde accipies uxorem filio meo.* Et ipse quidem hæc mihi mandavit, ego autem difficultatem negotii mecum perpendens, rogabam dominum meum, si non v. voluerit mulier venire mecum. 40. *Et dixit mihi : Dominus Deus cui complacui coram eo, ipse mittet angelum suum tecum, et prosperum faciet iter tuum, et accipies uxorem filio meo, ex cognatione mea, et ex domo patris mei.* Quod si non potuerit persuaderi mulier, ut tecum huc proficiscatur, 41. *Tunc innocens eris a maledictione mea.* Igitur dominus quidem hæc mihi mandavit, et talium precum viatico me instructum huc misit : ego autem fretus illius precibus, ubi ad fontem veni, hæc verba loquutus sum, et dixi : 42 *Domine Deus domini mei Abraham, si tu prosperum facis iter quo nunc abeo :* 43. *ecce ego sto apud fontem aquæ; filiæ autem hominum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Et erit virgo, cui ego dixero : Porrige mihi parum aquæ ex hydria tua;* 44. *si dixerit mihi, Et tu bibe, et camelos tuos aquabo : ipsa erit uxor quam præparasti*

Divitiæ non in superfluis impendendæ. *Gen.* 17. 23.

[a] Ita Savil. et Morel. et omnes Mss. In textu τῶν O'. [in Cod. Vatic.] legitur ἀλλ' εἰς τὸν οἶκον. [In Cod. legitur ὥρκισε. Infra apud eosdem LXX Interpretes Alexandr. ἀλλ' ἢ εἰς.]

servo tuoc Isaac. Et in hoc sciam quod feceris misericordiam domino meo Abraham. Hæc ego quidem, inquit, apud memetipsum Deum rogavi, nondum autem finem feceram illa dicendi, et confestim adimpleta sunt. 45. *Nam priusquam ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exiit aquam ferens in humeris suis. Dicebam autem ei: Da mihi potum.* 46. *Et accelerans deposuit hydriam suam, et dixit mihi: Bibe et tu, et camelos tuos aquabo.* Et cum viderem jam evidentem fieri Dei providentiam, interrogabam cujus esset filia. Et ut didici ex iis quæ dixit, me non ad alienos venisse, sed in domum Nachor fratris domini mei, sumta spe bona, 47. *Appendi ei inaures et armillas, et cum hoc placeret,* 48: *adoravi Dominum, et benedixi Deum domini mei Abraham, quia prosperum mihi iter fecit, ut assumerem filiam fratris domini mei.* Verum hæc ita a Domino manifeste dispensata sunt; preces quippe domini mei tunc exitum habuerunt. Cæterum vos si vestrum officium impletis, 49. *Facite misericordiam et justitiam cum domino meo: sin minus, annuntiate mihi.* Jam mihi, inquit, significate, ut scire possim quid oporteat me facere. Quod si minus placet, et idipsum dicite, ut alio iter faciam, et *Me convertam vel ad dextram, vel ad sinistram.* Postea quoniam Deus erat qui omnia propter preces patriarchæ secundabat, dicunt ei pater et frater virginis: 50. *A Domino exiit verbum hoc: non poterimus tibi contradicere vel malum vel bonum.* Ex narratione tua satis intelligimus, totum hoc divina dispensatione fieri. Ne igitur putes nos velle adversari iis quæ Deo probantur: illud enim facere non possumus. Ecce habes virginem; 51. *Tolle eam, et proficiscere, et erit uxor filio domini tui, sicut loquutus est Dominus.*

6. Vidistis quomodo studebant olim filiis suis uxores ducere? quomodo magis animæ generositatem, quam opum abundantiam inquirebant? Nusquam instrumenta, nusquam pacta, et alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt, et conditiones illæ quæ tabulis inseruntur: Si absque liberis, inquit, moriatur, si hoc et hoc contingat: verum apud illos nihil tale, sed maximæ

ῥηθέντα, καὶ παραχρῆμα εἰς ἔργον ἐξῆλθε, καὶ τὰ ῥήματα πράγματα ἐγίνετο. Πρὸ τοῦ γὰρ συντελέσαι με λαλοῦντα, ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο τὴν ὑδρίαν ἔχουσα ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς. Εἶπον δὲ αὐτῇ, πότισόν με, καὶ σπεύσασα καθεῖλε τὴν ὑδρίαν αὐτῆς, καὶ εἶπέ μοι, πίε καὶ σὺ, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ. Καὶ θεασάμενος λοιπὸν ἐναργῆ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην πρόνοιαν, ἐπηρώτων τίνος εἴη θυγάτηρ· καὶ μαθὼν, ἐξ ὧν εἶπεν, ὅτι οὐ πρὸς ξένους ἀφικόμην, ἀλλ' εἰς τὴν οἰκίαν Ναχὼρ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου μου, θαρσήσας, Περιέθηκα αὐτῇ τὰ ἐνώτια καὶ τὰ ψέλλια, καὶ εὐδοκήσας προσεκύνησα τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλόγησα τὸν Θεὸν τοῦ κυρίου μου Ἀβραὰμ, ὅτι εὐώδωσέ με [b] λαβεῖν τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυ- 489
ρίου μου. Ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὕτως ἐναργῶς Α
ὠκονομήθη· αἱ γὰρ προσευχαὶ ἐλκλύθασιν αἱ γενόμεναι παρὰ τοῦ δεσπότου μου. Ὑμεῖς δὲ λοιπὸν, εἰ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθε, ποιεῖτε ἔλεος καὶ δικαιοσύνην πρὸς τὸν κύριόν μου· εἰ δὲ μὴ, ἀπαγγείλατέ μοι. Ἴδη μοι, φησὶ, γνωρίσατε, ἵνα εἰδέναι ἔχω, ὅτι δέοι με διαπράξασθαι. Εἰ δὲ μή γε, ἵνα ἑτέρωθι τὴν ὁδὸν ποιήσωμαι, καὶ Ἐπιστρέψω ἢ εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά. Εἶτα ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἦν ὁ τὰ πάντα ἐξευμαρίζων διὰ τὰς τοῦ πατριάρχου προσευχὰς, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ πατὴρ τῆς κόρης καὶ ὁ ἀδελφός· Παρὰ Κυρίου ἐξῆλθε τὸ ῥῆμα τοῦτο· οὐ δυνησόμεθα ἀντειπεῖν κα- Β
κὸν, ἢ καλόν. Ἡ διήγησίς σου, φησὶ, δείκνυσιν ὅλον τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας γεγενημένον. Μὴ τοίνυν νομίσῃς ἡμᾶς ἐναντιοῦσθαι τοῖς τῷ Θεῷ δόξασιν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τοῦτο παρ' ἡμῶν γενέσθαι. Ἰδοὺ ἔχεις τὴν κόρην· Λαβὼν ἀπότρεχε, καὶ ἔσται γυνὴ τῷ υἱῷ τοῦ κυρίου σου, καθὰ ἐλάλησε Κύριος.

Εἴδετε ὅπως τὸ παλαιὸν ἐσπούδαζον γυναῖκας ἄγεσθαι τοῖς ἑαυτῶν παισίν; ὅπως πρὸ τῶν χρημάτων ψυχῆς εὐγένειαν ἐπεζήτουν; Οὐδαμοῦ γραμματεῖα, οὐδαμοῦ συνθῆκαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ καταγέλαστα, ἃ νῦν γίνεται, καὶ [a] αἱ αἱρέσεις ἐκεῖναι αἱ τοῖς γραμ- C
ματείοις ἐντιθέμεναι· ἐὰν ἄπαις, φησὶ, τελευτήσῃ, ἐὰν τόδε καὶ τόδε συμβῇ· ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τὸ μέγιστον καὶ ἀσφαλὲς γραμμα-

[b] [In textu τῶν O'. additur ἐν ὁδῷ ἀληθείας.]

[a] Αἱ *αἱρέσεις* in Basilicis sunt conditiones illæ quæ actis inseruntur. Vide in Basilicis Fabroti indice ad vocem *αἵρεσις*. De his vero conditionibus hic loquitur Chrysostomus, qui eodem usu illam vocem adhibet infra Homilia 56, et sæpe in commentariis in Psalmos Tomo sequenti.

τεῖον, τῆς κόρης ὁ τρόπος· οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ χορεῖαι. Καὶ τοῦτο εἴσῃ, ἐπειδὰν πρὸς τὸν νυμφίον τὴν κόρην ἴδῃς ἐπαναχθεῖσαν. Ἀκούσας γὰρ ὁ παῖς ταῦτα, φησὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, προσεκύνησε τῷ Θεῷ ἐπὶ τὴν γῆν. Ὅρα πῶς καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρει. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα προοδοποιῶν, καὶ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ πατριάρχου, ἄγγελον προαποστείλας ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τὰ πάντα αὐτῷ ἐξευμαρίζοντα. Καὶ λοιπὸν μαθὼν ὡς τέλος αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον ἔσχεν, Ἐξενέγκας σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἱματισμὸν, ἔδωκε τῇ Ῥεβέκκᾳ. Λοιπὸν μετὰ παῤῥησίας αὐτὴν θεραπεύει, ὡς ἤδη διὰ τῶν ῥημάτων ἐγγυηθεῖσαν τῷ Ἰσαάκ. Τιμᾷ δὲ δώροις καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν μητέρα, καὶ ὅτε εἰς ἔργον εἶδεν ἐκβᾶσαν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου ἐντολὴν, τότε λοιπὸν τῆς οἰκείας ἀναπαύσεως γίνεται. Ἔφαγον γὰρ, φησὶ, καὶ ἔπιον, αὐτὸς καὶ οἱ ἄνδρες οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθησαν. Καὶ ἀναστὰς τῷ πρωὶ εἶπεν· ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Ἐπειδὴ πάντα μοι οὕτω κατευωδώθη, φησὶ, καὶ οὐδέν ἐστι λοιπὸν τὸ ἐλλεῖπον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν τοῦτο ἀρεστὸν ἐφάνη, Ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Εἶπαν δὲ, φησὶν, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ, μεινάτω ἡ παρθένος μεθ' ἡμῶν ἡμέρας ὡσεὶ δέκα, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελεύσεσθε. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· μὴ κατέχετέ με, καὶ Κύριος εὐώδωσε [b] τὴν ὁδόν μου· ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ὑπερτίθεσθε καὶ διαναβάλλεσθε, τοῦ Θεοῦ τοσαύτην εὐκολίαν ἐν ἅπασί μοι παρεσχηκότος; Ἀπολύσατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Οἱ δὲ, φησὶν, εἶπον· καλέσωμεν τὴν παῖδα, [a] καὶ ἐρωτήσωμεν αὐτήν. Καὶ ἐκάλεσαν, καὶ εἶπαν αὐτῇ· πορεύσῃ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου; Ἡ δὲ εἶπε, πορεύσομαι. Καὶ ἐξέπεμψαν Ῥεβέκκαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, καὶ τὸν παῖδα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησαν Ῥεβέκκαν, καὶ εἶπον αὐτῇ, ἀδελφὴ ἡμῶν εἶ, γενοῦ εἰς χιλιάδας μυριάδων, καὶ κληρονομησάτω τὸ σπέρμα σου τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων. Ὅρα πῶς καὶ οὗτοι ἀγνοοῦντες σημαίνουσι τῇ κόρῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦ Θεοῦ τὴν διάνοιαν αὐτῶν πρὸς τοῦτο κατευοδώσαντος. Ἀμφότερα γὰρ αὐτῇ προμηνύουσιν, ὅτι καὶ εἰς χιλιάδας μυριάδων ἔσται, καὶ ὅτι κληρονομήσει τὸ σπέρμα αὐτῆς τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων. Εἶδες διὰ πάντων δεικνυμένην ἐναργῆ τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, πῶς καὶ διὰ τῶν ἀπίστων προμηνύεσθαι τὰ μέλλοντα οἰκονομεῖ ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης; Καὶ ἀναστᾶσα, φησὶ, Ῥεβέκκα καὶ αἱ ἄβραι αὐτῆς, ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς καμή-

et securissimæ tabulæ erant virginis mores : nusquam cymbala et choreæ. Et hoc scies, quando ad sponsum virginem videris introduci. 52. *Ut enim audivit servus,* inquit, *hæc a patre et fratre, adoravit Deum super terram.* Vide quomodo in singulis quæ fiebant, universorum Domino gratias offert. Ipse enim erat qui antea præparabat omnia, et secundum patriarchæ verbum præmittebat angelum ante illum, qui omnia feliciter ordinabat. Denique quia certior factus de negotio feliciter perfecto, 53. *Prolata,* inquit, *vasa aurea, et argentea, et vestem dedit Rebeccæ.* Nunc cum fiducia eam sibi conciliat officiis, quasi jam verbis desponsatam Isaac. Honorat autem donis et fratrem, et matrem, et cum vidit negotium et mandatum impletum, tunc tandem refici se passus est. 54. *Comederunt* enim, inquit, *et biberunt ipse et viri qui cum eo erant, et dormiverunt. Cumque mane surrexisset, dixit : Dimittite me, ut vadam ad dominum meum.* Quoniam omnia mihi tum feliciter successerunt, inquit, et nihil est quod restet, sed ad placitum vestrum res agitur, *Dimittite me, ut abeam ad dominum meum.* 55. *Dixerunt autem,* inquit, *fratres et mater : Maneat nobiscum virgo diebus quasi decem, et post hæc abibitis.* 56. *Ille autem dixit ad eos : Ne me detineatis, etenim Dominus prosperum fecit iter meum : dimittite me ut abeam ad dominum meum.* Quare, inquit, differtis et procrastinatis, cum Deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? *Dimittite me, ut abeam ad dominum meum.* 57. *Illi autem dixerunt : Vocemus puellam, et interrogemus eam.* 58. *Et vocaverunt eam, dixeruntque ei : Ibis cum homine? Illa autem dixit, Ibo.* 59. *Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, et substantias ejus, et servum Abraham, et eos, qui cum eo erant.* 60. *Et benedixerunt Rebeccam, et dixerunt ei : Soror nostra es, fias in millia decem millium, et hereditate possideat semen tuum civitates inimicorum.* Vide quomodo et illi ignorantes virgini quæ futura sunt præsignificant, Deo mentem eorum ad hoc dirigente et incitante. Utraque enim prædicta sunt, tum quod in millia myriadum futura esset, tum quod semen ejus hereditate possessurum esset civitates inimicorum. Vidisti per omnia evidentem Dei provi- Infide-

[b] [Cod. Vatic. τῶν] O'. τὴν ὁδόν μου ἐν ἐμοί. [Cod. Alex. ἐν ἐμοί om.]

[a] O', habent καὶ ἐρωτήσωμεν τὸ στόμα αὐτῆς.

les quoque nonnumquam prophetant.

dentiam relucere, quomodo per infideles futura ut prædicantur, dispensat omnium Dominus? 61. *Cum surrexissent autem Rebecca et ancillæ ejus, ascenderunt super camelos.* Vidisti qualem sponsam ducat patriarcha? Aquantem, et hydriam super humeros ferentem, et nunc iterum ascendentem super camelos. Nusquam mulæ argento fulgentibus cervicibus, neque famulorum turba, neque magna mollities, quæ nunc adhiberi solet: sed tantum erat priscarum mulierum robur, ut et in camelos ipsæ ascenderent, et sic iter facerent. *Et profectæ sunt,* inquit, *cum homine.* 63. *Isaac autem egressus erat, ut se exerceret in agro ad crepusculum: et ibi elevatis oculis, vidit camelos venientes.* Dum in campo versaretur, inquit, Isaac, vidit camelos. 64. *Rebecca autem, ut vidit Isaac, desiliit a camelo,* 65. *et dixit servo: Quis est homo ille qui vadit in campo nobis obviam?* Vide puellæ generositatem; postquam vidit Isaac, quærebat quis esset. Et ubi didicit quod ipse esset sponsus, velavit se

v. 66. theristro; et veniens servus omnia clare nuntiavit Isaac. Hic considera, oro, quomodo nusquam superflua illa et inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala, et tibiæ, et choreæ, et satanica illa convivia, et scommata omni obscœnitate plena; sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis modestia. 67. *Intravit autem Isaac,* inquit, *in domum matris suæ, et accepit Rebeccam, et fuit ei uxor, et dilexit eam, et consolationem accepit Isaac super Sarra*

Moralis exhortatio. Nuptiarum ritus tempore Chrysostomi.

matre sua. Hanc imitentur mulieres, hunc æmulentur viri: sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro, statim ab initio sordibus impleri sinis puellæ aures tam turpibus cantilenis, tam intempestiva illa pompa? Nescis quomodo adolescentia per se sit in malum propensa? cur honesta nuptiarum mysteria publice dehonestas? cum oporteret hæc omnia depellere, et verecundiam principio docere puellam, et sacerdotes vocare, et precibus et benedictionibus concordiam conjugii constringere: ut amor sponsi augeatur, et puellæ continentia crescat, et omnia quæ fiunt eo spectent ut virtutis opera ingrediantur in domum illam, tollanturque e medio omnes diaboli insidiæ, et ipsi Dei auxilio uniti jucunde vitam perficiant: quo nobis omnibus frui detur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu

λους. Εἶδες οἵαν ἄγεται νύμφην ὁ πατριάρχης; Ὑδρευομένην, καὶ τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσαν, καὶ νῦν πάλιν ἐπιβᾶσαν ἐπὶ τὰς καμήλους. Οὐδαμοῦ ἡμίονοι ἀργύρῳ περιλαμπόμεναι τοὺς τραχήλους, οὐδὲ οἰκετῶν ἐσμὸς, οὐδὲ ἡ πολλὴ βλακεία ἡ νῦν γινομένη· ἀλλὰ τοσαύτη ἦν τῶν παλαιῶν γυναικῶν ἡ ἀνδρεία, ὡς καὶ ἐπὶ τὰς καμήλους αὐτὰς ἐπιβαίνειν, καὶ οὕτως ὁδοιπορεῖν. Καὶ ἐπορεύθησαν, φησὶ, μετὰ τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἐξῆει ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς δείλης, καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε τὰς καμήλους ἐρχομένας. Εἰς τὸ πεδίον, φησὶν, ὁ Ἰσαὰκ διατρίβων ἐθεάσατο τὰς καμήλους. Ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἰδοῦσα τὸν Ἰσαὰκ, κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου, καὶ εἶπε τῷ παιδί· τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ πορευόμενος ἐν τῷ πεδίῳ εἰς συνάντησιν [b]ἡμῶν; Ὥρα τῆς κόρης τὴν εὐγένειαν· ἐπειδὴ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ, ἐπυνθάνετο τίς εἴη. Καὶ μαθοῦσα ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων αὐτὴν ἄγεσθαι, περιεβάλλετο, φησὶ, τὸ θέριστρον, καὶ παραγενόμενος ὁ παῖς διηγήσατο πάντα μετὰ ἀκριβείας τῷ Ἰσαάκ. Ἐνταῦθα σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, πῶς οὐδαμοῦ τὰ περιττὰ ταῦτα καὶ ἀνόνητα, οὐδαμοῦ πομπὴ διαβολικὴ, οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ αὐλοὶ καὶ χορεῖαι, καὶ τὰ σατανικὰ ἐκεῖνα συμπόσια, καὶ αἱ λοιδορίαι αἱ πάσης ἀσχημοσύνης γέμουσαι, ἀλλὰ πᾶσα σεμνότης, πᾶσα σοφία, πᾶσα ἐπιείκεια. Εἰσῆλθε δὲ, φησὶν, Ἰσαὰκ εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ ἐγένετο αὐτῷ γυνὴ, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν, καὶ παρεκλήθη Ἰσαὰκ περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ταύτην μιμείσθωσαν αἱ γυναῖκες· τοῦτον ζηλούτωσαν οἱ ἄνδρες· οὕτω τὰς νύμφας ἀγαγέσθαι σπουδαζέτωσαν. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων κηλίδων πληρῶσαι συγχωρεῖς τῆς κόρης τὰς ἀκοὰς διὰ τῶν αἰσχρῶν ᾀσμάτων, διὰ τῆς ἀκαίρου πομπῆς ἐκείνης; Οὐκ οἶσθα ὅπως ἡ νεότης εὔκολος πρὸς ὄλισθον; τί τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου ἐκπομπεύεις μυστήρια; δέον ἅπαντα ταῦτα ἀπελαύνειν, καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ προοιμίων ἐκπαιδεύειν τὴν κόρην, καὶ ἱερέας καλεῖν καὶ δι' εὐχῶν καὶ εὐλογιῶν τὴν ὁμόνοιαν τοῦ συνοικεσίου συσφίγγειν, ἵνα καὶ ὁ πόθος τοῦ νυμφίου αὔξηται, καὶ τῆς κόρης ἡ σωφροσύνη ἐπιτείνηται· καὶ διὰ πάντων τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα εἰσελεύσεται εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην, καὶ πᾶσαι τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναὶ ἐκποδὼν ἔσονται, καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡδονῆς τὸν βίον [a]διάξουσιν, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς συγκροτούμενοι· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος,

[b] [LXX ἡμῖν. Infra iidem περιεβάλετο.]

[a] [Scripsimus διάξουσιν cum Savil. Coisl. διάξωσιν. Morel. et Montf. διάγωσιν.]

τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Christi, cui cum Patre, et Spiritu sancto sit gloria, potestas et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μθ'.

Αὗται δὲ αἱ γενέσεις, φησὶν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ.

HOMILIA XLIX.

Hæ autem sunt generationes, *inquit*, Isaac filii Abraham. *Gen.* 25. 19.

Πάλιν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν συνήθη τράπεζαν ἀναγαγεῖν βούλομαι, καὶ ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Μωϋσέως ῥημάτων τὴν ἑστίασιν ὑμῖν παραθεῖναι, μᾶλλον δὲ τῶν τοῦ Πνεύματος. Οὐδὲ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ Μωϋσῆς ταῦτα ἡμῖν ἐξέθετο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνηχούμενος. Ἴδωμεν οὖν τί καὶ σήμερον ἡμᾶς διδάξαι βούλεται. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τοὺς βίους ἡμῖν τῶν δικαίων ἐκτίθεται, ἀλλ' ἵνα ζηλώσωμεν τούτων τὴν ἀρετὴν, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τῶν ἐκείνοις κατορθωμένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην ἀκριβῶς διηγησάμενος, καὶ τὸν τελευταῖον αὐτοῦ ἆθλον τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ μονογενοῦς σφαγῇ, διδάξας [b] ἡμᾶς πῶς ἂν τῷ Θεῷ αὐτὸν καλλιέρημα, εἰ καὶ μὴ αὐτῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ εἰργάσατο, τέλος ἐπέθηκεν ἐκείνοις τοῖς διηγήμασι· νῦν ἡμῖν ἐκτίθεται τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ τὸν σφαγέντα καὶ μὴ σφαγέντα· αἰνίγματι γὰρ ἔοικε τὸ γεγονός. Ἄκουσον γὰρ Παύλου λέγοντος· Πίστει προσενήνοχε τὸν Ἰσαὰκ Ἀβραὰμ πειραζόμενος· καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. Εἶτα ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς, πῶς πίστει ταῦτα πάντα διεπράττετο, καὶ ἐναντία τῇ ὑποσχέσει ὁρῶν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι κελευόμενα, οὐκ ἐταράττετο, φησίν· Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Τί ἐστιν, Ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο; Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν εἰς θυσίαν ἀνήνεγκε, καὶ ἀπηρτισμένην τὴν γνώμην ἐπεδείξατο, αὐτός γε τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, καὶ τὸν παῖδα λαβὼν ἐπανῆει, καὶ ἡ θυσία διὰ προβάτου ἐπληροῦτο, καὶ ἐδείκνυ διὰ πάντων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι οὐ σφαγῆναι τὸν Ἰσαὰκ βουλόμενος τοῦτο ἐπέταττεν, ἀλλὰ τοῦ δικαίου γυμνάζων τὴν ὑπακοήν. Ἀλλ' ὥσπερ εἴδομεν τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετὴν διὰ πάντων λάμπουσαν, φέρε καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ σήμερον εἰς μέσον προθέντες, ἴδωμεν ὅπως καὶ αὐτὸς τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης διὰ πάντων ἐπιδείκνυται. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν τῆς Γραφῆς ῥημάτων. Αὗται δὲ αἱ γενέσεις, φησὶν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὅτε ἔλαβε Ῥεβέκκαν θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, ἀδελφὴν δὲ Λάβαν τοῦ Σύρου, ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα.

1. Iterum vos ad consuetam mensam ducere volo, et ex verbis Mosis convivium proponere, imo ex verbis sancti Spiritus. Neque enim a seipso Moses hæc nobis exposuit, sed Spiritu sancto afflatus. Videamus igitur quid et hodie nos docere velit. Neque enim sine causa, neque in vanum vitas sanctorum nobis exponit : sed ut imitemur eorum virtutem, et imitatores simus bonorum operum quæ illi fecerunt. Nam postquam nobis diligenter narravit ea quæ ad patriarcham Abraham attinent, et docuit postremum illius certamen in immolatione filii, narravitque hoc pulchrum sacrificium etsi non opere, voluntate tamen perfectum esse, finemque imposuit narrationibus illis : nunc exponit nobis quæ ad Isaac occisum et non occisum pertinent; factum enim ænigmati simile est. Audi enim Paulum dicentem : *Fide obtulit Isaac Abraham, cum tentaretur : et unigenitum obtulit, qui promissiones acceperat.* Deinde ut discamus quomodo fide hæc omnia faceret, et contraria videns promissioni ea quæ jubebatur facere, non tamen perturbaretur, subjicit : *Unde illum et in parabolam accepit.* Quid est, *Et in parabolam accepit?* Nam postquam eum in sacrificium obtulit, et mentem perfectam declaravit, ipse coronam redimitus est, et accepto puero rediit, ac sacrificium per ovem impletum est : ostenditque per omnia universi Conditor suæ benignitatis excellentiam : et se hoc imperando non occidi Isaac, sed justi exercere obedientiam voluisse. Cæterum sicut vidimus patriarchæ virtutem in omnibus relucentem : age, et quæ de Isaac dicta sunt hodie in medium afferentes, videamus quomodo et ipse piam et religiosam mentem in omnibus prætulerit. Operæ autem pretium est, ut ipsa Scripturæ verba audiamus. 19. *Hæ autem sunt, inquit, generationes Isaac filii Abrahæ. Abraham genuit Isaac.* 20. *Isaac autem erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri ex Mesopota-*

Hebr. 11. 17.

Ibid. v. 19.

Cur Isaac offerri voluerit Deus.

Cap. 25.

[b] [Coisl. ἡμᾶς, ἢν εἰ καὶ μὴ τῷ ἔργῳ, omissis interpositis.]

mia, sororem Laban Syri, sibi in uxorem. Considera, obsecro, dilecte, divinæ Scripturæ diligentiam, quomodo nihil supervacue ponat. Cur enim nobis ætatem Isaac significat, et dicit, *Erat autem Isaac quadraginta annorum quando accepit Rebeccam?* Non absque causa, neque temere : sed quia nobis postea Rebeccæ sterilitatem narraturus erat, et ex precatione justi procreationem prolis illi concessam fuisse, docere nos cupit magnitudinem patientiæ Isaac, et clare indicare quanto tempore liberis caruerit : ut et nos æmulantes justum, assidui simus in divinis precibus, si quando aliquid a Deo petierimus. Si enim justus ille, ita virtute præditus, et tanta Dei benevolentia fruens, tantam præ se tulit constantiam et tantum studium, continuo Deum orando, ita ut solveretur Rebeccæ sterilitas : quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, et neque minimam virtutis justi partem ostendimus : sed et si parvo tempore studium aliquod et diligentiam exhibuerimus, torpescimus et resilimus, nisi statim exaudiamur? Propterea oro, ut ex iis quæ justo illi evenerunt eruditi, numquam cessemus orare Deum, ut ignoscat nobis peccata, sed fervens et æstuans desiderium ostendamus : et non ægre feramus, neque segniores simus, si non statim audiamur. Fortassis enim Dominus continuam nostram sedulitatem sapienter exercens ita procrastinat, ut mercedem quoque patientiæ recipiamus : et quia ipse tempus scit quando nobis utile est assequi quod quærimus. Neque enim nos ita scimus quid nobis utile, ut ipse evidenter novit, qui etiam abscondita mentis nostræ cognoscit. Proinde par est, ut nihil curiosius quæramus, neque scrutemur ea quæ a Deo providentur : sed grati admodum simus, et admiremur justorum virtutes. Nam postquam dixit nobis divina Scriptura, quot annorum fuerit Isaac, dicit et de Rebecca uxore ejus, quod sterilis fuit. Vide, obsecro, justi religiosam mentem. Quoniam enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ Conditorem confugit, et vincula naturæ precibus solvere festinavit. 21. *Deprecatus enim est,* inquit, *Isaac super Rebecca uxore sua, quia sterilis erat.* Unum hoc in primis operæ pretium ut quæramus, quare, cum et ipsa, et vir ejus vitæ fuerint eximiæ, et ambo continentiæ

Precandum cum perseverantia.

Non sunt curiose inquirenda Dei opera.

Σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως οὐδὲν παρέργως τίθηται. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἡμῖν τὸν χρόνον τοῦ Ἰσαὰκ ἐπισημαίνεται, καί φησιν, Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν; Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ· ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλει μετὰ ταῦτα τῆς Ῥεβέκκας ἡμῖν διηγεῖσθαι τὴν στείρωσιν, καὶ ὅτι ἐξ εὐχῆς τοῦ δικαίου τὰ τῆς παιδοποιίας αὐτῇ γέγονε, βούλεται διδάξαι ἡμᾶς τὸ μέγεθος τῆς ὑπομονῆς τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ σημᾶναι τὸν χρόνον ἀκριβῶς, ὅσον ἐν ἀπαιδίᾳ γέγονεν· ἵνα καὶ ἡμεῖς ζηλοῦντες τὸν δίκαιον, οὕτω προσεδρεύωμεν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίαις, ἐπειδάν αἰτῶμέν τι παρ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος οὗτος, οὕτως ἐνάρετος ὢν, καὶ τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαύων παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοσαύτην ἐπεδείκνυτο σπουδὴν καὶ εὐτονίαν, τὸν Θεὸν διηνεκῶς παρακαλῶν, ὥστε λῦσαι τῆς Ῥεβέκκας τὴν στείρωσιν, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς οἱ τοσαῦτα φορτία ἁμαρτημάτων ἔχοντες ἐπικείμενα, καὶ μηδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ δικαίου τούτου μέρος ἐπιδεικνύμενοι, ἀλλὰ κἂν πρὸς ὀλίγον σπουδήν τινα ἐπιδειξώμεθα, ναρκῶντες καὶ ἀποπηδῶντες, εἰ μὴ θᾶττον εἰσακουσθείημεν; Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, ἐκ τῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ συμβάντων παιδευόμενοι, μηδέποτε παυώμεθα τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες ὑπὲρ τῆς συγχωρήσεως τῶν οἰκείων πλημμελημάτων, ἀλλὰ θερμὴν καὶ ζέουσαν προθυμίαν ἐπιδεικνυώμεθα, καὶ μὴ ἀσχάλλωμεν, μηδὲ ὀκνηρότεροι γινώμεθα, εἰ μὴ θᾶττον εἰσακουσθείημεν. Ἴσως γὰρ, ἴσως σοφιζόμενος ἡμῶν τὴν διηνεκῆ προσεδρίαν ὁ Δεσπότης, διαναβάλλεται, βουλόμενος καὶ τῆς ὑπομονῆς ἡμᾶς κομίσασθαι τὸν μισθὸν, καὶ τὸν καιρὸν εἰδὼς, καθ' ὃν λυσιτελές ἐστιν ἡμῖν τῶν σπουδαζομένων ἐπιτυχεῖν. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἑαυτοῖς, ὡς αὐτὸς ἀκριβῶς ἐπίσταται, ὁ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἑκάστου ἐπιστάμενος. Διὸ προσήκει μηδὲν περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ γινομένων, ἀλλὰ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ θαυμάζειν τῶν δικαίων τὰς ἀρετάς. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ, ὅσων ἐτῶν ἦν Ἰσαὰκ, λέγει καὶ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν. Θέα μοι τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε χωλεύουσαν τὴν φύσιν, ἐπὶ τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἔδραμε, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς φύσεως διὰ τῆς εὐχῆς λύειν ἠπείγετο. Ἐδέετο γὰρ, φησὶν, Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν. Ἓν τοῦτο πρῶτον ἄξιον ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν, βίου οὖσα θαυμαστοῦ καὶ αὐτὴ, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ πολλῆς τῆς σωφροσύνης [a] ἀμφότεροι ἐπιμελούμενοι, στεῖρα ἦν;

[a] Savil. et unus Codex ἀμφότεροι ἐπεμελοῦντο, καὶ οὐκ ἔχομεν..... ἔτι τῶν ἁμαρτιῶν ἦν ἔργον· εἶχε ταύτην ἡ στείρωσις. Hunc vero locum longa serie, et ut, videtur, ex hac Homilia excerptum habes, supra Tom. III, p. 349, l. 1, in Homilia de non evulgandis fratrum peccatis. Ubi eadem ipsa ad literam ubique pene dicuntur, et desinunt pag. 351, E, fin. [Utramque recensionem inter se contulisse multum juvabit.]

Οὐκ ἔχομεν ἐπιλαβέσθαι αὐτῶν τῆς ζωῆς, καὶ εἰπεῖν, ὅτι τῶν ἁμαρτιῶν ἦν ἔργον ἡ στείρωσις. Καὶ ἵνα μάθῃς τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ αὐτὴ μόνον στεῖρα ἦν, ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ τοῦ δικαίου ἡ Σάῤῥα· καὶ οὐχ ἡ μήτηρ δὲ αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ νύμφη, τοῦ Ἰακὼβ ἡ γυνὴ ἡ Ῥαχὴλ λέγω. Τί βούλεται τῶν στειρῶν τούτων ὁ χορός; Πάντες δίκαιοι, πάντες ἐνάρετοι, πάντες ὑπὸ Θεοῦ μαρτυρούμενοι. Περὶ γὰρ αὐτῶν 493 ἔλεγεν· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλός φησι· Δι' ὃ οὐκ ἐπαισχύνεται ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. Πολλὰ αὐτῶν τὰ ἐγκώμια ἐν τῇ Καινῇ, πολλοὶ οἱ ἔπαινοι ἐν τῇ Παλαιᾷ. Πανταχόθεν λαμπροὶ καὶ ἐπίσημοι, καὶ πάντες στείρας ἔσχον γυναῖκας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ ἦσαν μέχρι πολλοῦ τοῦ χρόνου.

Ὅταν οὖν ἴδῃς ἄνδρα καὶ γυναῖκα ἐν ἀρετῇ ζῶντας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ τυγχάνοντας· ὅταν ἴδῃς θεοσεβεῖς ὄντας, καὶ εὐλαβείας [a] ἐπιμελομένους, ἄπαιδας, μὴ νομίσῃς ἁμαρτιῶν εἶναι ἔργα. Πολλοὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ τῆς οἰκονομίας οἱ λόγοι καὶ ἡμῖν ἀπόῤῥητοι, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστεῖν δεῖ, καὶ μόνους ἐκείνους ταλανίζειν τοὺς ἐν κακίᾳ ζῶντας, οὐ τοὺς παιδία μὴ κεκτημένους. Πολλὰ γὰρ πολλάκις ὁ Θεὸς συμφερόντως οἰκονομεῖ· ἡμεῖς δὲ τὴν αἰτίαν τῶν γεγενημένων οὐκ ἴσμεν. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν σοφίαν χρὴ, καὶ δοξάζειν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἄφατον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ὠφέλειαν ἡμῖν εἴρηται τὴν ὑμετέραν, ὥστε πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκονομίας· δεῖ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἦσαν ἐκεῖναι στεῖραι αἱ γυναῖκες. Τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία; Ἵνα, ὅταν ἴδῃς τὴν παρθένον τίκτουσαν τὸν κοινὸν ἡμῶν Δεσπότην, μὴ ἀπιστήσῃς. Γύμνασόν σου ἐνταῦθα τὴν διάνοιαν, φησὶν, ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν στειρῶν, ἵν' ὅταν ἴδῃς πεπηρωμένην καὶ δεδεμένην μήτραν πρὸς παιδοποιίαν ἀνοιγομένην ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, μὴ θαυμάσῃς ἀκούων ὅτι παρθένος ἔτεκε. Μᾶλλον δὲ θαύμασον καὶ ἐκπλάγηθι, ἀλλὰ μὴ ἀπιστήσῃς τῷ θαύματι. Ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς σὲ ὁ Ἰουδαῖος, πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος; εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, πῶς ἔτεκεν ἡ στεῖρα καὶ γεγηρακυῖα; Δύο γὰρ κωλύματα τότε ἦν, τό τε ἄωρον τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ ἄχρηστον τῆς φύσεως· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου ἓν κώλυμα ἦν, τὸ μὴ μετασχεῖν αὐτὴν γάμου. Προοδοποιεῖ τοίνυν τῇ παρθένῳ ἡ στεῖρα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο στεῖραι προέλαβον, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἄκουσον ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ Γαβριὴλ τῶν πρὸς τὴν παρθένον εἰῤῥημένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε καὶ εἶπεν αὐτῇ, Συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέ-

studiosi, sterilis fuit? Non possumus carpere eorum vitam, et dicere sterilitatem illam peccatorum causa immissam. Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed et mater justi Sarra : neque mater ejus sola, sed et nurus, Rachel uxor Jacobi. Quid sibi vult ille sterilium chorus? Omnes justi, omnes virtute præditi, omnes a Deo testimonium habentes. Nam de ipsis A dicebat : *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac,* *Exod.* 3.6. *Deus Jacob*. Beatus autem Paulus ait : *Ideo* *Hebr.* 11. *non confunditur Deus, ut vocetur eorum* 16. *Deus*. Multæ ipsorum laudes in Novo, multæ in Veteri. Undique clari et nobiles, et omnes steriles habuerunt uxores, multoque tempore caruerunt liberis.

2. Quando igitur videris virum et mulierem virtuti deditos, carere prole, quando videris pios et religionis studiosos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multæ enim divinæ B dispensationis rationes nobis sunt arcanæ, et pro omnibus gratias agere oportet, ac solos illos miseros dicere, qui in peccato vivunt, non eos quibus filii desunt. Quippe sæpenumero multa Deus utiliter dispensat, quorum nos causam nescimus. Eapropter in omnibus sapientiam ejus admirari oportet, ac glorificare ineffabilem misericordiam. Sed hæc quidem ad utilitatem vestram dicta sunt, ideo ut admodum gratam voluntatem exhibeatis, neque de dispensatione divina curiose scisciteminí : causam tamen dicamus propter quam mulieres illæ steriles fuere. C Quænam igitur est causa? Ut cum videris virginem nostrum communem Dominum parientem, ne sis incredulus. Exerce enim hic tuos sensus, inquit, in vulva sterilium, ut, cum didiceris ligatam et emortuam vulvam divina virtute ad procreationem aperiri, inde copiosis argumentis acceptis, non admireris audiens virginem peperisse : imo admirare et obstupesce, sed ne sis incredulus miraculo. Quando igitur ibi dicit Judæus, quomodo peperit virgo? dic ei : D Quomodo peperit sterilis et vetula? Duo impedimenta tunc erant, et ætas intempestiva, et natura vitiata : in virgine autem unum impedimentum fuit, quod non esset particeps concubitus. Sterilis igitur jam viam paret virgini. Et ut scias propter hoc steriles prius fuisse, ut credatur virginitatis partus : audi verba Gabrielis ad virginem dicta. Postquam enim venit et dixit,

Fœcunditas sterilium partum virginis probat.

[a] [Coislin. ἐπιμελουμένους, ut supra ipse S. Chrys. Hom. I. T. III, p. 349, B, 11.]

Luc. 1. 31. *Concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum*: obstupefacta est et admirata, dixitque: *Quomodo erit mihi istud, quia virum non cognosco?* Quid igitur angelus? *Ibid.* v. 34. *Spiritus sanctus superveniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ne quæras, inquit, naturæ modum et ordinem, quando super naturam sunt quæ fiunt; ne spectes conjugii dolores, quando major quam in nuptiis natalium modus erit. *Et quomodo fiet istud, inquit, quoniam virum non cognosco?* Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna ut huic ministerio servires. Itaque ea de causa, qua dubitas, ea ipsa de causa crede. Non quia malum nuptiæ, sed quia melior virginitas; hunc autem ingressum nostri omnium Domini digniorem esse oportet, quam nostrum: Regius enim fuit introitus. Oportebat et communem cum nostro ejus esse ortum, et diversum a nostro, et utrumque evenit. Et quomodo audi. Nam de utero prodire, hoc commune nobiscum est: absque nuptiali autem congressu nasci, supra nostram est originem. Uterum gestare te, id naturæ est humanæ; sine congressu uterum gestare, id natura humana sublimius: ut et præstantiam et communionem quam tecum habet ediscas. Considera autem quanta sapientia hæc facta sint, neque eminentia obfuit similitudini et affinitati ejus nobiscum, neque nostra affinitas et similitudo ejus obscuravit excellentiam; sed operibus utrumque ostensum est: aliaque perfecte nobis similia habuit, alia a nobis diversa. Verum, ut dixi, propter hoc steriles fuerunt istæ, ut crederetur virginitatis partus, ut ipsa induceretur ad fidem promissionis. Audi enim quid dicit angelus Dei: *Ibidem.* *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sic, inquit, poteris parere. Totum operatione Spiritus erit. Ne igitur spectes in terram, e cælis operatio venit. Spiritus gratiæ est quod fit, ne quæras naturæ modum, ne secundum nuptiarum leges intelligas. Verum quoniam majora sunt verba hæc, quam ut illa caperet, vult et aliam ei præbere demonstrationem.

3. Tu autem, dilecte, attende quomodo sterilis istam manuducat ad fidem partus. Quoniam prior demonstratio major erat cogitatione virginis, audi quomodo et humiliorem sermonem

σεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασε, καὶ εἶπε· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώ- F σκω; Τί οὖν ὁ ἄγγελος; Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Μὴ ζήτει, φησὶ, φύσεως ἀκολουθίαν, ὅταν ὑπὲρ φύσιν ᾖ τὰ γινόμενα· μὴ περιβλέπου γάμων ὠδῖνας, ὅταν μείζων γάμου τῆς γεννήσεως ὁ τρόπος ᾖ. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ μὴν διὰ τοῦτο ἔσται, ἐπειδὴ ἄνδρα οὐ γινώσκεις. Εἰ γὰρ ἐγίνωσκες ἄνδρα, οὐκ ἂν κατηξιώθης ὑπηρετήσασθαι τῇ διακονίᾳ ταύτῃ. Ὥστε δι' ὃ ἀπιστεῖς, δι' αὐτὸ πίστευε. Οὐκ ἐπειδὴ κακὸν ὁ γάμος, ἀλλ' ἐπειδὴ κρείττων ἡ παρθενία· τὴν δὲ τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου 494 εἴσοδον σεμνοτέραν ἐχρῆν εἶναι τῆς ἡμετέρας· βασιλικὴ γὰρ ἦν ἡ εἴσοδος. Ἔδει κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς γεννήσεως, καὶ ἐξηλλάχθαι τῆς ἡμετέρας. Καὶ ἀμφότερα ταῦτα γέγονε, καὶ ὅπως ἀκούε. Τὸ μὲν ἀπὸ μήτρας γενέσθαι, κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· τὸ δὲ χωρὶς γάμων γενέσθαι, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Καὶ τὸ μὲν ἐν γαστρὶ σχεῖν σε, τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπείας· τὸ δὲ χωρὶς μίξεως γενέσθαι τὴν κύησιν, σεμνότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ἵνα καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς σὲ μάθῃς. Καὶ σκόπει τὴν σοφίαν τῶν γινομένων. Οὔτε ἡ ὑπεροχὴ τὴν ὁμοίωσιν καὶ συγγένειαν ἐλυμήνατο, οὔτε ἡ πρὸς ἡμᾶς συγγένεια τὴν ὑπεροχὴν ἠμαύρωσεν, ἀλλ' ἑκάτερα ἐδείκνυτο διὰ B τῶν πραγμάτων· καὶ τὰ μὲν ὁλόκληρα εἶχεν ἡμέτερα, τὰ δὲ ἐνηλλαγμένα πρὸς ἡμᾶς. Ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αἱ στεῖραι αὗται, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἵνα αὕτη χειραγωγηθῇ πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς ὑποσχέσεως. Ἄκουσον γὰρ τί φησιν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Οὕτω, φησὶν, ἔχεις τεκεῖν, καὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος τὸ πᾶν ἔσται. Μὴ τοίνυν βλέπε πρὸς τὴν γῆν· ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἡ ἐνέργεια ἔρχεται. Τοῦ Πνεύματός ἐστι χάρις τὸ γινόμενον· μὴ ζήτει φύσεως ἀκολουθίαν, μὴ κατὰ νόμους καὶ γάμον. Ἀλλ' ἐπειδὴ C μείζονα ταῦτα ἦν ἐκείνης τὰ ῥήματα, βούλεται [a]καὶ ἑτέραν αὐτῇ παρασχεῖν ἀπόδειξιν.

Σὺ δέ μοι σκόπει, ἀγαπητὲ, πῶς ἡ στεῖρα αὐτὴν χειραγωγεῖ πρὸς τὴν πίστιν τοῦ τόκου. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα ἀπόδειξις μείζων ἦν τῆς διανοίας τῆς παρθένου, ἄκουσον πῶς καὶ ἐπὶ τὰ ταπεινότερα κατήγαγε

[a] [Dedimus καὶ ἑτέραν cum Coisl. et Savil. marg. Sic et supra Chrys. T. III, p. 350, D, 4. Savil. in textu καὶ ἑτέρωθεν. Morel. et Montf. τὴν ἑτέραν.]

τὸν λόγον, διὰ τῶν αἰσθητῶν αὐτὴν χειραγωγῶν. Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Διὰ τὴν παρθένον πάντως παρήγαγε καὶ τὴν στεῖραν· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν παρήγαγεν αὐτῇ τὸν τόκον τῆς συγγενοῦς, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔλεγε, Τῇ καλουμένῃ στείρᾳ; Διὰ πάντων χειραγωγῶν αὐτὴν πρὸς τὸ πιστεῦσαι τῷ εὐαγγελισμῷ. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἡλικίαν εἶπε, καὶ τὴν πήρωσιν τῆς φύσεως· διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον ἀνέμεινε τῆς κυήσεως. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῇ εὐθέως εὐηγγελίσατο, ἀλλ' ἐξαμηνιαίου διελθόντος χρόνου, ἵνα ὁ τῆς γαστρὸς ὄγκος τὴν κύησιν ἐγγυησάμενος σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν παράσχῃ τῆς συλλήψεως. Καὶ θέα μοι τοῦ Γαβριὴλ τὴν σύνεσιν. Οὐκ [b] ἀνέμνησεν αὐτὴν τῆς Σάρρας, οὐδὲ τῆς Ῥεβέκκας, οὐδὲ τῆς Ῥαχήλ. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Καὶ αὗται γὰρ στεῖραι ἦσαν, καὶ γεγηρακυῖαι, καὶ πολὺ καὶ ἐν αὐταῖς τὸ θαῦμα ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα ταῦτα παλαιὰ ἦν τὰ διηγήματα, ἐπὶ τὸ πρόσφατον αὐτὴν ἄγει, ἵνα διαναστήσῃ αὐτῆς τὴν διάνοιαν. Ἀλλ' ἀναγκαῖον ἐπὶ τὸ προκείμενον τὸν λόγον ἀναγαγεῖν, καὶ γνωρίσαι τοῦ δικαίου τούτου τὴν ἀρετὴν, ὅπως διὰ τῆς εὐχῆς τὴν στείρωσιν τῆς Ῥεβέκκας ἔλυσε, καὶ τῶν δεσμῶν τῆς φύσεως περιεγένετο. Ἐδέετο γὰρ, φησὶν, Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν, καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ ὁ Θεός. Μὴ ἐπειδὴ εὐθέως οὕτω γέγραπται, νομίσῃς καὶ παραχρῆμα αὐτὸν τετυχηκέναι τοῦ σπουδαζομένου. Καὶ γὰρ εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν διέμενε δεόμενος καὶ παρακαλῶν τὸν Θεὸν, καὶ τότε ἐπέτυχε τοῦ ποθουμένου. Καὶ πόθεν εἰσόμεθα τοῦτο; Ἐὰν μετὰ ἀκριβείας ἐπέλθωμεν τὰ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κείμενα. Οὐδὲ γὰρ τὸν χρόνον ἡμᾶς ἀπέκρυψεν, ἀλλ' ἐσήμανε μὲν, λανθανόντως δὲ, ὥστε διεγεῖραι ἡμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ πρὸς ζήτησιν παρορμῆσαι. [c] Ὥσπερ γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν [c] ὅσον ἦν, ἡνίκα τὴν Ῥεβέκκαν ἠγάγετο, οὕτω καὶ τοῦτο ἡμῖν δῆλον καθίστησιν. Ἦν γὰρ, φησὶν, Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ἡνίκα ἔλαβε Ῥεβέκκαν τὴν θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου. Ἔμαθες ἀκριβῶς τὸν χρόνον. Εἶτα εἰπὼν ὅτι ἐδέετο Ἰσαὰκ περὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν, ἵνα μάθωμεν τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν, σημαίνει ἡμῖν πόσων ἐτῶν ἦν ὁ Ἰσαὰκ, ἡνίκα ἐτέχθησαν αὐτῷ οἱ παῖδες παρὰ τῆς Ῥεβέκκας. Ἦν δὲ Ἰσαὰκ, φησὶν, ἐτῶν ἑξήκοντα, ἡνίκα ἔτεκε Ῥεβέκκα. Εἰ τοίνυν τεσσαράκοντα ἐτῶν ἦν, ὅτε ἠγάγετο αὐτὴν, ἑξήκοντα δὲ ἐτῶν, ὅτε ἔτεκεν ἡ γυνὴ, δηλονότι ἐν τοῖς εἴκοσιν ἔτεσι δεόμενος τοῦ Θεοῦ διέμενεν, καὶ οὕτω τὴν πήρωσιν τῆς μήτρας τῆς Ῥεβέκκας εἰς παιδοafferat, per sensibilia ipsam manuducens. *Et ecce,* inquit, *Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua : et hic mensis sextus est ei quæ vocatur sterilis.* Vides ut sterilis propter virginem in medium sit adducta ? Alioquin cujus rei gratia retulisset partum cognatæ, cujus item gratia dixisset, *Quæ vocatur sterilis?* Plane per omnia deducebat eam ad credendum annuntiationi : propterea et tempus dixit, et naturæ sterilitatem : propterea et tempus distulit conceptionis. Non enim statim a principio ei annuntiatum est, sed præterito tempore semestri, ut uteri sarcina conceptionem doceret. Et vide quanta Gabriel utitur solertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Sarram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quare et quam ob causam? Nam hæ quoque fuerunt steriles, et vetulæ, et magnum miraculum in illis fuit : sed quia omnes hæ narrationes antiquæ erant, adducit eam ad id quod nuper contigerat, ut mentem ejus ad credendum provocaret. Sed necessarium est ut ad institutum sermonem redeamus, et significemus justi virtutem, et quomodo precibus sterilitatem Rebeccæ solverit, et vincula naturæ superaverit. 21. *Deprecabatur autem,* dicit, *pro Rebecca uxore sua, quoniam sterilis erat, et exaudivit eum Deus.* Non quia mox ita subditur et scriptum est, putes eum e vestigio et protinus assequutum esse quod optabat et quærebat. Nam viginti annis perseveravit orans et deprecans Deum, et tunc tandem assequutus est quod desiderabat. Et unde sciemus hoc? Si diligenter percurramus quæ in divina Scriptura continentur. Non enim tempus nobis absconditum est, sed signavit quidem, latenter tamen, ita ut provocet desiderium nostrum, et ad dignam inquisitionem incitet. Nam sicut docuit nos annorum numerum quem habuit quando Rebeccam duxit, ita et hoc nobis palam fecit. *Erat* enim, inquit, *Isaac annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuëlis Syri.* Didicisti diligenter tempus. Deinde postquam dixit : *Deprecatus est Isaac pro uxore sua, quia sterilis erat,* ut discamus annorum numerum, assignavit nobis quot annorum fuerit Isaac quando nati sunt ei filii de Rebecca. 26. *Erat enim Isaac,* inquit, *annorum sexaginta, quando peperit Rebecca.* Si igitur quadraginta annorum erat quando illam

Luc I. 36.

Viginti annis perseverat orans Isaac.

[a] [Ἀνέμνησεν αὐτήν rescribendum est cum Saviliano textu supra T. III, p. 351, A, 3, ubi error Editionis Montf. αὐτῆς in Nostra remanserat.]

[c] [Coisl. omittit ὅσον ἦν.]

duxit, sexaginta autem quando peperit uxor, manifestum est eum annis viginti perseverasse orantem Deum, et uterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecisse. Vidistis orationis vim, quomodo et naturam ipsam superet? Hunc omnes imitemur, et ita in precibus simus assidui, animoque sobrii et humiles : audiamusque Paulum admonentem et dicentem : *Levantes sanctas manus absque ira et disceptationibus:* et studeamus semper liberari a perturbatione, ut mens sit in tranquillo, maxime autem precum tempore, quando multa nobis opus est a Deo benignitate. Nam si nos viderit precari secundum leges ab se positas, statim nobis donorum suorum largitatem liberaliter concedet : quod nobis assequi liceat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri sit gloria, honor, imperium, simul et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Moralis epilogus.

1. *Tim.* 2. 8.

ποιίαν διήγειρεν. [a]Εἴδετε εὐχῆς δύναμιν, πῶς καὶ αὐτῆς περιγενέσθαι τῆς φύσεως ἴσχυσε; Τοῦτον καὶ C ἡμεῖς πάντες μιμώμεθα, καὶ οὕτω ταῖς εὐχαῖς προσεδρεύωμεν μετὰ νηφούσης ψυχῆς, μετὰ κατεσταλμένης διανοίας· καὶ ἀκούσωμεν Παύλου παραινοῦντος καὶ λέγοντος· Ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ· καὶ σπουδάσωμεν πάντοτε μὲν ἀπηλλάχθαι ταραχῆς, καὶ ἐν γαλήνῃ ἔχειν τὸν λογισμὸν, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς, ὅτε πολλῆς ἡμῖν χρεία τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Ἐὰν γὰρ ἴδῃ κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κειμένους νόμους ταύτην ἡμᾶς ποιουμένους, ταχεῖαν ἡμῖν τῶν παρ' ἑαυτοῦ δωρεῶν χαρίζεται τὴν φιλοτιμίαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τῶ D Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA L.

ΟΜΙΛΙΑ ν'.

[1]*Gen.* 25. 21. 22. Concepit autem Rebecca, et colludebant parvuli in illa.

Ἐν γαστρὶ δὲ ἔλαβεν ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἐσκίρτων τὰ παιδία ἐν αὐτῇ.

1. Vultis etiam hodie apponamus caritati vestræ ea quæ in lectione hesterna relicta sunt? Ad finem enim perducere totum argumentum nequivimus; sed ostendimus per assiduas preces Isaac potuisse Rebeccæ vulvam filiorum generationi reddere idoneam, naturamque ipsam inutilem factam, ut ita dicam, reparare : hæc omnia heri satis vos docuimus, monstrantes annorum numerum, quibus, ut hoc impetraret beatus ille, orans et deprecans permansit : et in sermonem de sterilibus egressi, dicta vobis causa propter quam justorum illorum uxores steriles fuere, sermonem missum fecimus. Operæ pretium autem est nos hodie discere Rebeccæ religiosam mentem, ut non solum nobis a virtute justi lucrum accedat, sed etiam ex historia quæ Rebeccam respicit, ad æmulationem provocare possimus auditores. Postquam enim Deus exaudivit orationem justi, 21. *Et uterum gessit Rebecca,* 22. *colludebant,* inquit, *pueri in ea,* et magno eam dolore afficiebant. *Dixit* enim, inquit, *Si sic mihi futurum sit, cur mihi hoc?* Neque enim unus erat nasciturus, sed duos simul in utero

Βούλεσθε σήμερον τὰ λείψανα τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων ἀποδῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ; Οὐδὲ γὰρ ἅπασαν τὴν ὑπόθεσιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν ἠδυνήθημεν· ἀλλ' ὅτι διὰ τῆς οἰκείας εὐχῆς καὶ τῆς πολλῆς προσεδρίας ἴσχυσεν ὁ Ἰσαὰκ τὴν μήτραν τῆς Ῥεβέκκας πρὸς παιδοποιίαν διεγεῖραι, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν πεπηρωμένην, ὡς εἰπεῖν, διανοῖξαι, [b]ταῦτα ἅπαντα χθὲς ἱκανῶς ὑμᾶς ἐδιδάξαμεν, δείξαντες τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν, ὃν δεόμενος καὶ ἱκετεύων τὸν Θεὸν διετέλεσεν ὑπὲρ τούτου ὁ μακάριος ἐκεῖνος· καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν στειρῶν λόγον ἐξελθόντες, καὶ τὴν αἰτίαν ὑμῖν εἰ- 496 πόντες, δι' ἣν αἱ τῶν δικαίων ἐκείνων γαμεταὶ στεῖραι A γεγόνασιν, ἐνταῦθα κατελύσαμεν τὸν λόγον. Δεῖ δὲ σήμερον ἡμᾶς μαθεῖν καὶ τῆς Ῥεβέκκας τὸ φιλόθεον, ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς κερδάνωμεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ῥεβέκκαν διηγήσεως εἰς ζῆλον διεγεῖραι δυνηθῶμεν τοὺς ἀκούοντας. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσεν ὁ Θεὸς τῆς τοῦ δικαίου προσευχῆς, Καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἡ Ῥεβέκκα, ἐσκίρτων, φησὶ, τὰ παιδία ἐν αὐτῇ, καὶ πολὺν αὐτῇ πόνον αἱ ὠδῖνες παρεῖχον. Εἶπε γάρ, φησὶν, εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο; Οὐδὲ γὰρ εἷς ἦν ὁ μέλλων τίκτεσθαι, ἀλλὰ δύο [a]κατ' αὐτὸ ἐν τῇ γαστρὶ παιδία

[a] Huc desinit locus ille hinc, ut putatur, a Chrysostomo excerptus in Homilia de non evulgandis fratrum peccatis.

[b] [Coisl. ταῦτα δὲ ἅπ.]

[a] [Coisl. κατὰ ταὐτό.]

facit ut per inimicos celebrentur servi Dei. Et qui cum furore accendi jusserat fornacem illam, quoniam vidit per supernum auxilium puerorum virtutem ignis actionem vincere, repente mutatus clamavit dicens : *Servi Dei excelsi*. Vide, non solum illos excelsos prædicat, sed et Dominum universorum : *Servi* enim, inquit, *Dei excelsi, egredimini*. Quid factum est? nonne tu eos tormento tradidisti? nonne tu in tantum fornacem accendi præcepisti? Profecto, inquit, sed nunc video res admirabiles et novas. Elementum enim hoc suæ operationis oblitum, quasi vinculis quibusdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, ut neque contingeret illorum capillos. Unde videre possumus id factum supra humanam naturam esse, et ineffabilem quamdam ac divinam vim hæc operari, tantamque puerorum habere providentiam. Vidisti Dei misericordiam, quomodo numquam derelinquens servos suos, permittit in fornacem injici; sed eos volens clariores facere, et suam virtutem demonstrare, barbari demulsit animum et tantam tolerantiam ostendit? Neque enim tam admirabile erat, si a principio prohibuisset eos in caminum injici : sicuti nunc admirabilius et rarius factum est, cum in medio ignis exsistentes, nihil insuave pati permittit. Nam quando vult, etiam eos qui in mediis sunt periculis et pœnis, potentiores facit : et eos qui patiuntur, iis qui illos affligunt superiores reddit. Hoc et in apostolis factum est. Nam qui eos urgebant et adducebant in medium, et quasi dentibus adversus eos fremebant, inter se dicebant : *Quid faciemus viris istis?* in manibus illos habebant, et dubitabant secum, quid de eis facerent. Tanta, tamque valida res est virtus, tamque imbecillis malitia, ut illa quidem, licet patiatur, vincat, hæc vero et si quid agat, nihil aliud proficiat, quam quod suam prodat infirmitatem. Id scientes, dilecti, magnam virtutis habeamus rationem, et vitia fugiamus : ita enim et supernam gratiam nobis conciliabimus, et futura consequemur bona: quæ nobis omnibus eveniant, grátia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui sit, cum Patre et Spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Act. 4. 16.

Virtus valida res, malitia imbecillis.

Moralis exhortatio.

HOMILIA LII.

ΟΜΙΛΙΑ νβ'.

Gen. 26. 12. Seminavit autem Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo.

C Ἔσπειρε δὲ Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστεύουσαν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ.

Reliquias heri dictorum operæ pretium est hodie reddere vestræ caritati, et repetita sermonis serie iterum videre quantam justus Isaac supernam providentiam sit assequutus. Nam qui ei prohibuerat descensum in Ægyptum, et dixerat: *Habita in terra hac, et ero tecum:* ille in omnibus tam clarum eum fecit, ut non multo post invidiam moveret regis Gerarorum. Videntes enim ejus substantiam quotidie augeri, metu affecti sunt quod ibi secum habitaret, et transmigrare inde coegerunt. Dignum autem est, ut ipsa Scripturæ verba audiamus, ut per omnia videamus Dei benevolentiam, quam erga famulos suos declarat. 12. *Seminavit autem,* inquit, *Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo.* Vide mihi, obsecro, Dei sapientiam: ut ostendat justo se naturæ conditorem esse, et in rebus difficilibus facilia omnia facere posse: ac qui ab initio terram suo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idem nunc efficiat ut centuplices reddat pro satis manipulos: simul illum in tanta affluentia constituens, ut nullius indigeat: atque alios per opera docens, quanta superna gratia justus fruatur. Omnipotens enim et sapiens Deus per res easdem frequenter benefacit suis; et curat etiam ut ii quoque qui adhuc in errore versantur, suam virtutem et potentiam addiscant. Hoc postea et in Ægypto fecit: illis enim pœnas irrogabat, Israëlitas vero illæsos conservabat. Discebant enim, non solum per indignationem Dei, qua ipsi puniebantur, omnium Opificis virtutem, sed etiam per sollicitudinem quam in illos exhibebat. Et iterum non ex sola providentia et sollicitudine, quam experiebantur, discebant ingentem Dei bonitatem: sed etiam per eos quibus quotidie videbant tot plagas irrogari. Per eadem enim opera et suis, et adversariis indicabat suæ potentiæ magnitudinem. Nam elementa ipsa suum ministerium et obsequium conservis demonstrant, quando benevole Dominus erga illos afficitur. Et hoc utique viderit quis huic justo contingere. Id enim quod alioqui natura terræ non habuit, hoc propter mandatum uni-

Τὰ λείψανα τῶν χθὲς εἰρημένων ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τοῦ λόγου τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαβόντας ἰδεῖν πάλιν τὸν δίκαιον Ἰσαὰκ, ὅσης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν κηδεμονίας. Ὁ γὰρ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον αὐτοῦ διακωλύσας, καὶ εἰπὼν, Παροίκει ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ, οὕτως αὐτὸν διὰ πάντων περιφανῆ καθίστησιν, D ὡς μετ' οὐ πολὺ ἐπίφθονον αὐτὸν γενέσθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ Γεράρων. Ὁρῶντες γὰρ αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξανομένην τὴν εὐπορίαν, ἐδεδοίκεισαν λοιπὸν τοῦ ἀνδρὸς τὴν αὐτόθι κατοίκησιν, καὶ μεταναστῆναι ἐκεῖθεν καταναγκάζουσιν. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν ῥημάτων τῆς θείας Γραφῆς, ἵνα διὰ πάντων θεασώμεθα τοῦ Θεοῦ τὴν εὔνοιαν, ἣν περὶ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἐπιδείκνυται. Ἔσπειρε δὲ, φησὶν, Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστεύουσαν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ. Σκόπει μοι τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν· ἵνα δείξῃ τῷ δικαίῳ ὅτι δημιουργὸς ὢν E τῆς φύσεως, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον παρασχεῖν δύναται, καὶ ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς τὴν γῆν τῷ οἰκείῳ προστάγματι διήγειρε πρὸς τὴν τῶν καρπῶν βλάστην, * παρασκευάσας τὸν δίκαιον ἑκατονταπλασίονα τῶν ὑπ' αὐτοῦ [a] σπαρέντων ἐπὶ τῆς γῆς κομίσασθαι τὰ δράγματα, ὁμοῦ καὶ αὐτὸν ἐν πλείονι καθιστὰς εὐπορίᾳ, τῷ μηδενὸς ἐν χρείᾳ γενέσθαι, κἀκείνους διὰ τῶν ἔργων διδάσκων, ὅσης ὁ δίκαιος ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Εὐμήχανος γὰρ ὢν καὶ σοφὸς, διὰ τῶν αὐτῶν πολλάκις πραγμάτων καὶ τοὺς οἰκείους εὐεργετεῖ, καὶ τοὺς ἔτι πεπλανημένους διδάσκεσθαι παρασκευάζει τῆς οἰκείας προνοίας τὴν δύναμιν. Τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν Αἴγυπτον εἰργάσατο, ἐκείC νοις μὲν τὰς τιμωρίας ἐπαγαγὼν, τὸν δὲ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπαθῆ διαφυλάττων. Ἐμάνθανον γὰρ οὐ μόνον διὰ τῆς κατ' αὐτῶν ἀγαναικτήσεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ καὶ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς προνοίας τῆς εἰς ἐκείνους. Καὶ οὗτοι πάλιν οὐκ ἐκ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας καὶ κηδεμονίας μόνον ἐδιδάσκοντο τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ αὐτοὺς φιλανθρωπίαν, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐκείνους ἑώρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰς πληγὰς δεχομένους. Καὶ διὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἐναντίοις B ἐδείκνυ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολήν. Καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὴν παρ' ἑαυτῶν διακονίαν καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυται τοῖς ὁμοδούλοις, ὅταν ὁ Δεσπό-

* [Savil. in marg. conj. παρεσκεύασε.]

[a] Quinque Mss. σπαρέντων παρὰ τῆς γῆς.

της εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτοὺς[a] διακέηται. Καὶ τοῦτο ἄν τις θεάσοιτο γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου. Ὅπερ ἄλλοτε ἡ φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπεδείξατο, τοῦτο διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ νῦν ἐπιδείκνυται, καὶ τοσαύτην ἤνεγκε τὴν φορὰν, ὡς ἀθρόον ἐν περιουσίᾳ πολλῇ καταστῆναι τὸν Ἰσαάκ. Εὐλόγησε γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ προβαίνων μείζων [b]ἐγίνετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα. Ἐπειδὴ γὰρ τότε ἐν τούτοις ἦν τὰ τῆς εὐπορίας τοῖς δικαίοις, ἐν τῇ τῆς γῆς εὐπορίᾳ καὶ ἐν τῷ τῶν θρεμμάτων πλήθει, διὰ τοῦτό φησιν, Εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ ὑψώθη C ὁ ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ, εὔπορος ἐγένετο· καὶ οὐχ ἁπλῶς εὔπορος, ἀλλὰ καὶ Μείζων, φησὶν, ἐγίνετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα. Ἐννόησον γὰρ ὅσον ἦν, ἑκατονταπλασίονα τῶν παρ' αὐτοῦ καταβαλλομένων ὑποδέχεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτό σοι μέγα φαίνεται, σκόπει τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἣν τοῦ χρόνου προϊόντος περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο. Τοῖς γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὴν ἀρετὴν μετιοῦσιν οὐ μόνον ἑκατονταπλασίονα ἐνταῦθα παρέχειν ὑπισχνεῖται, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰς ἀπόλαυσιν. Εἶδες φιλοτιμίαν Δεσπότου; εἶδες ἐπίτασιν εὐεργεσίας; εἶδες πόσον ἡμῖν κεχάρισται ἡ D τοῦ Μονογενοῦς παρουσία; ὅπως ἀφάτων τῶν πραγμάτων τὴν ἐναλλαγὴν εἰργάσατο; Ταῦτα τοίνυν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν λογιζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν διαφορὰν, καὶ τίνα μὲν ἦν, ἃ τοῖς πρὸ τῆς χάριτος παρέχειν ὑπισχνεῖται, τίνα δὲ μετὰ τὴν χάριν, δοξαζέτω κἀν τούτῳ τὴν ἄπειρον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ τῇ τῶν καιρῶν ἐναλλαγῇ τὸ πᾶν ἐπιγραφέτω. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανελθεῖν δίκαιον, καὶ ἰδεῖν ὅπως οἱ ἐν Γεράροις ὁρῶντες τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν εὐπορίαν, εἰς ζῆλον διηγέρθησαν, καὶ ἀπελαύνειν αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐπεχείρουν. Ἐζήλωσαν γὰρ, φησὶν, αὐτὸν οἱ Φυλιστιείμ. Εἶτα δεῖξαι βουλομένη ἡ θεία Γραφὴ, ἐν E τίνι τὸν ζῆλον ἐπεδείκνυντο, ἐπήγαγε. Καὶ πάντα ἃ ὤρυξαν φρέατα οἱ παῖδες ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐνέφραξαν αὐτὰ, καὶ ἐνέπλησαν γῆς. Σκόπει πόση τῶν αὐτόθι ἡ κακία, ὡς καὶ τῶν ὑδάτων φθονῆσαι τῷ δικαίῳ, καὶ οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ ἐν τοσαύτῃ περιουσίᾳ καθεστὼς κατασχεῖν [c]τὸν φθόνον ἴσχυσεν, ἀλλά φησιν· Ἄπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένου σφόδρα. Πολλὴ ἡ ἀγνωμοσύνη. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; μὴ γὰρ ἐλυμήνατό τι τοῖς A σοῖς; μὴ γὰρ ἠδίκησέ τι; Ἀλλὰ τοιοῦτον ὁ φθόνος· οὐδὲν μετὰ λογισμοῦ διαπράττεται. Δέον γὰρ αὐτὸν θεασάμενον τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαύοντα τὸν δίκαιον παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, μᾶλλον περιέπειν, μᾶλλον

versorum Dei nunc profert tanta ubertate, ut repente valde opibus abundans effectus sit Isaac. *Benedixit enim*, inquit, *eum Deus*, 13. *et exaltatus est homo, et procedens major fiebat, donec magnus factus est valde.* Nam quia tunc abundantia justorum erat in fertilitate terræ, et in multitudine pecorum : propterea dicit, *Benedixit eum Deus, et exaltatus est homo*, id est, abundavit : et non simpliciter abundavit, sed et *Major*, inquit, *fiebat donec magnus factus est valde.* Considera enim quantum sit, pro iis quæ seminabat centuplum accipere. Quod si hoc tibi magnum videtur, considera immensam Dei clementiam, quam processu temporis erga nos declaravit. Iis enim qui post ejus adventum virtutem exercent, non solum centuplum hic promittit, sed et vitam æternam, et regni cælorum possessionem. Vidisti liberalitatem Domini? vidisti beneficentiæ augmentum? vidisti quantum nobis largitus est unigeniti Filii Dei adventus? quomodo ineffabilem rerum commutationem operatus est? Hæc igitur unusquisque apud se expendens, et videns differentiam inter ea quæ illis ante gratiæ tempus promitti solebant, et ea quæ nunc post gratiæ tempus, glorificet etiam in hoc immensam ejus misericordiam, et ne temporum mutationi totum adscribat. At par est ut ad seriem sermonis redeamus, ut videamus quomodo Gerareni videntes affluere justo opes, in æmulationem provocati abigere eum inde conati sunt. 14. *Æmulati sunt enim eum*, inquit, *Phylistiim.* Deinde monstrare volens Scriptura divina, in quo æmulationem declararunt, subdidit : 15. *Et omnes puteos, quos effoderunt servi tempore patris ejus, obturaverunt, et impleverunt terra.* Considera quanta illorum incolarum malitia, qui et aquas justo invident : neque rex, qui in tanta potestate erat, invidiam continere potuit; sed dicit : 16. *Abi a nobis, quia potentior nobis factus es valde.* Magna malevolentia. Cujus gratia abigis justum? num aliqua in re tibi nocuit? num injuriam intulit? Sed ita se habet invidia; nihil cum ratione operatur. Cum enim oportuisset eum, quem videbat tanta omnium Dei benevolentia fruentem, magis fovere et colere, ut honore in illum collato, etiam ipse divinum sibi favorem conciliaret : ille non

Invidia Gerarenorum, quanta.

[a] Alii διάκειται.

[b] [Coisl. ἐγίνετο pro ἐγένετο Editionum, sic etiam Cod. Vatic., Alex. autem bis ἐγίνετο. Infra tamen nil variat Coisl.]

[c] Quatuor Mss. τὸν ψόγον.

solum hoc non facit, sed expellere tentat ac dicit : 16. *Abi a nobis, quia multo potentior factus quam nos sumus.* Ita agere solet invidentia; non potest benigne videre aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat infelicitatem, et tabescit bonis proximi : id quod et hic accidit. Rex enim, sub cujus potestate tota civitas erat, et habens omnes sub manu sua, peregrino, vago, huc et illuc migranti dicit : *Abi a nobis, quia potentior factus es, quam nos sumus.* Et vere potentior erat, supernum præsidium habens in omnibus, dexteraque Dei munitus. Quo igitur abigis justum? ignoras quod quocumque eum ire coegeris, semper erit in iis quæ Domini sui sunt? non docuit te rerum experientia, Dei manum esse, quæ illustrem facit et conservat justum? Quare igitur abigendo justum, erga Dominum ejus te ingratum declaras? et neque magna viri mansuetudo tuam domare potuit invidiam, sed victus a morbo, invidiam opere comples, et iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit? Nescis quod licet in ipsissimam solitudinem eum fugaris, habet tamen ita solertem Dominum, ut se vel illic versantem multo clariorem reddere possit? Nihil enim robustius eo qui fruitur superno præsidio : sicut nihil infirmius eo qui tali auxilio destituitur.

θεραπεύειν, ἵνα διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον τιμῆς ἐπισπάσηται καὶ αὐτὸς τὴν ἄνωθεν ῥοπήν· ὁ δὲ οὐ μόνον τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀπελαύνειν ἐπιχειρεῖ, καί φησι· Ἄπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένου σφόδρα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ βασκανία· οὐκ ἀνέχεται πράως τὴν ἑτέρων εὐπραγίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ πλησίον εὐημερίαν οἰκείαν δυσπραγίαν εἶναι νομίζει, καὶ τήκεται τοῖς τοῦ πλησίον ἀγαθοῖς· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, ὁ τῆς πόλεως ἁπάσης τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντας ὑπὸ τὴν ἀπειλὴν τὴν ἑαυτοῦ ἔχων, τῷ ξένῳ, τῷ ἀλήτῃ, καὶ ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κἀκεῖθεν ὧδε μετανισταμένῳ φησίν· Ἄπελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένου σφόδρα. Καὶ ἀληθῶς δυνατώτερος ἦν, τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἔχων ἐν ἅπασι, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς φρουρούμενος. Ποῦ τοίνυν ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; οὐκ οἶσθα ὅτι, ὅπου ἂν αὐτὸν ἀπελθεῖν συμβαίνῃ, ἐν τοῖς τοῦ Δεσπότου τοῦ ἑαυτοῦ εἶναι αὐτὸν ἀνάγκη; οὐκ ἐπαίδευσέ σε τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ἐστιν, ἡ περιφανῆ τὸν δίκαιον καθιστῶσα; Τίνος οὖν ἕνεκεν δι' ὧν τὸν δίκαιον ἀπελαύνεις, τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσαι, καὶ οὐδὲ ἡ πολλὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιείκεια περιγενέσθαι ἠδυνήθη τῆς βασκανίας τῆς σῆς, ἀλλ' ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπεύδεις τὸν φθόνον, καὶ πάλιν μετανάστην γενέσθαι παρασκευάζεις τὸν οὐδέν σε ἠδικηκότα; Οὐκ οἶδας ὅτι κἂν εἰς αὐτὴν τὴν ἔρημον ἀπελθεῖν καταναγκάσῃς, οὕτως εὐμήχανον ἔχει Δεσπότην, ὡς κἀκεῖ γενόμενον, πολλῷ πλέον περιφανέστερον αὐτὸν ἀποδεῖξαι; Οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον τοῦ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντος, ὥσπερ οὐδὲν ἀσθενέστερον τοῦ τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας ἠρημωμένου.

Nihil robustius eo quem Deus juvat.

2. Vidisti, dilecte, et regis Gerarorum, et omnium qui ibi habitabant mentis malitiam? Vide et justi magnam mansuetudinem, quomodo non superbivit, neque videns reipsa divinam sibi gratiam assistere, contra regem, fretus commilitantis virtute, insurrexit : sed quasi vir omni patrocinio carens, et nullum auxilium alicunde exspectans, multa cum mansuetudine, ne verbis quidem resistens, faciebat quod sibi a rege præcipiebatur, et statim illinc discessit : et ulterius progressus, repressit ægritudinis flammam, simul et eximiam suam mansuetudinem declarans, et illius perturbatum animum mitigans. 17. *Et abiit inde, et habitavit in valle Gerarorum.* Et id quod discipulis suis omnibus Christus adveniens præcipit, dicens : *Quando persequentur vos, fugite in alium locum :* hoc ille jam operibus exhibebat. Et sicut David

Matth. 10. 23.

Εἶδες, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦ βασιλέως Γεράρων καὶ πάντων τῶν αὐτόθι οἰκούντων τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν; Ὅρα καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, πῶς οὐκ ἐφρόνησε μέγα, οὐδὲ ὁρῶν διὰ τῶν πραγμάτων πολλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ῥοπὴν περὶ αὐτὸν γινομένην, κατεξανέστη τοῦ βασιλέως, τῇ τοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ δυνάμει πεποιθώς· ἀλλὰ καθάπερ τις ἀνὴρ, [a] καὶ ἀπροστάτευτος, καὶ οὐδαμόθεν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων βοηθείας, οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας, οὐδὲ μέχρι λόγων ἀντιτείνας τῷ βασιλεῖ, ἐποίει τὸ παρ' αὐτοῦ κελευόμενον, καὶ εὐθέως ἐκεῖθεν ἀπανίστατο, καὶ ποῤῥωτέρω γενόμενος, κατέστελλε τοῦ πάθους τὴν φλόγα, ὁμοῦ καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος, κἀκείνου τὸ πάθος παραμυθούμενος. Καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ κατῴκησεν ἐν τῇ φάραγγι Γεράρων. Καὶ ὅπερ ὁ Χριστὸς παραγενόμενος τοῖς μαθηταῖς ἐνετέλλετο λέγων, Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε ἑτέρωθι, τοῦτο καὶ οὗτος ἤδη

[a] [Coisl om. καὶ.]

διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρου. Καὶ καθάπερ Δαυὶδ τοῦ Σαοὺλ τὸν πολὺν φθόνον καταστέλλων, διὰ τῆς ἀναχωρήσεως ἑαυτὸν ὑπεξάγων, ἐκείνου τὴν πολλὴν παρεμυθεῖτο φλεγμονήν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ἐπλήρου τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο λόγιον, Δότε τόπον τῇ ὀργῇ· καὶ καταλιπὼν τὴν πόλιν ἐξῆλθε, φησὶν, ἐν τῇ φάραγγι. Ἀλλ' ὅρα αὐτὸν κἀκεῖ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας τὴν ἔνστασιν ἐνδεικνύμενον. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου ἔστη τὰ δεινὰ, ἀλλὰ κἀκεῖ γενομένῳ καὶ τὰ φρέατα ἀνορύξαι βουλομένῳ μάχεσθαι ἐπεχείρουν. Ὤρυξε γὰρ, φησὶ, τὰ φρέατα, ἅπερ ἦσαν οἱ παῖδες τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεποιηκότες, καὶ ἐνέφραξαν αὐτὰ οἱ Φυλιστιεὶμ, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς τὰ ὀνόματα, ἅπερ ἦν ὁ πατὴρ ἐπιθείς. Καὶ ὤρυξαν, φησὶν, οἱ παῖδες Ἰσαὰκ, καὶ εὗρον φρέαρ ὕδατος ζῶντος, ἀντὶ τοῦ, κάτωθεν ἀναβλύζοντος. Καὶ ἐμαχέσαντο οἱ ποιμένες Γεράρων, φάσκοντες αὐτῶν εἶναι τὸ ὕδωρ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα φιλονεικεῖ ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἀντιτείνει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ποιμέσι παραχωρεῖ. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἐπιείκεια, οὐχ ὅταν τις παρὰ τῶν ἐν δυναστείᾳ ἀδικούμενος φέρῃ πράως, ἀλλ' ὅταν καὶ ὑπὸ τῶν νομιζομένων ὑποδεεστέρων εἶναι ἐπηρεαζόμενος παραχωρῇ· ἐνταῦθα μὲν γὰρ τῇ ἐπιεικείᾳ ἄν τις τὸ πᾶν λογίσαιτο τοῦ ἐπηρεαζομένου· ἐκεῖ δὲ ἴσως τις εἴποι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀντιτείνειν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἠδικηκότος, τὴν ἐπιείκειαν ἐπιδείκνυσθαι. Ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως, οὐ διὰ τὴν ἐκείνου δυναστείαν, ἐπεδείξατο τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλὰ διὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον, ὅρα αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῶν ποιμένων τὸ αὐτὸ ποιοῦντα. Καὶ καθάπερ ἐκεῖνος ἔλεγεν, Ἄπελθε ἀφ' ἡμῶν, καὶ εὐθέως, καθάπερ ἐπίταγμα δεχόμενος, ὑπανεχώρει· οὕτω καὶ νῦν, τῶν ποιμένων ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων, καὶ τὸ φρέαρ οἰκειουμένων, παραχωρεῖ. Καὶ ἵνα διηνεκὴς ᾖ τοῖς μετὰ ταῦτα ἡ γνῶσις τῆς ἀδικίας, ὄνομα ἐπιτίθησι τῷ φρέατι ἐκ τοῦ συμβεβηκότος. Ἐπειδὴ γὰρ φανερὰν ἐπεδείξαντο τὴν ἀδικίαν, Ἐκάλεσε, φησὶ, τὸ ὄνομα [a]τοῦ φρέατος, τόπου ἀδικία. Καὶ ἦν λοιπὸν καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου διδασκαλία τοῖς ἔξῆς καὶ τῆς τοῦ δικαίου ἐπιεικείας, καὶ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ τόπου ἕκαστον παρεσκεύαζε τὴν αἰτίαν τῆς προσηγορίας μανθάνοντα γινώσκειν τοῦ μὲν τὴν ἀρετὴν, [b]τῶν δὲ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν. Καὶ σκόπει πῶς καὶ οὗτος ἐπιτείνει τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, διὰ πάντων ἐπιδεικνὺς ἑαυτοῦ τὴν ἐπιείκειαν, κἀκεῖνοι τῇ ὑπερβολῇ τῆς κακίας λαμπρὸν καὶ ἄκοντες πειρῶνται τὸν δίκαιον ἀποφαίνειν. Οὐδὲ γὰρ ἀρκεσθέντες, πάλιν ἕτερον ὀρύξαντι φρέαρ ἐπιτίθενται. Ἀπάρας γὰρ, φησὶν, ἐκεῖθεν, ὤρυξε φρέαρ ἕτερον· ἐκρίνοντο

Saülis magnam invidiam reprimebat, secedens et subducens se, et illius refrigerabat ardorem : eodem sane modo et justus ille apostolicum illud implebat : *Date locum iræ :* et relicta civitate, exiit in vallem. Cæterum vide quantam illic iterum mansuetudinem præ se tulit. Neque enim hic finis fuit molestiarum : nam cum etiam illic esset, et fontes effodere vellet, rixas moverunt. 18. *Fodit* enim, inquit, *puteos, quos ante pueri patris ejus fecerant, et obturaverunt Phylistiim, et imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat.* 19. *Et foderunt,* inquit, *pueri Isaac, et inveherunt puteum aquæ viventis* : hoc est, subtus scaturientis. 20. *Et litigaverunt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas.* Hic quoque nihil contendit justus, neque obluctatur, sed etiam pastoribus cedit. Hæc enim vere mansuetudo est, non quando quis offensus a potentioribus mansuete fert : sed quando quis ab iis etiam qui inferiores putantur offensus cedit : tunc enim ejus qui invaditur mansuetudini totum adscribitur : nam alias diceret quis, eum mansuetudinem simulasse, quia non posset potentiæ offendentis resistere. Sed ut discas eum regi cessisse, non propter potentiam ejus, sed suo more agentem : vide quomodo idem apud pastores faciat. Et sicut ille dicebat, *Recede a nobis :* et statim, quasi accepto mandato, abscessit : ita et nunc, pastoribus lædere cupientibus, et puteum sibi vindicantibus, recedit. Atque ut perpetuo hanc injustitiam scirent posteri, nomen imponit puteo ex eo quod acciderat. Enimvero quia manifestam admiserant injustitiam, *Vocavit nomen putei, Loci injustitia.* Et erat postea, quasi in columna ærea, posteris nomen loci doctrina et mansuetudinis justi, et iniquitatis illorum. Nomen enim loci faciebat, ut quisquis rogaret quarenam sic vocaretur, disceret et hujus virtutem, et ingentem illorum malitiam. Animadverte, quæso, quomodo etiam hic suam augeat virtutem, per omnia mansuetudinem suam exhibens, et illi ingenti nequitia, etiam inviti justum illustriorem reddere satagant. Neque enim contenti iis quæ fecerant, postquam alium effoderunt puteum, iterum instant, rixamque movent. 21. *Profectus* enim, inquit, *illinc, fodit puteum alium : litigabant autem etiam de illo, et nominavit eum, Inimicitias.* Hic iterum animadverte ju-

1. *Reg.* 19.

Rom. 12. 19.

Mansuetudo vera quæ?

[a] [Coisl. τοῦ φρέατος τοῦ τόπου, ἀδ. Savil. τόπου uncis inclusit, deestque in Bibl.]

[b] [Dedimus τῶν δέ cum Coisl. quod in marg. conjecerat Savil. Edit. τοῦ δέ.]

sti prudentiam. Non omnino puteum, ut videtur, abstulerunt, sed contendebant : et visa manifesta injustitia, discesserunt. Propterea Inimicitias cum appellavit, quod inimicitiarum fuisset occasio. Cæterum quotidie propemodum talia ferens ab iis qui regionem incolebant, non gravatim tulit, non abjecto fuit animo, non cogitavit secum, neque dixit : Ecce ne puteorum quidem ut sim dominus, mihi datur : an non superno auxilio destitutus sum? an non Dominus abjecta cura mei oblitus est? Nihil ejusmodi vel dixit vel cogitavit : sed omnia magna cum mansuetudine toleravit, et idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori divino auxilio adjuvaretur. Nam hæc quæ evenerunt, exercitatio, ut ita dicam, virtutis justi fuere. Dicit enim : 22. *Profectus illinc, fodit puteum alium, et non contenderunt super illo : et agnominavit nomen ejus, Latitudinem, dicens : Quia nunc dilatavit nos Dominus, et crescere nos fecit super terram.*

Patientia Isaaci.

3. Vide gratum animum justi. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non ægre tulit, non obluctatus est: sed in sola puteorum appellatione malitiæ illorum indelebilem reliquit memoriam. Hic vero quia nulla fuerunt obstacula, sed cum omni libertate laboribus suis frui licuit, totum tribuit Deo. *Vocavit* enim, inquit, *puteum illum, Latitudinem* : et deinde interpretatus vocabulum, dicit : Propter hoc latitudinem voco, *Quia dilatavit Dominus et auxit nos super terram*. Vidisti piam mentem, quomodo non facta mentione tantarum difficultatum quæ obstiterant, bonorum tantum meminit, et pro illis gratias Deo agit, et dicit : *Quia dilatavit Dominus nos, et auxit nos super terram ?* Nihil enim tam acceptum Deo, ut anima grata et gratias agens. Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur, sive velimus sive nolimus, sive ea sciamus sive ignoremus, nihil tamen aliud a nobis exigit, quam ut habeamus gratiam pro iis quæ nobis concessa sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda provocetur. Hoc ut scias, vide quomodo justus ille grati admodum animi causa denuo supernum meruerit visum. Nam quoniam condignum suæ virtutis specimen exhibuerat, et apud Gerarenos, et cum rex eum expelleret, et cum pastores puteos auferrent : benignus Dominus veluti confirmaturus ejus alacritatem, jam ob insignem illam mansuetudinem eum acce-

Deus exigit ut gratias agamus.

δὲ καὶ περὶ ἐκείνου, καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὸ, ἐχθρία. Σκόπει πάλιν τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν. Ἐνταῦθα οὐ πάντῃ, ὡς ἔοικε, τὸ φρέαρ ἀφείλοντο, ἀλλὰ διαμαχεσάμενοι, καὶ πρὸς τὸ προφανὲς τῆς ἀδικίας ὁρῶντες ἀπέστησαν. Διὰ τοῦτο ἐχθρίαν αὐτὸ προσηγόρευσεν, ἐπειδὴ ἔχθρας ὑπόθεσις κατέστη. Καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τοιαῦτα ὑπομένων, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ μικρόψυχόν τι ἐπεδείξατο, οὐδὲ ἐνενόησε πρὸς ἑαυτὸν, οὐδὲ εἶπεν, ὅτι οὐδὲ μέχρι φρεάτων ἀπολαύειν εἰμὶ κύριος· ἆρα μὴ ἔρημος γέγονα τῆς ἄνωθεν ροπῆς; ἆρα μὴ τῆς προνοίας ἐστέρημαι τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότου; Οὐδὲν τούτων οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ ἐλογίσατο, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας ἀπάσης ἅπαντα ἔφερε. Διὰ τοῦτο καὶ πλείονος ἀπήλαυε τῆς ἄνωθεν συμμαχίας. Ταῦτα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὰ συμβαίνοντα γυμνασία τις ἦν τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς. Ἀπάρας γὰρ, φησὶν, ἐκεῖθεν, ὤρυξε φρέαρ ἕτερον, καὶ οὐκ ἐμαχέσαντο περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, εὐρυχωρία, λέγων, διότι νῦν ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ηὔξησεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς.

509 A

Ὅρα εὐγνωμοσύνην τοῦ δικαίου. Ἡνίκα μὲν τὰ πρότερα φρέατα ἐκεῖνοι παρασπάσασθαι ἐπεχείρησαν, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἀντέτεινεν, ἀλλὰ μόνον τῇ προσηγορίᾳ τῶν φρεάτων ἀνεξάλειπτον τὴν μνήμην τῆς ἐκείνων κακίας ἐναπετίθει. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἐμποδὼν γέγονεν, ἀλλὰ μετὰ ἀδείας πάσης τῶν οἰκείων πόνων ἀπήλαυε, τὸ πᾶν ἀνατίθησι τῷ Θεῷ. Ἐκάλεσε γὰρ αὐτὸ, εὐρυχωρίαν. Εἶτα ἑρμηνεύει αὐτὴν τὴν προσηγορίαν· διὰ τοῦτο, φησὶν, εὐρυχωρίαν, τοῦτο καλῶ, Ὅτι ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ηὔξησεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶδες γνώμην φιλόθεον, πῶς τῶν ἐν μέσῳ δυσχερῶν οὐδεμίαν μνήμην ποιησάμενος, τῶν χρηστῶν μόνον μεμνημένος, ὑπὲρ ἐκείνου τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρει, καί φησιν, Ὅτι ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ηὔξησεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς ἀποδέχεται, ὡς ψυχὴν εὐγνώμονα καὶ εὐχάριστον· καὶ μυρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν

B

ἅπαντας ἡμᾶς εὐεργετῶν καὶ ἑκόντας καὶ ἄκοντας, καὶ εἰδότας καὶ ἀγνοοῦντας, οὐδὲν ἕτερον παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖ, ἢ τὸ χάριτας εἰδέναι αὐτῷ ὑπὲρ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων, ἵνα καὶ ὑπὲρ τούτου αὐτοῦ πάλιν πλείονα τὴν ἀμοιβὴν ἡμῖν παράσχῃ. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅρα τὸν δίκαιον τοῦτον διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐγνωμοσύνην πάλιν τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας ἀξιούμενον· Ἐπειδὴ γὰρ ἀρκοῦσαν βάσανον τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐπεδείξατο ἐπί τε τῶν ἐν Γεράροις, ἐπί τε τοῦ βασιλέως ἀπωθουμένου αὐτὸν, ἐπί τε τῶν ποιμένων παρασπώντων τὰ φρέατα, ὥσπερ νευρῶσαι βουλόμενος αὐτοῦ τὴν προθυμίαν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, καὶ τῆς ἐπιεικείας αὐτὸν ἀποδεχόμενος τῆς πολλῆς, ἐπειδὴ [a] Ἀνέβη

C

D

[a] Savil. et tres Mss. *ἀνέβη ἄνωθεν ἐπί*. Morel. et alii *ἀνέβη ἐκεῖθεν ἐπί*, atque ita legit vetus Interpres.

ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου, ὤφθη αὐτῷ Κύριος ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ εἶπε· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου· μὴ φοβοῦ· μετὰ σοῦ γάρ εἰμι, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα σου. Ὤφθη αὐτῷ, φησὶν, ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ. Σκόπει Θεοῦ κηδεμονίαν. Ἵνα γὰρ αὐτὸν ἀναπτήσηται, καὶ θαῤῥεῖν παρασκευάσῃ, ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καί φησιν· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, ὁ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἐπίδοξον πεποιηκὼς, καὶ ἐν τοσαύτῃ περιφανείᾳ καταστήσας, καὶ ξένον [b]ὄντα περιφανέστερον τῶν ἐγχωρίων ἀπεργασάμενος. Ἐγώ εἰμι ἐκεῖνος ὁ ἐκεῖνον οὕτως αὐξηθῆναι παρασκευάσας, καὶ μεγάλην διὰ πάντων τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ἐπιδειξάμενος. Ἐγώ εἰμι· Μὴ τοίνυν φοβοῦ. Τί ἐστι, Μὴ φοβοῦ; Μή σε ταῦτα ξενιζέτω, τὸ παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐλαθῆναι, τὸ παρὰ τῶν ποιμένων ἀδικηθῆναι. Πολλὰ τοιαῦτα καὶ ὁ πατὴρ ὁ σὸς πέπονθε, καὶ διὰ τούτων λαμπρότερος ἀνεδείχθη. Μὴ τοίνυν ταῦτά σε φοβείτω· Μετὰ σοῦ γάρ εἰμι. Διὰ τοῦτο ταῦτα γίνεσθαι συγχωρῶ, ὁμοῦ καὶ σὲ βουλόμενος διὰ τῆς ἐπιεικείας ἐνδείξασθαι τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, κἀκείνων τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν κατάδηλον ἅπασι γενέσθαι, ἵνα σὲ καὶ ὑπὲρ τούτων στέφανώσω· Μετὰ σοῦ γάρ εἰμι. Δι' ὃ καὶ ἀχείρωτος ἔσῃ, καὶ τῶν πολεμούντων δυνατώτερος, καὶ τῶν ἐπηρεαζόντων ἰσχυρότερος. Καὶ ἡ μὲν παρ' ἐμοῦ πρόνοια καὶ ἐπίφθονόν σε ἐργάσεται· Μετὰ σοῦ γάρ εἰμι, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα σου. Σκόπει Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Εἰπὼν, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ δείξας ὅπως ᾠκειώσατο τὸν πατριάρχην, ὡς καταξιῶσαι Θεὸν ἑαυτὸν καλεῖν Ἀβραὰμ, καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης Δεσπότης καὶ δημιουργὸς ἑνὸς ἀνθρώπου φάσκειν εἶναι Θεὸς, οὐ συγκλείων μέχρι τοῦ πατριάρχου τὴν οἰκείαν δεσποτείαν, ἀλλὰ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν δεικνὺς, οὕτω, φησὶν, αὐτὸν ᾠκειωσάμην, ὡς πάντων τῶν ἄλλων ἀντάξιον ἐκεῖνον ἐμοὶ νομισθῆναι. Δι' ὃ Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα σου. Πολλὰς ὀφείλω τὰς ἀμοιβὰς ἐκείνῳ τῆς εἰς ἐμὲ ὑπακοῆς· δι' ἐκεῖνον οὖν Πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου· ὁμοῦ καὶ παρεθάῤῥυνε τὸν δίκαιον, καὶ διὰ τῆς μνήμης τοῦ πατρὸς εἰς ζῆλον αὐτὸν διήγειρε τοῦ τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι. Εἶτα ἐπειδὴ τοσαῦτα αὐτῷ ἀγαθὰ ὑπέσχετο, Ὠκοδόμησεν ἐκεῖ, φησὶ, θυσιαστήριον, καὶ ἐπεκαλέσατο τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ ἔπηξεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ. Τί ἐστιν, Ὠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον; Τὰς εὐχαριστίας, φησὶν, ἐκεῖ ἀνήνεγκε τῷ Δεσπότῃ, ὑπὲρ ὧν τοσαύτην περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν ἐπεδείξατο. Καὶ ὤρυξαν ἐκεῖ οἱ παῖδες Ἰσαὰκ φρέαρ. Ἐν ἀδείᾳ λοιπὸν

ptum habens : postquam 25. *Ascendit illinc ad puteum juramenti,* 24. *visus est ei Dominus in nocte illa, et dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, ne timeas : tecum enim sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Visus est ei,* inquit, *in nocte illa.* Considera Dei sollicitudinem : ut illum refocillet ac fidentiorem reddat, apparet ei, et dicit : *Ego sum Deus Abraham patris tui,* patrem tuum glorificavi et adeo celebrem reddidi, ac peregrinum advenamque illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hunc ita crescere curavi, et in omnibus curam ejus gessi. Ego sum; *Ne* igitur *timeas.* Quid sibi vult illud, *Ne timeas?* Ne tibi mirum videatur quod ab Abimelech sis expulsus, quod a pastoribus sis injuria affectus. Multa talia et pater tuus pertulit, et inde gloriosior effectus est. Ne igitur hoc te terreat : *Ego enim tecum sum.* Idcirco hæc fieri permitto, simul volens et declarare tuam virtutem, et manifestari mentis illorum pravitatem, ut horum omnium causa te coronem; *Tecum enim sum.* Ideo et invictus eris, atque infestantibus potentior, et invadentibus fortior. Et tantam tui curam habebo, ut invidiosus illis sis futurus : *Ego enim tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.* Considera benignitatem Dei. Nam postquam dixit, *Ego sum Deus Abrahæ patris tui,* et ostendit quomodo sibi vindicaverit, propriumque fecerit patriarcham, ita ut dignatus sit se vocare Deum Abrahæ, atque Dominus ac conditor orbis, unius hominis Deum se dixerit, non concludens in uno patriarcha dominium suum, sed magnam in illum suam benevolentiam monstrans : ita, inquit, eum mihi feci proprium, ut apud me reputetur tanti, quanti alii omnes : ideo *Et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.* Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suam in me obedientiam : igitur propter illum *Multiplicabo semen tuum;* simul et justo fiduciam indidit, et facta patris mentione, ad æmulandam paternam virtutem provocavit. Postquam autem tanta ei bona promisit, 25. *Ædificavit,* inquit, *ibi altare, et invocavit nomen Domini, et fixit illic tabernaculum suum.* Quid est, *Ædificavit illic altare?* Gratiarum actiones, inquit, illic Domino obtulit, qui tantam pro se gesserat solli-

Deus cur se dicat Deum Abrahami.

[b] Sex Mss. ὄντα τῶν ἐγχωρίων λαμπρότερον ἀπεργασάμενος.

citudinem. *Et foderunt illic pueri Isaac puteum.* Demum cum securitate degit justus : nam qui dixerat, *Ego tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum* : ipse simul cum et illustravit, et omnibus fecit spectabilem. Itaque vide Abimelech illum, qui abigere eum aggressus est, ac dixit, *Abi a nobis,* nunc ad eum accedentem. 26. *Ivit* enim, inquit, *Abimelech, et præfectus gynæcei et dux exercitus ejus;* 28. *et dixit eis Isaac* : *Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et expulistis a vobis.* Vide, obsecro, quanta sit mansuetudo justi. Videns eos a quibus fugatus erat, et qui tanto eum odio fuerant prosequuti, nunc veluti supplices ad se venire, non superbivit contra eos, non elato fuit animo, memor eorum quæ sibi a Domino dicta fuerant, neque virtute Domini fretus insurrexit contra regem : sed iterum consuetam mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verborum dixit eis : *Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et a vobis expulistis.* Quare, inquit, censuistis ut vobis veniendum sit ad me expulsum et odio habitum? 28. *Et dixerunt : Videntes vidimus quia Dominus tecum, et diximus : Fiat exsecratio inter nos et inter te, et disponemus* 511 *fœdus tecum,* 29. *ut ne feceris nobiscum ma-* A *lum, sicut nos non abominati sumus te, et quomodo tecum bene sumus usi, et dimisimus te cum pace, et nunc benedictus tu a Domino.*

4. Vide quantum mansuetudinis robur, quantaque virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum, ad virum civitate carentem, ad erronem : et non solum satisfaciunt, ac excusant se de iis quæ commiserant, et peccatorum veniam petunt, sed et prædicant justum, indicantque sibi incussum metum, ac confitentur suam infirmitatem, et justi magnam testantur virtutem. Quid enim robustius eo qui secum habet Deum? *Videntes,* inquit, *quod Dominus tecum est.* Unde vobis illa B scientia? Profecto, dicunt, res ipsæ nos docuerunt. Vidimus te abactum abigentibus fortiorem factum esse, et vexatum eos a quibus vexabare superasse, et ex rerum serie intelleximus te superno frui auxilio. Hoc autem divinæ dispensationis opus est, quod mens eorum obstupuerit justum, et quod hoc cognoverint. Quoniam igitur, inquit, Dominus tecum, *Fiat exsecratio inter nos.* Vide quomodo impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cum nullus

ὁ δίκαιος γίνεται· ὁ γὰρ εἰπὼν, Μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, οὗτος ἀθρόον αὐτῷ καὶ τὴν περιφάνειαν ἐχαρίσατο, καὶ πᾶσιν αὐτὸν περίβλεπτον γίνεσθαι πεποίηκεν. Ὅρα γοῦν τὸν Ἀβιμέλεχ ἐκεῖνον, τὸν ἐλάσαι ἐπιχειρήσαντα καὶ εἰπόντα, Ἄπελθε ἀφ' ἡμῶν, νῦν πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον. Ἐπορεύθη γὰρ, φησὶν, Ἀβιμέλεχ, καὶ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος· καὶ εἶπεν αὐτοῖς Ἰσαάκ· Ἵνα τί ἤλθετε πρός με; ὑμεῖς δὲ ἐμισήσατέ με, καὶ ἀπεστείλατε ἀφ' ὑμῶν. Θέα μοι πόση τοῦ δικαίου ἡ πραότης. Ὁρῶν τοὺς ἀπελάσαντας καὶ τοσοῦτον περὶ αὐτὸν τὸ μῖσος ἐπιδειξαμένους, νῦν ἐν τάξει ἱκετῶν πρὸς αὐτὸν παραγινομένους, οὐκ ἐφρό- E νησε μέγα κατ' αὐτῶν, οὐδὲ ἐπήρθη τὴν διάνοιαν, ἔναυλον ἔχων τὴν μνήμην τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντων, οὐδὲ τῇ δυνάμει τοῦ Δεσπότου πεποιθὼς κατεξανίσταται τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ πάλιν τὴν συνήθη ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενος μετὰ πολλῆς πραότητός φησι πρὸς αὐτούς· Ἵνα τί ἤλθετε πρός με; ὑμεῖς δὲ ἐμισήσατέ με, καὶ ἀπεστείλατε ἀφ' ὑμῶν. Τίνος ἕνεκεν, φησὶ, παραγενέσθαι πρός με κατεδέξασθε, τὸν ἐλαθέντα, τὸν μισηθέντα; Καὶ εἶπαν· ἰδόντες ἑωράκαμεν ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ εἴπαμεν· γενέσθω ἀρὰ ἀνὰ μέσον ἡμῶν καὶ ἀνὰ μέσον σου, καὶ διαθησόμεθα διαθήκην μετὰ σοῦ, μὴ ποιήσειν μεθ' ἡμῶν κακὸν, καθότι ἡμεῖς οὐκ ἐδδελυξάμεθά σε, καὶ ὃν τρόπον ἐχρησάμεθά σοι καλῶς, καὶ ἐξαπεστείλαμέν σε μετ' εἰρήνης, καὶ νῦν εὐλογημένος σὺ ὑπὸ Κυρίου.

Ὅρα πόση τῆς ἐπιεικείας ἡ ἰσχὺς, καὶ ὅση τῆς ἀρετῆς ἡ δύναμις. Οἱ γὰρ πρώην ἐλάσαντες, νῦν παραγενόμενοι πρὸς τὸν ξένον, πρὸς τὸν ἀπόλιδα, πρὸς τὸν ἀλήτην, οὐ μόνον ἀπολογοῦνται ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων, καὶ συγγνώμην αἰτοῦσιν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων, ἀλλὰ καὶ ἀνακηρύττουσι τὸν δίκαιον, καὶ δεικνύουσι τὸν ἐπιτεθέντα αὐτοῖς φόβον, καὶ ὁμολογοῦσι καὶ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ τῷ δικαίῳ μεγάλην μαρτυροῦσι τὴν δύναμιν. Τί γὰρ ἂν εἴη τούτου ἰσχυρότερον τοῦ μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἔχοντος; B Ἰδόντες, φησὶν, ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ. Πόθεν ὑμῖν ἡ τοιαύτη γνῶσις; Ναὶ, φησὶν, αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἀντὶ διδασκαλίας γέγονεν. Εἴδομεν γὰρ ὅτι ἐλαυνόμενος τῶν ἐλαυνόντων ἰσχυρότερος γέγονας, καὶ ἐπηρεαζόμενος τῶν ἐπηρεαζόντων περιγέγονας, καὶ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας συνείδομεν, ὅτι πολλῆς ἀπολαύεις τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Τοῦτο δὲ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας ἔργον, τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ποιῆσαι καταπλαγῆναι τὸν δίκαιον, καὶ γνῶσιν αὐτοῖς ἐνθεῖναι τοιαύτην. Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, ἔγνωμεν ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ, Γενέσθω ἀρὰ ἀνὰ μέσον ἡμῶν.

Ὅρα πῶς ὑπὸ τοῦ συνειδότος ὠθούμενοι, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου καταναγκάζοντος, οὐδὲ τὰ γεγενημένα ἐξαγγέλλοντος, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐλέγχειν ἐπείγονται. Εἰ γὰρ μὴ ἠδικήσατε, φησὶ, τίνος ἕνεκεν καὶ συνθήκας ἀπαιτεῖτε παρὰ τοῦ δικαίου; Ἀλλὰ τοιοῦτόν ἐστιν ἡ ἀδικία· καθ' ἑκάστην ἡμέραν καταζαίνει τὸ συνειδὸς, καὶ σιγῶντος τοῦ ἠδικημένου, οἱ τὴν ἀδικίαν ἐργασάμενοι τὴν δίκην ἐφεστάναι νομίζοντες, ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας ἐναγώνιοι γίνονται, καὶ μονονουχὶ ὑπογράφουσιν ἑαυτοῖς τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἡμαρτημένων. Ὅ δὴ καὶ οὗτοι μαθόντες, Γενέσθω, φησὶν, ἀρὰ ἀνὰ μέσον ἡμῶν καὶ ἀνὰ μέσον σου. Εἶτα λέγουσιν, ὁποίαν βούλονται γενέσθαι τὴν ἀράν. Καὶ διαθησόμεθα διαθήκην μετὰ σοῦ, μὴ ποιήσειν μεθ' ἡμῶν κακὸν, διότι ἡμεῖς οὐκ ἐδδελυξάμεθά σε. Ὅρα πῶς ἐναντία ἑαυτοῖς ὑπὸ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ἀγωνίας φθέγγονται· Μὴ ποιήσειν μεθ' ἡμῶν κακόν. Τίνος ἕνεκεν οὕτω φοβεῖσθε τὸν δίκαιον, ὁρῶντες καὶ πρὸς τοὺς ἐπηρεάζοντας τοσαύτην τὴν ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενον; Ἀλλ' ὁ ἀδέκαστος δικαστὴς, τὸ συνειδὸς, αὐτοὺς διήγειρε, καὶ εἰς ἔννοιαν ἦρχοντο, ὅσην περὶ τὸν δίκαιον τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπεδείξαντο, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς δειλίας οὐ συνορῶσιν, ὅπως ἐναντία λέγουσι. Μὴ ποιήσειν, φησὶ, κακὸν μεθ' ἡμῶν, καθότι ἡμεῖς σε οὐκ ἐδδελυξάμεθα. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀπηλάσατε; Ἀλλ' ὁ δίκαιος οὐκ ἀπαιτεῖ εὐθύνας, οὐδὲ ἐλέγχει τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα. Καὶ ὃν τρόπον, φησὶν, ἐχρησάμεθά σοι καλῶς, καὶ ἐξαπεστείλαμέν σε μετ' εἰρήνης, καὶ νῦν σὺ εὐλογημένος ὑπὸ Κυρίου. Ὁρᾷς ὅτι τὴν ἄνωθεν δίκην ἐδεδίεσαν. Ἠδεισαν γὰρ ὅτι [a]κἂν αὐτὸς δι' ἐπιείκειαν μὴ ἀμύνηται τὰ εἰς αὐτὸν γεγενημένα, ἀλλὰ ὁ τοσαύτην περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ἐπιδεικνύμενος, εὐθύνας αὐτοὺς ἀπαιτήσει τῶν εἰς τὸν δίκαιον γεγενημένων. Διὰ τοῦτο ἐξευμενίζοντες τὸν δίκαιον, καὶ συνθήκας ἀπαιτεῖν ἐπείγονται, ὁμοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων ἀπολογούμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐξῆς τὴν ἀσφάλειαν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι. Καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς, φησὶ, δοχὴν, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον· καὶ ἀναστάντες [b]τῷ πρωΐ, ὤμοσεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς Ἰσαάκ, καὶ ἀπῴχοντο ἀπ' αὐτοῦ μετὰ σωτηρίας. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν φιλοφροσύνην, πῶς ἀμνησικάκως αὐτοῖς διελέχθη, καὶ οὐ μόνον λήθην ἐποιήσατο τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ πολλὴν περὶ αὐτοὺς τὴν φιλοξενίαν ἐπιδείκνυται. Ἐποίησε γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς δοχὴν, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον. Διὰ τῆς ἑστιάσεως πληροφορῆσαι αὐτοὺς βούλεται, ὡς οὐδεμίαν μνήμην ποιεῖται τῶν εἰς αὐτὸν εἰργασμένων παρὰ αὐτῶν. Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς, φησὶ, καὶ ἀπῴχοντο μετὰ σω-

C alius cogat, vel facta objiciat. Nam nisi injuriam fecissetis, quare a justo petitis ut ineatur fœdus? Sed ita se habet injustitia : quotidie conscientia mordet, et silente eo qui offensus est, pœnam atque rationem exigi putant qui injustitiam sunt operati : quotidie anguntur, et quasi sibimet-ipsis præscribunt peccatorum suorum ultionem. Id cum et illi didicissent, *Sit*, inquiunt, *execratio inter nos et inter te.* Deinde dicunt qualem exsecrationem fieri velint. *Et inibimus fœdus tecum, ut ne feceris nobis malum, sicut nos non sumus te abominati.* Vide quomodo pu-

D gnantia inter se præ mentis angore et turbatione loquuntur : *Ne feceris nobis malum.* Quare sic timuistis justum, videntes eum tantam præ se ferre mansuetudinem erga eos qui lacessebant? Sed incorruptus judex, conscientia, eos excitavit, et animadverterunt quantum erga justum ingrati fuerint : propterea præ timore atque formidine non attendunt se diversa et pugnantia loqui. *Ne feceris*, inquit, *malum nobiscum, sicut nos te non abominati sumus.* Quare igitur abegistis? Verum justus non petit rationem, neque expostulat, neque eorum dicta

E arguit. *Et quomodo*, inquit, *bene te usi sumus, et dimisimus te cum pace, et nunc tu benedictus a Domino.* Vides eos supernam vindictam timuisse. Norant enim quod licet ipse propter humanitatem suam non ulcisceretur quæ fecerant, eum certe qui tantam ejus curam agebat, repetiturum esse rationem eorum quæ in justum facta fuerant : eapropter justum placant, et pactum inire cum eo student, simul et pro iis quæ facta erant rationem reddentes, et in futurum securitatem sibi conciliantes. 30. *Et*

512 A *fecit eis*, inquit, *convivium, et comederunt et biberunt :* 31. *et cum surrexissent mane, juravit unusquisque proximo suo, et dimisit eos Isaac, et discesserunt ab eo cum salute.* Vide justi benignitatem, quomodo cum eis absque vindicandi cupiditate loquitur : et non solum obliviscitur eorum quæ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. *Fecit* enim *eis convivium, et comederunt et biberunt.* Convivio satis certa dat argumenta, se non fore memorem eorum quæ in se commiserant. *Et di-*

B *misit eos*, inquit, *et abierunt cum salute.* Significavit per hoc divina Scriptura, eos magno cum timore advenisse, periculum exspectantes,

[a] [Scripsimus κἂν cum Coisl. Savil. et Morel. καὶ εἰ. Excideratεἰ in Montf.]

[b] [Coisl. et Bibl. τὸ πρ.]

et de rerum summa, ut ita dicam, anxios, ut excusarent se, ad justum contendisse. Vidisti quomodo nihil validius virtute? nihil potentius supernis auxiliis freto? Postea dicit: 32. *In die illo abierunt pueri Isaac, et foderunt puteum, et dixerunt: Non invenimus aquam.* 33. *Et vocavit eum, Juramentum. Et ideirco vocavit nomen civitati, Puteus juramenti, usque in hodiernum diem.* Vide et hic, ex iis quæ facta sunt, loco nomen impositum. Nam quia effosso puteo nihil invenerunt in die illo quo juramenta inter se fecerunt, Puteum juramenti vocavit nomen loci, ut factorum duraret memoria. Vidisti quomodo justus ille, qui neque a lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed patris vestigia sequutus, et ductus a conscientia magistra humanæ naturæ insita, tantam exhibuit philosophiam? Quæ enim ab eo facta sunt, non solum mansuetudinem indicabant justi, sed et præcepta Christi suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod Christus discipulis suis præcipiens et admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed et erga inimicos caritatem exhiberent: hoc ille nunc multo antea implebat, et tanta hospitalitate tractabat eos qui magno ipsum odio prosequuti fuerant: omnemque vindictæ cupiditatem animo suo excludebat.

Matth. 5. 44.

Moralis epilogus.

5. Qua igitur nos venia digni erimus, qui post gratiam, post tantam doctrinam et Salvatoris præcepta, neque ad hujus justi mensuram pervenire valemus? Et quid dico, ad ejus mensuram? Neque prope adstare possumus. Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia, ut et diligentes diligere res admodum rara sit. Unde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerimus? sicut dicit Christus: *Si diligitis diligentes vos, quid amplius facitis? nonne et publicani hoc faciunt?* Et Christus quidem volens nos ad summum virtutis venire fastigium, illis superiores vult esse: nos autem inferiores esse studemus. Et quid dico, publicanis? Deteriores et latronibus, et sepulcrorum direptoribus, et homicidis. Etenim hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, et sæpenumero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam a Domino misericordiam nacti sumus, et innumera mala facientibus deteriores invenimur? Obsc-

Matth. 5. 46.

τηρίας. Ἠνίξατο διὰ τούτου ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου τὸν κίνδυνον προσδοκῶντες παρεγένοντο, καὶ περὶ τοῦ παντὸς, ὡς εἰπεῖν, ἀγωνιῶντες τὴν πρὸς τὸν δίκαιον ἀπολογίαν ἔσπευσαν ποιήσασθαι. Εἶδες πῶς οὐδὲν ἰσχυρότερον ἀρετῆς, οὐδὲ δυνατώτερον; πῶς οὐδὲν ἀσφαλέστερον τοῦ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντος; Εἶτα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, φησὶν, ἀπελθόντες οἱ παῖδες τοῦ Ἰσαὰκ ὤρυξαν φρέαρ, καὶ εἶπαν, οὐχ εὕρομεν ὕδωρ. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ, ὅρκον. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τῇ πόλει, φρέαρ ὅρκου, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Ὅρα καὶ ἐνταῦθα ἐκ τῶν γεγενημένων τὴν προσηγορίαν αὐτὸν ἐπιτιθέντα τῷ τόπῳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ φρέαρ ὀρύξαντες οὐδὲν εὗρον, ἐν ᾗ τοὺς ὅρκους ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους, φρέαρ ὅρκου ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ τόπῳ, ἵνα ὑπόμνησις ᾖ τῶν γεγενημένων. Εἶδες πῶς οὔτε τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου διδασκαλίαν ἔχων ὁ δίκαιος οὗτος, οὔτε πρὸς ἕτερόν τινα ἰδεῖν ἔχων, ἀλλὰ τῷ πατρὶ κατακολουθήσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ἐγκειμένου τῷ συνειδότι διδασκάλου ὁδηγούμενος, τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπεδείκνυτο; Τὰ γὰρ γεγενημένα οὐ μόνον τὴν ἐπιείκειαν ἐδείκνυ τοῦ δικαίου τούτου· ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων αὐτὸν πληροῦν ἀπέφηνε. Καὶ ὅπερ ὁ Χριστὸς ἔλεγε διατασσόμενος τοῖς μαθηταῖς καὶ παραινῶν, οὐ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾷν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τὴν ἀγάπην ἐπιδείκνυσθαι, τοῦτο οὗτος ἄνωθεν ἐπλήρου, καὶ πρὸς τοὺς τοσοῦτον μῖσος περὶ αὐτὸν ἐσχηκότας τοσαύτην ἐπεδείκνυτο τὴν φιλοξενίαν, καὶ τὸ τῆς μνησικακίας πάθος ἐξώριζε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

Τίνος οὖν ἂν εἴημεν ἡμεῖς συγγνώμης ἄξιοι, ἡμεῖς οἱ μετὰ τὴν χάριν, καὶ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, καὶ τὰ τοῦ Σωτῆρος παραγγέλματα, οὐδὲ τὸ αὐτὸ μέτρον τῷ δικαίῳ τούτῳ φθάσαι δυνάμενοι; Καὶ τί λέγω τὰ αὐτὸ μέτρον; Ἀλλὰ μηδὲ ἐγγὺς στῆναι ἰσχύοντες. Τοσαύτη γὰρ νῦν ἐπεπόλασε τῆς κακίας ἡ ὑπερβολὴ, ὡς σπάνιον εἶναι καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾷν. Πόθεν οὖν ἡμῖν ἔσται σωτηρίας ἐλπὶς, εἰ μέλλοιμεν καὶ τῶν τελωνῶν χείρους γίνεσθαι; καθώς φησιν ὁ Χριστὸς λέγων, Ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς βουλόμενος ἡμᾶς εἰς τὴν ἄκραν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς ἀνελθεῖν, ἐκείνων ἀνωτέρους εἶναι βούλεται· ἡμεῖς δὲ κἀκείνων ἐλάττους εἶναι σπεύδομεν. Καὶ τί λέγω τελωνῶν; χείρους καὶ τῶν λῃστῶν, καὶ τῶν τυμβωρύχων, καὶ τῶν ἀνδροφόνων. Καὶ γὰρ τούτων ἕκαστος τὸν πρὸς αὐτὸν ἀγαπητικῶς διακείμενον ἀγαπᾷ, καὶ πολλάκις καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ καταδέχεται. Τί οὖν ἂν εἴη ἡμῶν ἐλεεινότερον, ὅταν οἱ τοσαύτης ἀξιωθέντες παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τῶν μυρία ἐργασαμένων

κακὰ εὑρισκώμεθα χείρους; Ἐννοοῦντες τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ τῆς ταμωρίας τῆς ἐκεῖ γινομένης τὸ μέγεθος, καὶ τῆς αἰσχύνης τῆς ἐνταῦθα τὴν ὑπερβολήν, ὀψὲ γοῦν ποτε τὴν οἰκείαν ἐπιγνῶμεν εὐγένειαν, καὶ πειθώμεθα τῇ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, καὶ μὴ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπῶμεν γνησίως, πᾶσαν βασκανίαν B καὶ φθόνον ἐξορίζοντες τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ κἂν ἐχθρωδῶς τινες ὦσι πρὸς ἡμᾶς διακείμενοι, καὶ τούτους ἀγαπᾷν σπουδάζωμεν· καὶ γὰρ οὐδὲ ἑτέρως σωθῆναι δυνατὸν ἡμᾶς, μὴ ταύτην ἐλθόντας τὴν ὁδόν· καὶ μᾶλλον τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς τούτους ἀγαπᾷν σπουδάζωμεν, ἅτε δὴ μυρίων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν προξένους γινομένους. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὴν συγχώρησιν εὕρασθαι δυνησόμεθα, καὶ μετὰ κατεσταλμένης διανοίας καὶ συντετριμμένης ψυχῆς C τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας ποιεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ψυχὴ ἐκτὸς γένηται πάσης ἀπεχθείας, καὶ τὸν λογισμὸν ἐν γαλήνῃ ἱδρυμένον ἔχῃ, μετὰ πολλῆς τῆς νήψεως τὸν Δεσπότην καλοῦσα, πολλὴν ἐπισπᾶται τὴν ἄνωθεν ῥοπήν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cro igitur, cogitemus et supplicii magnitudinem, et confusionis quæ alibi futura est gravitatem, ac vel saltem nunc nostram agnoscamus generositatem, et obtemperemus doctrinæ Christi, ac non solum nos diligentes sincere diligamus, omni odio et invidia ab animabus nostris eliminatis: sed et eos qui hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus: neque enim aliter salutem consequi nos possibile erit, nisi hac incedamus via: et magis quam eos qui nos diligunt, illos diligere studeamus, utpote qui nobis innumerorum bonorum sint auctores. Sic enim et peccatorum nostrorum remissionem invenire, et humiliata mente et contrita anima Deum precari poterimus. Quia cum anima ab omni odio libera mente tranquilla est, Dominum sedulo invocat, multumque sibi superne auxilium conciliat: quod nobis omnibus concedatur; gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ νγ'.

HOMILIA LIII.

Ἦν δὲ Ἡσαῦ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ἔλαβε τὴν D Ἰουδὶθ θυγατέρα [a] Βεὴλ τοῦ Χετταίου, καὶ τὴν Βασεμὰθ θυγατέρα Ἐλὼμ τοῦ Εὐαίου, καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ.

Erat autem Esaü annorum quadraginta, et duxit Judith filiam Beel Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi, et exasperabant Isaac et Rebeccam. *Gen.* 26. 34. 35.

Φέρε καὶ σήμερον, εἰ δοκεῖ, τὰ ἑξῆς τῶν χθὲς εἰρημένων ἐπελθόντες, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν ἀναπτύξωμεν ἕκαστον τῶν γεγραμμένων, ἵνα τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, οὕτως οἰκαδε ἀναχωρήσωμεν. Ἴδωμεν τοίνυν τὴν ἀρχὴν τῶν ἀνεγνωσμένων. Ἦν δὲ Ἡσαῦ, φησὶν, ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ἔλαβε τὴν Ἰουδὶθ θυγατέρα Βεὴλ τοῦ Χετταίου, καὶ τὴν Βασεμὰθ θυγατέρα Ἐλὼμ τοῦ Εὐαίου, καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ. Ὅρα πόσα ἐκ E τῶν ὀλίγων τούτων ῥημάτων ἔστι καταμαθεῖν. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τοῦ Ἡσαῦ ἐσήμανεν; Οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἐντεῦθεν καταμάθωμεν τοῦ Ἰσαὰκ τὸ γῆρας, καὶ ὅτι λοιπὸν προβεβηκὼς ἦν. Ἐὰν γὰρ μνημονεύσωμεν τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων,

Age et hodie si placet aggrediamur ea quæ heri dicta sequuntur, et singula, quantum nobis conceditur; aperiamus, ut domum cum utilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quæ primum lecta sunt. 34. *Erat autem Esaü,* inquit, *annorum quadraginta, et accepit Judith filiam Beel Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi:* 35. *et exasperabant Isaac et Rebeccam.* Vide quanta ex paucis his verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerum annorum Esaü signavit? Non absque causa, sed ut senectutem discamus Isaac, eumque jam provectum fuisse ætate. Nam si memores fuerimus eorum quæ antea dicta sunt, et eum, quando accepit Re-

[a] Βεὴλ τοῦ Χετταίου. In Savil. legitur Βαιὴλ, Editiones τῶν Ο. [secundum Codicem Rom.] Βεὼχ. Hebraïcus textus בארי. Vulgata recte *Beeri.* Ex Græcis itaque lectionibus nostra Βεὴλ magis accedit ad Hebraïcam lectionem. Nam quod Βεὴλ legatur pro Beer aut Beeri, id haud dubie ortum ex transmutatione litterarum Hebraïcarum, quæ frequenter accidit in Bibliis, ut in Prolegomenis ad Hexapla ostendimus. [Cod. Alexandr. τῶν Ο. Βεήρ. Modo Ἰουδὶθ. Ita quoque Savil. in marg. et Cod. Vatic. τῶν Ο. Quæ forma proxime accedit ad Hebraïcam lectionem יהודית. Savil. in textu Ἰουδείμ. Coisl. Ἰουδείν. Cod. Alex. τῶν Ο. Ἰουδείν. Mox Βασεμὰθ lectio Codicis Vaticani cum Hebraïco textu conspirat. Codex Alex. Μασεμμὰθ. Coisl. Βασιλεὶθ.]

beccam, quadraginta annorum fuisse, quando autem nati sunt ei filii, annorum sexaginta: sciemus eum nunc centenarium esse, et in profundissima senectute. Quoniam enim posthac narraturus est, quomodo præ senio hebetatos oculos habuerit, ideo numerum annorum Esaü assignat, ut inde tempus Isaac certo scire possimus. Propterea dicit, *Erat autem Esaü annorum quadraginta.* Deinde ut sciamus filii ejus temeritatem, qui uxores ducebat a gentibus, a quibus non oportebat, declaravit nobis, unam fuisse ex genere Chettæorum, aliam autem ex genere Evæorum; quamvis nihil tale eum agere oportebat, qui didicisset quantam diligentiam patriarcha adhibuisset, præcipiens servo suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur uxor: quia etiam mater ipsorum Rebecca ex Charran venerat. Verum ut statim ab initio suos inordinatos mores indicaret, inconsultis parentibus illas duxit. Et ut sciamus quam male moratæ mulieres fuerint, dicit Scriptura: *Et erant exasperantes Isaac et Rebeccam.* Et quid est hac malitia pejus, quando illæ quæ omnem honorem impendere debebant, non solum hoc non agebant, sed et ad contentionem paratæ erant? Hæc autem omnia non absque causa historia nobis significat; sed ut postea, cum videris Rebeccam Jacob majori benevolentia prosequi, discas eam non injuria rem eam fecisse. Jam autem ne seriem contextus præveniamus, scripta
Caput 27. ipsa sequamur. 1. *Factum est autem postquam senuit Isaac, et hebetati sunt oculi ejus ad videndum:* jam enim, inquit, præ senio videre non poterat: *et vocavit Esaü filium suum natu majorem, et dixit ei:* 2. *Fili mi, ecce senui, et nescio diem mortis meæ.* 3. *Nunc igitur sume arma tua, pharetram et arcum, et egredere in campum, et venare mihi venationem,* 4. *et fac mihi edulia, sicut ego amo, et affer mihi, ut comedam, ut benedicat te anima mea priusquam ego moriar.* Hic obsecro, dilecte, animadverte immensam Dei sapientiam, et quomodo pater quidem genuinam præ se ferens dilectionem, hæc imperavit Esaü; sapiens autem et omnipotens Dominus per Rebeccam prædictionem suam impleri curat, docens nos, quantum valeant virtus et morum suavitas. Ille enim et ob primogenituram, et ob patris erga se affectionem primatum se habere putans, simul destitutus omnibus inventus est, quia quæ in se erant, afferre noluit: hic autem, quia domestica erat virtute præditus, et gratiam

καὶ ὅτι, ἡνίκα μὲν ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ αὐτὸς τεσσαράκοντα ἐτῶν ἐτύγχανεν, ὅτε δὲ ἐτέχθησαν οἱ παῖδες, ἑξήκοντα ἐτῶν ἦν, εἰσόμεθα ὅτι νῦν ἑκατοστοῦ λοιπὸν ἔτους ἐπιβὰς ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ ἐτύγχανεν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλει μετὰ ταῦτα διηγεῖσθαι ἡμῖν, 514
ὡς ὑπὸ τοῦ γήρους ἀμβλυτέρας ἔσχε τὰς ὄψεις, διὰ A
τοῦτο τῶν ἐτῶν τοῦ Ἡσαῦ τὸν ἀριθμὸν ἐσήμανεν, ἵνα ἐντεῦθεν εἰδέναι ἔχωμεν ἀκριβῶς τοῦ Ἰσαὰκ τὸν χρόνον. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, Ἦν δὲ Ἡσαῦ ἐτῶν τεσσαράκοντα. Εἶτα ἵνα μάθωμεν τοῦ παιδὸς τὴν προπέτειαν, καὶ ὅτι παρὰ τῶν ἐθνῶν, ὧν οὐκ ἐχρῆν, τὰς γαμετὰς ἠγάγετο, ἐδήλωσεν ἡμῖν, ὅτι ἡ μὲν ἐκ τοῦ γένους τῶν Χετταίων ἦν, ἡ δὲ ἐκ τῶν Εὐαίων· καίτοι γε ἐχρῆν αὐτὸν μαθόντα, ὅσην σπουδὴν ὁ πατριάρχης ἐποιήσατο διαστελλόμενος τῷ παιδὶ τῷ ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκ τῆς φυλῆς αὐτοῦ γαμετὴν τῷ Ἰσαὰκ ἐνέγκαι, καὶ ὅτι ἡ μήτηρ αὐτῶν ἡ Ῥεβέκκα ἐκ τῆς Χαρρὰν B
ὥρμᾶτο, μηδὲν τοιοῦτον βουλεύσασθαι. Ἀλλ' ἵνα ἐκ προοιμίων δείξῃ τῶν οἰκείων τρόπων τὸ ἄτακτον, προλαβὼν ἐκείνας ἠγάγετο. Καὶ ἵνα μάθωμεν τῶν γυναικῶν τὸ δύστροπον, φησὶν ἡ Γραφὴ, Καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ. Καὶ τί ἂν εἴη ταύτης τῆς μοχθηρίας χαλεπώτερον, ὅταν αἱ πᾶσαν τιμὴν ἀπονέμειν ὀφείλουσαι, μὴ μόνον τοῦτο μὴ ποιῶσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς φιλονεικίαν παρασκευάζωνται; Ταῦτα δὲ πάντα οὐχ ἁπλῶς ἡμῖν ἡ ἱστορία σημαίνει, ἀλλ' ἵνα μετὰ ταῦτα, ἐπειδὰν ἴδῃς τὴν Ῥεβέκκαν πρὸς τὸν Ἰακὼβ πολλὴν τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνυμένην, μάθῃς ὡς οὐκ ἀπεικὸς πρᾶγμα διεπράττετο. C
Τέως δὲ ἵνα μὴ τὴν ἀκολουθίαν προφθάσωμεν, αὐτοῖς ἐπώμεθα τοῖς γεγραμμένοις. Ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ γηρᾶσαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ὁρᾶν· οὐκ ἔτι γὰρ, φησὶν, ὑπὸ τοῦ γήρους ὁρᾶν ἠδύνατο· Καὶ ἐκάλεσεν Ἡσαῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρεσβύτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· υἱέ μου, ἰδοὺ ἐγὼ γεγήρακα, καὶ οὐ γινώσκω τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς μου. Νῦν οὖν λάβε τὸ σκεῦός σου, τήν τε φαρέτραν καὶ τὸ τόξον, καὶ ἔξελθε εἰς τὸ πεδίον, καὶ θήρευσόν μοι θήραν, καὶ ποίησόν μοι ἐδέσματα, ὡς φιλῶ ἐγὼ, D
καὶ ἐνεγκέ μοι, ἵνα φάγω, ὅπως εὐλογήσῃ σε ἡ ψυχή μου, πρὶν ἢ ἀποθανεῖν με. Ἐνταῦθά μοι σκόπει, ἀγαπητὲ, τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, καὶ ὅπως ὁ μὲν πατὴρ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν ἐπιδεικνύμενος ταῦτα διετάξατο τῷ Ἡσαῦ· ὁ δὲ σοφὸς καὶ εὐμήχανος Δεσπότης διὰ τῆς Ῥεβέκκας τὴν οἰκείαν πρόῤῥησιν εἰς ἔργον ἐξενεχθῆναι παρασκευάζει, διδάσκων ἡμᾶς ὅση τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς καὶ τῆς τῶν τρόπων ἐπιείκειας. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὸν διαθέσεως τὰ πρωτεῖα ἔχειν νομίζων, ἀθρόον ἁπάντων ἔρημος E
ηὑρίσκετο, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσενεγκεῖν οὐκ ἠβουλήθη· οὗτος δὲ, ἐπειδὴ οἴκοθεν ἦν ἐνάρετος, καὶ

τὴν ἄνωθεν εἶχε ῥοπὴν συμμαχοῦσαν αὐτῷ, καὶ ἄκοντος τοῦ πατρὸς τὴν παρ' αὐτοῦ εὐλογίαν ἐπισπᾶται. Οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον τοῦ παρὰ τῆς δεξιᾶς ἐκείνης βοηθουμένου. Ὅρα γοῦν ἀκριβῶς ἅπαντα, ἵνα μάθῃς τῆς οἰκονομίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ πῶς ὁ μὲν τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύων ῥοπῆς, πολλῆς ἐν ἅπασιν ἀξιοῦται τῆς συνεργίας, ὥστε τὴν τοῦ πατρὸς εὐλογίαν εἰς αὐτὸν μετενεχθῆναι· ὁ δὲ πάντων διαμαρτάνει, προδεδομένος οἰκοθεν διὰ τὴν τῶν τρόπων μοχθηρίαν. Ῥεβέκκα δὲ, φησὶν, ἤκουσε λαλοῦντος Ἰσαὰκ πρὸς Ἡσαῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ἐπορεύθη δὲ Ἡσαῦ εἰς τὸ πεδίον θηρᾶσαι θήραν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Εἶπε δὲ Ῥεβέκκα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν ἐλάσσω. Διὰ τί προσ- 515
έθηκε, Τὸν ἐλάσσω; Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι λ
Ἐκάλεσεν Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρεσβύτερον, ἵνα μάθωμεν τίνι νῦν διαλέγεται ἡ Ῥεβέκκα, φησὶ, Πρὸς τὸν ἐλάσσω, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ἰακώβ. Ἰδε ἐγὼ ἤκουσα τοῦ πατρός σου λαλοῦντος πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφόν σου, καὶ λέγοντος· Ἐνεγκέ μοι θήραν, καὶ ποίησόν μοι ἐδέσματα, ἵνα φάγων εὐλογήσω σε ἐναντίον Κυρίου, πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με. Ταῦτα μὲν ἤκουσα τοῦ πατρός σου πρὸς τὸν ἀδελφόν σου τὸν Ἡσαῦ διαλεγομένου. Νῦν οὖν, υἱέ, ἄκουέ μου καθά σοι ἐγὼ ἐντέλλομαι, καὶ πορευθεὶς εἰς τὰ πρόβατα, λάβε μοι ἐκεῖθεν δύο ἐρίφους ἁπαλοὺς καὶ καλοὺς, καὶ ποιήσω αὐτοὺς ἐδέσματα τῷ πατρὶ σου, ὡς φιλεῖ, καὶ εἰσοί- Β
σεις τῷ πατρί σου, καὶ φάγεται, ὅπως εὐλογήσῃ σε ὁ πατήρ σου πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν αὐτόν.

supernam habuit subsidiariam, etiam invito patre illius benedictionem abripit. Nihil enim validius eo qui dextra illa adjuvatur. Vide igitur diligenter omnia, ut discas dispensationis excellentiam; et quomodo hic quidem illa gratia fretus, magnum in omnibus auxilium et cooperationem adipiscitur, ita ut patris in eum transferatur benedictio: ille autem omnia amittit, perdens semetipsum propter morum iniquitatem. 5. *Rebecca autem*, inquit, *audivit loquentem Isaac cum Esaü filio suo. Ivit autem Esaü in campum, ut venaretur prædam patri suo.* 6. *Dixit autem Rebecca ad filium suum juniorem.* Quare adjecit, *Juniorem?* Quia superius dixerat, *Vocavit Isaac filium suum natu majorem*, ut discamus cui nunc loquatur Rebecca, inquit, *Ad juniorem*, hoc est, Jacob. *Audivi*, inquit, *patrem tuum loquentem cum Esaü fratre tuo, et dicentem: 7. Affer mihi venationem, et fac mihi edulia, ut cum comedero, benedicam te coram Domino, priusquam moriar ego.* Hæc quidem audivi patrem tuum fratri tuo Esaü loquentem. 8. *Nunc igitur, fili, audi me sicut ego tibi præcipio, 9. et vade ad oves, et sumito mihi inde duos hædos teneros et bonos, et faciam ex eis edulia patri tuo, ut amat: 10. et inferes patri tuo et comedet, ut benedicat te pater tuus priusquam moriatur ipse.*

Ὅρα μητρὸς φιλοστοργίαν, μᾶλλον δὲ Θεοῦ οἰκονομίαν. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ ταύτην πρὸς τὴν συμβουλὴν διεγείρων, καὶ τὸ πᾶν κατορθωθῆναι ποιῶν. Εἶδες τῆς μητρὸς τὴν ἀρίστην συμβουλήν; Ὅρα καὶ τοῦ Ἰακὼβ τὸ περιεσκεμμένον, καὶ ὅπως διὰ τῆς ἀποκρίσεως τῶν οἰκείων τρόπων δείκνυσι τὴν ἐπιείκειαν. Εἶπε γὰρ, φησὶ, πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ· ἔστιν ὁ ἀδελφός μου Ἡσαῦ ἀνὴρ δασὺς, ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος· μήποτε ψηλαφήσῃ με ὁ πατὴρ, καὶ ἔσομαι ἐναντίον αὐτοῦ ὡς καταφρονῶν, καὶ ἐπάξω ἐμαυτῷ κατάραν, C
καὶ οὐκ εὐλογίαν. Πολλὴ τοῦ παιδὸς ἡ εὐγνωμοσύνη, καὶ ἡ πρὸς τὸν πατέρα αἰδώς. Δέδοικα, φησὶ, μὴ εἰς τὸ ἐναντίον μοι τὰ τῆς σπουδῆς [a] ἐπέλθῃ, μὴ δόξω ἐναντιοῦσθαι τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ ἀντὶ τῆς εὐλογίας κατάραν ἐπισπάσωμαι. Τί οὖν ἡ Ῥεβέκκα, ἡ θαυμασία καὶ φιλόστοργος; Ἐπειδὴ οὐκ ἐξ οἰκείας γνώμης μόνον τοῦτο διεπράττετο, ἀλλὰ καὶ τῇ ἄνωθεν ὑπηρετεῖτο προῤῥήσει, πᾶσαν σπουδὴν ποιεῖται τὸν φόβον ἐξελεῖν τοῦ παιδὸς, καὶ θάρσος ἐνθεῖναι, ὥστε τὴν συμβουλὴν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν· καὶ οὐχ ὑπισχνεῖται αὐτῷ ὅτι δυνήσεται παρακρούσασθαι τὸν πα- D

2. Vide magnum matris amorem, imo dispensationem Dei. Ipse enim erat qui ei hoc consilium dedit, et omnia bene agere curavit. Vidisti matris optimum consilium? Vide et Jacob providentiam: et quomodo respondens, suorum morum indicat mansuetudinem. 11. *Dixit enim*, inquit, *matri suæ: Est frater meus vir hispidus, ego autem vir lævis:* 12. *ne forte contrectet me pater meus, et ero ante eum quasi contemnens, et inducam mihi ipsi maledictionem, non benedictionem.* Magna pueri honestas, et in patrem reverentia. Timeo, inquit, ne in diversum eveniant studia mea, ne videar adversari patris sententiæ, et pro benedictione maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa et amans filii? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed et divino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metum, et addere animos, ut consilium perficiat: nec promittit ei quod possit deludere patrem, et latere: sed quid? 13. *In*

Rebecca divino ministrat oraculo.

[a] [Dedimus ἐπέλθῃ cum Coisl. pro Editorum ἐπέλθοι.]

me recidat maledictio hæc, fili mi: tantum obedi voci meæ, et vadens affer mihi. Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidens *Obedi voci meæ*, et fac quæ tibi consuluntur. Hæc vere materna dilectio est, ut pro puero parata sit omnia ferre. His dictis filium a timore liberavit. 14. *Cum igitur abiisset, sumsit et attulit matri suæ: et fecit edulia, sicut amabat pater ejus.* 15. *Et ut sumsit Rebecca,* inquit, *stolam filii sui senioris pulchram, quam habebat* E *apud se domi, induit Jacob filium suum juniorem,* 16. *et pellibus hædorum brachia ejus: et nuda colli ejus circumdedit,* 17. *et dedit edulia, et panes quos fecerat in manus Jacob filii sui, et obtulit patri suo.* Vide, obsecro, hic Rebeccæ cum magna dilectione conjunctam raram sapientiam. Nam quia superius dixit, illum quidem hispidum esse, hunc vero lævem : stola, inquit, Esaü induit eum, et pellibus circumdedit eum, et cum undique eum ad deceptionem instruxisset, datis eduliis et pa- 516 nibus in manus, effecit ut patri afferret. Consi- A dera hic rursum, quomodo omnia superna gratia evenerint. Nam quando quod a nobis est offerimus, largiter divinam cooperationem consequimur. Nam ut ne desides et supini simus, vult etiam nos aliquid conferre, quo sic illa sua exhibeat, et non totum sit superni auxilii, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre; neque a nobis iterum exigit totum, sciens infirmitatis nostræ magnitudinem : sed pro sua benignitate, et volens occasionem aliquam accipere, ut suam declaret liberalitatem, exspectat ut afferamus quæ a nobis sunt : id quod et nunc factum est. Nam B quia Jacob et Rebecca fecerunt ea quæ a se fieri oportebat : et ille quidem obedivit consilio matris, hæc autem omnia quæ ad se attinebant implevit : tunc ultra bonus Dominus magna facilitate perfici curavit quod omnium erat difficillimum, ne fraudis hujus fabula nota esset Isaaco. Nam postquam attulit edulia patri, 19. *Dixit ad eum : Quis tu es, fili? Et dixit Jacob ad patrem suum : Ego sum Esaü primogenitus tuus : feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede, et comede de venatione mea, ut benedicat me anima tua.* Considera hic, obse- C cro, quanta cum anxietate verba hæc loquutus sit Jacob. Qui enim principio dixerat matri: Timeo ne inducam super me maledictionem, et non

Cooperari nos vult auxilio suo Deus.

τέρα καὶ λαθεῖν· ἀλλὰ τί; Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου, τέκνον· μόνον ὑπάκουσον τῆς φωνῆς[c] μου, καὶ πορευθεὶς ἔνεγκέ μοι. Κἂν γένηται τοιοῦτόν τι, φησὶν, οὐδὲν αὐτὸς παραβλαβήσῃ. Μὴ τοίνυν δείσῃς, ἀλλὰ θαῤῥῶν Ὑπάκουσόν μου τῆς φωνῆς, καὶ ποίει τὰ παρ' ἐμοῦ σοι συμβουλευθέντα. Τοῦτο ἀληθῶς φιλοστοργία μητρὸς, τὸ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἑτοίμως ἅπαντα καταδέχεσθαι. Ταῦτα εἰποῦσα ἴσχυσε ἐξελεῖν τοῦ παιδὸς τὸν φόβον. Καὶ πορευθεὶς ἔλαβε καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ ἐποίησεν ἐδέσματα, καθὰ ἐφίλει ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ λαβοῦσα, φησὶν, ἡ Ῥεβέκκα τὴν στολὴν τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου τὴν καλὴν, ἣ ἦν παρ' αὐτῇ ἐν τῷ οἴκῳ, ἐνέδυσεν Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, καὶ τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων [b] περιέθηκε περὶ τοὺς βραχίονας αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὰ γυμνὰ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, καὶ ἔδωκε τὰ ἐδέσματα καὶ τοὺς ἄρτους, οὓς ἐποίησεν, εἰς τὰς χεῖρας Ἰακὼβ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ εἰσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Θέα μοι ἐνταῦθα τῆς Ῥεβέκκας μετὰ τῆς φιλοστοργίας καὶ τὴν πολλὴν σοφίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι ὁ μὲν ἦν δασὺς, ὁ δὲ λεῖος, τὴν στολὴν, φησὶν, ἐνέδυσεν αὐτὸν τοῦ Ἡσαῦ, καὶ τὰ δέρματα περιέθηκεν αὐτῷ, καὶ πανταχόθεν σχηματίσασα αὐτὸν, ὡς τὴν ἀπάτην εἰς ἔργον ἐλθεῖν, δοῦσα τὰ ἐδέσματα καὶ τοὺς ἄρτους εἰς τὰς χεῖρας, παρεσκεύασε προσαγαγεῖν τῷ πατρί. Σκόπει μοι πάλιν ἐνταῦθα, πῶς τῆς ἄνωθεν χάριτος ἦν τὸ πᾶν. Ὅταν γὰρ ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, δαψιλῶς ἀπολαύσομεν καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεργίας. Ἵνα γὰρ μὴ ῥᾳθυμῶμεν, μηδὲ ἀναπεπτωκότες ὦμεν, βούλεται καὶ ἡμᾶς τι συνεισφέρειν, ἵν' οὕτω καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείξηται· καὶ οὔτε τὸ πᾶν τῆς ἄνωθεν γίνεται βοηθείας, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἡμᾶς τι συνεισενεγκεῖν· οὔτε παρ' ἡμῶν πάλιν ἀπαιτεῖ τὸ πᾶν, εἰδὼς τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας τὴν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, καὶ βουλόμενος ἀφορμήν τινα λαβεῖν, ὥστε τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν ἐπιδείξασθαι, ἀναμένει τὰ παρ' ἡμῶν εἰσενεχθῆναι· ὅπερ καὶ νῦν γεγένηται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὁ Ἰακὼβ καὶ ἡ Ῥεβέκκα, ἅπερ ἐχρῆν ἀφ' ἑαυτῶν γενέσθαι, πεποιήκασι, καὶ ὁ μὲν [a] ὑπήκουσε τῆς συμβουλῆς τῆς μητρὸς, ἡ δὲ τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα ἐπλήρωσε, τότε λοιπὸν καὶ ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης τὸ πάντων δυσχερέστερον τοῦτο μετ' εὐκολίας ἀνυσθῆναι πεποίηκε, τὸ μὴ γενέσθαι κατάδηλον τῆς ἀπάτης τὸ δρᾶμα τῷ Ἰσαάκ. Ἐπειδὴ γὰρ προσήνεγκε τὰ ἐδέσματα τῷ πατρὶ, εἶπε· τίς εἶ σὺ, τέκνον ; Καὶ εἶπεν Ἰακὼβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· ἐγώ εἰμι Ἡσαῦ ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος· πεποίηκά σοι, καθὰ λελάληκάς μοι. Ἀναστὰς κάθισον, καὶ φάγε ἐκ τῆς θήρας μου, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. Ἔννοει μοι μεθ' ὅσης ἀγω-

[b] Quinque Mss [et Bibl.] περιέθηκεν ἐπὶ τοὺς.

[a] Quinque Mss. ὑπήκουσε τῇ συμβουλῇ.

νίας ταῦτα ἐφθέγγετο ὁ Ἰακώβ. Ὁ γὰρ ἐν προοιμίοις εἰπὼν τῇ μητρὶ, φοβοῦμαι μὴ ἐπάξω ἐμαυτῷ κατάραν καὶ οὐκ εὐλογίαν, οὗν ἐν ὅσῳ φόβῳ καθειστήκει τοσοῦτον δρᾶμα ὑποκρινόμενος; Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ συνεργῶν τοῖς γινομένοις, ἅπαντα εἰς ἔργον ἐξήει. Τί οὖν, ἂν εἴποι τις, καὶ τῷ ψεύδει τῷ τοιούτῳ Θεὸς συνήργησε; Μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε τὸ γινόμενον, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν καταμάνθανε, καὶ ὅτι οὐ βιωτικῆς ἕνεκέν τινος πλεονεξίας τοῦτο ἐγίνετο, ἀλλὰ D τοῦ πατρὸς τὴν εὐλογίαν ἐπισπάσασθαι ἐσπούδαζεν· ἄλλως δὲ εἰ μέλλοις ἁπλῶς τὰ γινόμενα ἐξετάζειν, καὶ μὴ τὸν σκοπὸν πανταχοῦ ἐπιζητεῖν, [b] ὅρα σοι τὸν πατριάρχην παιδοκτόνον ὀνομάζειν, καὶ τὸν Φινεὲς ἀνδροφόνον. Ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνος παιδοκτόνος, ἀλλὰ καὶ λίαν φιλόστοργος, εἰ καί τις ἄλλος· οὔτε οὗτος ἀνδροφόνος, [c] ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἄγαν ζηλωτής. Ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ διεπράττετο. Διόπερ ὁ μὲν διὰ τὴν ὑπακοὴν πολλῆς ἀξιοῦται τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς· ὁ δὲ διὰ τὸν ζῆλον ἀνακηρύττεται. Ἔστη γὰρ, φησὶ, Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο. Εἰ τοίνυν E φόνος εὐδοκίμησε καὶ παιδοκτονία ἐν ἐκείνοις, ἐπειδὴ κατὰ Θεοῦ γνώμην ἐγένετο, καὶ οὐ τοῖς γεγονόσι προσέχομεν, ἀλλὰ τῷ σκοπῷ τῶν γινομένων, καὶ τῇ τῶν πεποιηκότων γνώμῃ, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λογίζεσθαι χρή.

Μὴ τοίνυν τοῦτο σκόπει, ὅτι ψεῦδος ἦν τὰ λεγόμενα παρὰ τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, ὅτι βουλόμενος ὁ Θεὸς εἰς ἔργον τὴν πρόῤῥησιν αὐτοῦ ἀγαγεῖν, 517
ἅπαντα οὕτως ᾠκονόμησε γενέσθαι. Καὶ ἵνα μάθῃς A
ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ὁ πάντα ἐξευμαρίζων, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα ποιῶν, ὅρα πῶς ὁ δίκαιος οὐκ ἠδυνήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ πείθεται τοῖς παρὰ τοῦ Ἰακὼβ ῥηθεῖσι, καὶ ἀπολαύσας τῶν ἐδεσμάτων ἀμείβεται αὐτὸν ταῖς εὐλογίαις. Καὶ οὐ πρότερον παραγίνεται ἀπὸ τῆς θήρας ὁ Ἡσαῦ, μέχρις ὅτε πάντα τέλος ἔλαβεν, ἵνα διὰ πάντων γνῶμεν ὅτι κατὰ Θεοῦ γνώμην τὸ γινόμενον ἦν. Εἶπε δὲ, φησὶν, Ἰσαάκ· τί τοῦτο, ὅτι ταχὺ εὗρες, ὦ τέκνον; Ὁ δὲ εἶπεν· ὁ παρέδωκε Κύριος ὁ Θεός σου ἐναντίον ἐμοῦ. Ἔτι ἐναγώνιος εἱστήκει ὁ Ἰακὼβ, καὶ ηὔξετο αὐτῷ τὰ τοῦ φόβου, καὶ πάντα ἐγίνετο, ἵνα μάθωμεν δι' αὐτῶν B
ὅτι ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης οὐχ ἁπλῶς τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν, ἂν μὴ πολλὴν ἴδῃ καὶ τὴν παρ' ἡμῶν θερμότητα γινομένην. Μὴ γάρ μοι παραδράμῃς, ἀγαπητὲ, τοῦτον νῦν τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ σκόπει ὅτι περὶ τοῦ παντὸς ἦν αὐτῷ ὁ κίνδυνος, καὶ ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε μὴ δι' εὐλογίαν κατάρας ὑπεύθυνος γένηται. Εἶτά φησιν, Εἶπε δὲ Ἰσαάκ· ἔγγισόν μοι, καὶ ψηλαφήσω σε, τέκνον, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ, ἢ οὔ. Ἀπὸ γὰρ τῆς φωνῆς ἠρέμα πως ἐνεδοίαζεν ὁ

benedictionem : nunc expende in quanto timore constitutus fuerit, qui tantam fabulam ageret? Verum quia Deus erat qui cooperabatur iis quæ fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur, dicet aliquis, cooperatusne Deus est mendacio? Dilecte, ne indages tantum quod fit, sed attende etiam scopum, et quod id non factum sit temporalis commodi vel avaritiæ causa, sed quod ille patris benedictionem sibi comparare studeret : alioqui si ita simpliciter quæ fiunt examinaturus es, neque semper scopum exquiras, vide ne et patriarcham filii interfectorem, et Phineem homicidam dicas. Verum neque Abraham filii homicida fuit, sed et valde ei affectus erat, si quis alius : neque Phinees homicida, sed zelo plenus. Uterque enim quod Deo probabatur, faciebat. Quamobrem ille per obedientiam, multam a Deo remunerationem promeruit; hic vero propter zelum prædicatur. Dicitur enim: *Stetit Phinees, et placavit.* Si igitur homicidium et filii cædes placuerunt, quia secundum Dei sententiam fiebant, nec attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ gerebantur, et ad voluntatem eorum qui fecerunt : multo magis et hic perpendendum istud fuerit.

Deus non cooperatur mendacio.

Psal. 105. 30.

3. Ne igitur hoc considera, quod falsa fuerint ea quæ dicebantur a Jacobo, sed illud cogita, volentem Deum prædictionem impleri, omnia ut sic fierent dispensavisse. Et ut scias Deum omnia facilia reddidisse, etiam ea quæ difficilia erant : vide quomodo justus non potuerit suspicari fraudem, sed persuasus sit dictis Jacob, et cum edulia ista comedisset, benedictionibus eum remuneret. Et non prius a venatione rediit Esaü, quam omnia essent impleta : ut per omnia sciamus, voluntate Dei hæc gesta fuisse. 20. *Dixit autem,* inquit, *Isaac : Quid hoc, quod tam cito invenisti, fili? Ille autem dixit : Quod tradidit Dominus Deus tuus coram me.* Adhuc in angustiis stabat Jacob, augebaturque plurimum timor ejus : verum hæc omnia propterea facta sunt, ut discamus rebus ipsis Dominum non simpliciter suam declarare sollicitudinem et providentiam, nisi viderit et nostrum accedere fervorem. Ne enim prætereas obiter hunc agonem, dilecte, sed consideres de rerum summa fuisse periculum : eumque timore ac tremore plenum fuisse, ne propter benedictionem fieret omni maledictioni obnoxius. Deinde inquit, 21. *Dixit Isaac : Appropinqua mihi,*

[b] [Morel. et Savil. ὥρα. Coisl. ὅρα σοι καὶ τ. π.]

[c] [Coisl. ἀλλὰ καὶ ζηλωτής.]

et contrectabo te, fili, an sis filius meus Esaü, vel non. Etenim ob vocem paululum dubitabat justus : sed quia dispensatio implenda erat, non permisit Deus ut dolus sentiretur. 22. *Appropinquavit autem, et contrectavit eum, et dixit: Vox quidem vox Jacob, manus autem manus Esaü : et non agnovit eum.* Vide quomodo ostendat totum a Dei gratia manasse : quæ efficiebat, ut ipse nihil horum agnosceret, et Jacob paterna frueretur benedictione. *Et non agnovit eum,* inquit; *erant enim manus ejus sicut manus Esaü* 24. *Et dixit, Tune es filius meus Esaü?* Vide iterum, quomodo ostendit divina Scriptura, quod dubitasset justus. *Dixit* enim, inquit, *Num tu es filius meus Esaü?* ut ex eo quoque sciamus, patrem victum naturali affectione omnia fecisse : Deum autem, qui futura prævidet, et virtutum nota servos suos insignire solet, omnia hunc in modum dispensavisse. Et dixit Jacob : *Ego.* Postquam enim dixit, *Num tu es Esaü filius meus?* et dixit, *Ego :* dixit, 25. *Affer mihi, et comedam de venatione, tua fili, ut benedicat te anima mea:* vix tandem a cura solvitur Jacob, *et attulit patri edulia, attulitque vinum, et bibit.* 26. *Et dixit ei. Accede ad me, et osculare me, fili.* 27. *Et accedens osculatus est eum; et odoratus est odorem vestimentorum ejus, et benedixit eum, ac dixit.* Vide divinæ Scripturæ observationem. Postquam interrogavit, *Num tu es Esaü?* et dixit, *Ego :* iterum contrectavit eum, et subdubitabat, cum ex voce pene simulationem deprehendisset : et iterum interrogavit, *Num tu es filius meus Esaü?* et dixit, *Ego :* et postea attulit ei, et comedit : tunc, inquit, *Osculatus est eum et benedixit eum.* Ut ne quis opinetur eum in personam Esaü benedictionem fecisse, sed in illum quem osculatus est : propterea commemorat divina Scriptura, quod osculatus est, et benedixit illum, quem osculatus est. *Odoratus est enim odorem vestimentorum ejus et benedixit eum, et dixit : Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* 28. *Et dabit tibi Deus de rore cœli, et de pinguedine terræ, et multitudinem frumenti et vini.* Det, inquit, Dominus Deus tibi, qui edulia attulisti, qui a me osculum accepisti : *Et serviant tibi gentes.* Vide quomodo necessariorum copiam ipsi prædixerit.

δίκαιος· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐχρῆν τὴν οἰκονομίαν εἰς ἔργον ἐξελθεῖν, οὐ συνεχωρήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην. Ἤγγισε δὲ, φησὶν, Ἰακὼβ, καὶ ἐψηλάφησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν· ἡ μὲν φωνὴ, φωνὴ Ἰακώβ· αἱ δὲ χεῖρες, χεῖρες Ἡσαῦ· καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν. Ὅρα πῶς δείκνυται ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἦν τὸ πᾶν, τῆς παρασκευαζούσης καὶ αὐτὸν μηδὲν τῶν γινομένων συνιδεῖν, καὶ τὸν Ἰακὼβ ἀπολαῦσαι τῆς πατρικῆς εὐλογίας. Καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτὸν, φησίν· Ἦσαν γὰρ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ὡς αἱ χεῖρες Ἡσαῦ. Καὶ εἶπεν· εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου [a] Ἡσαῦ; Ὅρα πάλιν πῶς δείκνυσιν ἡ θεία Γραφὴ ὅτι ἐδίσταζεν ὁ δίκαιος. Εἶπε γὰρ, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ; ἵνα καὶ ἐκ τούτου πάλιν γνῶμεν, ὅτι ὁ πατὴρ μὲν ἡττηθεὶς τῇ φυσικῇ φιλοστοργίᾳ ἅπαντα διεπράττετο· ὁ δὲ Θεὸς ὁ τὰ μέλλοντα προορῶν, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τρόπων ἀρετῆς χαρακτηρίζων καὶ δεικνὺς τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας, οὕτως ἅπαντα οἰκονομεῖ. Καὶ εἶπε, φησίν· Ἐγώ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ; καὶ εἶπεν, Ἐγώ· εἶπε, Προσάγαγέ μοι, καὶ φάγομαι ἀπὸ τῆς θήρας σου, τέκνον, ἵνα εὐλογήσῃ σε ἡ ψυχή μου· μόλις ποτὲ τῆς ἀγωνίας λοιπὸν ἀπηλλάγη ὁ Ἰακὼβ, Καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ τὰ ἐδέσματα, καὶ εἰσήνεγκεν οἶνον, καὶ ἔπιε. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἔγγισόν μοι, καὶ φίλησόν με, τέκνον. Καὶ ἐγγίσας ἐφίλησεν αὐτόν· καὶ ὡσφράνθη τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν. Ὅρα τῆς θείας Γραφῆς τὴν παρατήρησιν. Ἐπειδὴ ἠρώτησεν, Εἰ σὺ εἶ Ἡσαῦ, καὶ εἶπεν, Ἐγὼ, καὶ πάλιν ἐψηλάφησεν αὐτὸν, καὶ ῥῆμα πως ἐνεδοίαζεν ὑπὸ τῆς φωνῆς εἰς ὑπόνοιάν τινα καὶ ὑπόκρισιν ἐμπεσὼν, καὶ πάλιν ἠρώτησεν, Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ; καὶ εἶπεν, Ἐγὼ, εἶτα προσήνεγκεν αὐτῷ, καὶ ἔφαγε· τότε, φησὶν, Ἐφίλησεν αὐτὸν, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. Ἵνα μὴ νομίσῃ τις ὅτι εἰς τὸ τοῦ Ἡσαῦ πρόσωπον τὴν εὐλογίαν ἐποιήσατο, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον τὸν ὑπ' αὐτοῦ φιληθέντα· διὰ τοῦτο ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι καὶ ἐφίλησε, καὶ ηὐλόγησεν ἐκεῖνον τὸν ὑπ' αὐτοῦ φιληθέντα. Ὡσφράνθη δὲ, φησὶν, τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν ηὐλόγησε Κύριος. Καὶ δώσει σοι Κύριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς, καὶ πλῆθος σίτου καὶ οἴνου. Δώσει, φησὶ, σοὶ τῷ τὰ ἐδέσματα προσενεγκόντι, τῷ παρ' ἐμοῦ φιληθέντι, Καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη. Ὅρα πῶς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν αὐτῷ ἐπηύξατο, εἶτα τὴν ἀρχὴν τῶν ἐθνῶν, προμηνύων ἤδη τὴν μέλλουσαν αὐτῷ ἔσεσθαι εὐημερίαν, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ τικτομένων τὴν ἐπίδοσιν. Καὶ προσκυνησάτωσάν σοι ἄρχοντες. Οὐ

[a] Hic quædam exciderant in Morel. δι' ὁμοιοτέλευτον, quæ in Savil. et in quatuor Mss. habentur et ab Interprete lecta sunt.

μόνον τὴν τῶν ἐθνῶν ὑποταγὴν αὐτῷ ἐπεύχεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχόντων. Καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ὅρα πῶς ὑπηρετεῖται καὶ ἀγνοῶν ὁ δίκαιος τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ. Καὶ ἅπαντα ταῦτα διὰ τοῦτο ᾠκονομεῖτο, ἵνα οὗτος ὁ διὰ τὴν ἀρετὴν ἄξιος, αὐτὸς καρπώσηται τὴν εὐλογίαν. Καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Υἱοὺς εἰώθειν ἡ Γραφὴ καλεῖν [a] πᾶσαν τὴν συγγένειαν· ὡς καὶ ἐνταῦθα, τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρός σου, ὡς ἂν εἴποι τις, τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἡσαῦ ἔσεσθαι μέλλοντας. Οὐδὲ γὰρ C ἕτερον παῖδα ἔσχεν ὁ Ἰσαὰκ, ἀλλ' ἢ τούτους μόνους. Ὁ καταρώμενός σε, ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν σε, εὐλογημένος. Ἰδοὺ ἡ κορωνὶς τῆς εὐλογίας, ἰδοὺ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, τὸ εὐλογημένον εἶναι. Εἶδες Θεοῦ φιλανθρωπίαν; Ὁ δεδοικὼς μὴ κατάραν ἐπισπάσηται ἀντὶ εὐλογίας, οὐ μόνον μετὰ τοσαύτης δαψιλείας τὰς εὐλογίας κομίζεται παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις ἀρᾶται τοῖς ἐπιχειροῦσιν αὐτὸν καταρᾶσθαι. Ἐντεῦθεν μανθάνωμεν ὅτι ἐπειδάν τις κατὰ τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα τὰ καθ' ἑαυτὸν οἰκονομεῖν βούληται, τοσαύτης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν συνεργείας, ὡς αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας αἴσθησιν λαβεῖν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειε τοῦ D Θεοῦ τὴν ἄφατον οἰκονομίαν, ὅτι οὐ πρότερον ὁ Ἡσαῦ ἀπὸ τῆς θήρας παραγέγονε, μέχρις ὅτε πέρας ἔλαβεν ἡ τοῦ δράματος ὑπόθεσις, κἀκεῖνος δεξάμενος τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνεχώρησε; Τοῦτο γὰρ ἡμᾶς διδάξαι βουλόμενος ὁ μακάριος Μωϋσῆς ἐπήγαγε· Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν Ἰσαὰκ εὐλογοῦντα Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ E ἀδελφὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἀπὸ τῆς θήρας.

catus sit, deinde principatum gentium, prædicens et futuram ejus prosperitatem et eorum qui ab eo nascuntur incrementum. *Et adorent te principes.* Non solum ei apprecatur gentium subjectionem, sed etiam principum. *Et sis dominus fratris tui.* Vide quomodo servit justus, etiam ignorans, Dei voluntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, ut hic propter virtutem dignus, recipiat benedictionem. *Et adorabunt te filii patris tui.* Filios consuevit Scriptura vocare omnem generationem : sicut et hic, filios patris tui : ac si quis diceret eos qui ex semine Esaü futuri erant. Non enim alios filios habuit Isaac, quam hos duos solos. *Qui maledicit te, sit maledictus : qui benedicit te, sit benedictus.* Ecce coronidem benedictionis, ecce summam omnium bonorum, esse benedictum. Vidisti Dei clementiam? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones a patre reportat : sed et illi maledicuntur, qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quod quando quis secundum voluntatem Dei sua dispensare vult, tanto superno subsidio adjuvatur, ut hoc plane reipsa experiatur. Quis enim non admiretur et obstupescat Dei ineffabilem dispensationem, quod non prius Esaü de venatione advenerit, quam solveretur fabulæ illius argumentum, et quando ille accepta benedictione a patre discessit? Hoc enim nos docere volens beatus Moses adjicit : 30. *Et factum est postquam cessavit Isaac benedicere Jacob filium suum : et factum est quando exivit Jacob a facie Isaac patris sui, ecce Esaü frater suus venit de venatione.*

Ὅρα πῶς μετὰ τὴν τούτου ἔξοδον ἐκεῖνος εὐθέως παρεγένετο, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ, ἀλλ' ἵνα ἀγνοῶν προσαγάγῃ καὶ αὐτὸς τὰ ἐδέσματα, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς μάθῃ ἅπασαν τοῦ πράγματος τὴν ὑπόθεσιν. Εἰ γὰρ ἔφθη καταλαβεῖν τὸν ἀδελφὸν, ἴσως ἂν αὐτὸν καὶ διεχειρίσατο ἡττώμενος ὑπὸ τοῦ θυμοῦ· ὁ γὰρ μετὰ ταῦτα τοῦτο βουλευσάμενος, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἀκμῇ τοῦ πράγματος τοῦτο ἂν εἰργάσατο. Ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ἦν ἡ τὸν παῖδα διασώζουσα, καὶ τοῦτον μὲν ἄξιον τῆς εὐλογίας ἀπεργασαμένη, ἐκεῖνον δὲ ἀποστερήσασα καὶ τῆς εὐλογίας καὶ τῶν πρωτοτοκίων. Παραγενόμενος δὲ, φησὶν, ἐποίησε καὶ αὐτὸς A ἐδέσματα, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ἀναστήτω ὁ πατήρ μου, καὶ φαγέτω τῆς θήρας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. Ὅρα μοι

4. Vide quomodo post illius exitum alter statim advenit. Non hoc absque causa vel temere factum, sed ut ignorans afferret et ipse edulia, et a patre addisceret rem totam ut acta erat. Nam si in fratrem incidisset, forsitan et ipsum interemisset, victus ira : qui enim hoc postea deliberavit, multo magis dum ageretur negotium, id attentasset. Sed manus Dei erat, quæ puerum servabat : et hunc quidem dignum benedictione effecit, illum autem et benedictione privavit et primogenitura. 31. *Ut autem advenit,* inquit, *fecit et ipse edulia, et attulit patri suo, et dixit : Surgat pater meus, et comedat de venatione filii sui, ut benedicat me anima tua.* Vide, obsecro, iterum justum perturbari, Providentia divina. 519

[a] Sex Mss. πᾶσαν τὴν γενεάν.

et mente cruciari. Nam ut audivit, 32. *Dixit: Quis es tu? Ille dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esaü.* Vide quomodo superbe se gerat in re præsenti: non satis ipsi fuit dicere, *Ego sum Esaü:* sed addidit, *Primogenitus.* 33. *Obstupuit autem Isaac stupore vehementi, et dixit: Quis igitur venatus est mihi venationem, et attulit mihi, et comedi de omnibus antequam tu venires: et benedixi eum, et sit benedictus?* Vide quomodo in perplexitate constitutus justus, et narrans factum, addidit tamen graviter illius animum vulnerans: *Et benedixi eum, et sit benedictus.* Hoc autem faciebat justus, sapientia Dei illius linguam dirigente, ut cum ille omnia diligenter didicisset, scire posset nihil ei profore vel primogenituram, vel venationem. 34. *Auditis sermonibus patris, Esaü clamavit voce magna et acerba.* Quid, est, *Voce magna et acerba?* Indignationem significavit per verbum, et iram magnam qua succensus est cum hæc didicisset. *Et dixit, Benedic, obsecro, et me, pater.* 35. *Dixit autem ei: Frater tuus venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem ubertim et copiose abripuit. Et ut scias supernam gratiam ad hoc fuisse cooperatam, ut justus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fateatur dicens: *Venit frater tuus cum dolo:* quasi excuset se apud filium, et illum doceat dicens, Ignorans illi benedictiones impendi, et paratus eram tibi eas largiri: sed ille *Venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam;* quæ tibi præparata erant, ille præripuit: non hoc mea culpa factum est. 36. *Et dixit,* inquit, *Esaü: Recte vocatum est nomen ejus Jacob; supplantavit enim me jam secundo: et primogenita mea tulerat, et nunc accepit benedictionem meam.* Non in vanum, inquit, nomen hoc sortitus est: supplantationem enim interpretamur nomen ejus: id quod hic in me declaravit, et primogenitura et benedictione me privans. Quid igitur ad Isaac Esaü: *Non reservasti et mihi benedictionem, pater?* 37. *Respondit autem Isaac, et dixit Esaü:* Disce, inquit, quod omnes benedictiones in eum effudi, *Cum eum fecerim dominum tuum.* Vide quomodo statim ab hoc exorditur, et nihil aliud ei

Jacob supplantationem sonat.

πάλιν τὸν δίκαιον ἐν θορύβῳ γενόμενον καὶ διαταραττόμενον τὸν λογισμόν. Ἀκούσας γὰρ, φησὶν, Εἶπε· τίς εἶ σύ; Ὁ δὲ εἶπεν· ἐγώ εἰμι ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος Ἡσαῦ. Ὅρα πῶς μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῷ *πράγματι, οὐκ ἠρκέσθη τῷ εἰπεῖν, Ἐγώ εἰμι Ἡσαῦ, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ὁ πρωτότοκος. Ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, καὶ εἶπε· τίς οὖν ὁ θηρεύσας μοι θήραν, καὶ εἰσενέγκας μοι, καὶ ἔφαγον ἀπὸ πάντων πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν, καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ εὐλογημένος ἔστω; Ὅρα πῶς καὶ εἰς ἀπορίαν γεγονὼς ὁ δίκαιος, καὶ διηγούμενος αὐτῷ τὸ συμβὰν, ὅμως προσέθηκε, καιρίαν ἐκείνῳ διδοὺς τὴν πληγὴν, τὸ Καὶ εὐλόγηκα αὐτὸν, καὶ εὐλογημένος ἔστω. Τοῦτο δὲ ἐποίει ὁ δίκαιος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας διηγούσης αὐτοῦ τὴν γλῶτταν, ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐκεῖνος μαθὼν εἰδέναι ἔχῃ, ὡς οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται οὔτε ἀπὸ τῶν [a] πρωτοτοκίων, οὔτε ἀπὸ τῆς θήρας. Ἀκούσας δὲ, φησὶν, Ἡσαῦ ἀνεβόησε φωνὴν μεγάλην σφόδρα καὶ πικράν. Τί ἐστι, Φωνὴν μεγάλην σφόδρα καὶ πικράν; Τὸν θυμὸν ἠνίξατο διὰ τοῦ ῥήματος, καὶ τῆς ὀργῆς, ἧς ἐπλήσθη ταῦτα μαθὼν, τὴν ὑπερβολήν. Καὶ εἶπεν, εὐλόγησον δὴ κἀμὲ, πάτερ. Εἶπε δὲ αὐτῷ· ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου, ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου. Προλαβὼν, φησὶν, ὁ ἀδελφός σου τὴν εὐλογίαν πᾶσαν ἐπεσπάσατο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. Καὶ ἵνα γνῷς ὅτι ἡ ἄνωθεν χάρις ἦν, ἡ τὸν δίκαιον ἀπατηθῆναι συνεργήσασα, ὅρα πῶς αὐτὸς τοῦτο ὁμολογεῖ λέγων, Ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου, μονονουχὶ ἀπολογούμενος τῷ παιδὶ, καὶ διδάσκων αὐτὸν, ὅτι ἀγνοῶν ἐπ' ἐκεῖνον τὰς εὐλογίας ἐποιησάμην, καὶ ὅτι εἰς σὲ ταύτας ἕτοιμος ἦμην ποιήσασθαι· ἀλλ' ἐκεῖνος Ἐλθὼν μετὰ δόλου, ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου· τὰ σοὶ παρασκευασθέντα ἐκεῖνος ἐδέξατο· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν δὲ αἰτίαν γέγονε. Καὶ εἶπε, φησὶν, Ἡσαῦ· δικαίως ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο· τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφει, καὶ νῦν εἴληφε τὴν εὐλογίαν μου. Οὐ μάτην, φησὶ, τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξιώθη· [b] πτερνισμὸς γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅπερ οὗτος εἰς ἐμὲ ἐπεδείξατο, καὶ τῶν πρωτοτοκίων ἀποστερήσας καὶ τῆς εὐλογίας. Τί οὖν ὁ Ἡσαῦ πρὸς Ἰσαάκ; Οὐχ ὑπελίπου μοι εὐλογίαν, πάτερ; Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰσαὰκ εἶπεν αὐτῷ· μάνθανε, φησὶν, ὅτι πάσας εἰς αὐτὸν ἐξέχεα τὰς εὐλογίας, Εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου. Ὅρα πῶς εὐθέως ἀπὸ τούτου ἄρχεται, καὶ οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἀλλὰ τὴν δουλείαν αὐτῷ σημαίνει καὶ τὴν ὑποταγήν· καί φησιν, Εἰ κύριον αὐτὸν ἐποιησά σου, καὶ πάντας

* [Coisl. προστάγματι.]

[a] Sex Mss. et Savil. πρωτοτόκων. Morel. melius πρωτοτοκίων.

[b] Πτερνισμὸς γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, *supplantationem enim interpretamur nomen ejus.* עקב *Ekeb* Hebræis est *planta pedis*, sive etiam *supplantatio*, unde factum יעקב.

τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἰκέτας, σίτῳ καὶ οἴνῳ ἐστήριξα αὐτόν· σοὶ δὲ τί ποιήσω, τέκνον; Οὐδὲν ἕτερον λοιπὸν ὑπολέλειπται· εἰ δεσπότην αὐτὸν ἐποίησά σου, καὶ πάντας αὐτοῦ οἰκέτας τοὺς ἀδελφούς, καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ τὴν ἀφθονίαν ἐπηυξάμην, τί λοιπὸν ἕτερον λείπεται; Εἶπε δὲ Ἡσαῦ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· μὴ εὐλογία μία σοί ἐστι, πάτερ; Εὐλόγησον δὴ κἀμέ. Ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ πατρὸς εἰπόντος, Καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ εὐλογημένος ἔσται, εἶτα καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτῷ πᾶσαν δήλην ἐποίησε, τότε φησίν, Εὐλόγησον δὴ κἀμὲ, πάτερ· μὴ γὰρ μία σοί ἐστιν εὐλογία; Μὴ γὰρ οὐχ ἱκανὸς σὺ κἀμὲ ἀξιῶσαι τῆς παρὰ σοῦ εὐλογίας, τὸν οὕτω παρὰ σοῦ ἀγαπώμενον, τὸν πρωτότοκον, τὸν διὰ τὴν θήραν παρὰ σοῦ ἀποσταλέντα; Συνέχεε διὰ τῶν ῥημάτων τὸν πατέρα. Κατανυχθέντος γὰρ, φησὶν, Ἰσαὰκ, ἀνεβόησε φωνῇ Ἡσαῦ, καὶ ἔκλαυσεν. Εἶδε τὸν πατέρα ἐν ἀμηχανίᾳ ὑπάρχοντα, καὶ οὐ δυνάμενον, οὐδὲ ἀνεχόμενον ἀνατρέψαι τὰ ἤδη γεγονότα· καὶ ὁ μὲν τῇ βοῇ καὶ κλαυθμὸν προσέθηκεν, εἰς πλέονα συμπάθειαν ἀγαγεῖν τὸν πατέρα βουλόμενος. Οἰκτείρας δὲ αὐτὸν ὁ Ἰσαὰκ, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις· ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου. Ἐπειδὴ, φησὶ καὶ αὐτὸς τῆς παρ' ἐμοῦ εὐλογίας ἀπολαῦσαι ἐπιθυμεῖς, μάνθανε ὅτι οὐχ οἷόν τέ με ἐναντία τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ διαπράξασθαι· ἀλλὰ καὶ σοὶ μὲν ἐπεύχομαι τὴν ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἀπολαῦσιν· ἴσθι δὲ μέλλων πολεμικὸν ἀναδέξασθαι βίον· Ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ γάρ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις.

Ἀλλὰ μηδεὶς ἀκούων ταῦτα ξενιζέσθω, ὁρῶν μετὰ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν ἀλήτην γενόμενον διὰ τὸν παρὰ τούτου φόβον, καὶ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐπειγόμενον, μηδὲ τοῖς προοιμίοις προσέχων, νομιζέτω διαπίπτειν τὴν πρόῤῥησιν. Ὅταν γὰρ ὁ Δεσπότης τι ὑπόσχηται, κἂν ἐναντία τῶν ὑποσχέσεων ἴδωμεν ἐν τοῖς προοιμίοις ἐκβαίνοντα, μὴ θορυβώμεθα· οὐ γὰρ οἷόν τέ ποτε μέχρι τέλους διαμαρτεῖν. Τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα λαμπρότεροι διὰ πάντων οἱ δίκαιοι δεικνύμενοι, τὴν περιουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως κατάδηλον ἡμῖν ἅπασι γενέσθαι παρασκευάσωσι. Καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν δικαίων τοῦτο εὑρήσεις, εἰ βουληθείης ἁπάσας μετὰ ἀκριβείας κατιδεῖν τὰς ἱστορίας, ὃ δὴ καὶ νῦν γεγένηται. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι νῦν εὐθέως φυγὰς ἐγίνετο, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα περιφάνειαν λογίζου, καὶ ὅτι τοῦ χρόνου παραδραμόντος αὐτὸς οὗτος ὁ φοβερὸς αὐτῷ γεγονὼς τοσαύτην περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται τὴν αἰδῶ, καὶ ὅτι εἰς τοσαύτην ἦλθε δόξαν μετὰ

quam servitutem significat et subjectionem : ac dicit : *Si eum feci dominum tuum, et omnes fratres ejus servos, frumento et vino stabilivi eum : tibi autem quid faciam, fili ?* Nihil aliud ultra relictum est : cum dominum eum fecerim tuum, et omnes fratres famulos, et rerum necessariarum ubertatem precatus ei sim, quid aliud ultra relictum est ? 38. *Dixit autem Esaü ad patrem suum : Num benedictio una tibi est, pater ? Benedic, obsecro, et me.* Quoniam audivit patrem dicentem : *Et benedixi eum, et benedictus erit,* atque omnem illi deinde benedictionem manifestavit : tunc inquit, *Benedic, obsecro, et me pater : num una tibi benedictio est ?* Non potes et mihi tuam benedictionem impartiri, qui ita a te diligor, qui primogenitus, qui a te in venationem missus sum ? Conturbavit patrem verbis. *Cumque autem Isaac,* inquit, *clamavit voce magna Esaü et flevit.* Vidit patrem consilio destitutum, et non posse, neque velle revocare quæ facta sunt : et clamori etiam adjecit ploratum, ut ad majorem commiserationem patrem flecteret. Misertus itaque ejus Isaac dixit ei : 39. *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, et de rore cæli desuper,* 40. *et in gladio tuo vives, et fratri tuo servies : erit autem quando depones et exsolves jugum ejus a collo tuo.* Quoniam, inquit, et ipse meam benedictionem desideras, disce non esse possibile ut agam quæ divinæ voluntati adversa sunt ; sed et tibi quidem apprecor, ut rore cæli fruaris : scias autem te militarem vitam acturum esse : nam *In gladio tuo vives, et fratri tuo servies.* Benedictionis Esaü expositio.

5. Cæterum nullus hæc audiens miretur, videns post hæc fratrem ejus vagantem ob illius metum, et in terram alienam contendentem : neque initia attendens, existimet vaticinium excidere. Nam quando Dominus aliquid pollicetur, etsi contraria iis quæ pollicetur videamus in principio evenire, non turbemur : neque enim possibile est ut ad finem usque promissa excidant. Hoc autem fit, ut dum justi per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis Dei manifestam nobis omnibus faciant. Et in unoquoque justorum hoc invenies, si volueris historias singulas diligenter animadvertere, quod sane nunc quoque factum est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus sit, sed cogita gloriam quæ posthac sequetur ; ut quomodo temporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, tantam erga eum declaret reverentiam : quomodo

item in tantam venerit gloriam post ærumnas, quas in terra aliena tulit, ut qui ex ipso nati sunt, in immensam multitudinem propagentur, et ejus nomine tota gens cognominetur et insigniatur. Nunc autem docens nos divina Scriptura fratris indignationem, qua ad homicidium spectabat, inquit: 41. *Et odio gravi prosequebatur Esaü Jacob propter benedictionem, qua benedixerat eum pater suus.* Et ut sciamus non fuisse simplicem subitaneam iram, per dictionem nobis significavit malitiæ ejus excessum. *Gravi odio prosequebatur*, dicit: hoc est, instabat et perseverabat odium, ita ut et mentem in profundo latentem per verba significaret. *Dixit enim in corde suo: Appropinquent dies luctus patris mei, ut occidam Jacob fratrem meum.* Vere omnino is qui irascitur non minus quam ii qui furiosi sunt, insanit. Considera enim quomodo dæmon ille sicut insanientes subingressus, mente destituit quos corripit, et suadet ut plane contraria faciant iis quæ oculis videntur. Neque enim recte vident illi, neque aliud quiddam faciunt: sed quasi hebetatis sensibus et judicandi vi amissa, faciunt omnia. Ita sane et qui irascuntur, non agnoscunt præsentes, non memores sunt cognationis, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neque quidquam aliud in mentem admittunt, sed iræ vi pressi, in præceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis miserius fuerit, quando victi et capti ab ægritudine animi etiam ad homicidium festinant? Propterea beatus Paulus radicem hujus mali volens exstirpare, admonet, sic scribens: *Ephes.* 4. 31. *Omnis ira et indignatio, et clamor auferatur a vobis cum omni malitia.* Non solum, inquit, nolo vos succensere et indignari, et irasci, sed neque cum clamore proximis loqui: clamorem hic dicens, qui ab ira nascitur. Quando enim morbus hic intrinsecus excitatur et cor tumet, non jam sinit ut lingua placide loquatur; sed affectionem cordis demonstrans, efficit ut clamose cum proximo loquatur. Volens igitur beatus ille sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit: *Omnis ira* (hoc est, a qualicumque causa moveatur), *et* omnis *indignatio et* omnis *clamor tollatur a vobis*: deinde radicem hujus mali volens arefacere, et inutilem reddere, dicit: *Cum omni malitia.* Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet a terrenis fluctibus liber; et neque tempestatem timet, ne-

Moralis epilogus.

Ira furoris genus.

τὴν ἐπὶ τῆς ξένης ταλαιπωρίαν, ὡς καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ τεχθέντας εἰς ἄπειρον πλῆθος ἐκταθῆναι, καὶ διὰ τῆς τούτου προσηγορίας ἅπαν τὸ ἔθνος χαρακτηρίζεσθαι. Νυνὶ δὲ διδάσκουσα ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ τοῦ ἀδελφοῦ τὸν θυμὸν, καὶ ὅτι πρὸς φόνον ἀπέβλεπε, φησί· Καὶ ἐνεκότει Ἡσαῦ τῷ Ἰακὼβ περὶ τῆς εὐλογίας, ἧς ηὐλόγησεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὀργὴ ἦν πρόσκαιρος τοῦτο, διὰ τῆς λέξεως ἐσήμανεν ἡμῖν τῆς κακίας αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. Ἐνεκότει γὰρ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἐνέκειτο, ἐπέμενεν, ὡς καὶ διὰ τῶν ῥημάτων τὴν ἐν τῷ βάθει κρυπτομένην γνώμην φανερὰν καταστῆσαι. Εἶπε γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ διανοίᾳ· ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, ἵνα ἀποκτείνω Ἰακὼβ τὸν ἀδελφόν μου. Οὕτως ἄρα καὶ τῶν μαινομένων αὐτῶν οὐκ ἔλαττον ὁ θυμούμενος παραπαίει. Σκόπει γὰρ, ὅπως καθάπερ τοὺς μαινομένους ὁ δαίμων ἐκεῖνος ἐπεισελθὼν ἔκφρονας ἐργάζεται, καὶ ἐναντία τοῖς ὁρωμένοις διαπράττεσθαι ἀναπείθει. Οὐ γὰρ ὁρῶσιν ὑγιῶς, οὔτε ἕτερόν τι διαπράττονται τῶν χρησίμων, ἀλλὰ καθάπερ τὰς αἰσθήσεις πεπηρωμένοι, καὶ τὸ διακριτικὸν διαφθείραντες, οὕτως ἅπαντα ἐργάζονται. Οὕτω καὶ οἱ θυμούμενοι, οὐ τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκουσιν, οὐ συγγενείας μέμνηνται, οὐ φιλίας, οὐ συνηθείας, οὐκ ἀξιώματος, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅλοι ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τυραννούμενοι κατὰ κρημνῶν φέρονται. Τί οὖν ἂν εἴη τῶν τοιούτων ἐλεεινότερον, ὅταν ἁλόντες ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ αἰχμάλωτοι γενόμενοι, καὶ πρὸς φόνον ἐπείγονται; Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος τὴν ῥίζαν ἀποσπάσαι βουλόμενος τοῦ κακοῦ, γράφων παρήνει, οὕτω λέγων, Πᾶσα ὀργὴ καὶ θυμὸς καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. Οὐ μόνον, φησὶ, θυμοῦσθαι ὑμᾶς οὐ βούλομαι, οὐδὲ μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ μετὰ κραυγῆς τοῖς πλησίον διαλέγεσθαι, κραυγὴν ἐνταῦθα λέγων, τὴν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ γινομένην. Ὅταν γὰρ τὸ πάθος ἔνδοθεν διεγείρηται, καὶ ἡ καρδία οἰδαίνῃ, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἡ γλῶσσα ἠρέμα φθέγγεσθαι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς καρδίας ἐμφαίνουσα, μετὰ κραυγῆς τῷ πλησίον διαλέγεσθαι παρασκευάζει. Βουλόμενος οὖν ἐν γαλήνῃ διάγειν διηνεκεῖ τοὺς αὐτῷ πειθομένους ὁ μακάριος οὗτος, εἰπὼν, Πᾶσα ὀργὴ, * ἔδειξε τί ἐστι Πᾶσα ὀργὴ, ἡ ἀφ' οἵου δή ποτε πράγματος κινουμένη· καὶ πᾶς θυμὸς καὶ πᾶσα κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν· εἶτα αὐτὴν τὴν ῥίζαν τῆς κακίας ξηρᾶναι βουλόμενος καὶ ἄκαρπον ἐργάσασθαι, φησὶ, Σὺν πάσῃ κακίᾳ. Ὁ γὰρ οὕτω διακείμενος διηνεκῶς ἐν λιμένι κάθηται, τῶν ἀπὸ τῆς γῆς κυμάτων ἀπηλλαγμένος, καὶ οὔτε χειμῶνα δέδοικεν, οὔτε ναυάγιον, ἀλλὰ καθάπερ ἐν γαλήνῃ πλέων ἢ ἐν εὐδίῳ λιμένι

* [Coisl. omittit ἔδειξε. Nec agnoscit Interpres.]

καθήμενος, οὕτως ἕλκει τὸν παρόντα βίον πάσης [a]ταραχῆς ἐκτὸς ὤν, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀθανάτων καὶ ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἑαυτῷ διὰ πάντων προξενεῖ· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

que naufragium; sed quasi in tranquillitate navigans, vel in placido portu sedens, ita præsentem vitam trahit, non solum ab omni perturbatione liber, sed et immortalium et ineffabilium bonorum fructus sibi per omnia concilians: qui nobis omnibus concedantur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, et sancto Spiritui sit gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ νδ'. E HOMILIA LIV.

Καλέσασα δὲ Ῥεβέκκα τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, εἶπεν αὐτῷ. Rebecca autem vocato filio suo juniore, dixit ei. *Gen.* 27 42.

Εἴδετε χθὲς καὶ [b]τοῦ τελώνου τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀναισθησίαν; Εἴδετε πῶς ἅπαντας ἡμᾶς ἐπαίδευσεν ὁ μακάριος Ματθαῖος, δι' ὧν οὕτω ταχέως ὑπήκουσε, δι' ὧν τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν μεταβολὴν, ὅτι ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται τῇ ἡμετέρᾳ, μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν, τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς κακίας· καὶ ὅτι καὶ σπουδάσαντες δυνάμεθα γενέσθαι ἐνάρετοι, καὶ ῥᾳθυμήσαντες πάλιν εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας κρημνὸν καταφερόμεθα; Τοῦτο γάρ ἐστιν ᾧ τῶν ἀλόγων διεστήκαμεν, τὸ λόγῳ τετιμῆσθαι ἡμᾶς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ ἐναποκεῖσθαι τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ πονηροῦ. Μηδεὶς τοίνυν προφασιζέσθω ὡς δι' ἄγνοιαν ἀρετῆς ἀμελῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸν ὑποδεικνύντα τὴν ταύτης ὁδόν. Ἀρκοῦντα γὰρ ἔχομεν διδάσκαλον τὸ συνειδὸς, καὶ οὐχ οἷόν τέ τινα ἀπεστερῆσθαι τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας. Καὶ γὰρ ἅμα τῇ πλάσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ γνῶσις τῶν πρακτέων αὐτῷ ἐναπετέθη, ἵνα τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ τινὶ, τῷ παρόντι βίῳ ἐγγυμνασάμενος πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους, τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς βραβεῖα κομίσηται, καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ πονήσας, ἐν διηνεκεῖ τῷ αἰῶνι τῶν στεφάνων ἀξιωθείη, καὶ ἐν τῷ ἐπικήρῳ τούτῳ αἰῶνι τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος, ἐν τοῖς ἀπείροις καὶ ἀϊδίοις αἰῶσι τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν ἀπολαύῃ. Ὅπερ εἰδότες, ἀγαπητοὶ, μὴ προδῶμεν ἡμῶν τὴν εὐγένειαν, μὴ ἀγνώμονες περὶ τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν γενώμεθα, μηδὲ τὸ πρόσκαιρον τῆς δοκούσης ἡδονῆς μεταδιώξαντες, διηνεκῆ τὴν ὀδύνην ἑαυτοῖς κατασκευάσωμεν· ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τὸν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας ἐπιστάμενον

1. Vidistis heri publicani bene affectum animum, et Domini ineffabilem misericordiam, et Judæorum stupiditatem immensam? Vidistis quomodo omnes nos erudierit beatus Matthæus, 512 statim obediens, et tantam morum mutationem A præ se ferens: quia in voluntate nostra, post supernam gratiam, sitæ sunt et virtutes, et vitia: et quia studio nostro possumus fieri virtutibus conspicui; et contra desides facti, in peccati præcipitium deferri? Hoc enim est quo a brutis differimus, quia ratione insigniti sumus a benigno Deo, et in natura nostra insita est scientia boni et mali. Nullus ergo prætexat, se ex ignorantia virtutem negligere, vel quia nullum habeat viæ ducem et commonstratorem. Sufficientem enim magistrum habemus conscientiam, et fieri non potest, ut quis illo adjumento privetur. B Nam simul cum formatione hominis insita est illi scientia faciendorum, ut rectum suum animum declarans in præsenti vita, quasi in palæstra quadam exercitatus ad virtutum labores, probitatis virtutisque præmia reportet, et brevi tempore in laboribus decurso, perpetuas coronas mereatur, atque in fluxo hoc sæculo virtutem amplexatus, æternis bonis in infinita sæcula fruatur. Id sane scientes, fratres, nostram ne perdamus nobilitatem, ne simus post tantam beneficentiam ingrati, ne sectemur voluptates, C quæ tam brevi tempore durant, perpetuum dolorem nobis accersentes: sed ante nos semper intuentes oculum illum qui numquam sopitur, qui et abscondita cordis novit, res nostras ita

Gratiæ divinæ auxilium.

Conscientia sufficiens magister.

[a] Sex Mss. *ταραχῆς ἐλεύθερος ὤν.*

[b] Hic commemoratur homilia ubi de publicano pœnitente, de Judæorum stupiditate, deque Matthæi apostoli vocatione agebatur: an vero hæc homilia ex editarum numero sit, nondum explorare potui; suspicor tamen ex amissarum numero esse. Εὐγνωμοσύνην hic *gratitudinem* verterat vetus Interpres, nec recte sane: nos *bene affectum animum* vertimus.

instituamus et moderemur, et muniti armis Spiritus bene affectum animum exhibeamus, ut superno fruentes auxilio, devicto hoste illo et adversario nostro, ejusque machinamentis inutilibus redditis, bonis illis frui valeamus, quæ promisit Dominus diligentibus se. Ne ergo quis spectet ad laborem virtutum, sed lucrum inde partum cogitans prompte labores suscipiat. Nam si ii qui in terrenis versantur negotiis, et ad colligendas opes insaniunt, omnia prompte suscipiunt facienda; et pericula maris, naufragia, piratarum insidias prospicientes non frangantur, nec segniores fiunt, quamvis de fine nihil certi habeant: qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio et alacritate accingamur ad virtutum studia et agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, et neque quæ jam donata sunt versamus animo, neque promissa cogitamus; sed omnium propemodum obliti, frustra et in vanum, quasi pecudes, vitam totam transigimus: animæ quidem nullam habentes curam, ventrem autem solum dirumpentes cibis, atque etiam propter hoc misero corpori perniciem parantes, ac propter intemperantiam et ingluviem innumera nobis negotia facimus et accersimus, dum animam fame perire sinimus? tametsi præstantior anima sit quam corpus, et ablata illa, hoc mortuum relinquatur. Cum igitur oporteret et huic atque illi congrua et convenientia præbere alimenta, modum neque hic, neque illic servantes, utrique nocemus: hoc plus quam oportet saginantes, illam autem fame perire cogentes. Id quod universorum Dominus loco maximæ indignationis aliquando interminatus est Judæorum populo dicens: *Dabo vobis non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonem Domini;* docens nos, illam quidem famem corpus macilentum reddere, hanc autem animam attenuare: idipsum, quod Dominus tunc supplicii loco illis minabatur, nunc nos sponte nobis attrahimus; idque postquam Deus tantam nostri curam declaravit, et dispensavit, ut cum sacrarum Scripturarum lectione habeamus et a doctoribus admonitiones. Ideo oro vestram caritatem, ut excussa desidia paululum expergiscamini, et studium omne in animæ salutem transferatis. Sic enim et a Deo benevolentiam uberem attrahetis, nosque alacriores ad docendum vos erimus, quos videbimus consilio nostro parere. Quoniam et agricola, quando videt terram fecundam, culturæ idoneam fructuumque fe-

Amos. 8. 11.

Cum lectione Scripturæ monita Doctorum.

διηνεκῶς προορώμενοι, οὕτως ἅπαντα τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, καὶ τοῖς ὅπλοις τοῦ Πνεύματος φραξάμενοι, καὶ τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεξάμενοι, ἐπισπασώμεθα τὴν ἄνωθεν ῥοπήν, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύοντες συμμαχίας, καὶ τοῦ ἐχθροῦ καὶ πολεμίου περιγενόμενοι, καὶ ἄκυρα αὐτοῦ καταστήσαντες τὰ μηχανήματα, τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀπολαῦσαι δυ- D νηθῶμεν, ὧν ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ Κύριος. Μὴ τοίνυν πρὸς τὸν πόνον τις δράτω τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος λογιζόμενος ἑτοίμως τοὺς ὑπὲρ ταύτης πόνους καταδεχέσθω. Εἰ γὰρ οἱ περὶ τὰ βιωτικὰ στρεφόμενοι, καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων συλλογὴν μεμηνότες, ἅπαντα προθύμως καταδέχονται, καὶ τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, καὶ τὰ ναυάγια, καὶ τὰς τῶν πειρατῶν ἐφόδους προορῶντες, οὐδὲ οὕτως ὀκνηρότεροι γίνονται, καὶ ταῦτα οὐδὲ θαρρεῖν περὶ τοῦ τέλους δυνάμενοι· ποίαν ἡμεῖς ἔξομεν E ἀπολογίαν, τῶν ἀθανάτων ἐκείνων ἕνεκεν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας μὴ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ ἀποδυόμενοι; Τίνος ἕνεκεν οὕτως ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργέτην γινόμεθα, καὶ οὔτε τὰ ἤδη δωρηθέντα λογιζόμεθα, οὔτε τὰ ἐπαγγελθέντα ἐννοοῦμεν, ἀλλὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, λήθην ποιησάμενοι, ἁπλῶς καὶ εἰκῇ βοσκημάτων δίκην βίον ἅπαντα παρατρέχομεν, τῆς μὲν ψυχῆς οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, τὴν δὲ γαστέρα μόνην διαῤῥηγνύντες, καὶ πολλὴν διὰ ταύτης τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ σώματι τὴν λύμην κατασκευάζοντες, καὶ τοῦτο μὲν διὰ τῆς ἀμετρίας, καὶ τῆς πολλῆς ἀδηφαγίας μυρία πράγματα κατασκευάζειν ἡμῖν παρασκευάζομεν, τὴν δὲ ψυχὴν λιμῷ τήκεσθαι συγ- 523 A χωροῦμεν; καίτοι ψυχὴ σώματος κυριώτερον, καὶ ἐκείνης ἀπειρηκυίας νεκρὸν τοῦτο καταλείπεται. Δέον οὖν κἀκείνῃ τὴν κατάλληλον καὶ ἁρμόττουσαν παρέχειν τροφὴν ἡμᾶς, ἑκατέροις λυμαινόμεθα, ἀμετρίαν καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τὸ μὲν ὑπὲρ τὴν χρείαν πιαίνοντες, τὴν δὲ ὑπὸ λιμοῦ διαφθείρεσθαι καταναγκάζοντες. Καὶ ὅπερ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἐν τάξει μεγίστης ἀγανακτήσεως ἠπείλησέ ποτε τῷ τῶν Ἰουδαίων δήμῳ, λέγων, Δώσω ὑμῖν οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι ἐκεῖνος μὲν ὁ λιμὸς B τὸ σῶμα κατατείνειν δύναται, οὗτος δὲ ὁ λιμὸς αὐτῆς καθικνεῖται τῆς ψυχῆς· τοῦτ' αὐτὸ νῦν, ὅπερ ἀντὶ τιμωρίας ἐκείνοις ἐπάγειν τότε ἠπείλησεν ὁ Δεσπότης, ἡμεῖς ἑκόντες ἐπισπώμεθα, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ τοσαύτην περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπιδειξαμένου, καὶ οἰκονομήσαντος μετὰ τῆς ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως, ἔχειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἀπὸ τῶν διδασκάλων νουθεσίαν. Δι' ὃ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, πᾶσαν ῥαθυμίαν ἀποτινάξασθαι καὶ διεγερθῆναι μικρὸν, καὶ πᾶσαν τὴν σπουδὴν μεταθεῖναι ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς σωτη-

ρίαν. *Οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν μετὰ δαψιλείας ἐπισπάσησθε, καὶ ἡμεῖς προθυμότερον τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιησώμεθα, ὁρῶντες εἰς ἔργον ἡμῶν ἐκβαίνουσαν τὴν συμβουλήν. Ἐπεὶ καὶ γεωργὸς, ἐπειδὰν ἴδῃ τῆς γῆς τὴν ἐπιτηδειότητα πολλὴν παρέχουσαν αὐτῷ τῶν καρπῶν τὴν φορὰν, καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος τῆς σπουδῆς πρὸς τοὺς τῆς γεωργίας πόνους ἐπαποδύεται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς ἂν θεασοίμεθα τὴν κατὰ Θεὸν ὑμῶν προκοπὴν, καὶ ὅτι τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα διὰ τῶν ἔργων ἐνδείκνυσθαι σπουδάζετε, πλείονα καὶ αὐτοὶ τὸν πόνον τὸν διδασκαλικὸν ἐπιδειξόμεθα· ἅτε εἰδότες ὅτι οὐ κατὰ πετρῶν σπείρομεν, ἀλλ' εἰς λιπαρὰν καὶ βαθύγεων καταβάλλομεν τὰ σπέρματα.

Διὰ γὰρ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιούμεθα, ἵνα καὶ ὑμεῖς κερδάναντές τι χρήσιμον ἐντεῦθεν ἀπέλθητε, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ὑμῖν αὐξάνηται, καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ὑμῶν τὴν προκοπὴν εὐφραινώμεθα. Μὴ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ λέγειν βουλόμεθα, ὥστε τὸν παρ' ὑμῶν ἔπαινον καρπώσασθαι, καὶ ἵνα κροτήσαντες ὑμεῖς ἀναχωρήσητε; Οὐ διὰ τοῦτο, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν. Ἐμοὶ μέγιστος ἔπαινος καὶ ἀρκετὸς, εἴ τις ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν μεταβάλλοιτο, εἴ τις πρὸ τούτου ῥᾳθυμος ὢν, σπουδαῖος ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπομνήσεως γένηται· τοῦτο καὶ ἐμοὶ μέγιστον φέρει τὸν ἔπαινον καὶ τὴν παραμυθίαν, καὶ ὑμῖν πολὺ τὸ κέρδος καὶ τὸν πλοῦτον τὸν πνευματικόν. Ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν πολλὴν ἐπιδείξεσθε τὴν σπουδὴν, οὐκ ἀμφιβάλλω· οἶδα γὰρ ὅτι θεοδίδακτοί ἐστε, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν. Διὰ τοῦτο ἐνταῦθα στήσας τὴν περὶ τούτου συμβουλὴν, τῆς συνήθους ἅψομαι διδασκαλίας ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ῥημάτων, μᾶλλον δὲ τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δι' αὐτοῦ ἡμῖν εἰρημένων, μικρά τινα εἰς τὸ μέσον προσθεὶς, ἐκεῖθεν ὑμῖν σήμερον τὴν ἑστίασιν παραθήσομαι. Ἠκούσατε πρώην ὅπως κατὰ τὴν συμβουλὴν τῆς Ῥεβέκκας ἅπαντα διαπραξάμενος ὁ Ἰακὼβ, τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς εὐλογίαν ἐπεσπάσατο, τὴν ἐπαινετὴν ἐκείνην κλοπὴν ἐπιδειξάμενος, δι' ὃ καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεργίας ἀπήλαυσε, καὶ εἰς ἔργον ἐξῆλθεν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐντεῦθεν αὐτῷ πολὺς ὁ φθόνος ἐτίκτετο παρὰ τοῦ Ἡσαῦ, καὶ πρὸς φόνον λοιπὸν παρεσκευάζετο· [a] τοιοῦτον γὰρ αὖτε τὸ ὀλέθριον

racem, parat se etiam ipse ut majori studio illam colat : eodem modo et nos si viderimus vestrum in divinis profectum, et vos ea quæ a nobis dicuntur, factis studiose implere, majorem docendi laborem exhibebimus : utpote scientes, nos non in petris seminare, sed in pingui et profunda terra.

2. Ea enim de causa quotidie vobis concionamur, ut aliquid lucri faciatis, et virtutes vestræ crescant, nosque lætemur vestrum videntes profectum. Numquid enim temere et in vanum dicere volumus, ut a vobis laudum fructus recipiamus, et ut plaudentes manibus recedatis? Non hoc spectamus ; absit : sed vestram utilitatem. Mea maxima laus est et summus plausus, si quis a vitiis ad virtutem convertatur, si quis antea deses, nostra adhortatione studiosus fiat : hoc et mihi maximum affert solatium et laudem, et vobis lucrum et divitias spirituales. Sed non ambigo, quin multum studii exhibituri sitis : scio enim vos a Deo doctos esse, posseque etiam alios admonere. Propter hoc hic sistens meam consilium, pergam ad solitam doctrinam ex verbis beati Mosis, imo Spiritus sancti per eum loquentis : et ubi pauca quædam proposuero, hodiernum vobis illinc convivium apponam. Audistis nuper quomodo Jacob omnia faciens secundum consilium Rebeccæ, patris benedictionem arripuerit, laudatumque furtum commiserit, ideo et cooperatorem Deum habuit, et conatus ejus bene successit : sed quia Esaü ob id ipsi valde invidebat, et se ad cædem præparabat : ita enim se habet mala hæc affectio ; non ante desistit, donec a se captum in præceps dejiciat, ita ut ad homicidii currat scelus. Radix enim homicidii invidia, [et fructus invidiæ homicidium]. Ita et a principio fuit inter Cain et Abel. Ille

Applaudus rejicit Chrysostomus.

Radix homicidii invidia.

* [Coisl. *οὕτω γὰρ καὶ τὴν.... ἐπισπάσεσθε.... ποιησόμεθα.* Infra id *ἀποδύεται*, et paulo post *ἂν θεασώμεθα.... βαθύγαιον.*]

[a] Post *παρεσκευάζετο* male in Editis legebatur *ὁ ἀδελφός*, quæ vox in omnibus pene Manuscriptis [etiam in Coisl.] deest. Infra post hæc verba, *ῥίζα γὰρ τοῦ φόνου ὁ φθόνος*, Interpres legisse videtur *καὶ καρπὸς τοῦ φθόνου ὁ φόνος*, sic enim totum transtulit : *Radix enim homicidii invidia, et fructus invidiæ homicidium.* Sed postrema Græca verba, *καὶ καρπὸς τοῦ φθόνου ὁ φόνος*, nec apud Morel. vel Savil. nec apud ullum Manuscriptorum leguntur : nec tamen suo Marte illa inseruisse videtur Interpres, et sunt vere digna Chrysostomo. [Coisl. ipsa hæc verba *καὶ καρπὸς τοῦ φθόνου ὁ φόνος* addit post *φθόνος*.]

enim nihil habens vel parvum vel magnum, de quo accusaret fratrem, ubi vidit illum Domino probari propter oblationem munerum, se vero ob negligentiam suam rejici, ad invidiam statim provocatus est: et nata homicidii radice in mente ejus, statim perniciosum illum fructum attulit, et homicidium commisit. Ita sane etiam Esaü, cum videret accepisse fratrem benedictionem a patre, ab ira et invidia ad homicidium inductus, meditabatur mortem fratris. Verum admirabilis illa mater hoc sentiens, iterum maternum amorem erga filium declaravit: et consilium attulit quo posset fratris manibus eripi. 42. *Vocato enim*, inquit, *filio suo juniore, dixit ei: Ecce Esaü frater tuus minatur tibi mortem.* 43. *Nunc igitur audi vocem meam.* Experientia te doceat me tibi utilia consulere; et sicut jam audita voce mea, magnas illas a patre benedictiones assequutus es: ita et nunc audi vocem meam, ut effugere possis fratris manus. Sic enim et temetipsum a periculis liberum reddes, et me a luctu. Verisimile enim est illum, si hoc ausus fuerit, pœnam daturum esse, atque ita undique mihi gravis dolor et cruciatus erit. *Audi igitur vocem meam, et surge, statimque vade ad Laban fratrem meum in Charran,* 44. *et habita cum eo ad aliquot dies, usquequo avertatur ira et indignatio fratris tui erga te,* 45. *et obliviscatur quæ ei fecisti: et mittam et reducam te inde, ne forte uno die vobis ambobus orber. Abi*, inquit, *ad fratrem meum Laban, et habita illic cum eo.* Verisimile enim est separationem et temporis processum posse aliquid amplius, nempe mitigare iram, invidiam sedare et oblivionem afferre eorum quæ in furto benedictionis gesta sunt. *Et obliviscatur*, inquit, *quæ feceris ei.* Verisimile est, inquit, eum irasci: ideo par est ut iram et impetum ejus declines, si forte per tempus rei gestæ obliviscatur, et postea cum libertate possis hic domicilium habere. Et ne filius ejus gravatim ferat, quod cogatur in alienam terram abire: vide quomodo soletur illius animam. Primum quidem dixit: *Abi ad Laban fratrem meum.* Num ad extraneum et alienum ire te jubeo?

πάθος· οὐ πρότερον ἵσταται, μέχρις ἂν τὸν ὑπὸ τοῦ πάθους ἁλόντα κατὰ κρημνῶν ἐνεχθῆναι παρασκευάσῃ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φόνου παρανομίαν δραμεῖν. Ῥίζα γὰρ τοῦ φόνου ὁ φθόνος. Οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ Κάϊν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ γέγονεν. Οὐδὲν γὰρ ἔχων οὐδὲ ἐκεῖνος, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐγκαλέσαι τῷ ἀδελφῷ, ἐπειδὴ εἶδεν εὐδοκιμοῦντα παρὰ τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων ἀπὸ τῆς προσκομιδῆς τῶν δώρων, καὶ ἑαυτὸν ἀπόβλητον γεγενημένον διὰ τὴν οἰκείαν ῥαθυμίαν, εἰς φθόνον εὐθὺς διηγείρετο, καὶ τὴν ῥίζαν τοῦ φόνου τεκὼν ἐν τῇ διανοίᾳ, παραχρῆμα καὶ τὸν καρπὸν ἐκεῖνον τὸν ὀλέθριον ἐπεδείξατο, καὶ τὸν φόνον εἰς ἔργον ἤγαγεν. Οὕτω δὴ καὶ νῦν ὁ Ἡσαῦ ἰδὼν τὸν ἀδελφὸν τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς δεξάμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς βασκανίας [b] εἰς φόνον ἐξενεχθείς, ἐμελέτα τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀναίρεσιν. Ἀλλ' ἡ θαυμασία μήτηρ τοῦτο αἰσθομένη, πάλιν τὴν μητρικὴν φιλοστοργίαν περὶ τὸν παῖδα ἐπιδείκνυται, καὶ συμβουλὴν εἰσάγει τὴν δυναμένην αὐτὸν ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ ἀδελφοῦ χειρῶν. Καλέσασα γὰρ, φησὶ, τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφός σου ἀπειλεῖ σοι ἀποκτεῖναί σε. Νῦν οὖν ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς. Ἡ πεῖρά σε διδασκέτω, φησὶν, ὅτι τὰ λυσιτελῆ σοι συμβουλεύω, καὶ καθάπερ ἤδη τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούσας, τὰς μεγάλας ἐκείνας εὐλογίας ἐπεσπάσω παρὰ τοῦ πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ νῦν ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς, ἵνα διαφυγεῖν δυνηθῇς τοῦ ἀδελφοῦ τὰς χεῖρας. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν ἐλευθερώσεις τῶν κινδύνων, κἀμὲ τοῦ πένθους. Εἰκὸς γὰρ ἐκεῖνον, εἰ τοῦτο τολμήσειε, δίκην ἀπαιτηθῆναι, καὶ πανταχόθεν ἐμοὶ τῆς ὀδύνης τὴν ἐπίτασιν αὔξεσθαι. Ἄκουσον οὖν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀπόδραθι πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν εἰς Χαρρὰν, καὶ οἴκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινὰς, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐπιλάθηται ἃ πεποίηκας αὐτῷ· καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε ἐκεῖθεν, μήποτε ἀτεκνωθῶ ἐκ τῶν δύο ὁμῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ἄπιθι, φησὶ, πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν, καὶ οἴκει ἐκεῖ μετ' αὐτοῦ. Εἰκὸς γὰρ καὶ τὸν χωρισμὸν καὶ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον ἰσχῦσαί τι πλέον, καὶ παραμυθήσασθαι τὸ πάθος, καὶ τὴν βασκανίαν λωφῆσαι, καὶ λήθην αὐτῷ γενέσθαι τῶν ὑπὸ σοῦ γεγενημένων περὶ τὴν τῆς εὐλογίας κλοπήν. Καὶ ἐπιλάθηται, φησὶν, ἃ πεποίηκας αὐτῷ. [c] Εἰκότως, φησὶν, ὀργίζεται· δι' ὃ προσήκει ἐκκλῖναι αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, ὅπως ἀπὸ τοῦ χρόνου λή-

[b] Savil. et quinque Mss. *εἰς φθόνον ἐξενεχθείς*. Morel. et alii *εἰς φόνον ἐξενεχθείς*, quæ lectio præferenda videtur, et sic legit vetus Interpres.

[c] Εἰκότως, *φησὶν, ὀργίζεται*: Interpres, *Verisimile est, inquit, eum irasci.* Ad literam melius esset, *jure irascitur*: et fortassis hoc dicere voluit Chrysostomus. Et vero, ut statim videtur, causa aderat ut irasceretur Esaü, ob surreptam sibi fraude primogenituram. Etsi enim dicat Augustinus, Tomo IV, cap. 10, post initium, id quod suadente matre fecit Jacob, non esse mendatium, sed mysterium, et ipse Chrysostomus supra Rebeccæ et Jacobi factum excusaverit; primo tamen intuitu fallaciam conspicimus, et Esaü jure indignatus videtur.

θης ἐγγενομένης αὐτῷ, μετὰ ἀσφαλείας λοιπὸν δυνηθῇς τὴν ἐνταῦθα οἴκησιν ποιήσασθαι. Καὶ ἵνα μὴ δυσχεράνῃ ὁ παῖς ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἀπιέναι καταναγκαζόμενος, ὅρα πῶς παραμυθεῖται τοῦ νέου τὴν ψυχὴν, πρῶτον μὲν εἰποῦσα· Ἄπιθι πρὸς Λάβαν τὸν ἀδελφόν μου. Μὴ γὰρ πρὸς ξένον τινὰ, φησὶ, κατεπείγω σε ἀπελθεῖν; Πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ οἰκεῖ μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινάς. Βραχὺν, φησὶ, χρόνον, ὀλίγας ἡμέρας, ἕως τοῦ παύσασθαι τὴν ὀργήν. Νῦν γὰρ καὶ ἀκμάζει αὐτῷ, φησὶν, ὁ θυμὸς, καὶ οὔτε τοῦ πατρὸς αἰδῶ τινα ποιεῖται, καθάπαξ τυραννούμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, οὔτε τὴν ἀδελφικὴν στοργὴν ἐν διανοίᾳ λαμβάνει, ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνεται, τοῦ τὸν θυμὸν ἀποπληρῶσαι. Καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε ταχέως, φησὶν, ἐκεῖθεν. Σὲ ἐπανάξω. Ἄπιθι τοίνυν θαῤῥῶν, ὅτι Ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε· περὶ γὰρ τοῦ παντός ἐστί μοι ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ ἀμφοτέρων δέδοικα, μήποτε ἀποστερηθῶ ἀμφοτέρων. Ὅρα σύνεσιν μητρός· πῶς οἴκοθεν κινουμένη, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ προῤῥήσει καὶ νῦν ὑπηρετουμένη, ἐκεῖνα συμβουλεύει τῷ παιδὶ, ἅπερ ὁ Χριστὸς παρῄνει τοῖς μαθηταῖς, συμβουλεύων μὴ ὁμόσε χωρεῖν τοῖς κινδύνοις, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀναχωρήσεως παραμυθεῖσθαι τοῦ πάθους τὴν μανίαν. Τοῦτο τοίνυν καὶ αὕτη ἐκτηγουμένη τῷ παιδὶ, πρότερον αὐτῷ συμβουλεύσασα καὶ παραθαῤῥύνασα αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, ὥστε μὴ δυσχερᾶναι πρὸς τὸν χωρισμὸν, τότε λοιπὸν καὶ ἀφορμὴν εὔλογον τῇ ἀποδημίᾳ περιθεῖναι βούλεται, ὥστε μὴ προφανῶς δόξαι διὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ βασκανίαν ἀναχωρεῖν, μηδὲ τὸν πατέρα γνῶναι τὴν ἀληθῆ τῆς ἀποδημίας αἰτίαν, μήτε τοῦ Ἡσαῦ τὴν κατὰ αὐτοῦ ἀγανάκτησιν. Καὶ εἰσελθοῦσα, φησὶ, πρὸς τὸν Ἰσαὰκ ἡ Ῥεβέκκα εἶπε· προσώχθισα τῇ ζωῇ μου διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ. Εἰ λήψεται Ἰακὼβ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν;

Σκόπει πῶς εὐπρόσωπον εὗρε πρόφασιν. Ὅταν γὰρ ἡμῖν ἡ ἄνωθεν συμπράττῃ δεξιὰ, καὶ τὰ δυσχερῆ εὔκολα γίνεται, καὶ τὰ δύσκολα ῥᾴδια. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὕτη εἶχε τὸν τῶν ὅλων Θεὸν συναινοῦντα αὐτῆς τῇ γνώμῃ, πάντα τὰ δυνάμενα συντελεῖν τῇ οἰκονομίᾳ τῇ μελλούσῃ, καὶ τοῦ παιδὸς τῇ σωτηρίᾳ, ὑπέβαλεν αὐτῆς τῇ διανοίᾳ. Προσώχθισα, φησὶ, τῇ ζωῇ διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ. Εἰ λήψεται Ἰακὼβ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; Ἐνταῦθα αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τῶν γυναικῶν τοῦ Ἡσαῦ τὸ δύστροπον, καὶ ὅτι πολλῆς ἀηδίας αὐτοῖς ὑπόθεσις γεγόνασι. Καὶ γὰρ ἀνωτέρω διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι ἔλαβεν ἀπὸ τῶν Χετταίων καὶ ἀπὸ τῶν Εὐαίων γυναῖκας ὁ Ἡσαῦ, Καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ. Τοῦτο οὖν αὐτὸ ὑπομνῆσαι αὐτὴν βουλομένη, μονονουχὶ ταῦτά φησι πρὸς αὐτόν· οἶδας ὅπως μοι τὴν ζωὴν πικρὰν πεποιήκασιν αἱ γα-

525 A *Ad fratrem meum abi, et habita cum eo ad dies aliquot.* Breve, inquit, tempus, paucos dies, quousque quiescat ira. Nunc enim fervet indignatio ejus, neque patris habebit reverentiam ira semel inundante, neque quantum fraternæ necessitudini debeat in mentem accipiet : sed unum hoc aget, ut furorem suum expleat. *Et mittens,* statim *inde reducam te.* Te, inquit, revocabo. Abi igitur bona cum fiducia; te enim nuntiis eo missis reducam : nam de toto mihi certamen est, de utroque anxia sum, ne forte utroque priver. Vide sapientiam matris, quæ a seipsa mota, imo Dei prædictioni etiam nunc ser- B viens, illa consulit puero quæ Christus discipulis suis consulebat, ne temere periculis se immiscerent, sed secessu insaniam male affectorum demulcerent. Hoc igitur etiam illa filio consulit, primum ejus animo fiduciam indens ut discessum non ægre ferret, tunc deinceps et causam honestam profectioni ejus excogitat, ita ut ne manifeste videatur propter fratris invidiam recedere, neve pater sciat veram peregrinationis causam, Esaü scilicet indignationem contra illum. 46. *Et ingressa,* inquit, *ad Isaac Rebecca dixit : Gravis mihi vita est propter filias filiorum Chet. Si acceperit Jacob uxorem de filiabus terræ istius, ad quid mihi vita?*

Consilium Rebeccæ simile Christi consilio.

3. Considera quomodo honestum invenit obtentum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, et difficilia facilia fiunt, et gravia levia. Quia igitur et hæc habuit Deum sententiæ suæ annuentem, omnia, quæ ad futuram dispensationem et ad salutem filii conducere poterant, suggessit ejus menti. *Gravis mihi,* inquit, *est vita mea propter filias filiorum Chet. Si acceperit Jacob uxorem de filiabus terræ hujus, ad quid mihi vita?* Hic mihi significare videtur pessimos uxorum Esaü mores, quæ eis fuerint multæ amaritudinis causa. Etenim de Esaü superius narravit nobis divina Scriptura, E quod acceperit a Chettæis et Evæis uxores, quæ exasperabant Isaac et Rebeccam. Hæc igitur in memoriam ei suggerere volens, ita fere loquitur : Scis quomodo vitam meam exacerbarunt

Gen 26. 34. 35.

uxores Esaü, et quomodo propter illarum malitiam in omnes filias filiorum Chet male afficior, et propter illas omnem illam gentem exosam habeam; si igitur contingat et Jacob ex illis uxorem ducere, quæ mihi postea salutis spes? *Ad quid mihi tum vita?* Nam si illas ferre non possumus, si etiam Jacob ex filiabus terræ hujus uxorem acceperit, actum est de vita nostra. Quibus auditis atque malitiæ illarum recordatus, *Cap. 28.* 1. *Isaac, advocans Jacob, benedixit eum,* inquit, *et præcepit ei, dicens: Non sumes uxorem de filiabus Chananæorum;* 2. *sed surge et vade in Mesopotamiam, in domum patris matris tuæ et accipe tibi inde uxorem de filiabus fratris matris tuæ.* Neque his contentus verbis, voluit et alacriorem eum reddere in peregrinatione, et eum iterum benedictionibus confirmat ac dicit: 3. *Deus autem meus benedicet te, et augebit te, et multiplicabit te, et eris in congregationes gentium,* 4. *et dabit tibi benedictionem Abrahæ patris mei, tibi et semini tuo post te: ut in hereditatem accipias terram peregrinationis tuæ, quam dedit Deus Abrahæ.* Vide quomodo justus prædicit ei omnia, ac bona ei viatica dat et solatia: prædicit enim ei reditum hereditatemque terræ, futurum esse dicens ut non solum in multitudinem crescat, sed etiam congregationes gentium ex semine ejus egrediantur. Quæ ut audivit filius, implevit jussa patris, et profectus est in Mesopotamiam ad Laban matris fratrem. Et iterum, ut hoc didicit Esaü, nempe Jacobum benedictum fuisse a patre, et mandatum accepisse ne duceret uxorem ex filiabus Chananæorum, sed contendisse in Mesopotamiam: quasi corrigere volens erratum suum et placare patrem, 9. *Addidit,* inquit, *et accepit uxorem ad duas uxores suas, filiam Ismaël filii Abrahæ.* Vidisti, dilecte, quanta prudentia filium suum Jacob e periculis amantissima mater eripuerit: speciosam obtendens peregrinationis causam, et neque Esaü malitiam prodens, neque patri causam manifestam reddens; sed et filio conveniens dans consilium, ut ex metu ad suam amplectendam sententiam adduceretur, dum etiam patri congruentem causam suggessit? Unde et justus ejus dictis assensum præbens, viatico benedictionis instructum Jacob dimisit. Cæterum si placet, et non defatigamini, videamus quomodo peregrinationem obierit Jacob. Non parvum enim et hinc

Justorum

μεταὶ τοῦ Ἡσαῦ, καὶ ὅπως διὰ τὴν τούτων μοχθηρίαν λοιπὸν πρὸς πάσας ἀπεχθῶς ἔχω τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ, καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος δι' ἐκείνας μεμίσηκα. Εἰ τοίνυν συμβαίη καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐκ τούτων ἀγαγέσθαι γυναῖκα, ποία μοι λοιπὸν ἔσται σωτηρίας
526 ἐλπίς; Ἵνα τί γάρ μοι τὸ ζῆν; Εἰ γὰρ ἐκείνας ἐνεγκεῖν
A οὐκ ἰσχύομεν, εἰ καὶ οὗτος φθάσει ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης λαβεῖν γυναῖκα, τὰ τῆς ζωῆς ἡμῖν οἴχεται. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰσαὰκ, καὶ εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν τῆς ἐκείνων κακίας, Προσκαλεσάμενος τὸν Ἰακὼβ, εὐλόγησε, φησὶν, αὐτὸν, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ, λέγων· οὐ λήψῃ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων· ἀλλ' ἀναστὰς πορεύου εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς τῆς μητρός σου, καὶ λάβε σεαυτῷ ἐκεῖθεν γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων τοῦ
B ἀδελφοῦ τῆς μητρός σου. Καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ βουλόμενος προθυμότερον αὐτὸν ἐργάσασθαι περὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ τὰς παρ' αὐτοῦ εὐλογίας πάλιν προτίθησι, καί φησιν: Ὁ Θεός μου εὐλογήσει σε, καὶ αὐξήσει σε, καὶ πληθυνεῖ σε, καὶ ἔσῃ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δώσει σοι τὴν εὐλογίαν Ἀβραὰμ τοῦ πατρός μου, σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ, κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς παροικήσεώς σου, ἣν ἔδωκεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ. Ὅρα τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως προαναφωνεῖ αὐτῷ ἅπαντα, καὶ ἱκανὰ αὐτῷ ἐφόδια πρὸς παραμυθίαν δίδωσι, προμηνύων αὐτῷ καὶ τὴν ἐπάνοδον καὶ
C τῆς γῆς τὴν κληρονομίαν, καὶ ὅτι οὐ μόνον εἰς πλῆθος ἐπιδώσει, ἀλλὰ καὶ [a] συναγωγὰς ἐθνῶν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐξελεύσεσθαι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παῖς ἐπλήρου τὰ δόξαντα τῷ πατρὶ, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς Λάβαν τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφόν. Ἀλλὰ πάλιν ὁ Ἡσαῦ τοῦτο μαθὼν, καὶ ὅτι εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ Ἰακὼβ ἐντολὰς ἔλαβε, μὴ λαβεῖν γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, ἀλλ' ὥρμησεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ὥσπερ διορθῶσαι βουλόμενος τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, καὶ ἐξευμενίσασθαι τὸν πατέρα, Προσθεὶς, φησὶν, ἔλαβε γυναῖκα πρὸς ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ, θυγατέρα Ἰσμαὴλ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. Εἶδες, ἀγαπητὲ, μεθ' ὅσης συνέσεως ἡ φιλόστοργος
D αὕτη μήτηρ ἐξήρπασε τῶν κινδύνων τὸν Ἰακὼβ, πρέπον σχῆμα ἐπιθεῖσα τῇ ἀποδημίᾳ, καὶ οὔτε τοῦ Ἡσαῦ τὴν κακίαν ἐξέφηνεν, οὔτε τῷ πατρὶ τὴν αἰτίαν δήλην ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παῖδα κατάλληλον ἐποιήσατο τὴν συμβουλὴν, ἵνα προτρέψασθαι δυνηθῇ διὰ τοῦ φόβου καταδέξασθαι τὰ παρ' αὐτῆς λεγόμενα, καὶ τῷ πατρὶ ἁρμόζουσαν γνώμην εἰσηγήσατο; Ὅθεν καὶ ἐπιδραμὼν ὁ δίκαιος τοῖς ῥηθεῖσι παρ' αὐτῆς, ἐφοδιάσας ταῖς παρ' ἑαυτοῦ εὐλογίαις τὸν Ἰακὼβ ἐξέπεμψεν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ μὴ ἀπεκάμετε, ἴδωμεν ὅπως τὴν ἀποδημίαν ποιεῖται ὁ Ἰακώβ. Οὐ μικρὰ γὰρ

[a] [Coisl. συναγωγαὶ... ἐξελεύσονται.]

καὶ ἐντεῦθεν καρπώσασθαι δυνησόμεθα, ἐὰν προσέχωμεν. Καὶ γὰρ φιλοσοφίας ἁπάσης διδασκαλίαν περιέχει τῶν δικαίων ἡ διαγωγή. Ὅρα γοῦν ἐνταῦθα τὸν νέον τοῦτον, τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας τραφέντα, τὸν οὐχ ὁδοιπορίας πεῖραν εἰληφότα ποτὲ, οὐ τῆς ἐν ξένῃ διατριβῆς, οὐχ ἑτέρας τινὸς κακουχίας, ὅπως ἅπτεται τῆς ὁδοιπορίας, καὶ μάνθανε τῆς φιλοσοφίας τὴν ὑπερβολήν. Ἐξῆλθε, φησὶν, Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαρρὰν, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ· ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος· καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκε [b] πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ. Εἶδες ἄφατον φιλοσοφίαν; εἶδες πῶς οἱ παλαιοὶ τὰς ὁδοιπορίας ἐποιοῦντο; Ἀνὴρ ἐν οἰκίᾳ τραφεὶς (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ), τοσαύτης ἀπολαύσας θεραπείας (Ἁπλαστος γὰρ, φησὶν, οἰκῶν οἰκίαν), ἀποδημεῖν μέλλων, οὐχ ὑποζυγίων ἐδεήθη, οὐκ ἀκολούθων, οὐκ ἐφοδίων· ἀλλ' ἀποστολικὸν ἤδη μιμούμενος τρόπον, οὕτως ἥπτετο τῆς ὁδοῦ. Καὶ ἐπειδὴ ὁ ἥλιος, φησὶν, ἦν πρὸς δυσμὰς, ἔνθα κατελήφθη, ἐκεῖ ἐκάθευδε. Λαβὼν, φησὶ, λίθον ἔθηκε πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ. Ὅρα τοῦ παιδὸς τὴν ἀνδρείαν· τῷ λίθῳ ἀντὶ προσκεφαλαίου ἐχρήσατο, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐκάθευδε. Διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ φιλόσοφον εἶχε ψυχὴν, καὶ φρόνημα ἀνδρεῖον, καὶ πάσης φαντασίας βιωτικῆς ἀπήλλακτο, καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης ἠξιώθη τῆς θαυμαστῆς. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἐπειδὰν ἴδῃ ψυχὴν εὐγνώμονα, καὶ τῶν παρόντων οὐ πολὺν ποιουμένην λόγον, πολλὴν περὶ αὐτὴν τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν.

Ὅρα τοίνυν τὸν δίκαιον τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κείμενον, καὶ ὀπτασίαν ὁρῶντα, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ ὀπτασίας ἀξιούμενον. Ἐνυπνιάσθη γὰρ, φησὶ, καὶ ἰδοὺ κλῖμαξ ἦν ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀνέβαινον [a] καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς. Ὁ δὲ Κύριος ἐστήρικτο ἐπ' αὐτῆς, καὶ εἶπεν· ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ. Θέα μοι ἐνταῦθα τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν κηδεμονίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐώρα κατὰ τὴν συμβουλὴν τῆς μητρὸς διὰ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ φόβον τὴν ἀποδημίαν καταδεξάμενον, καὶ καθάπερ ἀλήτην τινὰ οὕτω τὴν ὁδὸν [b] ποιούμενον, καὶ οὐδαμόθεν οὐδεμίαν ἔχοντα παραμυθίαν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπὶ τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἐπιῤῥίψαντα, εὐθὺς ἐν προοιμίοις τῆς ὁδοῦ νευρῶσαι αὐτοῦ τὴν προθυμίαν βουλόμενος ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καί φησιν· Ἐγώ εἰμὶ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ

fructum accipere possumus, si attenderimus. Jusvita probos mores docet.
E storum enim conversatio et vita totius philosophiæ continet doctrinam. Vide igitur hunc juvenem, qui domi educatus, qui antea numquam peregrinationis cujuspiam periculum fecerat, numquam in extranea regione versatus fuerat, neque grave aliquid expertus erat, quomodo iter arripiat, et disce philosophiæ illius excellentiam. 10. *Et egressus Jacob a fonte juramenti, profectus est in Charran,* 11. *et occurrit loco, et dormivit illic : occidebat enim sol : et accepit de lapidibus loci, et posuit ad caput suum,*
527 *et dormivit in loco.* Vidisti ineffabilem philo-
A sophiam? vidisti quomodo veteres iter faciebant? Vir domi educatus (rursus enim ea dicam), Peregrinationes veterum quales. *Gen.* 25. 27. tantoque assuetus famulitio (*Simplex* enim *erat,* inquit, *et domi hæbitans*), peregrinaturus, neque jumentis egebat, neque ministris, neque viaticis; sed apostolicum morem imitatus, iter facit : et cum occumberet sol, ibi dormivit, ubi eum nox comprehendit. *Accepit,* inquit, *lapidem, et posuit ad caput suum.* Vide pueri robur : lapide pro pulvinari usus est, et super pavimentum dormivit. Igitur, quoniam bene moratam
B animam habebat, et virilem spiritum, ab omni sæculari vanitate liberum, admirabilem visionem illam meruit. Hoc enim more agit Dominus noster; quando videt animam bene affectam, præsentia non magni facientem, plurimam sibi illius curam esse declarat.

4. Vide igitur justum illum in solo cubantem, et visionem videntem, imo visione Domini dignum habitum. Dicit enim : *Obdormivit,* 12. *et ecce scala erat firmata super terram, cujus caput pertingebat in cælum : et angeli Dei ascendebant et descendebant super eam.* 13. *Dominus autem innixus erat super eam, et*
C *dixit : Ego Deus Abraham, et Deus Isaac patris tui : ne timeas.* Considera, obsecro, hic eximiam curam clementis Dei. Quia videbat eum secundum consilium matris propter timorem fratris peregrinationem suscipere, et quasi erronem quemdam iter facere, solum atque ab aliis abstractum nullamque habentem consolationem ullo ex loco, sed totum in supernum auxilium projicientem : statim in ipso initio volens confirmare alacritatem ejus, ei apparet, ac dicit :

[b] Septem Mss. [et Bibl.] πρὸς κεφαλῆς.

[a] Ita Codex unus, atque sic habetur in Bibliis Græcis, et eodem modo legit Interpres. In Editis, et aliis omnibus Mss. [etiam in Coisl.] hæc, καὶ κατέβαινον, desunt [Mox infra Coisl hæc, τοῦ πατρός σου, transponit post Ἰσαάκ : quod agnoscit Interpres, habetque in altero loco ipse Chrys. Hic tamen Biblia Editorum ordinem servant.]

[b] Quidam Mss. ποιούμενον, καὶ μόνον ἀπειλημμένον, καὶ οὐδεμόθεν.

Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac patris tui. Ego et patriarcham et patrem tuum in tantum splendorem erexi. Ne igitur timeas, sed crede me, qui implevi illis promissiones, et te mea cura et providentia dignaturum. Ne timeas ergo, sed confide: et omni timore depulso, crede iis quæ a me dicuntur. *Etenim terram, in qua tu dormis, tibi dabo et semini tuo,* 14. *et erit semen tuum sicut arena maris.* Ne putes, inquit, quia in terram alienam nunc vadis, privandum te terra in qua natus es, ubi educatus, ubi adolevisti. Etenim tibi dabo eam et semini tuo, quod sicut arenam maris augeri curabo, *Et dilatabitur ad mare, et africum, et septemtrionem, et orientem:* hoc est, ubique propagabitur: *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, et in semine tuo.* Vide quomodo jam omnia ei quæ post longum tempus eventura erant, prædicit. Hic enim mos est omnium Domino, ut singulis quidem justis se id facturum polliceatur, non autem continuo promissiones impleat; sed exerceat justorum obedientiam et patientiam, atque sic multa cum liberalitate impleat promissa. Deinde ubi pollicitus est ei futura, cum indigeret justus in rebus præsentibus non vulgari consolatione: vide quomodo benignus Dominus futura polliceatur, et per illa ipsa quæ nunc in eum declarat, de illis fiduciam indit. Dicit enim: Ne putes me hæc sola tibi polliceri; sed et nunc 15. *Tecum sum, custodiens te in omni via, quo vadis.* Ne igitur putes, inquit, te solum iter facere: me habebis itineris comitem, me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem. Exinde magis augens consolationem, jam prædicit ei reditum ad sua. *Et reverti faciam te,* inquit, *in terram hanc.* Ne formides, inquit, quasi in aliena terra versaturus. *Et reducam te in terram hanc, et minime te derelinquam, donec fecero omnia quæ loquutus sum tibi.* Non despiciam te, neque te consilii inopem sinam; sed hæc quæcumque tibi promisi in opus adducam. Quomodo quis pro dignitate admirabitur et obstupescet divinam benignitatem et inæstimabilem indulgentiam? Vide enim quantum pondus promissionum dat justo, et quomodo animum ejus erexit. Cogita item et justi hujus gratum affectum, et quomodo post illas promissiones apud Laban

Quomodo exerceat justorum obedientiam Deus.

ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ τοῦ πατρός σου. Καὶ τὸν πατριάρχην καὶ τὸν πατέρα τὸν σὸν εἰς τοσαύτην αὐξηθῆναι περιφάνειαν πεποίηκα· μὴ τοίνυν φοβοῦ, ἀλλὰ πίστευε ὅτι ἐγὼ, ὁ ἐκείνοις τὰς ὑποσχέσεις πληρώσας, καὶ σὲ τῆς ἐμῆς ἀξιώσω προνοίας. Μὴ οὖν φοβοῦ, ἀλλὰ θάρσει, καὶ πᾶσαν δειλίαν ἀπωσάμενος πίστευε τοῖς παρ' ἐμοῦ σοι λεγομένοις. Καὶ γὰρ τὴν γῆν, ἐφ' ᾗ σὺ καθεύδεις, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας νῦν πορεύῃ, [c] ἀπεστερῆσθαι τῆς γῆς ταύτης, ἔνθα ἐτέχθης, ἔνθα ἐτράφης, ἔνθα ἠὐξήθης. Καὶ γάρ σοι αὐτὴν παρέξω, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅπερ ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης αὐξηθῆναι παρασκευάσω, Καὶ πλατυνθήσεται πρὸς θάλασσαν, καὶ λίβα, καὶ βορρᾶν, καὶ ἀνατολάς· ἀντὶ τοῦ, πανταχοῦ ἐκταθήσεται· Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. [d] Ὅρα πῶς ἤδη πάντα αὐτῷ τὰ μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον μηνύει. Οὕτω γὰρ ἔθος τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ ἐφ' ἑκάστου τῶν δικαίων τοῦτο ποιεῖν· ὑπισχνεῖσθαι μὲν, μὴ παραχρῆμα δὲ τὰς ὑποσχέσεις εἰς ἔργον ἄγειν, ἀλλὰ γυμνάζειν τῶν δικαίων τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν πολλὴν ὑπομονὴν, καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας πληροῦν τὰ ἐπαγγελθέντα. Εἶτα ἐπειδὴ ὑπέσχετο αὐτῷ τὰ μέλλοντα μετὰ ταῦτα γενήσεσθαι, ἐδεῖτο δὲ ὁ δίκαιος οὐ τῆς τυχούσης παρακλήσεως καὶ ἐν τοῖς αὐτῷ μάλιστα προκειμένοις· ὅρα τὸν ἀγαθὸν Δεσπότην, πῶς καὶ τὰ μέλλοντα ὑπισχνεῖται, καὶ δι' ὧν νῦν πρὸς αὐτὸν ἐπιδείκνυται, περὶ ἐκείνων θαρρεῖν παρασκευάζει. Μὴ γὰρ δὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ταῦτα μόνα σοὶ ὑπισχνοῦμαι· ἀλλὰ καὶ νῦν Μετὰ σοῦ εἰμι διαφυλάσσων σε ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ, οὗ ἐὰν πορευθῇς. Μὴ τοίνυν νομίσῃς μόνος τὴν ὁδοιπορίαν ποιεῖσθαι· ἐμὲ ἕξεις συνοδοιπόρον, ἐμὲ ἕξεις φύλακα ἐν πάσῃ ὁδῷ, πάντα σοι τὰ δυσχερῆ ἐξευμαρίζοντα, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα κατασκευάζοντα. Εἶτα ἐπιτείνων αὐτῷ τὴν παραμυθίαν, ἤδη προμηνύει αὐτῷ καὶ τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπάνοδον. Καὶ ἀποστρέψω σε, φησὶν, εἰς τὴν γῆν ταύτην. Μὴ δείσῃς ὡς ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας λοιπὸν διάξων. Καὶ γὰρ ἐπανάξω σε εἰς ταύτην τὴν γῆν, καὶ οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι. [a] Οὐ περιόψομαί σε, φησὶν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα, ἅπερ ὑπεσχόμην, εἰς ἔργον ἐλθεῖν παρασκευάσω. Πῶς ἄν τις κατ' ἀξίαν ἐκπλαγείη τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν συγκατάβασιν; [d] Ὅρα πόσον ὄγκον ὑποσχέσεων ἐποιήσατο πρὸς τὸν δίκαιον, καὶ ὅπως αὐτοῦ τὸ φρόνημα διανέστησε. Καὶ

[c] Alii ἀποστερεῖσθαι.

[a] Οὐ περιόψομαί σε, φησὶν. Post hæc verba aliud quidpiam legisse videtur Interpres, qui post hæc verba *non despiciam te,* adjicit *neque te consilii inopem sinam;* nisi forte hæc majoris explicationis causa addiderit. [Coisl. cum Edd. lectione conspirat.]

ἐπειδὰν θαυμάσῃς τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐννόει καὶ τοῦ δικαίου τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτας ὑποσχέσεις εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν ταλαιπωρηθεὶς παρὰ τῷ Λάβαν, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἐνάρκησε πρὸς τὸ μῆκος τοῦ χρόνου· ἀλλὰ πάντα γενναίως ἔφερεν, ἀναμένων τῶν ὑποσχέσεων τὸ τέλος, καὶ εἰδὼς ὡς οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντα διαπεσεῖν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν σπουδάζωμεν, τὴν πίστιν, τὴν ὑπομονὴν, τὸ τοῖς μήπω γεγονόσιν, ἐπειδὰν ὁ Δεσπότης ὑπόσχηται, ὡς ἤδη εἰς ἔργον ἐξελθοῦσι θαῤῥεῖν. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς πίστις, τὸ μὴ τοῖς ὁρωμένοις προσέχειν, D. justi hujus gratum animum. 16. *Et evigilavit,* κἂν ἐναντία ᾖ τὰ γενόμενα τῇ ὑποσχέσει, ἀλλὰ θαῤῥεῖν τῇ δυνάμει τοῦ ἐπαγγειλαμένου. Τέως δὲ ἴδωμεν τοῦ δικαίου τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην. Καὶ ἐξηγέρθη, φησὶν, Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ὅτι ἐστὶ Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἤδειν. Καὶ ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν· ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος. Οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. Καταπλαγεὶς, φησὶν, ὁ δίκαιος τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν· Οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος τοῦ Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. Οὗτος ὁ τόπος λοιπὸν ἐμοὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ νενόμισται. Τοσαύτης οὖν ἐπιφανείας ἀξιω- E θεὶς, καὶ αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν πύλην τοῦ οὐρανοῦ θεασάμενος, δίκαιος ἂν εἴην τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν ἀνενεγκεῖν ἐνταῦθα τῷ Δεσπότῃ. Καὶ ἀνέστη Ἰακὼβ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον, ὃν εἶχε πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ ἐπέχεεν ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, οἶκος Θεοῦ. Ἕτερον γὰρ ἦν ὄνομα τῷ τόπῳ τὸ πρότερον. Ἐπειδὴ μεγάλων ἠξιώθη διὰ τῆς ὀπτασίας, τῇ προσηγορίᾳ τὴν μνήμην ἐναποτί- 529 θεσθαι βούλεται τῷ τόπῳ, καὶ ἐπίσημον εἰς τὸ ἑξῆς A ἐργάσασθαι. Καὶ τὸν λίθον ἀντὶ τῆς στήλης στήσας, καὶ τὸ ἔλαιον ἐπιχέας (τοῦτο γὰρ αὐτὸν μόνον εἰκὸς ἐπιφέρεσθαι, ἅτε οὕτως ὁδοιποροῦντα), εὐχὴν προσάγει τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ πάσης γέμουσαν φιλοσοφίας.

Καὶ εἰ βούλεσθε, καὶ αὐτῶν ἐπακούσωμεν τῶν ῥημάτων. Εὔξατο γὰρ, φησὶν, εὐχὴν, λέγων· ἐὰν ᾖ Κύριος ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ φυλάξῃ με ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐγὼ πορεύομαι. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ διαφυλάξω σε ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ ἐὰν πορεύῃ· διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησιν· εἰ ἐκεῖνά μοι B ὑπάρξει, ἅπερ μοι ὑπέσχου. Εἶτα καὶ αἴτησιν οἰκοθεν προσφέρει, λέγων, Ἐὰν δῷ μοι Κύριος ἄρτον καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. Οὐ πλοῦτον, οὐ περιουσίαν τινὰ ἤτησεν, ἀλλ' ἄρτον καὶ ἱμάτιον, τὸ μὲν εἰς τὴν τοῦ σώματος περιβολὴν, τὸ δὲ εἰς τροφὴν τῆς χρείας. Σκόπει πῶς ἀποστολικὸν χαρακτῆρα διὰ τῆς αἰτήσεως ἡμῖν ἠνίξατο· οὕτω πολλῆς ἔγεμε τῆς φιλοσο-

viginti annis laboribus afflictus, non gravatim tulit, non segnior fuit tam diuturno tempore; sed omnia fortiter sustinuit, exspectans promissionum tempus, et sciens non posse intercidere quæ a Deo dicta sunt: maxime si et nos afferre nostra studeamus, fidem et patientiam, et ita bene fidamus iis quæ a Domino promissa sunt, atque si jam impleta essent. Hæc enim vera fides est, non attendere ea quæ videntur, etiam si omnino sint adversa promissioni, sed soli promittentis potentiæ confidere. Jam vero videamus inquit, *Jacob de somno suo, et dixit: Dominus est in loco isto, ego autem nesciebam. 17. Et timuit, et dixit: Quam terribilis est locus iste! Non est hoc aliud, quam domus Dei: et hæc est porta cæli.* Stupescens justus propter magnam misericordiam Dei, timuit, inquit, et dixit: *Non est hoc nisi domus Dei, et ista est porta cæli.* Hic locus mihi posthac pro domo Dei reputabitur. Tanta igitur visione dignus habitus, et cum ipsam, ut ita dicam, quasi cæli portam viderim, justum fuerit, ut debitam hic gratiarum actionem Domino reddam et offeram. 18. *Et surrexit Jacob, et accepit lapidem quem posuerat ad caput suum, et statuit eum in columnam, et infudit oleum super summum ejus. 19. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Domus Dei. Aliud enim erat nomen loco antea.* Postquam autem per visionem tam magna consequutus fuit, vocabulo memoriam loco inscribere vult, posterisque eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusoque oleo (verisimile enim est quod illud solum secum tulerit, utpote iter faciens), votum offert benigno Deo, omni plenum philosophia.

5. Et si vultis, etiam ipsa audiamus verba. 20. *Vovit enim votum, dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum, et custodierit me in via hac, qua ego ambulo.* Quoniam dixerat, *Ego tecum sum, et custodiam te in via hac qua ambulas:* propter hoc et ipse dicit: Si illa mihi eveniant, quæ scilicet te daturum promisisti. Deinde et petitionem affert, dicens: *Si dederit mihi Dominus panem ad manducandum, et vestem ad tegendum.* Non divitias, non abundantiam quamdam petivit; sed panem et vestem: et hanc ad contegendum corpus, illum vero in necessarium alimentum. Considera quomodo no-

bis apostolicum characterem petitione sua significat: tanto sapientiæ studio plenus erat justi animus. Nam id quod Christus dicebat, *Ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas*: hoc iste nondum a quoquam doctus, sed a seipso, et ab insito naturæ nostræ magistro didicit, et optavit a Domino suo præberi panem ad comedendum, et vestem ad tegendum. Si hæc mihi fuerint, inquit, in terra aliena, 21. *Et reduxerit me Dominus salvum in domum patris mei*, sicut promisit: *erit Dominus mihi in Deum*, 22. *et lapis iste quem erexi in columnam, erit mihi domus Dei: et omnium quæ mihi dederis, decimas tibi offeram.* Vide justi probum affectum. Petebat quidem, at nihil pretiosum, sed panem et vestem: promittebat autem et sua Domino, gnarus quam certet muneribus, et quam nostras cogitationes retribuendo transcendat, aitque: Et columnam hanc in domum Dei habebo, et omnium quæ mihi a te suppeditabuntur decimas dabo. Vidisti mentem piam ac religiosam? Nihil adhuc acceperat, et promisit se Deo decimas eorum quæ sibi donanda erant oblaturum: Ne simpliciter, dilecti, prætereamus quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc justum: et nos qui in gratia, eum qui ante legem: et nihil temporale petamus a Domino. Neque enim exspectat donec a nobis admoneatur, sed et non petentibus nobis largitur ea quæ ad usum pertinent: *Oriri* enim *facit solem super malos et bonos, et pluit super justos et injustos.* Et credamus ei admoneñti, et dicenti: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia apponentur vobis.* Vides ipsum nobis etiam illa in donum præparavisse, et hæc in lucri et auctarii parte daturum se promittere? Ne igitur ea quæ tamquam auctarii loco accepturus es, quasi primaria pete: ne invertamus ordinem, sed quæramus illa sicut præcepit, ut et his et illis frui liceat. Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites et regulas nobis Dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa jubet nos dicere, quæ omni philosophia sunt referta, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: diei alimentum, inquit: id quod justus iste, tametsi nihil horum audierat, precatus est, dicens: *Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, et vestem ad tegendum.* Ne igitur temporale aliquid aliud ab eo petamus. Indignum enim valde est, a

Jacob vovet se decimas daturum.

Moralis epilogus.

Matth. 10. 9.

Matth. 5. 45.

Matth. 6. 33.

Matth 6. 11.

φίας τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα. Ὅπερ γὰρ ὁ Χριστὸς ἔλεγε, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἀργύριον, μηδὲ δύο χιτῶνας, τοῦτο οὗτος οὐδέπω παρ' οὐδενὸς διδαχθεὶς, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ ἐκ τοῦ ἐγκειμένου τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ διδασκάλου ταῦτα μαθὼν, ἐπεζήτει παρὰ C τοῦ Δεσπότου αὐτῷ παρασχεθῆναι, ἄρτον φαγεῖν καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. Ἐὰν ταῦτά μοι, φησὶν, ὑπάρξῃ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, Καὶ ἀποστρέψῃ με μετὰ σωτηρίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, καθάπερ ὑπέσχετο· καὶ ἔσται Κύριος ἐμοὶ εἰς Θεὸν, καὶ ὁ λίθος οὗτος, ὃν ἔστησα στήλην, ἔσται μοι οἶκος Θεοῦ· καὶ πάντων ὧν ἄν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν εὐγνωμοσύνην. Τὴν αἴτησιν μὲν αἰτούμενος, οὐδὲν πολυτελὲς αἰτῆσαι κατεδέξατο, ἀλλ' ἄρτον καὶ ἱμάτιον· ὑπισχνούμενος δὲ τὰ παρ' ἑαυτοῦ τῷ Δεσπότῃ, εἰδὼς αὐτοῦ τὸ φιλότιμον ἐν ταῖς δωρεαῖς, καὶ ὅτι ὑπερβαίνει ταῖς ἀντιδόσεσι τὰς ἐννοίας D τὰς ἡμετέρας, φησί· καὶ τὴν στήλην ταύτην εἰς οἶκον Θεοῦ ἔζω, καὶ πάντων τῶν παρὰ σοῦ μοι χορηγουμένων τὰς δεκάτας ἀποδεκατώσω. Εἶδες γνώμην φιλόθεον; Οὔπω οὐδὲν ἔλαβε, καὶ ὑπισχνεῖται τῶν μελλόντων αὐτῷ δίδοσθαι τὰς δεκάτας τῷ Θεῷ προσοίσειν. Μὴ ἁπλῶς, ἀγαπητοὶ, παρατρέχωμεν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ζηλώσωμεν ἅπαντες τοῦτον τὸν δίκαιον, οἱ ἐν τῇ χάριτι τὸν πρὸ τοῦ νόμου, καὶ μηδὲν βιωτικὸν αἰτῶμεν παρὰ τοῦ Δεσπότου. Οὐδὲ γὰρ περιμένει τὴν παρ' ἡμῶν ὑπόμνησιν, ἀλλὰ κἂν μὴ αἰτῶμεν, ἡμῖν τὰ πρὸς τὴν χρείαν δωρεῖται. Ἀνατέλλει γὰρ τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ E βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Καὶ πειθώμεθα αὐτῷ παραινοῦντι καὶ λέγοντι· Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ἡμῖν. Ὁρᾷς ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνα ἡμῖν ἡτοίμασε παρασχεῖν, καὶ ταῦτα ἐν προσθήκης μέρει δοῦναι ἐπαγγέλλεται; Μὴ τοίνυν ἅπερ ἐν προσθήκης μέρει λαμβάνειν μέλλεις, ταῦτα ὡς προηγούμενα αἴτει· μηδὲ ἀντιστρέψωμεν τὴν τάξιν, ἀλλὰ ζητῶμεν ἐκεῖνα, καθὼς ἐπέταξεν, ἵνα κἀκείνων καὶ τούτων ἐν ἀπολαύσει γενώμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς τῆς εὐχῆς ῥήμασιν ὅρους ἡμῖν καὶ κανόνας τιθεὶς, μέχρι τίνος δεῖ τὴν περὶ τῶν βιωτικῶν αἴτησιν ποιεῖσθαι, τὰ ῥήματα 530 ἐκεῖνα λέγειν ἡμᾶς ἐκέλευσε, τὰ πάσης [a] φιλοσοφίας A γέμοντα, Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, ἀντὶ τοῦ, τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν· ὅπερ ὁ δίκαιος οὗτος, οὐδὲν τούτων ἀκηκοὼς, ηὔχετο λέγων· Ἐὰν δῷ μοι Κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. Μὴ τοίνυν ἑτέρου τι τῶν βιωτικῶν αἰτῶμεν παρ' αὐτοῦ. Ἀνάξιον γὰρ σφόδρα παρὰ τοῦ οὕτω φιλοτίμου καὶ τοσαύτην δυνάμεως περιουσίαν κεκτημένου ταῦτα αἰτεῖν, ἃ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ,

[a] Sic Savil. et quinque Mss. Morel. vero *philostorgias*.

καὶ πολλὴν ἔχει τὴν μεταβολὴν καὶ τὴν μετάπτωσιν· τοιαῦτα γὰρ ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα, κἂν πλοῦτον εἴπῃς, κἂν δυναστείαν, κἂν δόξαν ἀνθρωπίνην· ἀλλ' αἰτῶ- B μεν τὰ ἀεὶ μένοντα, τὰ διαρκῆ, καὶ μεταβολὴν οὐκ ἐπιστάμενα. Καὶ εἰδότες τοῦ ἡμετέρου Δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, μηδένα ποιώμεθα λόγον τῶν παρόντων, ἀλλὰ πᾶσαν ἡμῶν τὴν σπουδὴν εἰς τὸν τῶν ἐπουρανίων πόθον μεταστήσωμεν. Εἰ γὰρ Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἀπεχομένους τῆς πονηρίας καὶ τὴν ἀδικίαν φεύγοντας οὐ περιόψεται, ἀλλὰ πολλῆς ἀξιώσει τῆς προνοίας, καὶ τὴν ἑαυτοῦ κηδεμονίαν ἐν ἅπασι παρέξει. Ὅπερ εἰδότες, ἀγαπητοὶ, μὴ ἀπιστῶμεν ταῖς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσι, μηδὲ ἐναντία ὧν ἐκέλευσε διαπραττώμεθα. Τὰ γὰρ νῦν παρ' ἡμῶν γινόμενα οὐδὲν ἀπιστούντων διενήνο- C χεν. Ὅταν γὰρ αὐτὸς μὲν ἐπαγγέλληται τὰ μέλλοντα, ἡμεῖς δὲ μὴ [b] βουλώμεθα θαρρεῖν ἐκείνοις, ἀλλὰ τοῖς παροῦσιν, ὦμεν προσηλωμένοι, ποῖον ἕτερον δεῖγμα ἀπιστίας λοιπόν τις ἐπιζητήσειε, τῶν πραγμάτων αὐτῶν λαμπρὰν ἀφιέντων φωνήν; Καὶ πάλιν, αὐτοῦ κελεύοντος μηδὲν ζητεῖν παρ' αὐτοῦ τῶν ἐπικήρων τούτων καὶ βιωτικῶν, ἀλλ' ἐκείνων μᾶλλον, ἡμεῖς ἀπ' ἐναντίας αὐτῷ ἐρχόμενοι, ἅπερ εἶπε μὴ ζητεῖν, ἐκεῖνα ζητοῦμεν, καὶ ἅπερ εἶπε ζητεῖν, ἐκεῖνα οὐ ζητοῦμεν. Καὶ ταῦτα διαπραττόμενοι, καὶ οὕτω ῥᾳθύμως τὰ καθ' ἑαυτοὺς διοικοῦντες, καὶ παροργί- D ζοντες τὸν ἥμερον καὶ προσηνῆ Δεσπότην, ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι τῶν παρ' ἡμῶν γινομένων, τὴν αἰτίαν ζητοῦμεν τῆς καθ' ἡμῶν ἀγανακτήσεως, καὶ τίνος ἕνεκεν ἡμᾶς πολλάκις περιορᾷ ποικίλοις πειρασμοῖς περιπίπτοντας, καὶ οὐκ ἐννοοῦμεν τὸ μέγεθος τῶν ἡμῖν ἡμαρτημένων, ἀλλ' ἑκόντες ἑαυτοὺς παραλογιζόμεθα. Διὸ, παρακαλῶ, ταῦτα πάντα ἀποσεισάμενοι, μηδὲν ἕτερον τῆς οἰκείας σωτηρίας προτιμῶμεν. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν μὲν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Καὶ τὰ περιττὰ τῶν χρημάτων ἧδη κενώσωμεν εἰς τοὺς δε- E ομένους, καὶ πολλὴν ἐν ἅπασι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιδειξώμεθα τῆς ματαίας [c] δόξης καταφρονοῦντες, τὸν ἀνθρώπινον τῦφον καταπατοῦντες, καὶ πολλὴν τὴν ἀγάπην πρὸς ἀλλήλους ἐπιδεικνύμενοι· ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι δυνηθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tam liberali et tanta virtute præstanti hujusmodi petere, quæ cum præsenti vita dissolvuntur, et magnam vicissitudinem et mutationem experiuntur : id genus enim sunt humana omnia, sive divitias dixeris, sive potentiam, sive humanam gloriam : sed petamus semper manentia, sufficientia, vicissitudinis nescia. Et scientes Domini nostri bonitatem, nihili pendamus præsentia, sed omne nostrum studium in cælestium desiderium transferamus. Nam si *Solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos*, multo magis abstinentes a malitia, et injustitiam fugientes non despiciet : sed multa dignos ducet providentia, et sua sollicitudine omni tempore dignabitur. Id scientes, dilecti, ne increduli simus divinis pollicitationibus, neque contraria iis quæ ille jussit faciamus. Enimvero quantum ad ea quæ nunc a nobis fiunt, nihil ab infidelibus differimus. Quando enim ipse quidem futura nobis promittit, nos autem nolumus fidere illius promissionibus, sed præsentibus sumus affixi, quod aliud incredulitatis indicium adhuc requiritur, rebus ipsis tam clara voce attestantibus? Et rursum, Christo jubente nos nihil a se petere fragilium horum et temporalium, sed potius illa postulare, nos ei repugnantes, quæ petere prohibuit, illa quærimus : et quæ jussit quæri, illa non quærimus. Et hæc facientes, et tam pigre segniterque nostra instituentes, et exacerbantes mitem et humanum Dominum, quasi obliti eorum quæ nos fecerimus, causam quærimus ejus erga nos indignationis, et quare nos sæpe despiciat, cum in varias incidimus tentationes : et non cogitantes peccatorum nostrorum magnitudinem, nosmetipsos ultro decipimus. Idcirco obsecro, ut iis omnibus repulsis, nihil saluti nostræ præferamus. *Quid* enim *prodest homini, si totum* *Matth.* 16. *mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Et supervacuas divitias jam evacuemus in pauperes, magnumque sapientiæ studii specimen in omnibus exhibeamus, vanam gloriam despicientes, humanum fastum conculcantes, et omne caritatis studium alii in alios mutuo impendentes : ut et præsentibus et futuris bonis perfrui mereamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[b] [Scripsimus βουλώμεθα cum Coisl. Edebatur βουλοί-

[c] Alii δόξης ὑπερορῶντες.

HOMILIA LV.

OMIAIA νε'.

Genes. 29. Et dixit Laban ad Jacob: Quoniam frater meus es tu, non servies mei gratis; dic mihi, quæ merces tua.

Καὶ εἶπε Λάβαν τῷ Ἰακώβ· [a] Ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ σὺ, οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σου.

1. Satis heri ex præludiis peregrinationis justi edocti sumus quanta fuerit ejus philosophiæ magnitudo, propter quam causam tantam promissionem a Deo consequutus est. Iterum autem per preces et votum, quæ fecit universorum Domino, sufficientem doctrinam nobis omnibus dedit, si vellemus ad imitandam virtutem illius exsitari. Etenim admiratione dignum est, quomodo virtutem sciens promittentis, et audiens magnitudinem sibi promissorum, neque sic magnum aliquid et sublime postulare attentaverit: sed illa dumtaxat petiit, quæ audistis heri, nempe ea quæ ad quotidianum alimentum sibi sufficere possint, et vestimentum ad corpus tegendum: et promittit, si reditum sibi in sua concedat Deus, sicut sibi promiserat, daturum se illi omnium quæ ab eo accipiet decimas; per omnia monstrans religionem suam, et ipsum adscribens omnium largitorem; docetque nos ut ei tantum habeamus gratiam. Noverat enim justus ineffabilem ejus benignitatem, hoc conjectans ex iis quæ in patrem suum exhibuerat, et sciebat eum sibi magnam abundantiam concessurum esse: et horum quidem ipse nihil petit a Domino, neque vult de iis precari, sed cum decimas omnium daturum se pollicetur, ostendit quantum in omnibus confidebat ejus potentiæ qui promiserat. Propterea et ipse quando cum eo loquebatur, dicebat, *Ego sum Deus Abraham et Isaac patris tui; ne timeas.* Cogita, inquit, et patriarcham quasi peregrinum et ignotum in terram hanc advenisse, et in tantam venisse gloriam, ut omnium ore celebretur. Cogita item et patrem tuum, in extrema senectute patri suo natum esse, atque ita opibus auctum fuisse, ut invidiosus fieret indigenis. Eadem igitur et ipse exspecta, omnemque timorem et anxietatem deponens, peregrinationem obi. Hæc secum cogitans justus, non ad præsentem respiciebat statum, (nihil enim omnino secum afferebat: quomodo enim potuisset qui solus erat et iter facere cogebatur?) sed jam fidei oculis non multo post futuram prævidens abundantiam suam, declarabat gratam voluntatem.

Confidentia Jacobi in Deum.

Gen. 26. 24.

Ἱκανῶς ἡμᾶς χθὲς τὰ προοίμια τῆς ἀποδημίας τοῦ δικαίου τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ τὸ μέγεθος ἐπαίδευσε, δι' ἣν αἰτίαν τοσαύτης τῆς ὑποσχέσεως ἠξιώθη παρὰ τοῦ Θεοῦ. Θαρσήσας πάλιν, διὰ τῆς αἰτήσεως καὶ τῆς εὐχῆς, ἣν ἐποιήσατο πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀρκοῦσαν ἡμῖν ἅπασι διδασκαλίαν παρεῖχεν, εἰ βουλη θείημεν πρὸς μίμησιν διεγερθῆναι τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. Καὶ γὰρ θαυμάσαι ἄξιον, ὅπως καὶ τὴν δύναμιν εἰδὼς τοῦ ὑποσχομένου, καὶ τῶν ἐπαγγελθέντων αὐτῷ τὸ μέγεθος ἀκηκοὼς, οὐδὲ οὕτω μέγα τι καὶ ὑπέρογκον αἰτῆσαι κατεδέξατο· ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον αἰτήσας, ἅπερ χθὲς ἠκούσατε, ὅσα πρὸς τὴν ἐφήμερον αὐτῷ τροφὴν ἀρκεῖν ἠδύνατο, καὶ τὴν τοῦ σώματος περιβολὴν παρασχεῖν, ὑπισχνεῖται, εἰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα χαρίσαιτο, καθάπερ ὑπέσχετο, πάντων αὐτῷ δεκάτας δώσειν, ὧν ἂν λάβοι παρ' αὐτοῦ· διὰ πάντων δεικνὺς αὐτοῦ τὸ φιλόθεον, καὶ αὐτὸν ἐπιγραφόμενος τῶν ἁπάντων χορηγὸν, καὶ διδάσκων ἡμᾶς μόνῳ αὐτῷ πάντων εἰδέναι χάριν. Ἤδει γὰρ ὁ δίκαιος, εἰδὼς τῆς ἀφάτου αὐτοῦ φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ἐννοῶν τοῦτο ἐξ ὧν εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐπεδείξατο, ὅτι καὶ αὐτὸν ἐν πολλῇ καταστήσει τῇ περιουσίᾳ· καὶ τούτων μὲν αὐτὸς οὐδὲν αἰτεῖ παρὰ τοῦ Δεσπότου, οὐδὲ ἀνέχεται περὶ τούτων ἱκεσίαν προσαγαγεῖν, ἀλλὰ δι' ὧν ὑπέσχετο τὰς δεκάτας δώσειν, ἔδειξεν ὅπως ἐν ἅπασι θαῤῥεῖ τῇ τοῦ ὑποσχομένου δυνάμει. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αὐτὸς, ἡνίκα αὐτῷ διελέγετο, ἔλεγεν· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ τοῦ πατρός σου· μὴ φοβοῦ. Ἐνόησον, φησὶν, ὅτι καὶ ὁ πατριάρχης, καθάπερ ξένος καὶ ἄγνωστος εἰς τὴν γῆν ταύτην παραγεγονὼς, εἰς τοσαύτην ἦλθε περιφάνειαν, ὡς ἐν τοῖς ἁπάντων εἶναι στόμασι. Καὶ τὸν πατέρα δὲ τὸν σὸν λογίζου, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ τῷ πατρὶ τεχθεὶς, οὕτως ηὐξήθη, ὡς ἐπίφθονον γενέσθαι τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόν. Ταῦτα οὖν καὶ αὐτὸς προσδοκῶν, πάντα φόβον καὶ ἀγωνίαν ἀποσεισάμενος, ἔχου τῆς ἀποδημίας. Ταῦτα ὁ δίκαιος λογισάμενος, καὶ οὐ πρὸς τὴν ἐν τῷ παρόντι κατάστασιν ἀπιδὼν, (οὐδὲν γὰρ ὅλως ἐπεφέρετο· πῶς γὰρ μόνος ὢν καὶ ὁδοιπορεῖν ἀναγκαζόμενος;) ἀλλ' ἤδη τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς τὴν μετ' οὐ πολὺ μέλλουσαν αὐτῷ ἔσεσθαι εὐπορίαν προορῶν, τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, καὶ μηδέπω λαβὼν ὑπι-

[Ὅτι γὰρ addidimus e Coisl.: sic enim Bibl., Interpres et infra ipse Chrys.]

σχνεῖται, ἀξιοπιστοτέραν αὐτῆς τῆς πείρας τῶν πραγμάτων εἶναι νομίζων τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Δεσπότου. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τοῖς ὁρωμένοις καὶ ἐν χερσὶ κρατουμένοις θαρρεῖν ὀφείλομεν, ὡς ταῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσι, κἂν μὴ παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εἰς ἔργον ἐκβῶσι. Θάρσος τοίνυν μέγιστον λαβὼν ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντων ὁ δίκαιος, εἶχετο τῆς ἀποδημίας. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε θαρρεῖν ἀκούσας, 532 ὅτι Ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ εἰμι, διαφυλάττων σε ἐν τῇ A ὁδῷ πάσῃ, οὗ ἐὰν πορεύσῃ, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, καὶ ἀποστρέψω σε πάλιν εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, ἕως οὗ πάντα εὐδοκήσω εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ ἐπαγγελθέντα; Ἀλλ', ὅπερ χθὲς ἔλεγον, ἐννόει καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν εὐμήχανον σοφίαν, καὶ τοῦ δικαίου τούτου τὴν πολλὴν ὑπομονὴν καὶ εὐγνωμοσύνην. Μετὰ γὰρ ταύτας τὰς ὑποσχέσεις ἀναστὰς, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Χαρρὰν, καὶ πάλιν ἀλήτου καὶ ξένου τρόπον ποιεῖται τὴν ἀποδημίαν, καὶ διὰ πάντων ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν εὐνοίας, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἅπαντα αὐτῷ προοδοποιοῦντος, καὶ τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνυμένου. Ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι Μετὰ σοῦ εἰμι, διαφυλάττων σε ἐν τῇ B ὁδῷ, οὗ ἐὰν πορεύσῃ, οὗτος ὡδήγησε καὶ ἤγαγε τὸν δίκαιον ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος, ἔνθα ἐπότιζον τὰ ποίμνια οἱ ἐγχώριοι· παρ' ὧν πυθόμενος τὰ περὶ τοῦ Λάβαν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ μαθὼν τὰ κατ' αὐτὸν ἅπαντα, εἶτα καὶ τὴν τούτου θυγατέρα καὶ τὰ ποίμνια θεασάμενος, ὁρῶν τε τοὺς ἐγχωρίους οὐ δυναμένους αὐτοῖς ἀρκέσαι πρὸς τὸ μετακινῆσαι τὸν λίθον τοῦ φρέατος, καὶ ποτίσαι τὰ πρόβατα, [a] ἐπιδραμὼν οὗτος, ὅπερ ἐκεῖνοι ποιῆσαι οὐκ ἴσχυον, αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας δυναμούμενος, προφθάνει ταῖς εὐεργεσίαις τὸν Λάβαν, καὶ μετακινήσας τὸν λίθον ποτίζει τὰ πρόβατα, ἅπερ ἔνεμεν ἡ Ῥαχήλ. C Εἶτα ἀσπασάμενος τὴν κόρην, καὶ γνωρίσας τίς τε εἴη, καὶ πόθεν παραγέγονεν, ἔμεινεν ἐφ' ἑαυτοῦ. Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ ἅπαντα τῷ δικαίῳ προοδοποιῶν, οὗτος καὶ τὴν κόρην διήγειρε μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους δραμεῖν καὶ ἀναγγεῖλαι ταῦτα τῷ πατρὶ, ὃς ἀδελφὸς ἐτύγχανε τῆς τούτου μητρὸς, καὶ διηγήσασθαι τήν τε εὐεργεσίαν τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην εἰς τε αὐτὴν καὶ τὰ ποίμνια, καὶ ὅτι οὐ ξένος τίς ἐστιν οὐδὲ ἄγνωστος, ἀλλὰ τῆς ἀδελφῆς υἱός. Σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως D ἡμῖν ἅπαντα σαφῶς διηγεῖται, παιδεύουσα ἡμᾶς τῶν παλαιῶν τοὺς τρόπους, καὶ ὅσην ἐπεδείκνυντο τὴν προθυμίαν περὶ τὴν φιλοξενίαν. Ἵνα γὰρ δεῖξῃ καὶ τῆς κόρης τὸ πρόθυμον, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι ἀπῆλθε, καὶ ἀπήγγειλε τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ Δραμοῦσα, ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας. Εἶτα καὶ περὶ

tem: et qui nihil adhuc acceperat, vovet, digniorem fide existimans promissionem Domini, quam rerum possessionem. Neque enim ita fidere debemus his quæ in manibus habemus et videmus, ut promissionibus Dei, etiamsi non eveniant statim primo tempore. Justus igitur sumta iis quæ Deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim non fisurus esset, cui dictum erat, *Ecce ego tecum sum, custodiens te in omni via, qua iturus es: et multiplicabo semen tuum, et reducam te iterum in terram hanc, et non te derelinquam,* usquequo compleantur promissa omnia? Verum, ut heri dixi, cogita et omnipotentem Dei sapientiam, et justi illius magnam patientiam et gratum animum. Surrexit enim post promissiones, et in Charran contendit, et iterum agit ut peregrinus et vagus, et in omnibus divina gratia fruitur, benigno Deo ipsi viam ubique parante, et suam promissionem adimplente. Qui enim dixerat, *Tecum sum, custodiens te in omni via, qua iturus es,* is duxit justum ad fontem aquæ, ubi aquabant pastores terræ incolæ : a quibus cum interrogasset de Laban fratre matris suæ, et didicisset omnia quæ circa illum gerebantur : deinde cum et hujus filiam, et greges oculis spectasset, videretque indigenas non sufficere ut lapidem a fonte ipsi amoverent, et aquarent oves, accurrit, et id quod illi facere non valebant, ipse superno auxilio roboratus, præveniens beneficiis Laban, amovit lapidem et adaquavit oves quas pascebat Rachel. Dein ubi osculatus est puellam, et significavit quis esset et unde venisset, mansit ipse apud fontem. Verum quia Deus erat qui justo disponebat omnia, hic et puellam excitavit ut celeriter curreret, atque hæc annuntiaret patri, qui frater erat hujus matris : narraretque beneficium quod ab eo præstitum esset et in ipsam et in greges : et se neque peregrinum esse, neque ignotum, sed sororis filium. Considera, obsecro, dilecte, divinæ Scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia manifeste recenseat, docendo nos mores veterum, et quantæ in excipiendis hospitibus fuerint alacritatis. Nam ut puellæ indicaret alacritatem, non simpliciter dixit, eam abiisse et annuntiasse quæ facta fuerant, sed cucurrisse, hoc est, magno cum gaudio. Deinde et de Laban, qui pater illius erat, dicit, quod auditis his a virgine, cucurrerit et ipse in occur-

Gen. 28. 15.

Quanta veterum hospitalitas.

Cap. 29. v. 12.

Ibid. v. 13

[a] Sic Savil. et aliquot Mss. Morel. et alii ἐπῆραμεν.

sum Jacob, et osculatus sit eum, et induxerit in domum suam.

2. Postquam autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, 14. *Dixit,* inquit, *ei : Ex ossibus meis et ex carne mea es tu.* Sororis, inquit, meæ cum sis filius, nihil aliud quam caro nostra es et frater noster. *Et erat cum eo,* inquit, *ad mensem dierum.* Dein quasi in domo propria apud eum impavide et ab omni cura liber agebat. Cæterum quoniam Deus erat, qui omnia ad utilitatem hujus justi dispensabat, et in omnibus ei suam præbebat cooperationem, ipse alacritatem Laban excitavit : et videns viri mansuetudinem, dicit ei : 15. *Quoniam enim frater meus es tu, non servies mihi gratis : dic mihi, quæ merces tua sit.* Vide quomodo ipse quidem petebat nihil, Laban autem a se hoc proponit justo. Et attende, obsecro, quomodo cui divina manus assistit, ei omnia feliciter succedant. *Non servies mihi,* inquit, *gratis : indica mihi quæ merces tua sit.* Quamvis beatus ille magnæ caritatis loco haberet vel simpliciter quotidiano alimento frui, multamque pro eo gratiam redderet : verum quia miram humanitatem præ se ferebat, ideo Laban mercedem ei pollicetur, quam ipse proposuerit. Quid igitur justus? Vide, obsecro, et hic excellentem ejus sagacitatem, et quomodo nullam congregandarum opum habuerit curam. Non enim sicut mercenarius aliquis cum Laban convenit, et operam suam exquisitiore mercede locat, et aliud quid petit : sed memor matris et præceptorum patris, et mirificam continentiam præ se ferens, dicit Labano : 18. *Serviam tibi septem annis pro Rachel filia tua juniore.* Hanc enim mox ut apud fontem vidi, amavi. Et vide benevolentiam viri. Sibiipsi et tempus præscribit, et tanto tempore sufficiens argumentum suæ continentiæ præbet. Et quid admiraris, dilecte, audiens eum septem annis se serviturum promisisse pro dilecta puella? Ut enim ostendat nobis Scriptura, quomodo amor magnus et laborem et temporis longitudinem succidit, et ut breve videretur effecit, dicit : 20. *Et servivit Jacob pro Rachel annis septem, et erant coram eo quasi dies pauci, eo quod ipse illam diligeret.* Septem, inquit, anni, pauci dies videbantur ob ingentem erga puellam amorem. Quando enim quis sauciatur caritatis desiderio, nihil difficile spectat : sed id quod fuerit plenum periculis et multa

Cap. 29.

Omnia feliciter succedunt ei quem Deus juvat.

τοῦ Λάβαν, ὃς πατὴρ αὐτῆς ἐτύγχανε, φησὶν, ὅτι ταῦτα ἀκούσας παρὰ τῆς κόρης, Ἔδραμε καὶ αὐτὸς εἰς συνάντησιν τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν εἰσήγαγεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Καὶ μαθὼν ὁ Λάβαν ἅπαντα παρ' αὐτοῦ μετ' ἀκρι- Cap. 29. E βείας, Εἶπε, φησὶν, αὐτῷ· ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν μου εἶ σύ. Τῆς ἀδελφῆς, φησὶ, τῆς ἐμῆς τυγχάνων υἱὸς, οὐδὲν ἕτερον, ἢ σὰρξ ἡμῶν τυγχάνεις, καὶ ἀδελφὸς ἡμέτερος. Καὶ ἦν μετ' αὐτοῦ, φησὶ, μῆνα ἡμερῶν. Λοιπὸν ὡς ἐν οἰκίᾳ ἰδίᾳ, οὕτω διῆγεν ὁ δίκαιος, ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων καὶ πάσης ἀπηλλαγμένος φροντίδος. Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ τὰ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ συνεργίαν χαριζόμενος, οὗτος καὶ τοῦ Λάβαν τὴν προθυμίαν διήγειρε, καὶ ὁρῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐπιείκειαν, φησὶ πρὸς αὐτόν· 533 A Ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ σὺ, οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σού ἐστιν. Ὅρα πῶς μὲν αὐτὸς ἐπεζήτησεν οὐδὲν, ὁ δὲ Λάβαν μόνον ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο προτίθησι τῷ δικαίῳ. Καὶ σκόπει μοι πῶς, ἐπειδὰν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χειρός τις βοηθῆται, πάντα αὐτῷ κατὰ ῥοῦν πρόεισιν. Οὐ δουλεύσεις μοι, φησὶ δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σού ἐστι. Καίτοι ἀγαπητῶς εἶχεν ὁ μακάριος οὗτος, καὶ τὸ ἁπλῶς τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀπολαύειν, καὶ πολλὴν καὶ ὑπὲρ τούτου ἤθελεν αὐτῷ χάριν ἔχειν· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν ἐπεδείξατο, προλαβὼν ὁ Λάβαν μισθὸν αὐτῷ τελέσειν ὑπισχνεῖται, B ὃν ἂν αὐτὸς προθῇ. Τί οὖν ὁ δίκαιος; Ὅρα μοι καὶ ἐνταῦθα τῆς συνέσεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ πῶς οὐδεμίαν ἔχει περὶ χρημάτων συλλογὴν ἐπιθυμίαν, οὐδὲ καθάπερ μισθωτός τις ἀκριβολογεῖται πρὸς τὸν Λάβαν, καὶ ἕτερόν τι ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ μεμνημένος τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς οἰκείας σωφροσύνης δεικνὺς τὴν ὑπερβολὴν, φησὶ πρὸς τὸν Λάβαν· Δουλεύσω σοι ἑπτὰ ἔτη περὶ Ῥαχὴλ τῆς θυγατρός σου τῆς νεωτέρας. Ταύτην γὰρ ἐξ ἀρχῆς θεασάμενός ἐπὶ τοῦ φρέατος, ἠγάπησα. Καὶ ὅρα εὐ- C γνωμοσύνην ἀνδρὸς. Ἑαυτῷ καὶ τὸν χρόνον ὁρίζει, καὶ διὰ τοῦ χρόνου τῶν ἐτῶν ἱκανὴν βάσανον τῆς οἰκείας σωφροσύνης παρέχει. Καὶ τί θαυμάζεις, ἀγαπητὲ, ἀκούων ὅτι ἑπτὰ ἔτη δουλεύειν ὑπέσχετο ὑπὲρ τῆς ἀγαπωμένης κόρης; Ἵνα γὰρ δείξῃ ἡ θεία Γραφὴ, ὅπως ὁ πόθος ὁ πολὺς ἐπετέμετο καὶ τὸν κάματον αὐτῷ καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος, φησί· Καὶ ἐδούλευσεν Ἰακὼβ περὶ Ῥαχὴλ ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι, παρὰ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν αὐτήν. Ὁ τῶν ἑπτὰ, φησὶν, ἐτῶν ἀριθμὸς ὀλίγαι ἡμέραι ἐνομίζοντο διὰ τὴν ἀγάπην τὴν ὑπερβάλλουσαν τὴν D περὶ τὴν κόρην. Ὅταν γὰρ τρωθῇ τις τῷ πόθῳ τῆς ἀγάπης, οὐδὲν ὁρᾷ τῶν δυσχερῶν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ᾖ κινδύνων μεστὰ, καὶ πολλῆς ἑτέρας ταλαιπωρίας,

πάντα κούφως φέρει, πρὸς ἓν ὁρῶν μόνον, ὥστε τὸν οἰκεῖον ἀποπληρῶσαι πόθον. Ἀκούωμεν οἱ ῥᾴθυμοι καὶ ἀναπεπτωκότες, οἱ πολλὴν περὶ τὸν Δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενοι. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος οὗτος διὰ τὸν τῆς κόρης πόθον ἑπτὰ ἐτῶν ἀριθμὸν δουλεῦσαι κατεδέξατο, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ποιμενικῆς ταλαιπωρίαν ὑπομεῖναι, καὶ οὐδὲ αἴσθησιν ἐλάμβανεν οὐ τῶν πόνων, οὐ τοῦ μήκους τοῦ χρόνου, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ κοῦφα καὶ ῥᾴδια ἐφαίνετο, καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῆς E ἀπολαύσεως τρεφόμενος, ὡς ἡμέρας ὀλίγας τὸν πολὺν ἐκεῖνον εἶναι χρόνον ἐνόμιζε· ποίαν ἡμεῖς ἕξομεν ἀπολογίαν μηδὲ τὸν ὅμοιον πόθον περὶ τὸν Δεσπότην τὸν ἡμέτερον, τὸν εὐεργέτην, τὸν κηδεμόνα, τὸν πάντα ἡμῖν γινόμενον ἐπιδεικνύμενοι; Ἀλλ' ἂν μὲν βιωτικὸν κέρδος *πρόκειται, πάντα προθύμως ὑπομένειν αἱρούμεθα, κἂν κάματον ἔχῃ, κἂν ἄλλην τινὰ ταλαιπωρίαν, κἂν αἰσχύνην, κἂν κόλασιν τὴν ἐν τῷ παρόντι, τὴν ἐν τῷ μέλλοντι· διὰ δὲ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν ἄνωθεν ἐπισπάσασθαι ῥοπὴν, χαῦνοι καὶ ἀναπεπτωκότες καὶ διαλελυμένοι φαινόμεθα. Καὶ ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, τίς δὲ ἀπολογία οὕτω ῥᾳθύμως διακειμένοις, καὶ οὐδὲ ὅσον ὁ μακάριος οὗτος περὶ κόρην τὸν πόθον ἐπεδείξατο, τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν Θεὸν ἐπιδείξασθαι βουλομένοις, καὶ ταῦτα τοσαύτας ἔχοντες ἀριθμεῖν εὐερ- 534 γεσίας εἰς ἡμᾶς γεγενημένας, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν A γινομένας; Ἀλλ' εἰ καὶ ἡμεῖς οὕτως ἀγνώμονες, ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως, ὁ τοσοῦτον ζέων τῷ πνεύματι, καὶ πεπυρωμένος εἰς τὸν περὶ τὸν Θεὸν πόθον, ὡς ἐκεῖνα τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἄξια φθέγξασθαι ῥήματα καὶ ἀναβοῆσαι, καὶ εἰπεῖν· Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Ὅρα λέξεως ἔμφασιν· ὅρα πόθου τυραννικοῦ μανίαν· ὅρα ἀγάπην πεπυρωμένην. Τίς ἡμᾶς χωρίσει; Τί, φησὶν, ἐστὶν, ὃ δύναται τῆς ἀγάπης ἡμᾶς ἀποστερῆσαι τῆς πρὸς τὸν Θεόν; τί [a]τῶν ὁρωμένων, τί τῶν μὴ ὁρωμένων;

Εἶτα βουλόμενος καὶ κατ' εἶδος ἅπαντα ἀπαριθμήσασθαι, καὶ πᾶσιν ἡμῖν κατάδηλον ποιήσασθαι τὸν B πόθον τὸν ἀκάθεκτον, ὃν περὶ τὸν Δεσπότην ἐκέκτητο, ἐπήγαγε λέγων· Θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; Ὦ ψυχῆς μαινομένης μανίαν σωφροσύνης μητέρα. Τί, φησὶ, τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν δυνήσεται ἡμᾶς ἀποστῆσαι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης; Αἱ θλίψεις αἱ καθημεριναί; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αἱ στενοχωρίαι; Οὐδὲ αὗται. Ἀλλ' οἱ διωγμοί; Οὐδ' ὅλως. Ἀλλὰ τί; λιμός; Οὐδὲ τοῦτο. Ἀλλὰ κίνδυνοι; Καὶ τί λέγω λιμὸν καὶ γυμνότητα καὶ κινδύνους; ἀλλὰ μάχαιρα; Αὐτὸς, φησὶν, ὁ θάνατος ἐπαγόμενος τοῦτο ἰσχῦσαι οὐ δυνήσεται·

miseria, leviter fert, ad hoc unum respiciens, quomodo suo potiatur voto et desiderio. Audiamus nos ignavi et supini, ingratum erga Deum animum exhibentes. Nam si justus ille propter puellæ amorem septennium servire, ferreque pastoralium laborum ærumnas decrevit, et non sensit vel labores, vel temporis longitudinem, sed omnia ei levia et facilia videbantur, exspectationeque et spe fruendi fultus, ita ut dies paucos longum illud tempus putaret: qualem nos habebimus excusationem, qui non pari studio erga Dominum nostrum et benefactorem et curatorem, et qui nobis sit omnia, afficimur? Sed ubi proponitur lucrum temporale, omnia alacriter sustinere volumus, etiamsi quid laboriosum sit, et valde ærumnosum et sordidum, et pœnam in præsenti et futuro sæculo præbens: propter nostram autem salutem, et ut supernum nobis favorem conciliemus, remissi et supini et dissoluti videmur. Et qualis nobis erit venia, qualisve excusatio sic negligentiæ deditis, qui neque quantum beatus ille in puellam declaravit amorem, tantam in Deum caritatem habemus: idque cum tanta possimus numerare beneficia in nos collocata, et quæ quotidie collocantur? Sed etsi nos tam ingrati sumus, non ita certe beatus Paulus, qui tam fervebat et ignitus erat caritate in Deum, ut verba illa tanto animo digna loqueretur et clamaret, dicens: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Vide dictionis emphasim, et latentem vim: vide amoris violenti fervorem, vide caritatem incensam. *Quis nos separabit?* Quid, inquit, est, quod possit nos a caritate Dei separare? quid inter visibilia, quid inter invisibilia?

Morali epilogu

Rom. 8 35.

3. Deinde volens et particulatim omnia enumerare, et omnibus nobis manifestum facere insuperabile desiderium quod erga Dominum possidebat, subdidit dicens: *Tribulatio? an angustia? an fames? an persequutio? an nuditas? an periculum? an gladius?* O animam, insania, quæ continentiæ mater est, furentem! Quid, inquit, ex iis quæ nobis inferri possunt, nos avocare a caritate quæ est in Deum poterit? Afflictiones quotidianæ? Minime. Angustiæ? Neque illæ. Num persequutiones? Neque illæ. Sed quid? num fames? num nuditas? num pericula? Verum quid dico famem, et nuditatem,

* [Savil. in marg. conj. προκέηται. Coisl. πρόκειται.]

[a] Sic duo Mss. atque ita legit vetus Interpres. In Editis hæc, τί τῶν ὁρωμένων, deficiebant; sed ea series postulabat.

et pericula? num gladius? Ne mors quidem ipsa, si infligatur, hoc poterit efficere: id enim prorsus impossibile est. Nullus alius sic dignatus est diligere Dominum, ut beata illa anima. Quasi enim liberatus a corpore, et sublimis factus, ut sic dicam, neque super terram ambulare se putans, ita loquitur. Amor enim in Deum et succensa caritas mentem ejus a sensibilibus ad spiritualia transtulit, et a præsentibus ad futura, et a visibilibus ad non visibilia. Talis enim res est fides et caritas in Deum. Et ut discas magnum ejus cordis affectum, vide eum qui sic Dominum dilexit, et in ejus caritatem exarsit, fugari, persequutionem pati, flagellari, innumera gravia ferre, et dicere: *In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: a Judæis quinquies quadragenas una minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum; ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falsis fratribus, in labore et ærumna:* et talia patiens, gaudebat et exsultabat. Sciebat enim, et argumentis multis certus erat, labores præsentes maxima sibi præmia conciliare, et pericula coronas parere. Nam si Jacob propter amorem in Rachelem quasi pauculos dies septennium putabat, multo magis beatus ille omnia nihili faciebat, succensus semel amore in Deum, et propter Christum dilectum omnia ferens. Studeamus igitur, obsecro, et nos diligere Christum. Nihil enim aliud, inquit, Christus requirit a te, quam ut ipsum diligas ex toto corde, et facias mandata ejus. Qui enim diligit sicut oportet Deum, manifestum quod et mandata ejus implere nitatur. Quando enim quis erga aliquem fraterne affectus, omnia facere studet, ut dilectum attrahere possit in amorem suum. Et nos quoque si Dominum sincere dilexerimus, mandata ejus implere, nihilque eorum, quæ exacerbare poterunt dilectum, facere studebimus. Hoc fuerit regnum cælorum, hoc bonorum fruitio; hoc infinita bona continet, si germane et sicut oportet eum dilexeris: illum autem sincere diligimus, si propter caritatem in eum, et erga conservos multam exhibeamus dilectionem. *In his enim duobus mandatis*, inquit, *universa lex et prophetæ pendent*: nempe ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex

2. *Cor.* 11. 23.—27.

Comparatur cum Jacob Paulus.

Marc. 12. 30.

Matth. 22. 40.

Marc. 12. 30. 31.

[b] ἀμήχανον γὰρ καὶ πάντα ἀδύνατον. Οὐδεὶς ἕτερος οὕτως ἀγαπῆσαι κατηξιώθη τὸν Δεσπότην, ὡς ἡ μακαρία αὕτη ψυχή. Καθάπερ γὰρ ἀπαλλαγεὶς τοῦ σώματος, καὶ μετάρσιος, ὡς εἰπεῖν, γεγονὼς, καὶ οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς βαδίζειν νομίζων, οὕτως ἅπαντα φθέγγεται. Ὁ γὰρ περὶ τὸν Θεὸν πόθος, καὶ ἡ πεπυρωμένη ἀγάπη μετέστησεν αὐτοῦ τὸν λογισμὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα, καὶ ἀπὸ τῶν βλεπομένων ἐπὶ τὰ μὴ ὁρώμενα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις, καὶ ἡ περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπη. Καὶ ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ὅρα τὸν οὕτως ἀγαπῶντα τὸν Δεσπότην, καὶ ἐκκαιόμενον εἰς τὸν περὶ αὐτὸν πόθον, ἐλαυνόμενον, διωκόμενον, μαστιζόμενον, μυρία δεινὰ ὑπομένοντα, καὶ λέγοντα· Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις· ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς ἐρραβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις, ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ· καὶ τοσαῦτα πάσχων ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο. Ἤδει γὰρ καὶ ἐπεπληροφόρητο, ὅτι οἱ πρὸς τὸ παρὸν πόνοι τῶν μεγίστων αὐτῷ βραβείων πρόξενοι γίνονται, καὶ οἱ κίνδυνοι στεφάνους ἔτικτον. Εἰ γὰρ ὁ Ἰακὼβ διὰ τὸν περὶ τὴν Ῥαχὴλ πόθον ὡς ἡμέρας ὀλίγας τῶν ἑπτὰ ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἐνόμιζε, πολλῷ μᾶλλον ὁ μακάριος οὗτος οὐδὲν ἅπαντα ἡγεῖτο, πυρωθεὶς ἅπαξ τῷ περὶ τὸν Θεὸν πόθῳ, καὶ διὰ τὸν ἀγαπώμενον Χριστὸν ἅπαντα ὑπομένων. Σπουδάσωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς ἀγαπῆσαι τὸν Χριστόν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον, φησὶν, ὁ Χριστὸς ζητεῖ παρὰ σοῦ, ἢ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ποιεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν αὐτὸν καθ' ὃν δεῖ τρόπον ἀγαπᾷν, δηλονότι καὶ τὰς αὐτοῦ ἐπείγεται ἐντολὰς ποιεῖν. Ὅταν γάρ τις περί τινα γνησίως [a] διάκειται, πάντα πράττειν σπουδάζει, ἃ τὸν ἀγαπώμενον ἐφέλκεσθαι δύναται εἰς τὸν περὶ αὐτὸν πόθον. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἐὰν ἀγαπήσωμεν γνησίως τὸν Δεσπότην, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ πληρῶσαι δυνησόμεθα, καὶ μηδὲν πράττειν ἐκείνων τῶν παροξῦναι δυναμένων τὸν ἀγαπώμενον. Τοῦτο ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦτο ἡ ἀπόλαυσις τῶν ἀγαθῶν, τοῦτο τὰ μυρία ἀγαθὰ, τὸ καταξιωθῆναι γνησίως καὶ καθ' ὃν χρὴ δὴ τρόπον ἀγαπᾷν· ἀγαπήσομεν δὲ αὐτὸν γνησίως, ἐὰν διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην, καὶ περὶ τοὺς ὁμοδούλους πολλὴν ἐπιδειξώμεθα τὴν ἀγάπην. Ἐν ταύταις γὰρ, φησὶ, ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται, [b] ἐν τῷ ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης

[b] [Coisl. ἀμήχανον, omissis γάρ... ἀδύνατον.]

[a] [Coisl. διάκηται. Voluit scribere librarius διακέηται.]

[b] [Coisl. ἐν τῷ ἀγαπήσεις, quæ ad literam e Bibliorum l. l. desumpta sunt.]

τῆς διανοίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Τοῦτο τῶν ἀρετῶν τὸ κεφάλαιον, τοῦτο πασῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν ὁ θεμέλιος. Τῇ γὰρ ἀγάπῃ τῇ περὶ τὸν Θεὸν συνεισέρχεται καὶ ἡ περὶ τὸν πλησίον ἀγάπη. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν οὐ περιόψεται τὸν ἀδελφὸν, οὐδὲ τὰ χρήματα τοῦ οἰκείου μέλους προτιμήσει, ἀλλὰ πολλὴν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξεται τὴν φιλοτιμίαν, C μεμνημένος τοῦ εἰρηκότος, ὅτι Ὁ ποιήσας ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησε. Καὶ ἐννοῶν, ὅτι διὰ τῆς εἰς τὸν ὁμόδουλον θεραπείας αὐτός ἐστιν ὁ τὰ γινόμενα οἰκειούμενος ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἅπαντα ἐργάσεται, καὶ πολλὴν τὴν δαψίλειαν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐπιδείξεται, οὐ πρὸς τὴν εὐτέλειαν ὁρῶν τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ οἰκειοῦσθαι ἐπαγγειλαμένου τὰ εἰς τοὺς πένητας γινόμενα. Μὴ δὴ παρατρέχωμεν ἁπλῶς, παρακαλῶ, τὸ κέρδος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τὸ φάρμακον τῶν ἡμετέρων τραυμάτων. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο μάλιστα τὸ φάρμακον τοσαύτην ἡμῖν παρέξει τὴν θεραπείαν, καὶ οὕτως ἀφανίσει τὰ D ἕλκη τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὡς μηδὲ ἴχνος μηδὲ οὐλὴν καταλειφθῆναι· ὅπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν τραυμάτων οὐχ οἷόν τε γενέσθαι. Κἂν γὰρ μυριάκις τις τὰ φάρμακα τῷ οἰκείῳ τραύματι ἐπιθῇ τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν κατασκευαζόμενα, ἀνάγκη τὴν οὐλὴν ἐν τῷ σώματι ἐναπομένειν· καὶ εἰκότως· σῶμα γάρ ἐστι τὸ θεραπευόμενον. Ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ψυχή ἐστιν ἡ θεραπευομένη, ἐπειδὰν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται, πολλὴν δέχεται τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, καὶ οὕτως ἅπαντα φυγαδεύεται τὰ ἕλκη, ὡς ἂν κονιορτὸς, ἀνέμου σφοδροῦ διεγερθέντος. Καὶ τούτων ἁπάντων τῶν ὑποδειγμάτων [c] ὑπερπλήρεις ἡμῖν αἱ Γραφαί. Οὕτως ὁ μακάριος Παῦλος ἀπόστολος γέγονεν ἀπὸ διώκτου, καὶ ὁ πρότερον πορθῶν τὴν Ἐκκλησίαν, ὕστερον αὐτὸς αὐτῆς γέγονε νυμφαγωγός.

Εἶδες ἄκραν τὴν μεταβολήν; εἶδες ἄφατον τὴν μετάστασιν; Οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς μυρίους ἐργασάμενος φόνους, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ διὰ τῶν ὀλίγων ἐκείνων ῥημάτων οὕτως ἅπαντα ἀπενίψατο τὰ ἁμαρτήματα, ὡς ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ Δεσπότου, ὅτι Σήμερον 536 μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Οὕτω καὶ ὁ τελώνης, A στῆθος πλήξας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα ὁμολογήσας, κατῆλθε δεδικαιωμένος ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἕκαστος ψυχῆς εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καὶ τὰ πρότερα ὁμολογήσας πταίσματα, οὕτω τῆς συγχωρήσεως ἀπήλαυσεν. Ἴδωμεν δὲ ταύτης τῆς ἐντολῆς τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅσην περιουσίας δύναμιν κέκτηται ἡ δαψιλὴς ἐλεημοσύνη, ἵνα μαθόντες τὸ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγινόμενον κέρδος, προθύμως αὐτὴν

tota mente tua, et ex omnibus viribus tuis; et proximum tuum sicut teipsum. Hæc omnium virtutum summa, hoc fundamentum. Simul enim cum caritate in Deum ingreditur dilectio proximi. Nam qui Deum diligit, non despiciet fratrem, neque opes pluris, quam membrum suum, faciet, sed magnam præ se feret benignitatem, memor ejus qui dixit: *Qui fecerit aliquid uni horum minimorum, mihi fecerit.* Et cogitans, propter ministerium in conservum Deum ipsum esse qui ut sibi præstitum officium adscribat, magna cum alacritate omnia operabitur, magnamque liberalitatem exhibebit circa eleemosynam, non ad vilitatem respiciens pauperis qui apparet, sed ad magnitudinem ejus qui promisit se habiturum perinde ac si sibi facta essent, quæcumque illi facta fuerint. Ne igitur prætereamus simpliciter, oro, lucrum nostrarum animarum et remedium nostrorum vulnerum. Hoc enim, hoc maximum pharmacum ita curabit et abolebit ulcera animarum nostrarum, ut neque vestigium neque cicatrix aliqua apparitura sit: id quod in corporis vulneribus non est possibile. Nam licet quis millies cataplasmata accepta a medicis superponat, necesse est cicatricem in corpore manere; et merito: corpus enim est quod curatur. Hic autem quia anima est quæ curatur, quando quis bonam suam voluntatem declarat, multam in melius mutationem accipit: et sic omnia ulcera depellit, ut ventus vehemens pulverem deturbat. Atque horum omnium exemplis plenæ sunt Scripturæ. Ita Paulus apostolus factus est ex persequutore, et qui prius impugnabat Ecclesiam, postea factus est ejus pronubus.

4. Vidisti quanta rerum vicissitudo? vidisti quanta transmutatio? Sic et latro, qui multa fecerat homicidia, in uno temporis puncto, propter pauca illa verba ita omnia abluit peccata, ut audiret a Domino: *Hodie mecum eris in paradiso.* Sic et publicanus, qui percusserat pectus, et sua peccata confessus erat, descendit justificatus magis, quam Phărisæus. Verum omnes hi animæ suæ bonum affectum declararunt, et priora confessi peccata, remissionem obtinuere. Videamus autem et hujus mandati robur, et quantam abundantiæ vim possideat larga eleemosyna, ut cum didicerimus lucrum quod inde nascitur, alacriter eam largiamur.

Brevi tempore potest delictorum remissio impetrari

Luc. 23. 43.

Luc. 18. 13.

[c] Multi Mss. πλήρεις.

Forte enim tanta ejus est potestas, ut non solum peccata purgare, sed et mortem fugare valeat. Et quomodo, ego dicam. Et quis, dicet aliquis, eleemosynam faciens, superior morte factus est? Sane omnes videmus sub mortis tyrannidem venisse. Ne turberis, dilecte, sed rebus ipsis disce quomodo eleemosynæ vis et mortis vicit tyrannidem. Tabitha erat mulier, cujus nomen si quis interpretatur, dicitur Dorcas : hæc quotidie dabat operam, ut colligeret ex eleemosyna divitias. Et vestiebat, inquit, viduas, et alios omnes sumtus eis præbebat. Factum est autem ut infirmata ipsa moreretur. Sed vide quomodo hæ quæ ab illa curabantur, et quas vestiebat, beneficam opportune remunerarint. Stantes circa apostolum, monstrabant, inquit, ei vestes, et cuncta quæ faciebat, cum adhuc in humanis ageret Dorcas : et alumnam requirebant, lacrymas profundebant, et ad magnam miserationem apostolum provocabant. Quid igitur beatus Petrus? *Genibus positis*, inquit, *oravit : et conversus ad corpus, dixit : Tabitha, surge. Illa autem aperuit oculos suos, et ut vidit Petrum, resedit. Data autem ei manu, erexit eam : et accersitis sanctis et viduis, commendavit illis eam vivam.* Vidisti virtutem apostoli, imo operantis per eum Domini? vidisti quanta retributio beneficentiæ in viduas, etiam in præsenti? Quid enim tantum, quæso, præbuit illa viduis, quantum illæ ei rependerunt? Vestes præbuit et alimenta, sed illæ ad vitam hanc reduxerunt, et mortem ab ea fugarunt : imo non illæ, sed clemens Dominus noster propter curam quam illis impenderat. Vidistis pharmaci potentiam, dilectissimi? Hoc omnes nobisipsis paremus : neque enim sumtuosum est, quamvis tantæ sit virtutis, sed et vili emitur, nec multo sumtu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ non in multitudine pecuniarum vel opum sita est, sed ex alacritate dantium judicatur. Propter hoc et qui potum aquæ frigidæ dedit, acceptus est, necnon ea quæ duo minuta in corbonam misit, ut discamus, ubique rectam mentem requiri ab universorum Domino. Fieri potest ut qui parum habet, magnam præ se ferat liberalitatem, si magna valet alacritate : et qui multa possidet, minor videatur iis qui parum habent, propter sordidi animi tenacitatem. Effundamus igitur, quæso, facultates nostras in egenos mente liberali, ex iis quæ nobis Dominus dedit : et quæ ab eo data sunt, ipsi iterum demus, ut sic iterum nostra cum lucro

Act. 9. 40.

Eleemosynæ magnitudo unde pendatur.

Matth. 10. 42.

Luc. 21. 2.

μετέλθωμεν. Τάχα γὰρ τοσαύτη αὐτῆς ἡ περιουσία, ὡς μὴ μόνον ἁμαρτήματα ἐκκαθαίρειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον φυγαδεύειν. Καὶ λέγω τὸν τρόπον. Καὶ τίς, φησὶν, ἐλεημοσύνην ἐπιδειξάμενος, τοῦ θανάτου κρείττων γέγονε; Καὶ μὴν ἅπαντας ὁρῶμεν ὑπὸ τὴν τυραννίδα τοῦ θανάτου γινομένους. Μὴ θορυβηθῇς, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ μάθε δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅπως ἡ τῆς ἐλεημοσύνης δύναμις ἐνίκησε καὶ τούτου τὴν τυραννίδα. Ταβιθά τις ἐγένετο γυνὴ, ἥτις διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἔργον ἐποιεῖτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης εὐπορίαν συλλέγειν ἑαυτῇ· καὶ ἐνεδίδυσκε, φησὶ, τὰς χήρας, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν εὐπορίαν αὐταῖς παρεῖχεν. Ἐγένετο δὲ ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν. Ἀλλὰ βλέπε μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, πῶς αἱ τῆς θεραπείας ἀπολαύουσαι, καὶ τὰ σώματα σκεπόμεναι ἀπ' αὐτῆς, ἐν καιρῷ τὴν εὐεργέτιν ἀμειβόμεναι, περιεστῶσαι τὸν ἀπόστολον, ἐπεδείκνυον, φησὶ, τὰ ἱμάτια, καὶ ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκὰς, καὶ τὴν τροφὸν ἐπεζήτουν, καὶ δάκρυα ἴσως προσέχεον, καὶ εἰς πολὺν οἶκτον τὸν ἀπόστολον ἐφείλκοντο. Τί οὖν ὁ μακάριος Πέτρος; Τὰ γόνατα θεὶς, φησὶ, προσηύξατο, καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε· Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, ἀνεκάθισε. Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτὴν, καὶ φωνήσας τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν. Εἶδες δύναμιν τοῦ ἀποστόλου, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτῷ Δεσπότου; εἶδες ὅση τῆς εἰς τὰς χήρας εὐποιίας ἀμοιβὴ καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ γένονε; Τί γὰρ τοσοῦτον, εἰπέ μοι, παρέσχεν αὕτη ταῖς χήραις, ὅσον αὗται αὐτὴν ἠμείψαντο; Ἱμάτια παρέσχε καὶ τροφὰς αὐταῖς, ἀλλ' αὗται πρὸς ζωὴν αὐτὴν ἐπανήγαγον, καὶ τὸν θάνατον ἐξ αὐτῆς δραπετεῦσαι ἐποίησαν· μᾶλλον δὲ οὐχ αὗται, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς ταύτας θεραπείαν ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης. Εἴδετε φαρμάκου δύναμιν, ἀγαπητοί; Τοῦτο πάντες ἑαυτοῖς κατασκευάσωμεν· οὐδὲ γὰρ πολυτελές ἐστι, καίτοι γε τοσαύτην ἔχον τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὔωνον, καὶ οὔτε δαπάνης δεῖται πολλῆς. Τὸ γὰρ τῆς ἐλεημοσύνης μέγεθος οὐκ ἐν τῷ πλήθει τῶν χρημάτων κρίνεται, ἀλλ' ἐν τῇ προθυμίᾳ τῶν διδόντων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ποτήριον ψυχροῦ δοὺς ἀπόδεκτος γέγονε, καὶ ἡ τὰ δύο λεπτὰ καταβαλοῦσα, ἵνα μάθωμεν ὅτι πανταχοῦ γνώμην ὀρθὴν ἐπιζητεῖ ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης. Ἔστι πολλάκις καὶ ὀλίγα ἔχοντα πολλὴν τὴν δαψίλειαν τῆς ἐλεημοσύνης ἐπιδείξασθαι, ὅταν ᾖ ἡ προθυμία ἐῤῥωμένη· καὶ πάλιν τὸ ἐναντίον, ἔστι καὶ πολλὰ κεκτημένον ἐλάττονα ὀφθῆναι τῶν ὀλίγα ἐχόντων διὰ τὴν τῆς ἰδίας γνώμης μικρολογίαν. Ἐχέωμεν οὖν, παρακαλῶ, τὰ ὄντα εἰς τοὺς ἐν χρείᾳ ὄντας μετὰ δαψιλοῦς γνώμης, ἐξ ὧν ὁ Δεσπότης ἡμῖν κεχάρισται, καὶ αὐτὰ τὰ παρ' αὐτοῦ ἡμῖν δο-

537 A

θέντα αὐτῷ πάλιν ἡμεῖς δῶμεν, ἵνα οὕτω πάλιν μετὰ πολλῆς προσθήκης ἡμέτερα γένηται. Τοσαύτη γὰρ αὐτοῦ ἡ φιλοτιμία, ὅτι καὶ ἀφ' ὧν ἔδωκε λαμβάνων, οὐχ ἡγεῖται τὰ ἴδια λαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἡμῖν αὐτὰ τῆς φιλοτιμίας ἀποδιδόναι ὑπισχνεῖται· μόνον ἐὰν ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι βουληθῶμεν, καὶ καθάπερ τῇ τοῦ Θεοῦ χειρὶ ταῦτα παρακατατιθέμενοι, οὕτως αὐτὰ τοῖς πένησι χορηγῶμεν, εἰδότες ὅτι ἅπερ ἂν ἡ χεὶρ ἐκείνη δέξηται, οὐκ ἐκεῖνα μόνον ἀποδίδωσιν, ἀλλὰ καὶ πολυπλασίονα τὰ δοθέντα Β οὗτος ἡμῖν αὐτὰ πάλιν χαρίζεται, τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν διὰ πάντων ἐπιδεικνύμενος. Καὶ τί λέγω, ὅτι αὐτὰ πάλιν πολυπλασιάζει; Ἡ χεὶρ ἐκείνη δίδωσιν οὐκ αὐτὰ μόνον, ἀλλὰ μετὰ τούτων καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν δωρεῖται, καὶ ἀνακηρύττει καὶ στεφανοῖ, καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ χαρίζεται, ἐὰν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ δοθέντων μικρόν τι εἰσενεγκεῖν βουληθῶμεν. Μὴ γὰρ βαρύ τι καὶ ἐπαχθὲς [a]παρ' ἡμῶν αἰτεῖ; Τὰ περιττὰ τῆς χρείας βούλεται ἀναγκαῖα ἡμᾶς ποιήσασθαι, καὶ ἅπερ εἰκῇ καὶ μάτην ἐν τοῖς ταμιείοις ἐναπόκειται, ταῦτα βούλεται ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν καλῶς διανεμηθῆναι, ἵνα ἀφορμὴν λαβὼν ἐντεῦθεν, λαμπρῶς C ἡμᾶς στεφανώσῃ. Σπεύδει γὰρ καὶ ἐπείγεται, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε ἀξιῶσαι ἡμᾶς ὧν καὶ ἐπηγγείλατο.

fiant. Tanta enim ejus est liberalitas, ut licet accipiat de iis quæ ipse dedit, non putet tamen propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea redditurum se pollicetur; tantum si nos quæ nostra sunt facere velimus, et sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus Domini : scientes quæcumque acceperit manus illa, ea non solum reddituram, sed multiplicata nobis iterum largituram, suæ liberalitatis gloriam declarantem. Et quid assero, ea reddere multiplicata? Manus illa non ea solum reddit, sed cum illis regnum cælorum donat, et celebrat, atque coronat, innumeraque bona largitur, modo ex iis quæ ab ipso data sunt parvum quiddam inferre voluerimus. Num grave aliquid et onerosum a nobis requirit? Ea quæ abundant et supervacanea sunt nobis, necessaria nobis facere vult : et quæ frustra et in vanum in promptuariis reposita sunt, ea vult a nobis bene distribui, ut occasione accepta hinc, nos splendide coronet. Festinat enim et urget, atque omnia facit et molitur, ut dignos nos reddat iis quæ ille promisit.

Μὴ τοίνυν ἑαυτοὺς ἀποστερήσωμεν, παρακαλῶ, τῶν τοσούτων ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ οἱ περὶ τὴν γῆν πονούμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες, τὰς ἑαυτῶν ἀποθήκας κενοῦντες, εἰς τὴν γῆν καταβάλλουσι τὰ σπέρματα, καὶ τὰ πάλαι συνηγμένα σκορπίζουσι, καὶ μεθ' ἡδονῆς τοῦτο ποιοῦσι, τῇ ἐλπίδι τοῦ πλείονος ἑαυτοὺς παραμυθούμενοι, καὶ ταῦτα εἰδότες ὡς καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαι πολλάκις, καὶ γῆς ἀκαρπία, καὶ ἕτεραι D πολλαὶ περιστάσεις, ἢ ἀκρίδων [b]στρατόπεδον, ἢ ἐρυσίβης ἡ ἔφοδος τῆς προσδοκίας διαμαρτεῖν ἐποίησε, καὶ ὅμως ταῖς χρηστοῖς ἐλπίσιν ἑαυτοὺς τρέφοντες, τὰ ἐν τοῖς ταμιείοις συνηγμένα τῇ γῇ παρακατίθενται· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τὰ ἁπλῶς ἀποκείμενα σκορπίζειν εἰς τὴν τῶν πενήτων διατροφὴν προσῆκεν, ἔνθα οὐκ ἔνι ποτὲ διαμαρτεῖν τοῦ τέλους, οὐδὲ δεῖσαι τὴν ἀποτυχίαν τὴν ἐπὶ τῆς γῆς γινομένην. Ἐσκόρπισε γὰρ, φησὶν, ἔδωκε τοῖς πένησιν. Ἀλλ' ἄκουε καὶ τῶν ἑξῆς· Ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ὦ θαυμασίου σκορπισμοῦ. Ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ τὴν διανομὴν ἐποιήσατο, καὶ ἐν διηνεκεῖ τῷ αἰῶνι ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ διαμένει. Τί τούτου μακαριστότερον γένοιτ' ἄν ποτε; Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, τὴν διὰ τῆς ἐλεημοσύνης δικαιοσύνην ἑαυτοῖς ἐπισπασώμεθα, ἵν' E

5. Ne igitur, quæso, nosipsos privemus tantis bonis. Nam si laboriosi agricolæ penum suum evacuant, et semina terræ concredunt, et olim collecta dispergunt, idque cum voluptate faciunt, spe majora recipiendi se solantes : et quamvis sciant sæpe aeris intemperiem, nonnumquam et terræ sterilitatem aliaque multa accidentia, ut locustarum exercitum, et rubiginis incursum, exspectationem suam fefellisse; attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuariis collecta sunt, terræ concredunt : multo magis nos quæ absque usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus et educationem convenit, ubi numquam spes eluditur, neque timenda aliqua terræ sterilitas. Dicit enim : *Dispersit, dedit pauperibus.* Sed audi etiam quæ sequuntur : *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* O mirabilem sementem! Brevi tempore distribuit, et in perpetua sæcula justitia ejus permanet. Quid hoc beatius umquam fuerit? Idcirco oro, ut justitiam quæ ex eleemosyna est nobis acquiramus, ut et de nobis dicatur : Disperserunt, dederunt pauperibus, justitia eorum manet in sæculum sæculi. Post-

Psal. CXI. 9.

Eleemosyna commendatur.

[a] **Quinque Mss.** παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖ.

[b] Στρατόπεδον deest in Savil. et in quibusdam Mss. [Savil. ἡ ἐρυσίβης ὁ φόβος καὶ ἡ ἔφοδος. Coisl. consentit cum Montf., omisso tamen articulo ante ἔφοδος. Paulo post Coisl. προσήκει.]

quam enim dixit, *Dispersit, dedit*, ne putes dispersa periisse, ideo statim subdidit : *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Illis, inquit, dispersis, justitia maneat inexpugnabilis, et in omne sæculum se extendat nunquam finem habitura. Atque cum eleemosyna etiam alias virtutes diligenter curemus, et affectiones carnis reprimamus, et eliminemus ex anima omnem illicitam concupiscentiam, omnem malam cogitationem, iram, indignationem, invidiam; et ornemus omnibus modis animæ pulchritudinem, ut claritate pulchritudinis ejus conciliemus nobis cælorum Dominum, et apud nos habitare dignetur. Nam ubi viderit animæ venustatem, statim adveniet.

Isai. 66. 2. Dixit enim : *Super quem alium respiciam quam super mansuetum et quietum et humilem, et trementem sermones meos?* Vidisti quomodo nos docuit omnes spirituales colores, quibus animæ pulchritudo potest decorari? *Super mansuetum*, inquit, *et quietum, et humilem.* Deinde quod hæc omnia efficit addidit : *Et trementem sermones meos.* Quid est, *Trementem sermones meos?* Obedientiam Dei mandatis per ipsa opera implentem, quod et alibi dicit :

Prov. 28. 24. *Beatus qui timet omnia propter pietatem.* Nam si nos, cum videmus famulum qui mandata nostra cum diligentia timoreque multo ac tremore implere curat, majorem erga illum declaramus benevolentiam et commiserationem : multo magis bonus Dominus erga nos id declarabit. Propter hoc dicebat : *Super illum respiciam mansuetum et quietum, et trementem sermones meos.* Tremamus igitur, oro, et cum magno timore sermones ejus impleamus; nam ejus sunt sermones nobis ab illo tradita mandata : et cum didicerimus quæ illi placent, et quæ probat, ea obeamus, et tales fieri studeamus; quietem, mansuetudinem, humilitatem magnam exhibeamus, et omnia quæ ab eo mandata sunt cum reverentia et timore adimpleamus : ut cum approbarit affectum mentis nostræ, placatus nostra obedientia, respicere etiam super nos dignetur. Quod si nobis continget, erimus per omnia securi : dicit enim, *Respiciam*, hoc est, Providentia mea dignabor, manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, ubertim in eum

E ἢ καὶ περὶ ἡμῶν τοῦτο λέγεσθαι ἄξιον, ὅτι ἐσκόρπισαν, ἔδωκαν τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτῶν μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι τὰ σκορπισθέντα ἀπώλετο, διὰ τοῦτο ταχέως ἐπήγαγεν, Ἡ δικαιοσύνη
238 αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἐκείνων, φησὶ,
A τῶν σκορπισθέντων ἡ δικαιοσύνη ἀνάλωτος *μένῃ, παντὶ τῷ αἰῶνι παρεκτεινομένη καὶ μηδέποτε πέρας λαμβάνουσα. Καὶ μετὰ τῆς ἐλεημοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν ποιησώμεθα, καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς καταστέλλωμεν, καὶ ἐξορίσωμεν ἐκ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἄτοπον, πάντα πονηρὸν λογισμὸν, ὀργὴν, θυμὸν, βασκανίαν, καὶ τὴν εὐμορφίαν τῆς ψυχῆς διὰ πάντων καλλωπίζωμεν, ἵνα φαιδρὸν αὐτῆς καὶ λαμπρὸν τὸ κάλλος κατασκευάσαντες ἐπισπασώμεθα ἑαυτοῖς τὸν τῶν οὐρανῶν Δε-
B σπότην, καὶ μονὴν παρ' ἡμῖν καταξιώσῃ ποιῆσαι. Ἔνθα γὰρ ἂν ἴδῃ ψυχῆς εὐμορφίαν, εὐθέως ἐκεῖ ἐφίπταται. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, καὶ ταπεινὸν, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; Εἶδες πῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἅπαντα τὰ πνευματικὰ χρώματα τὰ δυνάμενα τῆς ψυχῆς τὴν εὐμορφίαν φαιδρὰν [a]ἀπεργάσασθαι; Ἐπὶ τὸν πρᾶον, φησὶ, καὶ ἡσύχιον, καὶ ταπεινόν. Εἶτα τὸ πάντων κατασκευαστικὸν ἐπήγαγε, Καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους. Τί ἐστι τὸ, Καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; Τὴν ὑπακοὴν τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων δι' αὐτῶν τῶν ἔργων πληροῦντα, καθάπερ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Μακάριος ὃς καταπτήσ-
C σει πάντα δι' εὐλάβειαν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς, ἐπειδὰν ἴδωμεν οἰκέτην ἡμέτερον μετ' ἐπιμελείας πολλῆς τὰ ἐπιτάγματα πληροῦντα τὰ ἡμέτερα, καὶ πολλοῦ τοῦ φόβου καὶ τοῦ τρόμου, πλείονα τὴν παρ' ἑαυτῶν εὔνοιαν καὶ συμπάθειαν εἰς αὐτὸν ἐπιδεικνύμεθα· πολλῷ μᾶλλον ἂν ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης [b]εἰς ἡμᾶς τοῦτο ἐπιδείξηται. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἔλεγεν· Ἐπ' ἐκεῖνον ἐπιβλέψω τὸν πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου
D τοὺς λόγους. Τρέμωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου πληρῶμεν αὐτοῦ τοὺς λόγους· αὐτοῦ γάρ εἰσι λόγοι τὰ παρ' αὐτοῦ ἡμῖν δοθέντα προστάγματα· καὶ μαθόντες τίσιν ἀρέσκεται, καὶ τίνα προσίεται, ἐκεῖνα μετίωμεν, καὶ τοιοῦτοι γενέσθαι σπουδάζωμεν, ἡσυχίαν, πραότητα, ταπείνωσιν πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπιτάγματα, μετ' εὐλαβείας πολλῆς μετερχόμενοι καὶ φόβου πολλοῦ, ἵνα τὴν διάθεσιν τῆς γνώμης τῆς ἡμετέρας

* [Coisl. et Savil. *μένει.*]

[a] Ἀπεργάσασθαι. Quæ in Editis post hanc vocem sequebantur [*καὶ τῷ κάλλει σφοδρῶς ἐξαστράπτεσθαι*], a septem Mss. absunt, omninoque peregrina videntur, neque a veteri Interprete Latino lecta sunt; alioquin adeo *ἀσύστατα*, ut mirum non sit si Henricum Savilium torserint in Notis p. 25.

[b] [Verba *εἰς... ἐπιδ.* desunt in Coisl. qui *ἂν* in præcedentibus omittit.]

ἀποδεξάμενος ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης, [a]καὶ ἀρκεσθεὶς ἡμῶν τῇ ὑπακοῇ, ἐπιβλέψαι ἐφ' ἡμᾶς καταξιώσῃ.* Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆσαι καταδέξηται, ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ ἡμᾶς καταστήσει· Ἐπιβλέψω γάρ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, προνοίας ἀξιώσω, χεῖρα ὀρέξω, ἐν ἅπασιν ἀντιλήψομαι, τὰς παρ' ἐμαυτοῦ φιλοτιμίας μετὰ δαψιλείας παρέξω. Ταῦτα οὖν ἅπαντα μετίωμεν, παρακαλῶ, ἵνα ἐπιβλέψῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ὁ Δεσπότης, καὶ δυνηθείημεν καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσαι, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

meam liberalitatem profundam. Hæc igitur omnia faciamus, obsecro, ut respiciat super nos Dominus, quo et præsentem vitam absque tristitia transigamus, et futura bona consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ νϛ'.

HOMILIA LVI.

539 A

Εἶπε δὲ Ἰακὼβ πρὸς Λάβαν· ἀπόδος μοι τὴν γυναῖκά μου· πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι, ὅπως εἰσέλθω πρὸς αὐτήν.

Dixit autem Jacob ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti sunt enim dies, ut ingrediar ad eam. Gen. 29. 21.

Ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Ἰακὼβ, ἣν περὶ τὴν Ῥαχὴλ ἐπεδείξατο, εἰς τὴν Παύλου ἀγάπην μεταστάντες χθὲς, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν πόθου αὐτοῦ καταμαθόντες, καθάπερ ὑπὸ ῥύμης τινὸς σφοδροτέρας ἐξελκυσθέντες, οὐκ ἔτι ἰσχύσαμεν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανελθεῖν τοῦ λόγου. Διόπερ, εἰ δοκεῖ, σήμερον τοῖς ἑξῆς ἐπεξελθόντες, τὰ λειφθέντα ἀναπληρώσωμεν, ἵνα καὶ ἐκ τῶν σήμερον λεγομένων ἀρκοῦσαν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπληρώθη ὁ τῶν ἑπτὰ ἐτῶν ἀριθμὸς, Καὶ ἦσαν, φησὶν, ἐνώπιον Ἰακὼβ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι ὁ τοσοῦτος χρόνος διὰ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν αὐτὴν, εἶπε τῷ Λάβαν· ἀπόδος μοι τὴν γυναῖκά μου· πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι μου, ὅπως εἰσέλθω πρὸς αὐτήν. Συνήγαγε δὲ Λάβαν πάντας τοὺς ἄνδρας τοῦ τόπου καὶ ἐποίησε τὸν γάμον. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ λαβὼν Λάβαν Λείαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, εἰσήγαγεν αὐτὴν πρὸς Ἰακώβ. Εἶδες τὸ παλαιὸν μεθ' ὅσης σεμνότητος τοὺς γάμους ἐπετέλουν; Ἀκούσατε οἱ περὶ τὰς σατανικὰς πομπὰς ἐπτοημένοι, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου καταισχύνοντες. Μή που αὐλοί; μή που κύμβαλα; μή που χορεῖαι σατανικαί; Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τοσαύτην λύμην εὐθέως ἐπεισάγεις εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήστρας καλεῖς, ἵνα μετὰ τῆς ἀκαίρου δαπάνης καὶ τὴν τῆς κόρης λυμήνῃ σωφροσύνην, καὶ τὸν νέον ἀναισχυντότερον ἐργάσῃ; Ἀγαπητὸν γὰρ, καὶ ἄνευ τούτων τῶν ὑπεκκαυμάτων, ἐκείνην τὴν ἡλικίαν δυνηθῆναι πράως ἐνεγκεῖν τὸν χειμῶνα

1. Heri a dilectione Jacob, quam erga Rachelem exhibuit, ad Pauli caritatem et magnitudinem amoris, quem erga Christum gerebat, transeuntes, quasi ab impetuoso quodam torrente rapti, non potuimus ad seriem et contextum sermonis regredi. Ideo, si placet, hodie sequentia aggressi, ea quæ tunc relicta sunt impleamus: ut ex iis quæ hodie dicuntur percepta utilitate aliqua, domum repetamus. Igitur postquam impletus est septem annorum numerus, 20. *Et fuerunt*, inquit, *coram Jacob quasi dies pauci* tot anni *ob amoris vehementiam*, 21. *dixit ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti enim sunt dies mei, ut ingrediar ad eam.* 22. *Congregavit autem Laban omnes viros loci, et fecit nuptias.* 23. *Et factum est vespere, et accepit Laban Liam filiam suam, introduxitque eam ad Jacob.* Vidisti cum quanta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas pompas admiramini, et statim ab initio nuptiarum honestatem dedecore afficitis. Num tunc tibiæ? num tunc cymbala? num tunc choreæ diabolicæ? Quare enim, dic mihi, tantum statim ab initio damnum inducis in domum tuam, et eos qui in scenis et orchestris operam locant vocas, ut cum intempestivo sumtu virginis lædas continentiam, et juvenem impudentiorem facias? Optabile enim et arduum erat, absque illis fomitibus illam ætatem potuisse moderate ferre tempestatem affectio-

In satanicas nuptiarum pompas invehitur.

[a] Savil. et Morel. ἀρκεσθεὶς, multi Mss. καὶ ἀρεσθεὶς.

num : cum autem et hæc accedant, tam quæ videntur, quam quæ audiuntur, dum majus accenditur incendium, et fornax concupiscentiarum magis inflammatur, quomodo non pessum it adolescentis anima? Hinc enim omnia pereunt et corrumpuntur : quia ab initio castitas eorum qui inter se conventuri sunt oppugnatur, et sæpe primo die juvenis, oculis videns incontinentibus, telo diabolico in anima vulneratur : et puella per ea quæ audit et videt captiva fit, et ab eo die postea crescunt vulnera, majusque fit malum. Etenim illinc statim et mutuam concordiam dilacerant, et amorem debilitant. Quando enim ille mentem ad aliam vertit, hinc et inde dividens animum, a diabolo ipso ductus, multa amaritudine domum implet. Quod si et illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia, ut ita dicam, subvertuntur : postea alter ab altero occultatur, et ille quidem suspiciose observat uxorem, et similiter illa virum. Atque ubi oportebat concordiam esse et copulam, quippe debebant esse caro una (*Erunt* enim, inquit, *duo in carnem unam*), hi in tanta vivunt dissensione, quasi sejuncti essent. Diabolus enim subingressus tantam in eis perniciem operatur, ut quotidianæ pugnæ inter eos nascantur, et a malis numquam habeant quietem. Quid enim quis dixerit quomodo postea a famulis contemnantur, quomodo a vicinis rideantur, quam fœda operentur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui navi vehuntur, una periclitantur, ac timent ne cum navi submergantur : ita et hic, si discordes sint vir et mulier, consequens est omnes qui apud illos sunt participes esse malorum. Propterea oro ut hæc omnia prævidentes, consuetudinem ne sectemini. Scio enim multos receptum morem obtendere, neque patienter ferre ut hæc a nobis dicantur : attamen necesse est ut nos utilia dicamus, et quæ illos a futuro supplicio liberent. Ubi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Ecce enim et ego tibi consuetudinem meliorem objicio, quæ apud veteres erat, quando nondum tanta piæ religionis erat agnitio. Et ne justum hic Jacob tantum cogites, sed et Laban adhuc idolorum cultui deditum, nec vel minimam veræ religionis notitiam habentem, et tamen tantam præ se ferentem philosophiam. Neque enim hæc honestas ejus erat, qui ducturus puellam, sed patris

Gen. 2. 24.

D τῶν παθῶν· ὅταν δὲ καὶ τοσαῦτα ᾖ τὰ διὰ τῆς ὄψεως καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς δαψιλεστέραν ἀνάπτοντα τὴν πυρὰν, καὶ τὴν κάμινον τῶν παθῶν φλογωδεστέραν ἐργαζόμενα, πῶς οὐχὶ ὑποβρύχιος ἡ τοῦ νέου ψυχὴ γενήσεται; Ἐντεῦθεν γὰρ ἅπαντα ἀπόλωλε καὶ διέφθαρται, ἀπὸ τοῦ τὴν σωφροσύνην ἐξ ἀρχῆς διορύττεσθαι τῶν μελλόντων ἀλλήλοις συνιέναι· καὶ πολλάκις ἐκ πρώτης ἡμέρας καὶ ὁ νέος ἐδέξατο βέλος σατανικὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀκολάστοις ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἡ κόρη καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ διὰ τῆς ὄψεως αἰχμάλωτος γέγονε, καὶ ταῦτα ἐξ ἐκείνης λοιπὸν τῆς ἡμέρας τὰ τραύματα
E αὐξανόμενα μεῖζον ἐργάζεται τὸ κακόν. Καὶ γὰρ πρῶτον μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμόνοιαν διορύττει, καὶ τὸν πόθον καταμαραίνει. Ὅταν γὰρ πρὸς ἑτέραν ἐκεῖνος προσχῇ τῇ διανοίᾳ, ὧδε κἀκεῖσε μεριζόμενος τὸν λογισμὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου αὐτοῦ στρατηγούμενος, πολλῆς ἀηδίας πληρώσει τὴν οἰκίαν. Εἰ δὲ κἀκείνη εὑρεθείη τοιοῦτόν τι παθοῦσα, ἐξ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, τῶν βάθρων ἅπαντα ἀνατρέπεται, καὶ λοιπὸν ἀλλήλους κρύπτοντες, ὁ μὲν δι' ὑποψίας ἔχει τὴν γαμετὴν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἔνθα ἐχρῆν ὁμόνοιαν εἶναι καὶ σύνδεσμον, καὶ οἱ ὀφείλοντες σὰρξ εἶναι μία
540 (Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν), οὗτοι
A ἐν τοσαύτῃ διαιρέσει τυγχάνουσιν, ὡς εἰ καὶ κατατετμημένοι ἦσαν. Ἐπεισελθὼν γὰρ ὁ διάβολος τοσαύτην ἐν αὐτοῖς ἐργάζεται τὴν λύμην, ὡς πολέμους καὶ μάχας καθημερινὰς τίκτεσθαι, καὶ μηδέποτε ἀνάπαυλαν ἔχειν τῶν κακῶν. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι λοιπὸν τῶν οἰκετῶν τὰς καταφρονήσεις, τῶν πλησίον οἰκούντων τὸν γέλωτα, τὰς ἀσχημοσύνας; Καθάπερ γὰρ τῶν κυβερνητῶν στασιαζόντων καὶ οἱ ἐμπλέοντες τῶν κινδύνων συναπολαύουσι, καὶ αὔτανδρον ἀνάγκη τὴν ναῦν καταποντισθῆναι· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς πρὸς ἀλλήλους διαστασιαζόντων, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας συναπολαύειν τῶν κακῶν
B εἰκός. Διά τοῦτο παρακαλῶ, ταῦτα ἅπαντα προορωμένους μὴ τῇ συνηθείᾳ κατακολουθεῖν. Οἶδα γὰρ ὅτι πολλοὶ ταύτην ἡμῖν προβαλλόμενοι οὐδὲ ἀνέχονται τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων· ἀλλ' ὅμως ἡμᾶς ἀνάγκη τὰ λυσιτελῆ καὶ τὰ τῆς μελλούσης κολάσεως ἐξαρπάζοντα λέγειν. Ὅπου γὰρ λύμη τοσαύτη ψυχῆς, τίνος ἕνεκέν μοι συνήθειαν βούλει προβάλλεσθαι; Ἰδοὺ κἀγὼ συνήθειάν σοι προβάλλομαι βελτίονα, ᾗ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐκέχρηντο, ὅτε οὐδέπω τοσαύτη γνῶσις ἦν τῆς εὐσεβείας. Καὶ μή μοι τὸν δίκαιον ἐνταῦθα λογίζου, [a]τὸν Ἰακὼβ λέγω, ἀλλὰ τὸν Λάβαν ἐννόει, ἄνδρα ἔτι τοῖς εἰδώλοις προσανέχοντα, καὶ οὐδεμίαν γνῶσιν
C ἔχοντα τῆς εὐσεβείας, καὶ τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενον. Τοῦτο γὰρ οὐ τοῦ μέλλοντος ἦν ἄγεσθαι τὴν κόρην τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τοῦ τὴν

[Coisl. λογίζου οὐ τ. I. λέγω.]

κόρην ἐκδιδόντος. Δι' ὃ καὶ τοῦτον ἐκίνησα τὸν λόγον, οὐχὶ πρὸς τοὺς νυμφίους τοσοῦτον ἀποτεινόμενος, ὅσον πρὸς τοὺς γεγεννηκότας, πρὸς τὸν πατέρα τοῦ νυμφίου, καὶ πρὸς τὸν τὴν κόρην ἐκδιδόντα [b] φημί. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ἡμᾶς τοὺς τοσαύτης ἀπολαύσαντας φιλανθρωπίας, καὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀπορρήτων μυστηρίων ἀξιωθέντας, ἐλάττους κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τοῦ Λάβαν, τοῦ ἔτι εἰδώλα θεραπεύοντος; Ἢ οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, ὅτι μυστήριόν ἐστιν ὁ γάμος, καὶ εἰκόν ἐστι τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, ἣν περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπεδείξατο; Μὴ τοίνυν καταισχύνωμεν ἑαυτούς, καὶ τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου διαφθείρωμεν. Εἰ μὲν γὰρ καλόν ἐστι τὸ τῆς συμβουλῆς καὶ ἐπωφελὲς, κἂν μὴ συνήθεια ᾖ, γινέσθω· εἰ δὲ βλάβην ἔχον καὶ πολὺν τὸν ὄλεθρον τὸ νῦν παρ' ὑμῶν ἐπιτελούμενον, κἂν συνήθεια ᾖ, ἐγκοπτέσθω. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, καὶ ὁ κλέπτων, καὶ ὁ πορνεύων, καὶ ὁ τὴν ἄλλην ἅπασαν κακίαν ἐπιδεικνύμενος, τὴν συνήθειαν ἡμῖν προβαλεῖται· ἀλλ' οὐδὲν ἀπὸ τούτου κέρδος αὐτῷ ἔσται, οὐδὲ συγγνώμη, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ κατηγορία, ὅτι οὐκ ἴσχυσε συνηθείας περιγενέσθαι πονηρᾶς.

Ἐὰν γὰρ βουλώμεθα νήφειν, καὶ πολλὴν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ποιεῖσθαι τὴν φροντίδα, δυνησόμεθα καὶ τῆς κακῆς συνηθείας ἀποστῆναι, καὶ εἰς καλὴν συνήθειαν ἑαυτοὺς ἀγαγεῖν· καὶ οὕτω καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς οὐ μικρὰν παρέξομεν ἀφορμὴν τοῦ τὰ αὐτὰ ζηλοῦν, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνων κατορθουμένων ἡμεῖς ληψόμεθα τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν παρασχὼν τῆς καλῆς ὁδοῦ, οὗτος καὶ τῶν ὑφ' ἑτέρων γινομένων αἴτιος ἔσται, καὶ διπλοῦν κομιεῖται τὸν μισθὸν, ὑπὲρ ὧν τε αὐτὸς κατορθοῖ, ὑπὲρ ὧν τε ἑτέρους ἐπάγει εἰς τὴν ἀρίστην ταύτην φιλοσοφίαν. Μή μοι τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα καὶ γέλωτος γέμοντα προβάλλεσθε, λέγοντες νόμιμά τινα εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο πληροῦσθαι χρή. Οὐ ταῦτα γὰρ νόμιμον ποιεῖ συνοικέσιον, ἀλλὰ τὸ κατὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους μετὰ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος τὴν συνέλευσιν γίνεσθαι, καὶ τῇ ὁμονοίᾳ συμπεπλέχθαι τοὺς ἀλλήλοις συνιόντας. Τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, καὶ ἀκούσῃ τῶν περὶ ταῦτα ἐσχολακότων λεγόντων, ὅτι συνοικέσιον οὐδὲν ἕτερον συνίστησιν ἢ συνήθεια. Μὴ τοίνυν καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους παραβῶμεν μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ προτιμῶμεν τοὺς διαβολικοὺς νόμους καὶ τὴν ὀλεθρίαν ταύτην συνήθειαν· ἐκείνου γάρ ἐστι νόμος ταῦτα, τοῦ χαίροντος ἀεὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ. Τί οὖν ἂν γένοιτο καταγελαστότερον τῆς συνηθείας ταύτης, ὅταν ὑπὸ οἰκετῶν καὶ τριωβολιμαίων ἀνθρώπων σκώμματα καὶ λοιδορίας ἀπείρους δέχωνται καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οὐδεὶς ᾖ ὁ ἐπιτιμῶν, ἀλλ' ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἀδεῶς κατὰ τὴν ἑσπέραν ἅπαντα φθέγγεσθαι, καὶ βάλ-

rit me Deus in ingressu tuo. 28. *Indica mihi mercedem tuam, et dabo.* Non ignoro, inquit, post adventum tuum locupletiorem mihi divinam benevolentiam contigisse. Igitur quia sentio beneficia quæ mihi propter adventum tuum data sunt, quantam vis mercedem indica, et ego promte præstabo. Considera quantum valeat mansuetudo: ne perfunctorie dictum transeamus; sed attende quomodo justus neque cogitaverit, neque mentionem fecerit, neque requisierit mercedem laborum; sed hoc solum dixerit, *Redde mihi uxores et liberos pro quibus servivi tibi, ut abeam:* ille reveritus justi magnam æquitatem, inquit: Dic quam vis tibi mercedem a me dari, et illam promte dabo. Annon cum ipso erant mulieres et pueri? Quare igitur dixit, *Redde mihi uxores et pueros?* Digno honore eum prosequutus est, suumque morem per omnia observat, et libere discedere vult. Vide igitur ex verbis ipsis quomodo attraxit Labanum, ut se mercedem daturum sponte promittat, atque electionem ei permittat. Quid igitur justus? Vide excellentem ejus mansuetudinem, quomodo neque sic onerosus et molestus est Labano. Sed quid? Ipsum testem facit sui affectus et officiorum suorum, et suæ omni tempore in illo serviendo benevolentiæ. 29. *Tu nosti,* inquit, *qualiter tibi servierim, et quanta fuerint pecora tua mecum.* 30. *Parva enim erant coram me, et aucta sunt in magnam multitudinem, et benedixit te Dominus ad pedem meum: nunc igitur quando faciam et ego mihi ipsi domum?* Te voco testem laborum meorum. Vidisti enim quanto studio et fide omnia administrarim, ac quomodo in parvo numero acceperim pecora tua, quæ diligentia vigilantiaque mea in tantum numerum crescere curavi. Deinde monstrans suam religionem inquit: *Benedixit enim te Dominus ad pedem meum: nunc igitur quando faciam et ego mihi domum?* Vidisti etiam ipse post meum adventum gratiam divinam tuas auxisse facultates. Nunc igitur, quoniam et ego quæ meæ erant facultatis omnia magna animi alacritate faciens, ministerium perfeci, et gratia Dei manifesta visa est: justum est ut et ego mihi ipsi faciam domum. Quid est, Mihi faciam domum? Id est, In libertate postea verser, et curam domus meæ habeam. Hæc ut audivit La-

[a] Quatuor Mss. ἃ δέδωκά σοι. Savil. ἃ δεδούλωκά σοι, Manuscriptorum parte. alii ut in textu. Paulo post ὅσα σοι deest in maxima

ban, 31. *Dixit ei : Quid tibi dabo?* Quid vis a me tibi dari? Confiteor enim, et infitias non eo : scio enim quanta mihi fuerint a Deo data, et quod benedixerit me Deus ad ingressum tuum. *Dixit autem ei Jacob : Non dabis mihi quidquam. Si vero feceris verbum istud, iterum pascam oves tuas.* Nihil volo a te mercedis nomine reportare, sed hoc tantum quod dico suscipere, et *Iterum pasco oves tuas.* Quod autem volo, hoc est. Vide justum, quia speravit in auxilio divino, qualia proponat Labano. 32. *Prætereant,* inquit, *oves tuæ hodie, et segrega illinc omnem ovem fuscam in agnis, et omnis subalbicans et maculosa in capris erit mihi merces.* 33. *Et exaudiet me justitia mea in die crastino, quia est merces mea coram te : omne quod non fuerit maculosum et varie albicans in capris, et quod rufum in agnis, furto sublatum erit a me.*

2. Considera justi prudentiam. Quoniam sciebat quanta sibi superne gratia affulgeret, et videbatur sibi secundum naturæ ordinem vel difficile esse, vel omnino impossibile (rarum enim est varium esse colorem pecudum recens natarum), hæc petit ab eo, unde petitionis ejus Laban statim annuit, et inquit, 34. *Sit juxta verbum tuum.* 35. *Et divisit in die illa hircos maculosos et subalbicantes, et omnes capras maculosas et subalbicantes, et omne quod erat in eis candidum, et omne quod erat fuscum in ovibus, et dedit per manum filiorum suorum :* 36. *et fecit distare viam trium dierum inter ea et inter Jacob.* Separavit, inquit, greges secundum propositionem Jacob, et dedit filiis suis : *Jacob autem pavit pecudes Laban reliquas.* Qualesnam hæ? Nullam scilicet habentes coloris varietatem. Hoc autem totum factum est, ut justus reipa compertam haberet Dei erga se providentiam, et Laban videret quantum Dei auxilium haberet Jacob. 37. *Accepit autem Jacob,* inquit, *sibi virgam styracinam viridem et amygdalinam et platani, et decorticavit Jacob eas in decorticationem albam, abradens quod viride : apparebat autem in virgis album, quod decorticarat varium.* 38. *Et apposuit virgas, quas decorticavit, in canales aquatorias, ut cum venirent pecudes ad bibendum, conciperent pecudes secundum virgas.* 39. *Et concipiebant pecudes secundum*

εὐλόγησέ με ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ σῇ εἰσόδῳ. Εἶπε δὲ, φησὶν, αὐτῷ Ἰακώβ· οὐ δώσεις μοι οὐδέν. Ἐὰν δὲ ποιήσῃς μοι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πάλιν ποιμανῶ τὰ πρόβατά σου. Οὐδὲν, φησὶ, βούλομαι παρὰ σοῦ μισθῶν ἕνεκα κομίσασθαι, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὃ λέγω καταδέξασθαι, καὶ Πάλιν ποιμανῶ τὰ πρόβατά σου. Ὃ δὲ βούλομαι, ἔστι τοῦτο. Ὅρα τὸν δίκαιον, ἐπειδὴ ἐπεποίθει τῇ περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ, οἷαν πρότασιν τῷ Λάβαν προτίθησι. Παρελθέτω, φησὶ, τὰ πρόβατά σου σήμερον, καὶ διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, καὶ πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξὶν ἔσται μοι μισθός. Καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ αὔριον, ὅτι ἐστὶν ὁ μισθός μου ἐνώπιόν σου· πᾶν ὃ ἂν μὴ ᾖ ῥαντὸν καὶ διάλευκον ἐν ταῖς αἰξὶ, καὶ φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, κεχλεμμένον ἔσται μοι.

550

A [a] Σκόπει τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν. Ἐπειδὴ ᾔδει ὅσης ἀξιοῦται τῆς ἄνωθεν εὐνοίας, καὶ ἐδόκει κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἀκουλουθίαν τοῦτο ἢ δυσχερὲς εἶναι, ἢ καὶ πάντῃ ἀδύνατον (σπάνιον ἦν γάρ ποτε τοῦτο, ἐνηλλαγμένην εἶναι τὴν χροιὰν τῶν τικτομένων), ταῦτα αἰτεῖται παρ' αὐτοῦ, ὅθεν καὶ ταχέως ἐπέδραμεν ὁ Λάβαν τῇ αἰτήσει, καί φησιν, Ἔστω κατὰ τὸ ῥῆμα σου. Καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντοὺς καὶ διαλεύκους, καὶ πάσας τὰς αἶγας τὰς ῥαντὰς καὶ τὰς διαλεύκους, καὶ πᾶν ὃ ἦν λευκὸν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ πᾶν ὃ ἦν φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, καὶ ἔδωκε διὰ χειρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ· καὶ ἀπέστησεν

B ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ἀνὰ μέσον αὐτῶν καὶ ἀνὰ μέσον Ἰακώβ. Χωρίσας, φησὶ, [b] τὰ ποίμνια κατὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ πρόταστν, ἔδωκε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Ἰακὼβ δὲ ἐποίμανε τὰ πρόβατα Λάβαν τὰ ὑπολειφθέντα. Ποῖα δὴ ταῦτα; Τὰ μηδεμίαν ἔχοντα ἐν τῇ χροιᾷ διαφοράν. Τοῦτο δὲ πᾶν ἐγένετο, ἵνα καὶ ὁ δίκαιος διὰ τῶν πραγμάτων μάθῃ τοῦ Θεοῦ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν, καὶ ὁ Λάβαν ἴδῃ ὅσης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ὁ Ἰακώβ. Ἔλαβε δὲ, φησὶν, ἑαυτῷ ὁ Ἰακὼβ ῥάβδον στυρακίνην χλωρὰν καὶ καρυΐνην καὶ πλατάνου, καὶ ἐλέπισεν αὐτὰς ὁ Ἰακὼβ λεπίσματα λευκὰ, περισύρας τὸ χλωρόν· ἐφαίνετο δὲ ἐπὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ λευκὸν, ὃ ἐλέπισε, ποικίλον. Καὶ παρέθηκε τὰς ῥάβδους,

C ἃς ἐλέπισεν, ἐν τοῖς ληνοῖς τῶν ποτιστηρίων τοῦ ὕδατος, ἵνα ὡς ἂν ἔλθωσι τὰ πρόβατα πιεῖν, ἐνώπιον τῶν ῥάβδων ἐλθόντων αὐτῶν εἰς τὸ πιεῖν, ἐγκισσήσωσι τὰ πρόβατα εἰς τὰς ῥάβδους. Καὶ ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα εἰς τὰς ῥάβδους, καὶ ἔτικτον τὰ πρόβατα διάλευκα

[a] Sex Mss. *σκόπει μοι.* [Modo Bibliorum locum supplevimus e Coisl. qui ut O'. *κεκλ. ἔσται παρ' ἐμοί.*]

[b] Septem Mss. *τὰ ποίμνια,* et sic legit Interpres. Savil. et Morel. *τὰ πρόβατα.*

καὶ ποικίλα καὶ σποδοειδῆ ραντά. Ταῦτα * ποιεῖ ὁ δίκαιος, οὐκ οἴκοθεν ὁρμώμενος, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος ἐνηχούσης αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ. Οὐδὲ γὰρ ἦν κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν τὸ γινόμενον, ἀλλὰ πολὺ τὸ παράδοξον καὶ ὑπερβαῖνον τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν ἦν. Καὶ τοὺς ἀμνοὺς διέστειλε, καὶ ἔστησεν ἐναντίον τῶν προβάτων κριὸν διάλευκον, καὶ πᾶν ποικίλον ἐν τοῖς ἀμνοῖς, καὶ διεχώρισεν ἑαυτῷ ποίμνιον καθ' ἑαυτὸν, καὶ οὐκ ἔμιξεν αὐτὰ εἰς τὰ πρόβατα Λάβαν. Ἐπειδὴ λοιπὸν τοσαῦτα ἦν τὰ τικτόμενα, ἅπαντα ὅσα προσέθηκε, διεχώρισεν αὐτὰ, φησὶ, καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ ποίμνιον [c] κατὰ μόνας. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα, ἔθηκεν Ἰακὼβ τὰς ῥάβδους ἐναντίον τῶν προβάτων, τοῦ ἐγκισσῆσαι αὐτὰ κατὰ τὰς ῥάβδους. Ἡνίκα δ' ἂν ἔτικτε τὰ πρόβατα, οὐκ ἐτίθη. Ἐγένετο δὲ τὰ ἄσημα τοῦ Λάβαν, τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ἰακώβ· καὶ ἐπλούτησεν ὁ ἄνθρωπος [d] σφόδρα σφοδρῶς. Τί βούλεται ὁ διπλασιασμός; Τὴν πολλὴν περιουσίαν ἐστὶν ἐμφαίνων, καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς σφόδρα ἐπλούτησεν, ἀλλὰ πολὺ σφόδρα. Ἐγένετο γὰρ αὐτῷ, φησὶ, κτήνη πολλὰ καὶ βόες καὶ παῖδες καὶ παιδίσκαι. Ἀλλ' ὅρα μοι πάλιν τὸν φθόνον τὸν ἐντεῦθεν τικτόμενον τῷ δικαίῳ. Ἤκουσε γὰρ τὰ ῥήματα τῶν υἱῶν Λάβαν λεγόντων· εἴληφεν Ἰακὼβ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην. Ὅρα πῶς ἡ βασκανία εἰς ἀγνωμοσύνην αὐτοὺς ἐνήγαγε, καὶ οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Λάβαν. Εἶδε γὰρ, φησὶν, Ἰακὼβ τὸ πρόσωπον Λάβαν, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν πρὸς αὐτὸν, ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Τὰ γὰρ ῥήματα τῶν παίδων διεσάλευσεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπιλαθέσθαι πεποίηκεν ὧν πρώην διαλεγόμενος τῷ Ἰακὼβ ἐφθέγξατο, εἰπών, Εὐλόγησέ με ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ σῇ εἰσόδῳ· καὶ ὁ εὐχαριστήσας τῷ Δεσπότῃ, ὅτι διὰ τὴν τοῦ δικαίου παρουσίαν αὐξηθῆναι αὐτοῦ τὴν περιουσίαν πεποίηκε, νῦν παρατραπεὶς τὴν διάνοιαν ὑπὸ τῶν παίδων, καὶ εἰς βασκανίαν ἐξαφθεὶς, ἴσως ἐπειδὴ ἑώρα ἐν πολλῇ περιουσίᾳ τὸν δίκαιον τυγχάνοντα, οὐχ ὁμοίως αὐτῷ προσφέρεσθαι ἐβούλετο. Εἶδε γὰρ, φησὶν, Ἰακὼβ τὸ πρόσωπον Λάβαν, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν πρὸς αὐτὸν ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Εἶδες τοῦ μὲν δικαίου τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, ἐκείνων δὲ τὴν ἀγνωμοσύνην· καὶ ὅπως οὐ φέροντες κατέχειν τὴν βασκανίαν, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν γνώμην διεσάλευσαν; Ὅρα λοιπὸν τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον κηδεμονίαν, καὶ ὅση συγκαταβάσει κέχρηται, ἐπειδὰν ἴδῃ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέ-

virgas, et pepererunt pecudes subalbas, maculosas et cinericio colore sparsas. Hæc faciens justus non a seipso movebatur, sed inspirante menti ejus superna gratia. Neque secundum naturæ ordinem erat quod fiebat, sed valde admirabile, et naturæ modum transcendens. 40. *Et agnos*, inquit, *distinxit, et statuit coram ovibus arietem subalbicantem; et omne varium in ovibus: et separavit oves suas, et non miscuit eas cum ovibus Laban.* Postea quia omnia quæ nascebantur, erant talia qualia proposuit, separavit ea, et fecit sibi greges separatos. 41. *Factum est autem in tempore quo concipiunt oves gravidæ, posuit Jacob virgam coram ovibus in canalibus, ut conciperent juxta virgas.* 42. *Quando autem pariebant oves, non ponebat. Facta autem sunt non signata Laban, signata vero Jacob; 43. et ditatus est homo valde valde.* Quid vult sibi illa repetitio? Abundantiam multam significat: et eum non modo ditatum, sed et admodum ditatum fuisse. *Fuerunt* enim *ei*, inquit, *pecora multa et boves et servi et ancillæ.* Sed vide hic iterum justo invidiam nasci. 1. *Audivit* enim, inquit, *verba filiorum Laban dicentium: Accepit Jacob omnia quæ sunt patris nostri, et ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam.* Vide quomodo invidia ingratos illos reddidit: non illos autem solum, sed et ipsum Labanum. 2. *Vidit* enim, inquit, *Jacob faciem Laban, et ecce non erat erga se sicut heri et nudiustertius* Verba enim filiorum illius mentem ejus turbaverant, et oblivionem induxerant eorum quæ pridem Laban dixerat ad Jacob his verbis: *Benedixit me Deus ad ingressum tuum*, et gratias egerat Domino, quod propter adventum justi facultates suæ auctæ fuerant: nunc mutato per filiorum dicta animo et invidia flagrans, forte quia videbat justum valde abundare, non talem se illi exhibebat, qualem antea. *Vidit* enim, inquit, *Jacob faciem Laban, et ecce non erat erga se sicut heri et nudiustertius.* Vidisti justi magnam mansuetudinem, et illorum ingratum animum, ac quomodo cum invidiam ferre non possent, patris mentem perturbaverunt? Vide, obsecro, nunc et Dei ineffabilem misericordiam, et quanta attemperatione

Caput 31.

Gen. 30. 27.

* [Addidimus ποιεῖ e Coisl. et Savil.]

[c] [Scripsimus κατὰ μόνας cum Coisl. et Savil.; Morel. et Montf. μετὰ μόνας. Mox Coisl. ἡνίκα δὲ ἔτικτεν.]

[d] In Bibliis τῶν o. [et in Coisl.] legitur σφόδρα, σφόδρα. Aliaque non pauca sunt diverso modo expressa. Chrysostomus enim et hic et alibi non semper literam sequitur.

utatur, cum videt nos quæ nostra sunt facere. Videns enim justum ab illis odio haberi, dicit ad Jacob : 3. *Revertere in terram patrum tuorum, et ad generationem tuam, et ero tecum*. Satis diu versatus es, inquit, in terra aliena. Nam quæ pridem tibi promisi, dicens, *Reducam te in terram tuam*, ea nunc opere implere volo : revertere igitur nihil timens ; *Ego* enim *ero tecum*. Ut igitur justus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat : ideo dicit, *Ego ero tecum* : qui hucusque res tuas gubernavi, et augeri curavi semen tuum, ego et in posterum *Ero tecum*. Hæc ut audivit justus a Deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. 4. *Misit enim*, inquit, *et vocavit Liam et Rachel in campum ubi erant greges, et dixit eis*. Proponere vult mulieribus profectionis negotium, et significare eis mandatum Dei, et patris erga se odium. 5. *Dixit* enim, inquit, *eis : Video ego faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri et nudiustertius : Deus autem patris mei fuit mecum*. 6. *Ipsæ autem scitis, quod servivi patri vestro pro omni virili mea*. 7. *Pater autem vester circumvenit me, et mutavit mercedem meam decem agnis, et non dedit ei Deus ut me affligeret*. 8. *Et cum sic diceret : Varia erunt merces tua : et pariebant omnes oves varia. Cum autem diceret : Candida erunt merces tua : et pariebant omnes oves candida* : 9. *et tulit Deus omnia pecora patris vestri, et dedit mihi ea*.

Gen. 28. 15.

3. Vide quomodo utrumque docet, et patris ingratum erga se animum, et suum studium quod in servitute declaravit. *Scitis* enim, inquit, *me pro virili mea servivisse patri vestro*. Et declaravit quantam sui curam Deus habuerit, monstrans supernum auxilium omnia operatum fuisse, et facultates Labani in se transtulisse. *Tulit* enim *Deus omnia pecora patris vestri*, inquit, *et dedit mihi ea*. 10. *Quando autem concipiebant oves, et vidi oculis meis in somno, et ecce hirci et arietes ascendebant super oves et capras, subalbicantes et varii, et cinericio colore sparsi*. 11. *Et dixit mihi angelus Dei in somno : Jacob. Ego autem dicebam : Quid est? Et dixit* : 12. *Aspice oculis tuis, et vide hircos et arietes ascenden-*

ροντας ἡμᾶς. Ὁρῶν γὰρ τὸν δίκαιον ὑπ' αὐτῶν βασκαινόμενον, φησὶ πρὸς τὸν Ἰακώβ· Ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν τοῦ πατρός σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν C σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. Ἀρκέσθητι, φησὶ, τῇ ἐπὶ τῆς ξένης διαγωγῇ. Ἅπερ ὑπεσχόμην σοι πρῴην λέγων, Ἀποστρέψω σε εἰς τὴν γῆν σου, ταῦτα νῦν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν βούλομαι. Ἐπάνιθι τοίνυν μηδὲν δεδοικώς· Ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μετὰ σοῦ. Ἵνα γὰρ μὴ ὀκνηρότερος γένηται ὁ δίκαιος περὶ τὴν ἀποδημίαν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν ἅψηται τῆς ἐπανόδου, διὰ τοῦτό φησιν· Ἐγὼ ἔσομαι μετὰ σοῦ· ὁ μέχρι τοῦ παρόντος τὰ κατὰ σὲ οἰκονομήσας, καὶ αὐξηθῆναί σου τὸ σπέρμα ποιήσας, ἐγὼ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς Ἔσομαι μετὰ σοῦ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δίκαιος παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἠμέλλησε, ἀλλ' ἤδη πρὸς τοῦτο παρε- D σκευάζετο. Ἀποστείλας γὰρ, φησὶν, ἐκάλεσε Ῥαχὴλ καὶ Λείαν εἰς τὸ πεδίον, οὗ τὰ ποίμνια ἐποίμαινεν, καὶ εἶπεν αὐταῖς. Προθεῖναι βούλεται ταῖς γυναιξὶ τὴν περὶ τῆς ἀποδημίας διάσκεψιν, καὶ γνωρίσαι τό τε τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα, τήν τε τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὸν βασκανίαν. Εἶπε γὰρ, φησὶν, αὐταῖς· ὁρῶ ἐγὼ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πρός με ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός μου ἦν μετ' ἐμοῦ. Αὐταὶ δὲ οἴδατε ὅτι ἐν πάσῃ τῇ ἰσχύϊ μου δεδούλευκα τῷ πατρὶ ὑμῶν. Ὁ δὲ πατὴρ ὑμῶν E παρεκρούσατό με, καὶ ἤλλαξε τὸν μισθόν μου [a] τῶν δέκα ἀμνῶν, καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς κακοποιῆσαί με. Ἐὰν γὰρ οὕτως εἴπῃ· τὰ ποικίλα ἔσται σοι μισθός· καὶ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα ποικίλα. Ἐὰν δὲ εἴπῃ· τὰ λευκὰ ἔσται σοι μισθός· καὶ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα λευκά· καὶ ἀφείλετο ὁ Θεὸς πάντα τὰ κτήνη τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ ἔδωκέ μοι αὐτά.

Ὅρα πῶς ἀμφότερα αὐτὰς διδάσκει, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν περὶ αὐτὸν, καὶ τὴν οἰκείαν εὔνοιαν, ἣν περὶ τὴν δουλείαν ἐπεδείξατο. Οἴδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι ἐν πάσῃ τῇ ἰσχύϊ μου δεδούλευκα τῷ πατρὶ ὑμῶν. Καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν ἐναργῆ κηδεμονίαν κατάδηλον ποιεῖ, δεικνὺς ὅτι ἡ ἄνωθεν 552 A συμμαχία ἦν ἡ τὸ πᾶν ἐργαζομένη, καὶ τὴν περιουσίαν τοῦ Λάβαν εἰς αὐτὸν μεθιστῶσα. Ἀφείλετο γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὰ κτήνη τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ ἔδωκέ μοι αὐτά. Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα, καὶ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ ἰδοὺ οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἦσαν ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διάλευκοι καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος [a] τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον· Ἰακώβ. Ἐγὼ δὲ εἶπον· τί ἐστι; Καὶ εἶπεν· ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς τράγους καὶ τοὺς

[a] Τῶν δέκα ἀμνῶν, *decem agnis*. In Hebræo est עשרת מנים, ubi Aquila vertit *decem numeros*, vel *decem numeris*, Symmachus *decies numero*, Syrus *decies*, Hieronymus *decem vitibus*, quod idipsum est. Hebraïzantes multi *decem partibus*.

[a] [Addidimus τοῦ Θεοῦ e Coisl. et Bibl.]

κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διαλεύκους, ποικίλους καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς. Ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν πριεῖ. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ἄνωθεν B ἐνέργεια ἦν ἡ τὸ πᾶν ἐργαζομένη, καὶ τὸν δίκαιον τῶν καμάτων ἀμειβομένη; Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος ἀγνώμων περὶ αὐτὸν ἐγίνετο, ὁ φιλότιμος Δεσπότης μετὰ δαψιλείας ἀμείβεται τὸν δίκαιον· Ἑώρακα γὰρ, φησὶν, ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ. Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι ἐπειδὰν ἀδικούμενοι παρ' οὑτινοσοῦν ἐπιεικῶς καὶ πράως ἐνέγκωμεν, μείζονος καὶ δαψιλεστέρας ἀπολαύομεν τῆς ἄνωθεν συμμαχίας. Μὴ τοίνυν ἀντιτείνωμεν πρὸς τοὺς ἐπηρεάζειν βουλομένους, ἀλλὰ φέρωμεν γενναίως, εἰδότες ὡς ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης οὐ περιόψεται ἡμᾶς, μόνον ἐὰν ἡμεῖς τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξώμεθα. Ἐμοὶ γὰρ, φησὶν, ἐκδίκησις· C ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰακὼβ ἔλεγεν· Οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς κακοποιῆσαί με. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἀποστερῆσαι, φησὶ, μὲ ἐβουλήθη τῶν ὑπὲρ τῶν καμάτων μισθῶν, ὁ Δεσπότης μετὰ τοσαύτης περιουσίας τὴν εἰς ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπεδείξατο, ὡς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν μεταστῆσαι εἰς ἡμᾶς. Καὶ εἰδὼς ὡς ἐγὼ μὲν μετ' εὐνοίας τὴν δουλείαν ἐποιησάμην, ἐκεῖνος δὲ οὐ προσηκόντως μοι προσηνέχθη, τοσαύτην ἐποιήσατο ἡμῶν τὴν πρόνοιαν. Καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ταῦτα λέγω, οὐδὲ εἰκῇ καὶ μάτην κατηγορεῖν αὐτοῦ βουλόμενος, καὶ τὸν Θεὸν ἔχω μάρτυρα τοῖς παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν εἰς ἐμὲ γινομένοις. D Ἑώρακα γὰρ, φησὶν, ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ· ὅτι οὐ τοῦ μισθοῦ σε μόνον ἀπεστέρησεν, ἀλλ' ὅτι καὶ οὐχ ὁμοίως νῦν πρὸς σὲ διάκειται, ὡς καὶ πρότερον· ἀλλὰ διέφθαρται τὴν γνώμην. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ Θεοῦ, οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην. Εἰς ὑπόμνησιν αὐτὸν ἀγαγεῖν βούλεται, ὧν αὐτῷ τότε ὑπέσχετο, εἰπών, Εἰς πλῆθός σε αὐξηθῆναι ποιήσω, καὶ ὅτι Διαφυλάξω σε εἰς τὴν γῆν σου. Ἐγὼ οὖν ὁ τότε ὀφθείς σοι καὶ τὰς ὑποσχέσεις πρὸς σὲ ποιησάμενος, ἐγὼ καὶ νῦν, ἐπειδὴ καιρὸς ἥκει, τὰ τότε παρ' E ἐμοῦ σοι ἐπαγγελθέντα εἰς ἔργον ἄγω, καὶ ἐπανελθεῖν σε κελεύω ἄνευ ἀγωνίας. Μετὰ σοῦ γὰρ ἔσομαι. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἤλειψάς μοι * στήλην, καὶ ηὔξω μοι εὐχήν. Ὑπομιμνήσκει αὐτὸν τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἐπαγγελίας, ἧς ἐποιήσατο. Τίς δὲ ἦν ἡ εὐχή; Ὅτι Ὧν ἄν μοι δῷς, ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. Ἐπειδὴ γὰρ τότε μηδὲν ὅλως ἐπιφερόμενος, ἀλλὰ καθάπερ φυγὰς τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος [b] ταῦτα ηὔξατο, διὰ τοῦτό φησιν· ἠνίκα σοι ὤφθην, ηὔξω 553 εὐχὴν, λέγων, Ὧν ἄν μοι δῷς, δεκάτην [a] ἀποδεκα- A τώσω σοι· διὰ τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἐπαγγελίας τὴν δύ-

tes super capras et oves, subalbos et varios, et cinericio colore sparsos: vidi enim quæcumque Laban tibi facit. Vides omne quod tunc fiebat, superna contigisse operatione, quæ justi labores remunerabatur? Nam quoniam ille ingratus erga eum erat, benignus Dominus justum ubertim remunerat: *Vidi enim quæcumque Laban tibi facit.* Hinc discimus quomodo, quando injuria nobis infertur, si mansueti et mites ac tolerantes fuerimus, majori et largiori auxilio divino fruamur. Ne igitur obluctemur iis qui nos premunt, et calumniari volunt; sed feramus generose, scientes omnium Dominum nos non despecturum esse, dummodo nos gratum affectum et benevolentiam demonstremus. *Mihi* enim, inquit, *vindicta; ego retribuam, dicit Dominus.* Propter hoc et Jacob dicebat: *Non dedit ei Deus, ut affligeret me.* Nam quia ipse privare me laborum mercede voluit, Dominus tam uberem in me declaravit misericordiam et providentiam, ut omnis ejus substantia in me translata fuerit. Sciens enim me omni studio serviisse, illum autem non respondisse mihi officio suo, tantam nostri habuit curam. Et quod non hæc absque causa et vane dicam, neque temere accusem, etiam Deum habemus testem eorum quæ pater vester egit erga me. *Vidi enim*, inquit, *quæcumque tibi Laban facit*: quod non solum mercedem abstulerit, sed et quod non ut antea erga te nunc affectus sit, sed alienaverit animum. 13. *Ego sum Deus qui apparui tibi in loco ubi inunxisti mihi columnam.* In memoriam ei referre vult, quæ ipsi tunc pollicitus fuerit, dicens: *In multitudinem te crescere faciam et custodiam te, ac reducam te in terram tuam.* Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, et promissiones tibi feci: ego etiam nunc, quando tempus venit quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt, regredi te jubeo absque omni mentis angore. *Tecum enim ero. Ego sum Deus qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi columnam, et vovisti mihi votum.* Memoriam ipsi refricat voti et promissionis, quam receperat. Quodnam autem erat votum? *De iis quæ mihi dederis, decimas tibi offeram.* Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens: cum autem tibi apparerem, vovisti votum, dicens: *De omnibus quæ mihi dederis, decimas dabo*

Deus non despicit eos qui calumniam patiuntur. *Rom.* 12. 19. *Deut.* 32. 35. *Gen.* 28. 15. 13. 22.

* Στήλην hic apte *cippum* verteris, vel melius *aram*: ara enim vere fuit, quam religione motus inunxit, et in qua preces et vota emisit.

[b] [Hæc, ταῦτα.... φησὶν, omittit Coisl. Nec reddit Interpres.]

[a] Septem Mss. [ut Bibl.] ἀποδεκατώσω αὐτά σοι.

tibi, voto et promissione potentiam meam præsignans, et fidei oculis prævidens futuram tibi rerum abundantiam : nunc quia evenerunt et impleta sunt quæ a me prædicta, justum fuerit ut et votum tuum impleas. *Nunc ergo,* inquit, *surge, et egredere de terra ista, et vade in terram nativitatis tuæ, et ero tecum.* Ego te ubique comitabor, ego tibi facilem ostendam viam, et nullum a quopiam damnum feres; dextera enim mea ubique te proteget. 14. *Hæc audientes Rachel et Lia, dixerunt ei : Numquid est nobis pars vel hæreditas in domo patris nostri?* B 15. *Nonne ut alienæ reputatæ sumus apud eum ? Vendidit enim nos, et devorando comedit pretium nostrum.* 16. *Et quas omnes Deus abstulit divitias et gloriam a patre nostro, tibi dedit : nunc igitur quæcumque dixerit tibi Deus tuus, fac.* Vide et has sequentes Dei arbitrium, et afferentes rationem cui contradici non potuit. Num est aliquid commune nobis, aiunt, cum patre nostro ? Semel enim nos vendidit. *Divitias et gloriam quam abstulit Deus a patre nostro, et dedit tibi, nos habebimus, et filii nostri.* Ne cessa igitur, neque differ, sed fac C quæ tibi a Deo sunt imperata. *Nunc igitur quæcumque dixit tibi Deus tuus, fac.* 17. *Hæc ut audivit Jacob, surrexit et accepit uxores suas, et filios, et ascendere fecit super camelos :* 18. *et abduxit omnia quæ habebat, et supellectilem suam, quam acquisierat in Mesopotamia, et omnia sua, ut abiret ad Isaac patrem suum.*

4. Considera, obsecro, fortitudinem animæ justi, et quomodo repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperavit. Quoniam enim vidit male sanam mentem Labani, non ultra, sicut prius, interrogare eum voluit : D sed quod imperatum erat a Domino, implebat, et acceptis mulieribus et pueris, iter arripuit. 19. *Laban autem,* inquit, *abierat ad tondendum oves suas. Furata autem est Rachel idola patris sui.* Neque hoc absque causa nobis propositum est, sed ut sciamus quomodo adhuc paternam habentes consuetudinem, idolorum cultui addictæ erant. Animadverte enim, quantum illa in hoc studium impenderit, cum nihil aliud a patre auferre voluerit, quam idola ejus, idque faciebat ignorante viro : neque enim ille hoc per- E misisset fieri. 20. *Occultavit autem,* inquit,

ναμιν τὴν ἐμὴν προμηνύων, καὶ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς προορῶν τὴν μέλλουσαν, εὐπορίαν ἔσεσθαί σοι· νῦν οὖν ὅτε εἰς ἔργον τὰ παρ' ἐμοῦ λεχθέντα δεῖ ἐλθεῖν, καὶ καιρὸς ἥκει καλῶν τὴν εὐχὴν τὴν σὴν πληρωθῆναι. Ἐπάνιθι νῦν οὖν, φησὶν, ἀνάστηθι, καὶ ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς ταύτης, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. Ἐγώ σοι πανταχοῦ συνέσομαι, καὶ ἐγώ σοι τὴν ὁδοιπορίαν εὐμαρῆ καταστήσω, καὶ οὐδεμίαν παρ' οὐδενὸς ὑποστήσῃ βλάβην, τῆς ἐμῆς δεξιᾶς ἀντὶ σκέπτης πανταχοῦ γινομένης σοι. Ταῦτα ἀκούσασαι [b] αἱ περὶ τὴν Ῥαχὴλ εἶπαν αὐτῷ· μή ἐστιν ἡμῖν μερὶς, ἢ κληρονομία ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν; Οὐχ ὡς ἀλλότριαι λελογίσμεθα αὐτῷ; Πέπρακε γὰρ ἡμᾶς, καὶ κατέφαγε καταβρώσει τὸ ἀργύριον ἡμῶν. Καὶ πάντα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἀφείλετο ὁ Θεὸς τοῦ πατρὸς ἡμῶν, σοὶ ἔδωκε. Νῦν ὅσα εἴρηκέ σοι ὁ Θεός σου, ποίει. Ὅρα καὶ ταύτας ἑπομένας τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ, καὶ λογισμὸν ἀναντίῤῥητον εἰσαγούσας. Μὴ γὰρ, φησὶν, ἔτι τι κοινὸν ἡμῖν πρὸς τὸν πατέρα ἡμῶν; Ἅπαξ γὰρ ἀπέδοτο ἡμᾶς. Τὸν μέντοι πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἀφείλετο ὁ Θεὸς τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἔδωκέ σοι, ἡμεῖς ἕξομεν, καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Μὴ μέλλε οὖν, μηδὲ διαναβάλλου, ἀλλὰ ποίει τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι ἐπιταχθέντα. Νῦν οὖν ὅσα εἴρηκέ σοι ὁ Θεός σου, ποίει. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰακὼβ, ἀναστὰς ἔλαβε τὰς γυναῖκας αὐτοῦ καὶ τὰ παιδία, καὶ ἀνεβίβασεν αὐτὰς ἐπὶ καμήλους, καὶ ἀπήγαγε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, ἣν περιεποιήσατο ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, ἀπελθεῖν πρὸς Ἰσαὰκ, τὸν πατέρα αὐτοῦ.

Σκόπει μοι τοῦ δικαίου τῆς ψυχῆς τὴν ἀνδρείαν, καὶ ὅπως πάντα φόβον καὶ ἀγωνίαν παρωσάμενος ἐπείθετο τῷ τοῦ Δεσπότου ἐπιτάγματι. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τοῦ Λάβαν οὐχ ὑγιῆ τὴν γνώμην, οὐκ ἔτι καθάπερ πρότερον πυθέσθαι αὐτὸν κατεδέξατο, ἀλλὰ τὸ προσταχθὲν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἐπλήρου, καὶ λαβὼν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἥπτετο τῆς ὁδοῦ. Λάβαν δὲ, φησὶν, ᾤχετο κείραι τὰ πρόβατα αὐτοῦ. Ἔκλεψε δὲ Ῥαχὴλ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτῆς. Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο πρόσκειται, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν, πῶς ἔτι τῆς πατρικῆς εἶχοντο συνηθείας, καὶ πολλὴν τὴν περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείαν ἐπεδείκνυντο. Ἐννόησον γὰρ ὅσην αὕτη σπουδὴν ἐποιήσατο, ὡς μηδὲν ἕτερον ὑφελέσθαι τῶν τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τὰ εἴδωλα μόνα, καὶ τοῦτο ἐποίει καὶ τὸν ἄνδρα λανθάνουσα· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνος συνεχώρησε ταῦτα γενέσθαι. Ἔκρυψε δὲ, φησὶν, Ἰακὼβ Λάβαν τὸν Σύρον, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι αὐτῷ,

[b] Αἱ περὶ τὴν Ῥαχήλ, sic indicat Rachelem et Liam more Græcorum, ut jam supra monuimus. In LXX Intt. hic legitur Ῥαχὴλ καὶ Λεία.

ὅτι ἀποδιδράσκει. Καὶ ἀπέδρα αὐτὸς, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ διέβη τὸν ποταμὸν, καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος Γαλαάδ. Θέα μοι τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνταῦθα πρόνοιαν, ὅπως, μέχρις ὅτε πόρρωθεν γέγονεν ὁ δίκαιος, οὐ συνεχώρησε τῷ Λάβαν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τὴν ἀναχώρησιν τοῦ Ἰακώβ. Τριῶν γὰρ ἡμερῶν, φησὶ, παρελθουσῶν, τῷ Λάβαν ἐγνώσθη. Καὶ παραλαβὼν πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ μεθ' ἑαυτοῦ, ἐδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτά· καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ. Σκόπει πάλιν τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν. Ὁ γὰρ εἰπὼν, [a] Ἀπόστρεφε εἰς τὴν γῆν σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ, οὗτος καὶ νῦν τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸν Λάβαν μετὰ πολλῆς ἀγανακτήσεως καταδιώκοντα τὸν δίκαιον, καὶ δίκην, ὡς εἰπεῖν, εἰσπράξασθαι βουλόμενον τῆς ἀναχωρήσεως, ἐπιφαίνεται τῷ Λάβαν καθ' ὕπνον τὴν νύκτα. Ἦλθε δὲ, φησὶν, ὁ Θεὸς πρὸς Λάβαν τὸν Σύρον τὴν νύκτα, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Ὅρα Θεοῦ συγκατάβασιν, καὶ ὅπως διὰ τὴν περὶ τὸν δίκαιον κηδεμονίαν καὶ τῷ Λάβαν διαλέγεται, ἵνα κατασείσας αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἀποστήσῃ τῆς κατὰ τοῦ Ἰακὼβ ὁρμῆς. Φύλαξαι σεαυτὸν, μήποτε λαλήσῃς μετὰ τοῦ Ἰακὼβ πονηρά. Πολλὴ τοῦ Δεσπότου ἡ ἀγαθότης. Ἐπειδὴ ἑώρα αὐτὸν πρὸς μάχην ἐπειγόμενον, καὶ κατεξαναστῆναι τοῦ δικαίου βουλόμενον, μονονουχὶ διὰ ῥήματος καθέλκει αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, καί φησι· Φύλαξαι σεαυτὸν, μήποτε λαλήσῃς μετὰ Ἰακὼβ πονηρόν· μηδὲ μέχρι ῥημάτων, φησὶν, ἐπιχειρήσῃς λυπῆσαι τὸν Ἰακὼβ, ἀλλὰ φύλαξαι σεαυτὸν, ἐπίσχες σου τὴν κακὴν ταύτην ὁρμὴν, κατάστειλαι τὸν θυμὸν, ἀναχαίτισόν σου θυμουμένην τὴν διάνοιαν, καὶ μηδὲ μέχρι ῥήματος λυπῆσαι αὐτὸν ἀνάσχῃ. Καὶ σκόπει μοι Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Οὐ προσέταξε τῷ Λάβαν εἰς τὰ οἰκεῖα ὑποστρέψαι, ἀλλὰ μόνον παρεκελεύσατο μηδὲν φορτικὸν, μηδὲ ἐπαχθὲς διαλεχθῆναι τῷ δικαίῳ. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἵνα μάθῃ καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ὁ δίκαιος καὶ διὰ τῶν πραγμάτων, ὅσης ἀξιοῦται παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς κηδεμονίας. Εἰ γὰρ ὑπέστρεψεν ὁ Λάβαν, πόθεν ἂν τοῦτο ἔγνω ὁ Ἰακὼβ, ἢ αἱ τούτου γυναῖκες; Καὶ διὰ τοῦτο συγχωρεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης ὁμολογῆσαι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντα, ἵνα καὶ ὁ δίκαιος πλείονα τὴν προθυμίαν κτήσηται περὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ θάρσος προσλάβῃ, καὶ [b] αἱ τούτου γυναῖκες μαθοῦσαι ὅσης ἀξιοῦται ὁ Ἰακὼβ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τῆς κηδεμονίας, ἀποσείσωνται τὴν πατρικὴν πλάνην καὶ ζηλώσωσι τὸν δίκαιον, καὶ θεογνωσίας ἐντεῦθεν ἀρκοῦσαν διδασκαλίαν δέξωνται. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἦν τὰ παρὰ τοῦ Ἰακὼβ ἀξιόπιστα, ὡς τὰ παρὰ τοῦ Λάβαν λεγόμενα, τοῦ ἔτι περὶ τὰ εἴδωλα ἑπτοη-

Jacob a Laban Syro, ne annuntiaretur ei quod fugeret. 21. *Et abscessit ipse et omnia ipsius, et transito fluvio contendit ad montem Galaad.* Vide, obsecro, etiam hic magnam Dei providentiam, quomodo, donec justus procul aufugisset, non permisit ut Laban illius secessum sciret. 22. *Tribus* enim *diebus*, inquit, *præteritis, ipsi Laban innotuit.* 23. *Et assumtis omnibus fratribus suis, persequutus est eum via dierum septem; et consequutus est eum in monte Galaad.* Obsecro hic quoque attendas Dei providentiam. Nam qui dixit, *Revertere in terram tuam, et ero tecum,* ille etiam nunc suam declarat providentiam. Quia enim vidit Laban cum multa indignatione persequi justum, et pœnam furtivi secessus, ut ita dicam, sumturum, apparuit Laban nocte in somno. 24. *Venit enim,* inquit, *Deus ad Laban Syrum in somno nocte, et dixit ei.* Vide Dei indulgentiam, quomodo ob suam in justum providentiam cum Laban colloquitur: ut territa ejus mente impetum ejus a Jacob coerceat. *Cave tibi, ne loquaris cum Jacob mala.* Magna Domini benignitas. Quia enim sciebat eum ad pugnam contendere, et contra justum insurgere velle, hoc verbo mentem ejus compescit, et dicit: *Cave tibi, ne loquaris cum Jacob mala:* perinde ac si diceret: Cave ne vel verbis offendere Jacob coneris: sed serva teipsum, contine malum hunc tuum impetum, comprime furorem, refrena iratum tuum animum, ac ne vel verbo ipsum contristare velis. Et considera Dei clementiam. Non imperavit Labano ut ad propria reverteretur, sed solum prohibet ne quid durum vel molestum cum justo loquatur. Quare, et propter quid? Ut discat per negotia et per opera ipsa justus, quantam sui curam gerat Deus. Nam si reversus fuisset Laban, unde illud scivisset Jacob, aut ejus uxores? Ideo permittit ei ut abeat, et lingua sua confiteatur quæ Deus dixit ad se, quo et justus majorem alacritatem habeat proficiscendo, fiduciamque accipiat, et ut hujus uxores discant quanto studio Deus omnium Dominus Jacobum curet, rejiciantque errorem paternum, et imitentur justum, atque ad cognoscendum Deum sufficientem doctrinam inde accipiant. Neque enim sic fide digna erant quæ Jacob dicebat, ut quæ a Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat. Semper enim infidelium et adversantium veræ religioni testimonia majorem

Quantam suorum curam gerat Deus.

[a] Quinque Mss. *ἐπίστρεφε.*

[b] Sex Mss. *καὶ αἱ τούτου θυγατέρες.*

habent fidem. Et hoc est ex omnipotenti sapientia Dei, cum inimicos veritatis ipsos testes veritatis efficit, et sua lingua ipsam firmare satagunt. 25. *Consequutus est autem Laban Jacobum. Jacob autem fixit tabernaculum suum in monte: Laban vero constituit fratres suos in monte Galaad.* 26. *Dixit autem Laban ad Jacob: Cur hoc fecisti?* Vide quomodo præceptum Dei magnum illius calorem repressit, et furorem refrenavit: et idcirco cum magna mansuetudine colloquium habet cum eo, quasi se excusans, et paternam dilectionem erga illum declarans. Quando enim superna providentia nobis assistit, non solum malo- 555
rum hominum insidias effugere possumus, sed A
etsi in bestias ipsas incidamus, nihil adversi nobis evenit. Omnium enim Dominus suæ virtutis præstantiam declarans, bestiarum mutat naturam, easque in oves mansuetas transformat: non quod bestialem eis naturam immutet, sed relictas in natura eas, ovium mores et naturam exhibere satagit. Idque non solum in feris quis videre poterit, sed et in elementis ipsis. Quando enim vult, tunc et elementa ipsa virtutis suæ obliviscuntur, et neque ignis facit quod ignis solet. Et hoc quoque discere poterit aliquis tam
Dan. 6. 22. in tribus pueris, quam in Daniele. Nam hunc leones sicut oves circumdabant, et superno auB
xilio retusa eorum ferocitate, nihil illi incommodi dabant. Nam quod ferocitatem non exercentes feræ, eam tamen retinuerint, ii qui feris truculentiores erant reipsa experti sunt.

5. Hoc autem ad majorem illorum accusationem factum est, quia ratione insigniti, crudelitate bestias ratione carentes vincebant. Tandemque reipsa didicerunt quomodo ex Domini providentia feræ ipsæ justum sint reveritæ, neC
que ausæ fuerint ejus corpus attingere; illi vero feras immanitate superarunt. Et ne putarent hæc ex visu solo ac specie facta esse; per eos qui postea in lacum injecti sunt agnoverunt, eas cum justo viro ovium mansuetudinem imitatas, et naturæ suæ oblitas esse: cum iis autem qui postea injecti sunt frociam suam exhibuisse.
Daniel. 3. Similiter et in fornace ignis factum est. Nam eos qui intus erant reverebatur elementum, et

μένου. Αἱ γὰρ παρὰ τῶν ἀπίστων μαρτυρίαι καὶ τῶν
Ε ἐχθρῶν τῆς εὐσεβείας ἀεὶ πολὺ τὸ ἀξιόπιστον ἔχουσι. Καὶ τοῦτο γὰρ τῆς εὐμηχάνου τοῦ Θεοῦ σοφίας, ὅταν καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας αὐτοὺς μάρτυρας ποιῇ γενέσθαι τῆς ἀληθείας, καὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης τὰ αὐτὰ συναγωνίζωνται. Κατέλαβε δὲ Λάβαν τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει· Λάβαν δὲ ἔστησε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ. Καὶ εἶπε Λάβαν τῷ Ἰακώβ· τί τοῦτο ἐποίησας; Ὅρα πῶς τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα τὴν πολλὴν αὐτοῦ φλεγμονὴν κατέστειλε, καὶ τὸν θυμὸν ἐχαλίνωσε. Διὰ τοῦτο μετὰ πολλῆς ἡμερότητος τοὺς πρὸς αὐτὸν ποιεῖται λόγους, μονονουχὶ ἀπολογούμενος, καὶ πατρικὴν
555 φιλοστοργίαν περὶ αὐτὸν ἐπιδεικνύμενος. Ὅταν γὰρ
A τῆς ἄνωθεν ἀπολαύωμεν προνοίας, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τῶν πονηρῶν διαφυγεῖν δυνάμεθα τὰς ἐπιβουλὰς, ἀλλὰ καὶ θηρίοις ἀνημέροις ἐὰν περιπέσωμεν, οὐδὲν ὑποστησόμεθα δεινόν. Ὁ γὰρ τῶν ἁπάντων Δεσπότης τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν περιουσίαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ τῶν θηρίων μεταβάλλει τὴν φύσιν, καὶ εἰς προβάτων ἡμερότητα αὐτὰ μεθίστησιν, οὐχὶ τῆς θηριωδίας αὐτὰ μεθιστὰς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει καταλιμπάνων, τὰ τῶν προβάτων ἐπιδείκνυσθαι παρασκευάζει. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν θηρίων μόνον τοῦτο ἴδοι τις ἂν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν στοιχείων. Ὅταν γὰρ αὐτὸς βούληται, καὶ τὰ στοιχεῖα αὐτὰ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιλανθάνεται, καὶ οὐδὲ πῦρ τὰ πυρὸς ἐπι-
B δείκνυται. Καὶ τοῦτό τις καταμάθοι ἐπί τε τῶν τριῶν παίδων, ἐπί τε τοῦ Δανιήλ. Ὁ μὲν ὑπὸ λεόντων [a] περιστατούμενος, ὡς ὑπὸ προβάτων κυκλούμενος, οὐδὲν ἔπασχεν ἀηδὲς, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τὴν ἐκείνων ἀγριότητα ἀναχαιτιζούσης. Ὅτι γὰρ θῆρες ὄντες ἔμενον τὰ τῆς θηριωδίας μὴ ἐπιδεικνύμενοι, δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔγνωσαν τῶν ἀλόγων θηρίων οἱ ἀγριώτεροι.

Καὶ τοῦτο δὲ ἐγίνετο πρὸς μείζονα κατηγορίαν ἐκείνων, ὅτι οἱ λόγῳ τετιμημένοι τὰ ἄλογα θηρία ὑπερηκόντισαν τῇ ὠμότητι. Καὶ ἐμάνθανον διὰ τῶν πραγμάτων, ὅπως διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου πρόνοιαν τὸν
C μὲν δίκαιον καὶ τὰ θηρία ἠδέσθη, καὶ οὐκ ἐτόλμησαν ἐφάψασθαι τοῦ σώματος· [b] αὐτοὶ δὲ τὰ τῶν θηρίων αὐτῷ χεῖρον διέθηκαν. Καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι φαντασίαν τινὰ γεγενῆσθαι, διὰ τῶν μετὰ ταῦτα βληθέντων εἰς τὸν λάκκον ἐπεγίνωσκον, ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ δικαίου τῶν προβάτων ἐμιμοῦντο τὴν ἡμερότητα, καὶ τῆς φύσεως ἐπελανθάνοντο· ἐπὶ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα βληθέντων τὰ τῆς θηριωδίας ἐπεδείκνυντο. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς γέγονε. Τοὺς μὲν ἔνδον ὄντας καὶ ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ τυγχάνοντας ᾐδεῖτο τὸ

[a] Alius *περιτειχιζόμενος*, alius vero *περιστοιχιζόμενος*. Unus, teste Savilio, *ἐπιτειχιζόμενος* habet.

[b] Hæc, *αὐτοὶ δὲ τὰ τῶν θηρίων... διέθηκαν*, desunt in multis Mss.

στοιχεῖον, καὶ οὐκ ἠνέργει τὰ τοῦ πυρός· ἀλλὰ καθάπερ πεδηθείσης τῆς ἐνεργείας, οὕτως ἀβλαβῆ τῶν παίδων τούτων διεφύλαττε τὰ σώματα, καὶ οὐδὲ D αὐτῶν τῶν τριχῶν ἐφάψασθαι ἐτόλμησε, καθάπερ ὑπὸ προστάγματός τινος τὸ στοιχεῖον τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐπιδείξασθαι κωλυόμενον· τοὺς δὲ ἔξω τῆς καμίνου διάγοντας κατηνάλωσε, δι' ἀμφοτέρων πολλὴν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τὴν περιουσίαν ἐμφαῖνον, καὶ δι' ὧν τοὺς ἔσω τυγχάνοντας ἀβλαβεῖς διεφύλαττε, καὶ δι' ὧν τούτους διέφθειρεν. Οὕτως ὅταν τῆς ἄνωθεν ἀπολαύωμεν ῥοπῆς, οὐ μόνον τῶν πρὸς ἡμᾶς πολεμίως ἐχόντων διαφεύγομεν τὰς ἐπιβουλὰς, ἀλλὰ [c]κἂν αὐτοῖς τοῖς θηρίοις περιπέσωμεν, οὐδὲν πεισόμεθα δεινόν. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ἡ πάντων δυνατωτέρα, αὕτη πολλὴν ἡμῖν πανταχόθεν περιτίθησι τὴν ἀσφάλειαν, καὶ ἀχειρώτους ἐργάζεται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου γέγονεν. Ὁ γὰρ μετὰ τοσαύτης ὁρμῆς καταλαβεῖν βουλόμενος τὸν Ἰακὼβ, καὶ δίκην ἀπαιτῆσαι τῆς πάντων ἀναχωρήσεως, οὐ μόνον οὐδὲν πρὸς αὐτὸν τραχὺ οὐδὲ ἐπαχθὲς φθέγγεται, ἀλλὰ καθάπερ πατὴρ διαλεγόμενος πρὸς παῖδα, οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας πρὸς αὐτὸν ποιεῖται τὰ ῥήματα, καί φησι· Τί ἐποίησας τοῦτο; τί κρυφῇ ἀπέδρας; Ὅρα 556 πόση ἡ μεταβολή· ὅρα πῶς ὁ καθάπερ θηρίον μεμηνὼς, προβάτων μιμεῖται ἡμερότητα. Ἵνα τί κρυφῇ ἀπέδρας, καὶ ἐκλοποφόρησάς με, καὶ ἀπήγαγες τὰς θυγατέρας μου ὡς αἰχμαλώτιδας μαχαίρᾳ; Τίνος ἕνεκεν, φησὶ, τοῦτο πεποίηκας; τί σοι ἔδοξε; διὰ τί οὕτω λανθανόντως ἐποιήσω τὴν ἀποδημίαν; Εἰ γὰρ ἀνήγγειλάς μοι, μετὰ πολλῆς τῆς πομπῆς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἐξαπέστειλα ἄν σε. Καὶ γὰρ εἰ τοῦτο ἔγνων, φησὶ, Μετὰ μουσικῶν καὶ τυμπάνων καὶ κιθάρας προέπεμψα ἄν σε. Οὐκ ἠξιώθην φιλῆσαι τὰς θυγατέρας μου· νῦν δὲ ἀφρόνως ἔπραξας. Ὁρᾷς πῶς λοιπὸν ἑαυτὸν ἐλέγχει, καὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης B ὁμολογεῖ, ὅτι αὐτὸς μὲν κακῶς παρεσκευάζετο διαθεῖναι τὸν δίκαιον, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρόνοια τῆς ὁρμῆς αὐτὸν ἐνέκοψεν. Ἰσχύει, φησὶν, ἡ χείρ μου κακοποιῆσαί σε· ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός σου ἐχθὲς εἶπε πρός με λέγων· φύλαξαι σεαυτὸν, μήποτε λαλήσῃς [a]πρὸς Ἰακὼβ πονηρά. Ἐννόει μοι πόσης τῷ δικαίῳ παρακλήσεως γέγονε ταυτὶ τὰ ῥήματα, καὶ σκόπει πῶς οὗτος καὶ τὰ βουλευθέντα αὐτῷ ἐξέφηνε, καὶ ἐπὶ ποίοις τὴν κατάληψιν ποιήσασθαι ἐβούλετο, καὶ ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος αὐτὸν ἐπέσχεν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ κακῶς αὐτῷ βουλευθέντα. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρὸς σου, φησίν. Ὅρα πῶς καὶ αὐτὸς ὁ Λάβαν οὐ μικρὰν ἐν- C τεῦθεν ὠφέλειαν ἐκαρποῦτο, μεγίστην τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἀπόδειξιν λαμβάνων ἐκ τῶν πρὸς αὐτὸν λε-

non urebat ignis : sed quasi ligata operatione sua, ita nihil nocebat pueroruſn corporibus, et neque capillos eorum attingere ausus fuit, quasi mandato alicujus elementum propriam declarare virtutem prohiberetur : eos autem qui extra fornacem erant, absumsit. In utroque magna Dei potentia declaratur, et quia illi intus manserunt illæsi, et quia qui foris erant, pericerunt. Sic quando superno auxilio munimur, non solum effugimus inimicorum insidias, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil patimur grave. Dei enim manus potentior est omnibus; ipsa nos undique satis munit, et invictos facit : id quod et in justo hoc declaratum est. Nam qui tanto impetu comprehendere Jacobum, et pœnam fugæ de eo sumere volebat; non solum nihil asperum et durum adversus eum loquitur, sed sicut pater filium compellans, ita blandis verbis convenit : dicit enim : 26. *Cur hoc fecisti? quare clam abscessisti?* Vide quanta mutatio : vide quomodo is qui ut bestia insaniebat, ovium imitatur mansuetudinem. *Quare clanculo discessisti, et mea furtim abstulisti, et abduxisti filias meas quasi captivas gladio?* Quare, inquit, hoc fecisti? quid tandem in proposito habuisti? quare sic occulte parasti discessum? 27. *Nam si annuntiasses mihi, cum magno honore et lætitia fuissem te prosequutus.* Enimvero si hoc scissem, *Cum musicis, et tympanis et cithara prosequutus fuissem te.* 28. *Non sum dignus habitus osculari filias meas : nunc autem insipienter egisti.* Vides quomodo nunc semetipsum arguit, et per linguam suam fatetur, sese quidem justum male afficere paratum fuisse, Dei autem providentiam a molimine suo ipsum impedivisse. 29. *Potest*, inquit, *manus mea te affligere; Deus autem patris tui heri mihi dixit : Cave tibi ipsi, ne forte loquaris cum Jacob mala.* Cogita hic quanta cum consolatione justi emissa fuerint hæc verba, et considera quomodo hic effatur quæ adversus justum decreverit, et qualiter eum comprehendere voluerit, seque timore Dei a malis consiliis cohibitum fuisse. *Deus patris tui*, inquit. Vide quomodo ipse Laban non parum utilitatis hinc perceperit, maximam ex iis quæ sibi dicta fuerunt virtutis Dei accipiens demonstrationem. Verum quia et tu, inquit, hoc decrevisti, et Deus est qui tantam tui curam gerit, 30. *Nunc igitur*

Superno auxilio muniti in nullo lædimur.

[c] [Savilium sequimur. Coisl. κἂν τοῖς θηρίοις π. Morel. et Montf. κἀν αὐτοῖς θηρίοις π.]

[a] Quinque Mss. [et Bibl.] μετὰ ἰακώβ.

vade : magno enim desiderio desiderasti abire in domum patris tui. Quare furatus es deos meos? Esto, inquit; hoc decreveris ut abeas in domum patris tui : quare deos meos furatus es? O ingentem insipientiam! talesne sunt dii tui, ut quis eos furari queat? Non erubescis dicens, *Quare furatus es deos meos?* Vide quanta fuit erroris gravitas, dum ii qui ratione præditi erant, colebant lapides et ligna. Hi sunt dii tui, o Laban, qui neque cum furaturi se quidam erant, juvare se potuerunt? Qui enim possent qui e lapide sunt confecti? Deus autem justi, ignorante justo, impetum tuum coercuit. Et non cogitas erroris magnitudinem, et justum furti arguis? Quare enim justus illos furari voluisset, quos abominabatur, imo quos sciebat esse sensu vacuos lapides? Porro hæc cum audisset Jacob, primum magna mansuetudine de objectis criminibus se purgat, et tunc ut inquirantur dii jubet. 31. *Dixi enim,* inquit, *ne forte auferas filias tuas a me, et omnia mea.* Quia, inquit, videbam te non bene erga me affectum, anxius fui ne forte conareris auferre filias tuas et facultates meas, atque privare me meis, sicut quondam fecisti. Ista igitur causa timoris fecit, ut clam te abirem. Cæterum 32. *Apud quem inveneris deos tuos, non vivet coram fratribus nostris.* Vides ignorasse Jacob furtum a Rachele commissum. Vide enim quanta austeritate supplicium decernit ei qui furtum admiserat. *Apud quem,* inquit, *inventi fuerint, non vivet coram fratribus nostris.* Non solum, inquit, quia ablatum est, sed et quia furtum qui fecerit, manifestum sui flagitii indicium proferet. *Scias si quid est tuorum apud me, et accipe.* Scrutare, inquit, num quid abstulerim quod ad me non pertinuerit. Nihil aliud in me arguere poteris, quam quod clam abierim : et hoc non sponte feci, sed suspicatus injustitiam, et timens ne velles auferre filias tuas, et alias meas facultates, si id rescires. *Et non agnovit apud eum aliquid. Nesciebat autem Jacob quod Rachel uxor sua furata fuisset eos.* 33. *Ingressus autem Laban scrutatus est domum Liæ, et non invenit. Ingressus est autem et in domum Rachel.* 34. *Rachel vero accepit idola, et posuit ea subter stramenta camelorum, et sedit super ea. Et dixit patri suo :* 35. *Ne graviter feras, domine mi : non possum surgere coram te, quia secundum consuetudinem mulierum mihi est. Scrutatus*

χθέντων. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ σὺ, φησὶ, τοῦτο ἐβουλεύσω, καὶ ὁ Θεός ἐστιν ὁ τοσαύτην σου ποιούμενος κηδεμονίαν, Νῦν οὖν πεπόρευσαι· ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησας ἀπελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου. Ἵνα τί ἔκλεψας τοὺς θεούς μου; Ἔστω, φησί· τοῦτό σοι δεδογμένον ἦν, καὶ ἔκρινας ἐπανελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου· ἵνα τί τοὺς θεούς μου ἔκλεψας; Ὢ ἀνοίας ὑπερβολή· καὶ τοιοῦτοί εἰσιν οἱ θεοί σου, ὡς καὶ κλαπῆναι; Οὐκ αἰσχύνῃ λέγων, Ἵνα τί ἔκλεψας τοὺς θεούς μου; Ὅρα πόση ἦν ἡ ὑπερβολὴ τῆς πλάνης, ὡς τοὺς λόγῳ τετιμημένους ξύλα καὶ λίθους θεραπεύειν. Καὶ οἱ μὲν θεοὶ οἱ σοὶ, ὦ Λάβαν, οὐδὲ κλέπτεσθαι μέλλοντες ἑαυτοῖς ἀμῦναι ἴσχυσαν. Πῶς γὰρ οἱ ἀπὸ λίθου ὄντες συγκείμενοι; Ὁ δὲ τοῦ δικαίου Θεὸς, καὶ ἀγνοοῦντος τοῦ δικαίου, τὴν σὴν ὁρμὴν ἐπέσχε. Καὶ οὐκ ἐννοεῖς τὸ μέγεθος τῆς πλάνης, ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ κλοπὴν ἐγκαλεῖς; Τίνος γὰρ ἕνεκεν ὁ δίκαιος ἐκείνους ὑφελέσθαι ἂν κατεδέξατο, οὓς ἐβδελύττετο, μᾶλλον δὲ οὓς ᾔδει λίθους ὄντας ἀναισθήτους; Ἀλλὰ ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰακὼβ μετὰ πολλῆς ἐπιεικείας, πρῶτον μὲν ἀπολογεῖται πρὸς τὰ προλαβόντα ἐγκλήματα, καὶ τότε περὶ τῶν θεῶν προτρέπεται ποιήσασθαι τὴν ἔρευναν. Εἶπα γὰρ, φησὶ, μήποτε ἀφέλῃ τὰς θυγατέρας σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐμά. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἑώρων σε οὐχ ὑγιῶς πρός με διακείμενον, ἐναγώνιος γέγονα, μήποτε ἐπιχειρήσῃς ἀφελέσθαι τὰς θυγατέρας σου καὶ τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἀποστερῆσαί με τῶν ἐμῶν, καθάπερ ἤδη πεποίηκας. Αὕτη τοίνυν ἡ αἰτία καὶ ὁ φόβος παρεσκεύασέ με λανθανόντως τὴν ἀποδημίαν ποιήσασθαι. Παρ' ᾧ οὖν ἂν εὕροις τοὺς θεούς σου, οὐ ζήσεται ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Ὁρᾷς ὅτι ἠγνόει ὁ Ἰακὼβ τὴν παρὰ τῆς Ῥαχὴλ κλοπὴν γεγενημένην. Ὅρα γὰρ μεθ' ὅσης σφοδρότητος τὸ ἐπιτίμιον ὁρίζει τῷ τὴν κλοπὴν ἐργασαμένῳ. Παρ' ᾧ ἂν, φησὶν, εὑρεθῶσιν, οὐ ζήσεται ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Οὐκ ἐπειδὴ μόνον, φησὶν, ὑφέλετο, ἀλλ' ὅτι διὰ τῆς κλοπῆς δεῖγμα ἐναργὲς ὁ τοιοῦτος ἐκφέρει τῆς οἰκείας πλάνης. Ἐπίγνωθι εἴ τί ἐστι τῶν σῶν παρ' ἐμοί, καὶ λάβε. Ἐρεύνησον, φησὶν, εἴ τι τῶν μὴ προσηκόντων ἀφειλόμην. Οὐδὲν ἕτερόν μοι ἔχεις ἐγκαλέσαι, ἢ ὅτι λάθρᾳ τὴν ἀποδημίαν ἐποιησάμην· καὶ τοῦτο οὐχ ἑκὼν πέπονθα, ἀλλ' ὑφορώμενος τὴν ἀδικίαν, καὶ δεδοικὼς μὴ βουληθῇς καὶ τὰς θυγατέρας σου ἀφελέσθαι, τοῦτο μαθὼν, καὶ τὴν ἄλλην μου περιουσίαν. Καὶ οὐκ ἐπέγνω, φησὶ, παρ' αὐτῷ οὐδέν. Οὐκ ᾔδει δὲ Ἰακὼβ ὅτι Ῥαχὴλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔκλεψεν αὐτούς. Εἰσελθὼν δὲ Λάβαν ἠρεύνησε τὸν οἶκον Λείας, καὶ οὐχ εὗρεν. Εἰσῆλθε δὲ καὶ εἰς τὸν οἶκον Ῥαχήλ. Ῥαχὴλ δὲ ἔλαβε τὰ εἴδωλα, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὰ εἰς τὰ σάγματα τῶν καμήλων, καὶ ἐπεκάθισεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε τῷ πατρὶ αὐτῆς· μὴ βαρέως φέρε, κύριέ μου· οὐ δύναμαι ἀναστῆναι ἐνώ-

πιόν σου, ὅτι τὰ κατ' ἐθισμὸν τῶν γυναικῶν μοί ἐστιν. Ἠρεύνησε δὲ Λάβαν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς, καὶ οὐχ εὗρε.

Πολλὴ τῆς Ῥαχὴλ ἡ [a]σύνεσις, δι' ἧς τὸν Λάβαν παρακρούσασθαι ἴσχυσεν. Ἀκουέτωσαν οἱ ἔτι τῇ πλάνῃ προστετηκότες, καὶ τῶν εἰδώλων τὴν θεραπείαν περὶ πολλοῦ ποιούμενοι. Ἔθηκεν αὐτοὺς, φησὶν, ὑπὸ τὰ σάγματα τῶν καμήλων, καὶ ἐπεκάθισεν αὐτοῖς. Τί τούτων καταγελαστότερον; Οἱ λόγῳ τετιμημένοι, καὶ τοσαύτης ἀξιωθέντες προεδρίας παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, λίθους ἀναισθήτους θεραπεύειν καταδέχονται, καὶ οὐκ ἐγκαλύπτονται, οὐδὲ λαμβάνουσιν ἔννοιάν τινα τῆς τοσαύτης ἀτοπίας, ἀλλὰ καθάπερ βοσκήματα, οὕτω τῇ συνηθείᾳ ἀπάγονται; Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε γράφων, Οἴδατε ὅτι, ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι. Καὶ καλῶς εἶπε, Τὰ ἄφωνα. Οἱ φωνὴν ἔχοντες, καὶ ἀκοῆς καὶ λόγου μετέχοντες, πρὸς τὰ μηδεμίαν αἴσθησιν ἔχοντα, ὡς ἄλογα ἀπάγεσθε. Καὶ ποίας ἂν οἱ τοιοῦτοι συγγνώμης τύχοιεν; Ἀλλ' ἴδωμεν ὅπως ὁ δίκαιος λοιπὸν θαρρήσας ἔκ τε τῶν παρὰ τοῦ Λάβαν ὁμολογηθέντων, καὶ ἐξ ὧν οὐδεμίαν εὔλογον αἰτίαν εὗρε τῆς κατ' αὐτοῦ μέμψεως, τί φησιν; Ὠργίσθη δὲ Ἰακὼβ καὶ ἐμαχέσατο τῷ Λάβαν, καὶ εἶπεν. Ὅρα πῶς καὶ διὰ τῆς μάχης τῆς οἰκείας ψυχῆς ἐκκαλύπτει τὴν ἀρετήν. Τί τὸ ἀδίκημά μου, φησίν; ἢ τί τὸ ἁμάρτημά μου, ὅτι κατεδίωξας ὀπίσω μου; Τίνος ἕνεκεν, φησὶ, μετὰ τοσαύτης ὁρμῆς κατεδίωξάς με; ποῖον ἀδίκημα ἐγκαλεῖν ἔχων; ποῖον ἁμάρτημα; Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην ὕβριν ἡμῖν ἐπήγαγες, ὥστε καὶ ἐρευνῆσαι πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ μου. Τί εὗρες ἀπὸ πάντων σκευῶν τοῦ οἴκου σου; Θὲς ὧδε ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν σου καὶ τῶν ἀδελφῶν μου, καὶ ἐλεγξάτωσαν ἀνὰ μέσον τῶν δύο ἡμῶν. Τοσαύτην, φησὶν, ἔρευναν ποιησάμενος, ἆρα ἠδυνήθης τι εὑρεῖν τῶν μὴ προσηκόντων μοι; ἢ τῶν σοι διαφερόντων; Εἰ εὗρες, ἐν τῷ μέσῳ παράγαγε, ἵνα οἱ συνόντες μοι καὶ οἱ μετὰ σοῦ παραγενόμενοι τὴν διάκρισιν ποιήσωνται. Ἐπειδὴ εἶδεν ἀνεύθυνον ἑαυτὸν ἐν ἅπασι γεγενημένον, πολλὴν λοιπὸν παῤῥησίαν προσλαβὼν ἀπαριθμεῖται τὴν εὔνοιαν, ἣν περὶ αὐτὸν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἐπεδείξατο, καί φησι· Ταῦτά μοι εἴκοσιν ἔτη. Μετὰ τὸν κάματον τῶν τοσούτων ἐτῶν τούτων, ἦμην ἄξιος ταύτης τῆς ὕβρεως; Ταῦτά μοι εἴκοσιν ἔτη. Σήμερον εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν ἔχω ἐν τῷ οἴκῳ τῷ σῷ. Τὰ πρόβατά σου καὶ αἱ αἶγές σου οὐκ ἠτεκνώθησαν· κριοὺς τῶν προβάτων σου οὐ κατέφαγον· θηριάλωτον δὺκ ἐνήνοχά σοι. Ἐγὼ ἀπετίννυον παρ' ἐμαυτοῦ, κλέμματα ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός. Ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυ-

autem est Laban in tota domo ejus, et non invenit.

6. Magna Rachelis solertia, per quam deludere potuit Labanum. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, et idololatriam magni faciunt. *Posuit ea subter stramenta camelorum,* inquit, *et sedit super ea.* Quid his magis ridiculum? Qui ratione præditi erant, et tantam misericordia Dei assequuti fuerant dignitatem, lapides sensu vacuos putant colendos: nec pudet eos, nec tantam secum reputant absurditatem, sed a consuetudine quasi oves abducuntur? Idcirco Paulus quoque scribens dicebat: *Scitis quando gentes eratis, ad idola muta utcumque ducebamini euntes.* Et recte dixit, *Muta.* Qui vocem, inquit, habetis et aures, et rationis estis participes, ad ea quæ nullum sensum habent, sicut bruta abducimini. Et qualem qui tales sunt veniam merentur? Sed videamus quomodo justus nunc fiduciam acceperit, partim ex iis quæ Laban confessus est, partim quoniam nullum crimen contra se invenerat reprehensione dignum, quid dicit? 36. *Iratus est autem,* inquit, *Jacob, et contendit cum Laban, et dixit.* Vide quomodo etiam expostulando animæ suæ virtutem detegit. *Quæ injustitia mea, vel quod peccatum meum,* inquit, *quod persequutus es me?* Quare, inquit, tanto impetu insectatus es me? qualem injustitiam mihi potes exprobrare? quale peccatum? Neque id satis, nisi et tantam superinduxisses contumeliam, ut scrutareris omnia quæ in domo mea. 37. *Quid invenisti de omnibus vasis quæ in domo tua? Pone hic coram fratribus tuis et fratribus meis, et judicent inter nos duos.* Tanto, inquit, scrutinio facto, potuistine aliquid invenire quod ad me non attineat, vel quod tuum sit? Si invenisti, profer in medium, ut qui hic adsunt apud me et te, judicium reddant. Quoniam vidit se inculpatum in omnibus, magna sumta fiducia, enumerat beneficia quæ illi per omne tempus exhibuit, et inquit: 38. *Hi sunt viginti anni, quibus tecum sum.* Pro labore tot annorum, haccine dignus eram contumelia? *Hi mihi viginti anni.* Hodie viginti annorum complevi in domo tua numerum. *Oves tuæ et capræ tuæ steriles non fuerunt, arietes ovium tuarum non comedi:* 39. *captum a fera tibi non attuli. Ego satisfeci de meo,*

1. *Cor.* 12. 2.

[a] Sav. et quinque Mss. σύνεσις. καὶ ὅπως τὸν Λάβαν. Morel. ut in textu, qui bene habere videtur.

furta diei et furta noctis. 40. *Die urebar æstu, et nocte gelu, et discedebat somnus ab oculis meis.* Oblitus es, inquit, laborum quos exantlavi pascens oves tuas et capras? Num potes arguere quod umquam oves vel capræ tuæ fuerint steriles? Vide quantam demonstrat a Deo benevolentiam contigisse domui Laban propter suum adventum. Hoc enim est id quod et supra dicebat: *Benedixit te Deus ad pedem meum.* Hoc enim nullus a pastore exigeret. Neque enim pastoralis artis hoc opus est, sed naturæ. Propterea ante omnia hoc ponit, providentiaque superna factum hoc fuisse in pecudibus ostendit. *Arietes ovium tuarum non comedi.* Num potes, inquit, dicere quod aliquando comederim arietem de gregibus tuis, qui scilicet multorum pastorum mos est? *A bestia captum non attuli tibi.* Neque ipse, inquit, aliquando comedi, neque bestia aliquando rapere potuit. *Num attuli aliquid a bestia captum?* Annon quotidie vides eos, quibus greges crediti sunt, capta a bestiis afferre dominis? At tu nihil tale vel demonstrare vel objicere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum a fera? Sed neque si furto ablatum quid, ut sæpe contingit, ad notitiam tuam venire curavi: sed ego pro iis quæ furtim ablata fuerunt satisfeci, sive die sive nocte accidisset. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter et frigus noctis, ut illæsi conservarentur greges tui: ac non hoc solum, sed et ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis. Vidisti pastoris vigilantiam? vidisti intentum studium? Qualem habebunt excusationem ii, quibus rationales greges crediti sunt, magnamque præ se ferunt negligentiam: et quotidie, secundum prophetam, pecudes alias mactant: alias a bestiis captas contemnunt: alias vero ab aliis raptas reducere non curant: tametsi minor sit labor, et cura facilior? Anima enim est quæ docetur: illic autem multus est et corporis et animæ labor.

Increpat negligentes animarum pastores. *Ezech.* 34. 3.—6

7. Vide enim quid dicat. *Die urebar æstu, et gelu nocte, et discedebat somnus a me.* Quis hæc nunc potest dicere, se propter eorum salutem quos pascit, tot ferre labores et pericula? 559 Et hoc quidem nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli orbis magistro licet hoc fidenter dicere, atque his majora. Et ubi, inquis, Paulus hæc sustinuit? Audi eum dicentem: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandali-*

Cor. 11. 29.

κτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. Ἐπελάθου, φησὶ, τῶν καμάτων τῶν ἐμῶν, ὧν ἐπεδειξάμην ποιμαίνων τὰ πρόβατά σου καὶ τὰς αἶγας; Μὴ ἔχεις ἐγκαλέσαι ὅτι ποτὲ τὰ πρόβατα, ἢ αἱ αἶγες ἠτεκνώθησαν; Ὅρα πόσην δείκνυσι τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν γεγενημένην εἰς τὸν οἶκον τοῦ Λάβαν διὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅπερ καὶ ἄνω ἔλεγεν· Εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου. Τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ἂν παρὰ ποιμένος ἀπαιτήσειεν. Οὐδὲ γὰρ τῆς ποιμαντικῆς τοῦτο ἔργον· φύσεως γάρ ἐστι. Διὰ τοῦτο πρὸ πάντων τοῦτο προτίθησι, καὶ πολλὴν δείκνυσι τὴν ἄνωθεν γεγενημένην πρόνοιαν περὶ τὰ ποίμνια. Κριοὺς τῶν προβάτων σου οὐ κατέφαγον. Μὴ δύνασαι εἰπεῖν ὅτι ποτὲ κατέφαγον κριὸν ἐκ τῶν προβάτων σου, ὃ [a] πολλοῖς τῶν ποιμένων ποιεῖν ἔθος; Θηριάλωτον οὐκ ἐνήνοχά σοι. Οὔτε αὐτὸς, φησὶ, ποτὲ κατέφαγον, οὔτε θηρίων ἴσχυσέ ποτε ἀφελέσθαι. Μὴ ἐνήνοχά σοι θηριάλωτον; Ἢ οὐχὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τὰ ποίμνια ἐγχειριζομένους ὁρᾷς θηριάλωτα τοῖς δεσπόταις προσάγοντας; Ἀλλὰ σὺ οὐδὲν τοιοῦτον ἐγκαλέσαι δυνήσῃ, ἢ δεῖξαι γεγενημένον ἐν τοῖς εἴκοσιν ἔτεσι. Καὶ τί λέγω θηριάλωτον; Ἀλλ' οὐδὲ εἰ ἐκλάπη ποτὲ, οἷα συμβαίνειν εἰκὸς, εἰς τὴν σὴν γνῶσιν τοῦτο ἐλθεῖν πεποίηκα, ἀλλ' ἐγὼ καὶ κλέμματα κλεπτόμενα ἀπετίννυον, τά τε ἐν ἡμέρᾳ, τά τε ἐν νυκτὶ γινόμενα. Καὶ διηκεκῶς καὶ τὸν τοῦ καύματος καύσωνα ἔφερον γενναίως, καὶ τὸν κρυμὸν τὸν ἀπὸ τῆς νυκτὸς, ὑπὲρ τοῦ ἀβλαβῆ σοι τὰ ποίμνια διασώσασθαι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ὕπνος διὰ τὴν πολλὴν φροντίδα ἀφίστατο ἀπ' ἐμοῦ. Εἶδες ποιμένος ἀγρυπνίαν; εἶδες σπουδὴν ἐπιτεταμένην; Ποίαν ἂν ἔχοιεν ἀπολογίαν οἱ τὰ λογικὰ ποίμνια ἐγχειρισμένοι, καὶ πολλὴν τὴν ῥαθυμίαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, κατὰ τὸν προφήτην, τὰ μὲν κατασφάττοντες, τὰ δὲ ὁρῶντες θηριόβρωτα γινόμενα, τὰ δὲ ὑφ' ἑτέρων συλώμενα, καὶ οὐδεμίαν κηδεμονίαν αὐτῶν ποιεῖσθαι βουλόμενοι; καίτοι γε ἐνταῦθα ἐλάττων ὁ πόνος, καὶ εὔκολος ἡ ἐπιμέλεια. Ψυχὴ γάρ ἐστιν ἡ παιδευομένη· ἐκεῖ δὲ πολὺς καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ὁ πόνος.

Ὅρα γὰρ τί φησιν. Ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπ' ἐμοῦ. Τίς ἂν τοῦτο νῦν [b] δυνηθείη εἰπεῖν, ὅτι διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων κινδύνους ἀνεδέξατο καὶ ταλαιπωρίας; Τῶν μὲν νῦν οὐδεὶς ἂν τοῦτο εἰπεῖν τολμήσειε. Παύλῳ δὲ μόνῳ ἔξεστι ταῦτα μετὰ παῤῥησίας λέγειν, καὶ τούτων μείζονα, τῷ διδασκάλῳ τῆς οἰκουμένης. Καὶ ποῦ, φησὶ, Παῦλος ταῦτα ὑπέμεινεν; Ἄκουε αὐτοῦ

[a] [Scripsimus πολλοῖς cum Coisl. Edebatur πολλούς.]

[b] [Dedimus δυνηθείη cum Coisl. Edebatur δυνηθῇ.]

λέγοντος· Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Ὦ ποιμένος φιλοστοργίας. Τὰ ἑτέρων, φησὶ, πτώματα ἐμοὶ ἐπιτείνει τὰς ἀλγηδόνας· τὰ ἑτέρων σκάνδαλα ἐμοὶ τὴν κάμινον τῆς ὀδύνης ἀνάπτει. Τοῦτον ἅπαντες ζηλούτωσαν οἱ τὴν τῶν λογικῶν προβάτων ἐγχειρισμένοι προστασίαν, καὶ μὴ χείρους γενέσθωσαν τοῦ περὶ τὴν τῶν ἀλόγων πρόνοιαν τοσαύτην ἀγρυπνίαν ἐπιδειξαμένου, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐτῶν ἀριθμόν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ κἂν ῥαθυμία τις γένηται, οὐδὲν τὸ βλάβος· ἐνταῦθα δὲ κἂν ἓν πρόβατον λογικὸν ἀπόληται, ἢ θηριάλωτον γένηται, πολλὴ ἡ ζημία, μεγίστη ἡ βλάβη, ἄφατος ἡ κόλασις. Εἰ γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ἐκχέαι ὑπὲρ αὐτοῦ οὐ παρῃτήσατο, ποίας ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος συγγνώμης ἄξιος, ὃ τὸν οὕτω τιμηθέντα παρὰ τοῦ Δεσπότου παρορᾷν ἀνεχόμενος, καὶ μὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληρῶν εἰς τὴν τοῦ προβάτου ἐπιμέλειαν; Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανέλθωμεν. Ταῦτά μοι, φησὶν, εἴκοσιν ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. Ἐδούλευσά σοι δεκατέσσαρα ἔτη ἀντὶ τῶν δύο θυγατέρων σου, καὶ ἓξ ἔτη ἐν τοῖς προβάτοις σου, καὶ παρελογίσω τὸν μισθόν μου δέκα ἀμνάδας. Εἰ μὴ ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἀβραὰμ, καὶ [a] ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ ἦν μετ' ἐμοῦ, νῦν ἄν με κενὸν ἐξαπέστειλας. Τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον τῶν χειρῶν μου εἶδεν ὁ Θεὸς, καὶ ἤλεγξέ σε χθές. Ὅρα πῶς τὰ παρὰ τοῦ Λάβαν ὁμολογηθέντα παρεθάῤῥυνε τὸν δίκαιον, καὶ μετὰ παῤῥησίας τὸν ἔλεγχον ποιεῖται. Οἶδας, φησὶν, ὅπως τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἐδούλευσά σοι, ὑπὲρ τῶν θυγατέρων σου τὰ δεκατέσσαρα ἔτη, ἐν δὲ τοῖς προβάτοις τὰ ὑπόλοιπα· καὶ ὅμως ἀποστερῆσαί με κατεδέξω τὸν μισθὸν, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τούτου ἐνεκάλεσα; Τοῦτο δὲ, ἐξ ὧν αὐτὸς ὡμολόγησας, [b] οἶδα, ὅτι εἰ μὴ ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ ἦν μοι βοηθὸς, νῦν ἄν με κενὸν ἐξαπέστειλας, ἔρημον, καὶ πάντα ἂν ἀφεῖλῳ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τὴν ἀδικίαν, ἣν προέθου, εἰς ἔργον ἂν ἤγαγες. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ εἰδὼς Τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον τῶν χειρῶν μου. Τί ἐστι, Τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον τῶν χειρῶν μου; Ἐπειδὴ ᾔδει ὁ Θεὸς, ὅπως μὲν ἐγὼ μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας τὴν δουλείαν ἐποιησάμην, καὶ τὸν κόπον ὅσον ὑπέμεινα ποιμαίνων τὰ πρόβατα, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ φροντίζων διετέλουν, πρὸς ἐκεῖνα ἰδὼν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης χθὲς ἤλεγξέ σε [c], ἐπέσχε τῆς κατ' ἐμοῦ ἀδικίας καὶ τῆς ἀλογίστου ὁρμῆς. Ἱκανῶς ἐν τάξει ἀπολογίας καθίκετο τοῦ Λάβαν, καὶ μετὰ τὸ ἐλέγξαι τὴν εἰς αὐτὸν ἀδικίαν, καὶ τὰς παρ' αὐτοῦ εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας ἀπηριθμήσατο. Διὸ αἰδεσθεὶς ἐκεῖνος τὰ παρ' αὐτοῦ

zatur, et ego non uror? O pastoris dilectionem! Alienæ ruinæ, inquit, meos dolores augent, aliena scandala fornacem doloris mei succendunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oves concreditæ sunt, et ne deteriores fiant illo qui tantæ in brutis pecudibus custodiendis vigilantiæ fuit, idque tot annorum numero. Et illic quidem, si incuria quædam acciderit, nullum damnum: hic autem si vel una ovis rationalis perierit, vel a bestia fuerit capta, grave damnum, maximum detrimentum, ineffabilis pœna. Nam si Dominus noster sanguinem suum proprium effundere pro illa non declinavit, qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam a Domino despicere voluerit, et non omnia quæ potest in curanda ovicula adimpleverit? Cæterum ad seriem sermonis redeamus. 41. *Hi mihi,* inquit, *viginti anni, quibus sum in domo tua. Servivi tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, et sex annis pro ovibus tuis, et fraudasti mercedem meam decem agnabus. 42. Et nisi Deus patris mei Abrahæ, et Deus Isaac fuisset mihi adjutor, nunc forte me vacuum dimisisses. Humilitatem meam et laborem manuum mearum vidit Deus, et arguit te heri.* Vide quomodo ea quæ confessus est Laban, animarunt justum, ut cum fiducia illum reprehenderet. Vidisti, inquit, quomodo viginti annorum numero servivi tibi pro ovibus: tamen privare me voluisti mercede, et non te super hoc argui? Verum ex illis ipsis, quæ tu confessus es, scio quod nisi Deus Abraham et Isaac fuisset mihi adjutor, nunc me vacuum dimisisses et nudum, omnia forte abstulisses a me, et injustitiam, quam proposueras, opere complevisses. Sed Deus qui scit *Humilitatem meam et laborem manuum mearum.* Quid est, *Humilitatem meam et laborem manuum mearum?* Quoniam, inquit, scit Deus quomodo ego magno studio servitutem meam perfecerim, et quantum laborem sustinuerim, pascens oves, die noctuque in curis versatus: ad illa, inquam, respexit benignus Dominus cum heri arguit te, coercuit injustitiam quam adversum me struebas, et irrationabiles tuos conatus. Satis tetigit defendendo se Labanum, et postquam reprehendisset illius in se injustitiam, sua in illum beneficia recensuit. Ideo ille erubescens de iis quæ dixerat, nunc in timorem ver-

[a] [Coisl. et Bibl. ὁ φόβος Ἰσαάκ.]

[b] Savil. et duo Mss. οἶδας, minus recte.

[c] [Addit Coisl. τί ἐστιν, ἤλεγξέν σε;]

sus est, et fœdera inire vult cum justo. Vide providentiam Dei. Qui tanto impetu ad persequendum exierat, tanto timore affectus est, ut ab eo fœdera quæreret. 43. *Respondens autem Laban, dixit ad Jacob : Filiæ tuæ, filiæ meæ : et filii tui, filii mei : et pecora tua, pecora mea : et omnia quæcumque tu vides, mea sunt, et filiarum mearum : quid facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis sunt nati?* Scio, inquit, quod filiæ meæ sunt, et omnia quæcumque habes, ex substantia mea accesserunt. *Quid* igitur *facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis nati? 44. Nunc igitur veni, et ineamus fœdus ego et tu, et erit in testimonium inter me et te.* Pacta, inquit, faciamus, *Et erunt in testimonium inter me et te :* in judicium et demonstrationem. Dixit autem ei : Si quis transgredi attentaverit quæ nunc a nobis sunt proposita : *Ecce nullus nobiscum, Deus autem testis inter me et te.*

8. Considera quomodo paulatim et Laban ad cognitionem Dei ducitur. Nam qui ante hoc arguebat justum de furto deorum suorum, et tantam propter eos scrutationem faciebat, nunc inquit : Quia nullus est inter nos, qui possit, si quid posthac novatum fuerit, testis esse fœderis nostri, Deus testis sit inter me et te. Ille, inquit, adest, qui omnia videt, quem nihil latere potest, qui uniuscujusque mentem agnoscit. 45. *Sumens autem*, inquit, *Jacob erexit columnam, et fecit collem, et comederunt super collem. 47. Et dixit ei Laban : Collis hic testatur inter me et te.* Quid est, *Collis hic?* Id est, Verba quæ fiunt in hoc colle memoria perpetua nobis erunt. *Et vocavit nomen ejus loci, Collis testimonii.* Deinde inquit : 49. *Aspiciat Deus inter me et te.* Attende quomodo pœnam iterum a Deo deprecatur Laban. *Aspiciat*, inquit, *Deus inter me et inter te, quia secedemus alter ab altero.* Nunc, inquit, separabimur, et tu quidem ibis in terram propriam, ego autem redibo in domum meam. 50. *Si humiliaveris filias meas, si acceperis uxores ad filias meas, vide, nullus nobiscum est qui videat; Deus testis.* Considera quomodo semel et iterum atque sæpius Deum in testem vocat. Quia providentia, quam expertus erat Jacob, docuit eum quanta

εἰρημένα, λοιπὸν καὶ εἰς δειλίαν καθίσταται, καὶ συνθήκας ἀπαιτῆσαι βούλεται παρὰ τοῦ δικαίου. Ὅρα Θεοῦ κηδεμονίαν. Ὁ οὕτω παρεσκευασμένος, καὶ μετὰ τοσαύτης ὁρμῆς τὴν καταδίωξιν ποιησάμενος, εἰς τοσαύτην κατέστη δειλίαν, ὡς τὰς παρ' αὐτοῦ συνθήκας ἐπιζητεῖν. Ἀποκριθεὶς γὰρ Λάβαν, φησὶν, εἶπε τῷ Ἰακώβ· αἱ θυγατέρες σου, θυγατέρες μου, καὶ οἱ υἱοί σου, υἱοί μου, καὶ τὰ κτήνη σου, κτήνη μου, καὶ πάντα ὅσα σὺ ὁρᾷς, ἐμά ἐστι καὶ τῶν θυγατέρων μου· τί ποιήσω ταύταις σήμερον, ἢ τοῖς τέκνοις αὐτῶν τοῖς τεχθεῖσιν; Οἶδα ὅτι καὶ αἱ θυγατέρες, φησὶν, ἐμαί εἰσι, καὶ πάντα ὅσα σοί ἐστιν, ἐκ τῆς ὑπάρξεως τῆς ἐμῆς προσεγένετό σοι. Τί οὖν ποιήσω ταύταις σήμερον, ἢ τοῖς ὑπ' αὐτῶν τεχθεῖσι; Νῦν δεῦρο, διαθώμεθα διαθήκην ἐγώ τε καὶ σὺ, καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ τε καὶ σοῦ. Συνθήκας, φησὶ, ποιησώμεθα, Καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, εἰς ἔλεγχον, εἰς ἀπόδειξιν. Εἶπε δὲ αὐτῷ· εἴ τις παραβῆναι τὰ νῦν παρ' ἡμῶν προτα-θέντα ἐπιχειρήσειεν· Ἰδοὺ οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν· ὁ δὲ Θεὸς μάρτυς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Σκόπει πῶς κατὰ μικρὸν ὁ Λάβαν καὶ εἰς θεογνωσίαν ἐνάγεται. Ὁ γὰρ τὴν κλοπὴν πρὸ τούτου τῶν θεῶν αὐτοῦ ἐπιφέρων τῷ δικαίῳ, καὶ τοσαύτην ἔρευναν ποιησάμενος, νῦν φησιν· ἐπειδὴ οὐδείς ἐστι μεταξὺ ἡμῶν ὁ δυνάμενος, εἴ τι μετὰ ταῦτα [a] γένοιτο, μαρτυρῆσαι τοῖς νῦν παρ' ἡμῶν γινομένοις, ὁ Θεὸς μάρτυς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Ἐκεῖνος πάρεστιν, ὁ τὰ πάντα ὁρῶν, ὃν οὐδὲν λαθεῖν δύναται, ὁ τὴν ἑκάστου γνώμην ἐπιστάμενος. Λαβὼν δὲ, φησὶν, Ἰακὼβ ἔστησε στήλην, [b] καὶ ἐποίησε βουνὸν, καὶ ἔφαγον ἐπὶ τοῦ βουνοῦ. Εἶτα εἶπεν αὐτῷ Λάβαν· ὁ βουνὸς οὗτος μαρτυρεῖ ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Τί ἐστιν, Ὁ βουνὸς οὗτος; Ἀντὶ τοῦ, τὰ ῥήματα τὰ ἐνταῦθα γινόμενα ἐν τῷ βουνῷ τούτῳ ὑπόμνησις ἡμῖν ἔσται διηνεκῶς. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, βουνὸς μαρτυρίου. Εἶτά φησιν· Ἐπίδοι ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Σκόπει πῶς πάλιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δίκην ἐπικαλεῖται ὁ Λάβαν. Ἐπίδοι γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, ὅτι ἀποστησόμεθα ἕτερος τοῦ ἑτέρου. Νῦν, φησὶ, χωρισθησόμεθα, καὶ σὺ μὲν ἀπελεύσῃ εἰς τὴν οἰκείαν γῆν, ἐγὼ δὲ ἐπανελεύσομαι εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμόν. Εἰ ταπεινώσεις τὰς θυγατέρας μου, εἰ λάβοις γυναῖκας πρὸς ταῖς θυγατράσι μου, ὅρα, οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστιν ὁ ὁρῶν· Θεὸς μάρτυς. Σκόπει πῶς καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ πολλάκις τὸν Θεὸν καλεῖ μάρτυρα. Καὶ γὰρ ἡ πρόνοια ἡ περὶ τὸν Ἰακὼβ γεγενημένη ἐπαίδευσεν αὐτὸν,

[a] [Cum Coisl. γένοιτο scripsimus. Edebatur γένηται.]

[b] Καὶ ἐποίησε βουνόν, *et fecit collem.* Hæc pluribus narrantur in textu Scripturæ, ubi dicitur Jacob præcepisse fratribus suis ut lapides coacervarent, exque iis collem constituisse.

ὅση τοῦ Δεσπότου ἡ δύναμις, καὶ ὡς οὐχ οἷόν τέ τι λαθεῖν τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμόν. Διὰ τοῦτό φησι· κἂν διαχωρισθῶμεν, κἂν μηδεὶς ἕτερος ὁ μαρτυρῆσαι δυνάμενος, αὐτὸς ἔσται μάρτυς ὁ πανταχοῦ παρών· δι' ἑκάστου τῶν ῥημάτων ἐνέφηνεν, ὅτι τῆς πανταχοῦ γῆς ἐστι Δεσπότης. Καὶ εἶπεν Ἰακώβ· ἰδοὺ ἡ στήλη αὕτη μαρτυρεῖ. Εἶτα πάλιν ὁ Λάβαν φησίν· ἐάν τε γὰρ ἐγὼ μὴ διαβῶ πρὸς σὲ, μήτε σὺ διαβῇς πρὸς ἐμὲ τὸν βουνὸν τοῦτον καὶ τὴν στήλην ταύτην ἐπὶ κακίᾳ, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ναχὼρ κρίνοι ἀνὰ μέσον ἡμῶν. Θέα πῶς μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τὸν πάππον τὸν ἑαυτοῦ συνῆψεν, ἀδελφὸν μὲν τοῦ πατριάρχου τυγχάνοντα, ἑαυτοῦ δὲ πάππον. Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ναχὼρ κρίνοι ἀνὰ μέσον ἡμῶν. Καὶ ὤμοσεν Ἰακὼβ κατὰ τοῦ φόβου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἰσαὰκ, καὶ ἔθυσε θυσίαν ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει. Ἔθυσε θυσίαν ἐν τῷ ὄρει· ηὐχαρίστησε, φησὶ, τῷ Θεῷ ἐπὶ τοῖς γεγονόσι· Καὶ ἔφαγον, καὶ ἔπιον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει. Ἀναστὰς δὲ Λάβαν τῷ πρωὶ κατεφίλησε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. Καὶ ἀποστραφεὶς Λάβαν ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Εἶδες, ἀγαπητὲ, πόση τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία, ὅπως κατὰ ταὐτὸν καὶ τὴν περὶ τὸν δίκαιον πρόνοιαν ἐπεδείξατο, κἀκεῖνον ἀπέστησε τῆς κατ' αὐτοῦ ἀδικίας, καὶ δι' ὧν αὐτῷ παρεγγύησε μὴ λαλῆσαι πονηρὰ κατὰ τοῦ Ἰακὼβ, εἰς τὴν τῆς θεογνωσίας ῥᾳδὸν κατὰ μικρὸν αὐτὸν ἐνήγαγε, καὶ ὁ καθάπερ θηρίον ἐπιτρέχων, καὶ φθάσαι βουλόμενος καὶ ἀνελεῖν, ἀπολογησάμενος καὶ καταφιλήσας καὶ τὰς θυγατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, οὕτως οἴκαδε ὑπέστρεψε; Τάχα εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐξετείναμεν, ἀλλὰ τῆς ἱστορίας εἰς τὴν ἀνάγκην ἡμᾶς ταύτην καταστησάσης. Διόπερ ἐνταῦθα στήσαντες τὸν λόγον, ἐκεῖνο παρακαλέσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ὥστε πάντα ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι, ἵνα τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν ἐπισπασώμεθα. Ἐὰν γὰρ ἐκεῖνον ἔχωμεν εὐμενῆ, πάντα ἡμῖν ῥᾴδια ἔσται καὶ εὔκολα, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπῆσαι δυνήσεται, κἂν λυπηρὸν εἶναι δοκῇ. Τοσαύτη γὰρ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἡ ὑπερβολὴ, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ λυπηρὰ εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπειν, ὅταν βούληται. Οὕτω καὶ Παῦλος ἐν θλίψεσιν ὢν ἔχαιρε καὶ ἠγάλλετο τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀποκειμένων ἀμοιβῶν πτερούμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν, Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει τυγχάνοντα ἀδείας καὶ ἀνέσεως αὐτὸν ἀπολαύειν παρεσκεύαζεν ὁ Θεός. Τοιοῦτον τοίνυν ἔχοντες Δεσπότην, οὕτω δυνατὸν, οὕτως εὐμήχανον καὶ σοφὸν, οὕτω φιλάνθρωπον, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν, καὶ τῆς ἀρετῆς πολὺν ποιώμεθα λόγον, ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυ-

ta esset Domini potentia, et quod impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare nequit. Propterea inquit : Etiamsi separemur, etiamsi nullus alius adsit qui testificari possit, ille testis erit ubique præsens : per singula verba docet ipsum totius terræ esse Dominum. 51. *Et dixit Jacob : Ecce collis ille testatur.* 52. *Deinde iterum Laban inquit : Si enim ego non transiero ad te, neque tu transeas ad me collem hunc et columnam hanc in malitia :* 53. *Deus Abraham, et Deus Nachor judicet inter nos.* Vide quomodo cum patre et avum suum conjunxit, qui frater fuit patriarchæ, ipsius autem avus. *Deus Abraham, et Deus Nachor judicet inter nos.* 54. *Et juravit Jacob per timorem Dei patris sui Isaac, et sacrificavit sacrificium in monte : et vocavit fratres suos : et comederunt, et biberunt, et dormierunt in monte. Sacrificavit sacrificium in monte :* gratiàs, inquit, egit Deo ob ea quæ acciderant; *Et comederunt, et biberunt, et dormierunt in monte.* 55. *Surrexit autem Laban mane, et osculatus est filios suos et filias suas, et benedixit eos. Et reversus Laban abiit in locum suum.* Vidisti, dilecte, quanta Dei sapientia, quomodo uno facto et suam erga justum declaravit providentiam, et illum ab injustitia abduxit, et in divinæ notitiæ viam paulatim induxit Labanum, interminando ei ne quid mali contra Jacob loqueretur : et qui quasi fera accurrebat et comprehendere atque interficere volebat, desinit in defensionem, et in filiorum filiarumque deosculationem, et sic domum redit? Forte prolixius sermo se extendit, sed ignoscite : non hoc sponte admisimus, sed coegit nos historiæ ratio. Ideo hic missum facientes sermonem, oramus vestram caritatem, ut omnia faciamus et tractemus, quo supernam nobis conciliemus benevolentiam. Nam si Deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erunt : et nihil nos in præsenti vitæ contristare poterit, quamvis injucundum esse videatur. Tanta enim ejus virtutis est excellentia, ut etiam ea quæ tristia sunt, jucunda facere queat. Sic et Paulus in afflictionibus exsistens gaudebat et exsultabat exspectatione repositorum bonorum animatus. Propterea et propheta dicebat : *In afflictione dilatasti mihi ;* docens nos, Deum se in ipsa afflictione liberum et tranquillum constituisse. Talem igitur habentes Dominum, tam potentem, tam sapientem, tamque misericordem, quod nostrum est afferamus, virtutisque magnam habea-

Moralis exhortatio.

Rom. 5. 2. 3.

Psal. 4. 2.

mus rationem, ut non solum præsentia, sed et futura bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA LVIII.

ΟΜΙΛΙΑ νη'.

Gen. 32. 1—2. Et elevatis oculis Jacob vidit castra Dei metata, et occurrerunt ei angeli Dei; quos cum vidisset, dixit Jacob: Castra Dei sunt hæc, et E appellavit nomen loci illius, Castra.

Καὶ ἀναβλέψας Ἰακὼβ εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήντησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ, ἡνίκα εἶδεν αὐτούς· παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, παρεμβολαί.

1. Scio vos heri defatigatos fuisse, nobis sermonem prolixius extendentibus: sed bono estote animo; labor vester non est inanis: in Domino enim factus est, propter quem et brevis labor magnam mercedem vobis allaturus est. Nam licet corpus fatigaretur, anima tamen magis confirmabatur. Ideo et ipse videns vestrum fervens desiderium et studium, volebam contrahere doctrinæ sermonem; sed antequam finiretur historia, nolui, sciens me vobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorum satis declarabat inexplebile vestrum desiderium et studium audiendi avidum: propterea et ipse cum majori alacritate vos docere incipio, videns vestram quotidie appetentiam crescere. Age et hodie quæ sequuntur hesternam lectionem pro virili nostra pertractemus, consuetum vestræ caritati convivium proponentes, et videamus, post discessum Laban quomodo justus iter arripiat. Nihil enim supervacaneum in divina Scriptura positum est, sed omnia quæ a justis fiunt, B maxima utilitate plena sunt. Quoniam enim universorum Dominum continuo habuerunt comitem, et itineris difficultates reddentem faciles, multum etiam nos utilitatis ex parvo eorum itinere possumus percipere. Nam postquam Laban

Caput 32. in domum suam abiit, 1. *Et Jacob viam suam perrexit, et elevatis oculis vidit castra Dei castrametata esse, et occurrerunt ei angeli Dei.* Postquam enim cessavit, et finem habuit timor Labani, excepit eum timor fratris: propter hoc clemens Dominus animare justum volens, et omnem ejus metum discutere, fecit ut C angelorum videret castra. *Occurrerunt enim,* inquit, *ei angeli Dei.* 2. *Et dixit Jacob, Castra Dei sunt hæc. Et vocavit nomen loci ejus, Castra:* ut ex ea appellatione perpetua maneret memoria visionis quæ illic ei contigerat.

Οἶδα ὅτι κεκμήκατε χθὲς, εἰς πολὺ μῆκος τοῦ λόγου προελθόντος ἡμῖν· ἀλλὰ, καὶ θαρσεῖτε· ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενός· ἐν Κυρίῳ γάρ ἐστι γινόμενος, δι' ὃν καὶ ὁ πρὸς βραχὺ πόνος μεγάλων μισθῶν πρόξενος γίνεται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα κέκμηκεν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ πλέον ἐῤῥώννυτο. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁρῶν ὑμῶν ἀκμάζοντα τὸν πόθον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν διεγηγερμένην, βουλόμενος συστεῖλαι τὴν διδασκαλίαν, οὐκ ἠβουλήθην πρὸ τοῦ τέλους εἰς σιγὴν καταλῦσαι τὸν λόγον, εἰδὼς ὡς ταύτῃ μᾶλλον ὑμῖν χαριοῦμαι. Τὸ γὰρ πλῆθος τῶν εἰρημένων μάλιστα ἐδείκνυ τῆς ὑμετέρας φιλησοΐας τὴν πολλὴν σπουδὴν καὶ τὸν ἀκόρεστον πόθον· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος προθυμίας τῆς πρὸς ὑμᾶς ἅπτομαι διδασκαλίας, ὁρῶν ὑμῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν ὄρεξιν ἐπιτεινομένην. Φέρε οὖν καὶ σήμερον τὰ ἑξῆς τῶν χθὲς εἰρημένων κατὰ δύναμιν ἐπελθόντες, τὴν συνήθη ἑστίασιν παραθῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἴδωμεν, μετὰ τὴν τοῦ Λάβαν ἀναχώρησιν ὅπως ὁ δίκαιος τῆς ὁδοιπορίας ἅπτεται. Οὐδὲν γὰρ ἀργὸν τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων ἐστὶν, ἀλλὰ πάντα τὰ ὑπὸ τῶν δικαίων γινόμενα μεγίστης γέμει τῆς ὠφελείας. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην εἶχον διηνεκῶς αὐτοῖς συμπαρόντα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν πόνους ἐπικουφίζοντα, πολλὴν καὶ ἀπὸ τῆς ψιλῆς αὐτῶν ὁδοιπορίας ἐστὶ τὴν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. Ἀπελθόντος, φησὶ, τοῦ Λάβαν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, Καὶ Ἰακὼβ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὁδὸν, καὶ ἀναβλέψας εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήντησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ, παυσαμένου τοῦ φόβου τοῦ Λάβαν καὶ τέλος εἰληφότος, διεδέχετο λοιπὸν ὁ φόβος τοῦ ἀδελφοῦ, διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης παραθαῤῥῦναι τὸν δίκαιον βουλόμενος, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δειλίαν ἀποσκεδάσαι, παρεσκεύασεν αὐτὸν τῶν ἀγγέλων τὴν παρεμβολὴν ἰδεῖν. Συνήντησαν γὰρ αὐτῷ, φησὶν, οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἶπεν Ἰακώβ· παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τό-

που ἐκείνου, [a] παρεμβολαί, ὥστε ἐκ τῆς προσηγορίας διηνεκῆ τὴν ὑπόμνησιν εἶναι τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἐκεῖσε ὀπτασίας. Εἶτα μετὰ τὴν ὀπτασίαν ταύτην, Ἀπέστειλε, φησὶν, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀγγέλους πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐνετείλατο λέγων· οὕτως ἐρεῖτε τῷ κυρίῳ μου Ἡσαῦ. Ὅρα καὶ μετὰ τὴν D ὄψιν πόσος ἔτι ὁ φόβος ἐπέκειτο τῷ δικαίῳ. Ἐδεδοίκει γὰρ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ὁρμὴν, καὶ ἠγωνία, μὴ ἡ μνήμη τῶν πρὶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ ἔφοδον παρορμήσῃ. Εἴπατε, φησὶ, τῷ κυρίῳ μου Ἡσαῦ· οὕτω λέγει ὁ παῖς σου Ἰακώβ· μετὰ Λάβαν παρῴκησα, καὶ ἐχρόνισα ἕως τοῦ νῦν, καὶ ἐγένοντό μοι βόες καὶ ὄνοι καὶ πρόβατα καὶ παῖδες καὶ παιδίσκαι, καὶ ἀπέστειλα τῷ κυρίῳ μου, ἵνα εὕρῃ ὁ παῖς σου ἐναντίον σου χάριν. Σκόπει πῶς δέδοικε τὸν ἀδελφὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξευμενίσασθαι αὐτὸν βουλόμενος, προαποστέλλει μηνύων αὐτῷ τήν τε οἰκείαν ἐπάνοδον, τήν τε γεγενημένην αὐτῷ περιουσίαν, καὶ ὅπου τὸν E ἅπαντα διετέλεσε χρόνον, ἵνα μαλάξας αὐτοῦ τὸν θυμὸν, ἥμερον αὐτὸν καταστῆσαι δυνηθῇ· ὃ δὴ καὶ γεγένηται, τοῦ Θεοῦ κατευνάσαντος αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ σβέσαντος τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ ἥμερον αὐτὸν καταστήσαντος. Εἰ γὰρ τὸν Λάβαν τὸν μετὰ τοσαύτης ὁρμῆς καταδιώξαντα, ἐν τοσούτῳ φόβῳ γενέσθαι παρεσκεύασε δι' ὧν πρὸς αὐτὸν εἶπε, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀδελφὸν ἡμερώτερον ἂν γενέσθαι παρεσκεύασε περὶ τὸν δίκαιον. Ἀνέστρεψαν δὲ, φησὶ, λέγοντες· ἀπήλθομεν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου, καὶ ἔρχεται εἰς συνάντησίν σου, καὶ τετρακόσιοι ἄνδρες μετ' αὐτοῦ. Ὅρα 563 πῶς καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπέτεινε τῷ δικαίῳ τὸν φόβον. A Οὐδὲ γὰρ ᾔδει τὸν σκοπὸν τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ ἀκριβείας, ἀλλὰ μαθὼν τὸ πλῆθος τῶν συνόντων αὐτῷ ἐδεδοίκει, ὑφορώμενος μὴ ὡς πρὸς πόλεμον [a] παρασκευασάμενος, οὕτω τὴν ὑπάντησιν ποιήσασθαι βούληται. Ἐφοβήθη γὰρ, φησὶν, Ἰακώβ, καὶ διηπορεῖτο. Ὁ φόβος αὐτοῦ τὴν διάνοιαν διετάρασσε, καὶ [b] οὐκ ᾔδει τὸ τί πράξει, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ ἐγεγόνει· διὸ ὡς περὶ τοῦ παντὸς δεδοικὼς, καὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, Διαιρεῖ εἰς δύο παρεμβολὰς πάντα τὸν λαὸν τὸν μετ' αὐτοῦ. Εἶπε γὰρ, φησίν· ἐὰν ἔλθῃ εἰς παρεμβολὴν μίαν καὶ κόψῃ αὐτὴν, ἡ δευτέρα ἔσται εἰς τὸ σώζεσθαι. Ταῦτα μὲν ὁ φόβος ὑπηγόρευσε καὶ ἡ πολλὴ δειλία. Ὁρῶν δὲ ἑαυτὸν ὡς ἐν δικτύοις ἀπει- B λημμένον, ἐπὶ τὸν ἄμαχον Δεσπότην καταφεύγει, καὶ τὰς ὑποσχέσεις τὰς εἰς αὐτὸν γεγενημένας ἀπαιτεῖ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, μονονουχὶ λέγων πρὸς αὐτόν· νῦν ἥκει καιρὸς, ἐν ᾧ καὶ διὰ τὴν τῶν προγό-

Deinde post visionem hanc, 3. *Misit*, inquit, *ante se nuntios ad Esaü fratrem suum, et mandavit eis, dicens : Sic dicetis domino meo Esaü*. Vide et post visionem quantus adhuc timor urgebat justum. Timebat enim fratris violentiam, et angebatur animo, ne forte memoria eorum quæ olim facta sunt impelleret illum ad insidias. 4. *Dicite*, inquit, *domino meo Esaü : Sic dicit servus tuus Jacob : Peregrinus fui cum Laban, et longo tempore ibi moratus sum usque nunc*, 5. *et contigerunt mihi boves, et asinæ, et oves, et servi, et ancillæ, et misi ut annuntiaretur domino meo Esaü, ut inveniat puer tuus gratiam coram te*. Attende quomodo timeat fratrem : et propterea placare eum volens, præmittat significans ei et reditum suum et substantiam quæ sibi contigerat, et ubi tanto tempore moratus fuerit, ut placato ejus furore clementem reddere possit : id quod et factum est, Deo cor illius demulcente, et illum tractabilem exstincta ira faciente. Nam si Labanum qui tanta concitatione persequebatur, deterruit per ea quæ ad ipsum dicebat : multo magis fratrem mansuetiorem erga justum reddidit. 6. *Reversi sunt autem*, inquit, *dicentes : Venimus ad fratrem tuum, et venit in occursum tuum, et quadringenti viri cum eo*. Vide quomodo et istuc ipsum auget metum justi. Neque enim sciebat evidenter mentem fratris : sed ut didicit multitudinem venientium cum illo, formidavit, suspicans ne quasi in bellum contra se veniret, et ita vellet occurrere. 7. *Timuit* enim, inquit, *Jacob, et perplexus erat*. Formido mentem ejus turbaverat, et nesciebat quid faceret, sed mansit perplexus : propterea timuit quasi de salute sua, et mortem ante oculos habens. *Divisit autem in duas turmas omnem populum qui secum erat*. 8. *Dixit enim, Si venerit ad turmam unam, et percusserit eam, erit adhuc altera, quæ salvabitur*. Talia suggerebant ei timor et magna formido. Videns autem se quasi in reti comprehensum, ad invictum Dominum confugit, et promissiones quæ ei factæ erant repetit ab omnium Deo, quasi dicens ad eum : Nunc venit tempus in quo et propter primogenitorum virtutem, et propter promissionem quæ a te facta est mihi, dignus habear qui

[a] Quinque Mss. παρεμβολή. Alii παρεμβολαί, et sic legitur in τοῖς O'., ubi primo loco illud Hebraïcum מחנה *Mahane*, quia in singulari positum, vertitur παρεμβολή. Secundo autem loco ubi in Hebræo legitur מחנים *Mahanaim*, forma duali, παρεμβολαί vertunt LXX.

[a] Sex Mss. παρασκευαζόμενος.

[b] [Coisl. οὐκ ᾔδει τί πράξει.]

tuo adjuver præsidio. 9. *Dixit* enim *Jacob : Deus patris mei Abraham, et Deus patris mei Isaac, tu qui dixisti mihi, Vade in terram nativitatis tuæ;* qui evocasti me, inquit, de terra aliena, et præcepisti ut redirem ad patrem meum, et in terram nativitatis : 10. *Satis mihi sit de omni justitia et veritate, quam fecisti puero tuo.* Sufficiat mihi, inquit, ad subsidium in præsenti tempore. Qui enim usque ad præsens tempus tantam erga me declarasti providentiam, potes etiam nunc eripere me ab urgentibus periculis. Non enim ignoro, quod *In isto baculo meo transivi Jordanem :* sed propter tuam de me sollicitudinem, qui baculum solum gestans abivi in terram alienam, *Nunc cum duabus turmis adveni.* Tu igitur, Domine, qui tantam mihi substantiam largitus es, qui tantum incrementum dedisti, nunc 11. *Eripe me de manu fratris mei Esaü : quia timeo ego eum, ne forte percutiat me, et matrem cum pueris.* 12. *Tu dixisti : Benefaciam tibi, et ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ numerari nequit præ multitudine.*

Jacob petit a Deo ut suas promissiones impleat.

2. Vide justi religiosum animum, et probum affectum : quomodo non aliud Dominum precatur, quam ut suas promissiones adimpleat. Et de prioribus exhibita gratiarum actione, confessusque se nudum et omnibus destitutum in tantam pervenisse abundantiam, supplicat ut de periculo se liberet. *Dixisti* enim, inquit, *Ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit.* Cum igitur orationem suam ad Deum fecisset, et supplicationem precum obtulisset, facit et suum officium. Et acceptis muneribus, inquit, ex iis quæ afferebat, misit fratri, cum segregasset quæ mitterentur, et mandata dedisset, ita ut placaretur etiam per verba animus fratris, et suus nuntiaretur adventus. 20. *Dicite* enim, inquit, *Ecce puer tuus advenit post nos;* ut primum redderetur amicus, et tunc in faciem ejus occurreret. *Posthac enim,* inquit, *videbo faciem ejus : forte enim accepta erit ei facies mea.* 21. *Et antecedebant dona secundum faciem ejus.* Verum vide, obsecro, ineffabilem Dei clementiam, et quomodo semper congruo tempore suam declarat providentiam. Nam de Laban quidem quoniam justus nihil tale suspicabatur, ne-

v. 13.—19.

564

νων ἀρετὴν, καὶ διὰ τὴν παρὰ σοῦ γεγενημένην ὑπόσχεσιν δίκαιος ἂν εἴην ἀπάσης ἀπολαῦσαι συμμαχίας. Εἶπε γὰρ, φησὶν, Ἰακώβ· ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἰσαὰκ, σὺ, φησὶν, ὁ Θεὸς, ὁ εἰπών μοι· ἀπότρεχε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου· ὁ ἀναστήσας με, φησὶν, ἀπὸ τῆς ξένης, καὶ προστάξας ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν πατέρα τὸν ἴδιον καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεως· [c] Ἱκανούσθω μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, καὶ ἀληθείας, ἧς ἐποίησας τῷ παιδί σου. Ἀρκείσθω, φησὶ, πρὸς τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ συμμαχίαν. Ὁ γὰρ μέχρι τοῦ παρόντος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος περὶ ἐμὲ κηδεμονίαν, δυνατὸς εἶ καὶ νῦν ἐξαρπάσαι με τῶν ἐπικειμένων μοι κινδύνων. Οὐδὲ γὰρ ἀγνοῶ, ὅτι Ἐν τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ διῆλθον τὸν Ἰορδάνην τοῦτον· νυνὶ δὲ διὰ τὴν σὴν περὶ ἐμὲ πρόνοιαν, ὁ τὴν βακτηρίαν μόνην ἐπιφερόμενος, ἡνίκα εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπῆειν, νῦν μετὰ δύο παρεμβολῶν παραγέγονα. Σὺ οὖν, Δέσποτα, ὁ ταύτην μοι τὴν εὐπορίαν χαρισάμενος, ὁ εἰς τοσοῦτόν με αὐξηθῆναι παρασκευάσας, σὺ νῦν Ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἡσαῦ, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ αὐτὸν, μήποτε πατάξῃ με, καὶ μητέρα ἐπὶ τέκνοις. Σὺ εἶπας· εὖ σε ποιήσω, καὶ θήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἀριθμηθήσεται [d] ὑπὸ τοῦ πλήθους.

[c] [Coisl. *ἱκανοῦτκί μοι*, et paulo post *ἀρκεῖς μοι τὴν ἐπὶ τοῦ.*]

[d] Sex Mss. *ἀπὸ τοῦ πλήθους*, forte melius.

[e] Sex Mss. *γυμνὸν ὄντα καὶ ἔρημον εἰς.*

Ὅρα τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον καὶ τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, πῶς οὐδὲν ἕτερον ἀξιοῖ τὸν Δεσπότην, ἢ τὰς οἰκείας ὑποσχέσεις πληρῶσαι. Καὶ ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εὐχαριστίαν ἐπιδειξάμενος, καὶ ὁμολογήσας ὅτι [e] γυμνὸν ὄντα καὶ ἀπερρὶμμένον εἰς τοσαύτην περιουσίαν κατέστησεν, ἱκετεύει τοῦ κινδύνου αὐτὸν ἐξαρπάσαι. Εἶπας γὰρ, φησὶν, ὅτι θήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἐξαριθμηθήσεται. Ποιησάμενος δὲ τὴν πρὸς τὸν Δεσπότην παράκλησιν, καὶ τὴν ἱκετηρίαν τῆς προσευχῆς ἀνενέγκας τῷ Δεσπότῃ, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ προστίθησι. Καὶ λαβὼν, φησὶ, δῶρα, ἐξ ὧν ἐπεφέρετο, ἀπέστειλε τῷ ἀδελφῷ, διελὼν τὰ ἀποσταλέντα, καὶ ἐντολὰς δεδωκὼς, ὥστε καὶ διὰ τῶν λόγων ἐξευμενίσασθαι, καὶ μηνῦσαι τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν. Εἶπατε γὰρ, φησὶν, ὅτι ἰδοὺ ὁ παῖς σου παραγίνεται ὀπίσω ἡμῶν· ὥστε πρότερον ἐξευμενίσασθαι, καὶ τότε τὴν κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ γενέσθαι συντυχίαν. Μετὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ὄψομαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἴσως γὰρ, φησὶ, προσδέξεται τὸ πρόσωπόν μου. Καὶ προεπορεύετο τὰ δῶρα κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅρα μοι ἐνταῦθα πάλιν τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, καὶ ὅπως ἀεὶ καταλλήλως τὴν οἰκείαν πρόνοιαν ἐνδείκνυται. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Λάβαν, ἐπειδὴ ὁ δίκαιος οὐδὲν τοιοῦτον

ὑπώπτευεν, οὐδὲ ᾔδει ὅτι πάντως αὐτὸν καταλήψεται ὁ Λάβαν μετὰ πολλῆς τῆς ὁρμῆς ἐπὶ τὸ ἀμύνασθαι B τὸν δίκαιον τῆς λάθρᾳ γενομένης ἀναχωρήσεως ἕνεκα, τῷ Λάβαν ἐπιφανεὶς καταστέλλει αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, καὶ ἐντέλλεται μηδὲν τῷ Ἰακὼβ μηδὲ ἐν ῥήμασι λυπηρὸν ἀποκρίνασθαι· Μὴ λαλήσῃς γὰρ, φησὶ, μετὰ Ἰακὼβ πονηρόν· καὶ τοῦτο ᾠκονόμει διὰ τῆς ἐκείνου γλώττης γνώριμον γενέσθαι τῷ δικαίῳ, ἵνα μαθὼν τὴν περὶ αὐτὸν γεγενημένην οἰκονομίαν θαρσαλεώτερον καταστῇ. Νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ ὁ ἀδελφὸς μὲν ὑπὸ τοῦ μήκους τοῦ χρόνου λωφήσας ἦν, καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἀγανάκτησιν παύσας τὴν κατὰ τοῦ Ἰακὼβ, οὗτος δὲ ἐναγώνιος ἦν, δεδοικὼς καὶ τρέμων τοῦ ἀδελφοῦ τὴν συντυχίαν, ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης οὐκ ἔτι τῷ Ἡσαῦ C ἐντέλλεται· οὐδὲ γὰρ ἐβουλεύετό τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ· ἀλλὰ τὸν δίκαιον παραμυθεῖται. Μετὰ γὰρ τὸ ἀποστεῖλαι, φησὶ, τοὺς τὰ δῶρα ἀποκομίζοντας, καθευδήσας, φησὶ, καὶ Ἀναστὰς ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, διήγαγε τὰς δύο γυναῖκας καὶ τὰ παιδία τὴν διάβασιν τοῦ Ἰαβώχ· καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς, καὶ διέβη τὸν χειμάρρουν. Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ. Μεγάλη ἡ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπία. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν συντυχίαν ποιήσασθαι, ἵνα μάθῃ διὰ τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐδὲν ἀηδὲς ὑποστήσεται, ἐν σχήματι ἀνθρώπου παλαίειν μετὰ τοῦ δικαίου καταδέχεται. Εἶτα ὁρῶν D ἑαυτὸν ἡττώμενον [a] ὁ Ἰακὼβ, Ἐκράτησε, φησὶ, τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ. Ὅλον δὲ τοῦτο συγκατάβασεως ἕνεκεν ἐγίνετο, ἵνα τὴν δειλίαν ἐξέλῃται τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς, καὶ πείσῃ ἐκτὸς πάσης ἀγωνίας τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν συντυχίαν ποιήσασθαι. Κρατήσαντος γὰρ, φησὶ, τοῦ Ἰακὼβ τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ, ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. Εἶτα ἵνα μάθῃ ὁ Ἰακὼβ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸς αὐτὸν παλαίειν νομιζομένου, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Αἰ- E σθόμενος τοίνυν ὁ δίκαιος τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως ταῦτα εἰρηκότος, φησί· Οὐ μή σε ἀποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. Μεγάλων ἠξιώθην, φησὶ, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τὴν ἐμαυτοῦ. Οὐ πρότερον τοίνυν σε ἐάσω, μέχρις ἂν τῆς εὐλογίας ἀπολαύσω τῆς παρὰ σοῦ. Εἶτά φησι, Τί τὸ ὄνομά σού ἐστιν; Ὅρα πάλιν συγκατάβασιν. Εἰ γὰρ μὴ ἠρώτησεν, οὐκ ἤδει τοῦ δικαίου τὴν προσηγορίαν; Ἤδει πάντως, ἀλλὰ βούλεται αὐτὸν πιστώσασθαι διὰ τῆς ἐρωτήσεως, καὶ διδάξαι, τίς

que sciebat Labanum cum tanta vi invadere se velle, ut clam susceptum ab se discessum ulciscereturdictum est apparuisse angelum noctu Labano, et repressisse ejus impetum, mandatumque dedisse ne vel asperum verbum loqueretur Jacob: dicebat enim, *Ne loquaris cum Jacob mala :* Gen. 31. et hoc ita dispensabat, quo per illius linguam 24. notum fieret justo, ut fidentiori esset animo comperta tanta Dei in se providentia. Nunc autem, quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieveratque ira et indignatio contra Jacob: hic autem anxius erat, timens et tremens fratris occursum : bonus Dominus non jam Esaü præcipit, (nihil enim contra fratrem meditabatur), sed justum solatur. Nam postquam misisset offerentes munera, et dormivisset, 22. *Surrexit in nocte illa, et uxores duas et filias transmisit in transitu Jaboch;* 23. *et accepit eos, et transiit torrentem.* 24. *Relictus est autem Jacob solus, et luctabatur homo cum eo.* Magna Domini clementia. Quoniam occursurus erat fratri, ut sciret reipsa quod nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum justo voluit. Deinde videns se vinci, 25. *Apprehendit,* inquit, *latitudinem femoris ejus.* Totum autem hoc factum est, ut se illius humilitati attemperaret, formidinem ex anima justi eximeret, et persuaderet ei, ut citra angorem fratri occurreret. Nam cum tenuisset latitudinem femoris Jacob, *Emarcuit latitudo femoris Jacob, cum colluctaretur ille cum eo.* Deinde ut sciret Jacob virtutem ejus quem secum luctari putabat, dicit ad eum: 26. *Dimitte me; ascendit enim aurora.* Sentiens igitur justus magnitudinem virtutis ejus, qui hæc sibi dixerat, dixit: *Minime te dimittam, nisi me benedixeris.* Magna consequutus sum, et quæ supra meam sunt dignitatem : non prius te relinquam, donec benedictionem a te accipiam. Deinde dicit, 27. *Quod nomen tuum est?* Vide iterum quantum sese humiliet et attemperet. Num si non interrogasset, nescivisset justi nomen? Sciebat utique : sed interrogatione vult ejus fiduciam solidare, et docere quis sit qui ei loquatur. Et postquam dixit, Jacob, 28. inquit: *Non vocabitur* 565 A *nomen tuum Jacob, sed Israël erit nomen*

[a] Εἶτα ὁρῶν ἑαυτὸν ἡττώμενον ὁ Ἰακώβ. Hic series prorsus intricata videtur : nam si ita se habeat, ut in Editis et in Manuscriptis omnibus [etiam Coisl.] legitur, Jacob ipse in lucta victus fuerit, ipse dixerit : *Dimitte me, ascendit enim aurora.* Et tamen non modo Hebraïcus textus, omnesque Interpretes hæc verba dicunt esse ejus qui luctabatur cum eo; sed ipse Chrysostomus infra dicit, *αἰσθόμενος τοίνυν ὁ δίκαιος τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τοῦ ταῦτα εἰρηκότος : sentiens igitur justus magnitudinem virtutis ejus qui sibi hæc dixerat.* Quamobrem videtur series aliquantum vitiata esse. Savilius notat in margine, legendum esse sibi videri, ἡττώμενον τοῦ Ἰακώβ : sed forte melius legeretur ἡττώμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακώβ. Ut ut est, textum, nullo suffragante Codice, mutare non ausi sumus.

tuum. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, multo magis contra homines potens eris. Vidisti quomodo ostendit totam causam, propter quam adeo se demisit, et simul docuit justum per nominis impositionem quis esset quem viderit et comprehenderit. *Non ultra* enim *vocaberis Jacob, sed Israël erit nomen tuum.* Israël autem, si quis interpretetur, sonat, Videns Deum. Quoniam sicut videre homini possibile est, Deum videre meruisti: propterea et hanc appellationem tibi impono, ut omnibus posteris manifestum sit, quam visionem assequutus fueris. Et subjicit: *Quoniam prævaluisti contra Deum, et contra homines potens eris:* nihil amplius time, neque damnum aliquod exspectes, quod ab aliquo feras. Nam qui tantam virtutem accepisti, ut cum Deo luctari valueris, multo magis homines superabis, et invictus omnibus eris.

Israël videns Deum.

3. His auditis justus obstupescens magnitudinem ejus qui secum colloquebatur, dicit ei: 29. *Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum.* Intra tuos limites, inquit, mane, et ne transgrediaris mensuram tuam. Vis meam benedictionem obtinere? Ecce eam tibi do. Dicit enim, *Et benedixit eum.* 30. *Et vocavit,* inquit, *Jacob nomen loci illius, Speciem Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Vides quantum ei fiduciæ a visione sit inditum? *Salva facta est anima mea,* quæ erat propemodum mortua præ timore. Quoniam videre mihi datum est Deum facie ad faciem, *Salva facta est anima mea.* 31. *Ortus est autem ei sol, quando præteriit*[c] *visio Dei.* Vidisti quomodo infirmitati humanæ Dominus sese attemperans, omnia agit et tractat, ut suam benignitatem declaret? Et ne admireris, dilecte, quod tanta sit indulgentiæ illius magnitudo: sed cogita quomodo et patriarchæ, cum apud quercum sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit, præsignans nobis jam multo antea et ab initio se humanam naturam suscepturum esse, ut sic omnem humanam naturam a diaboli tyrannide liberaret, et ad salutem reduceret. Verum tunc quidem, quoniam initia et principia erant, in figura uni-

Cur humana figura appareant angeli.

ἐστιν ὁ πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, Ἰακώβ, φησίν· Οὐ κληθήσεταί ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Εἶδες πῶς ἔδειξε τὴν αἰτίαν ἅπασαν, δι' ἣν τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν ἐπεδείξατο, καὶ ὁμοῦ διδάσκει τὸν δίκαιον διὰ τῆς ἐπιτεθείσης αὐτῷ προσηγορίας, τίς ἐστιν ὃν εἶδε καὶ κατασχεῖν κατηξιώθη. Οὐκ ἔτι γὰρ κληθήσεται, φησίν, Ἰακὼβ τὸ ὄνομά σου, ἀλλ' Ἰσραήλ. Ἰσραὴλ δὲ [a] ἑρμηνεύεται, ὁρῶν Θεόν. Ἐπειδή, ὡς ἰδεῖν ἀνθρώπῳ δυνατόν, ἰδεῖν κατηξιώθης Θεόν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν προσηγορίαν σοι ταύτην ἐπιτίθημι, ἵνα πᾶσι τοῖς ἐξῆς κατάδηλον γένηται, οἵας ἠξιώθης ὀπτασίας. Καὶ ἐπήγαγεν, Ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. [b] Μηδὲ λοιπὸν δέδιθι, μηδὲ βλάβην τινὰ προσδοκήσῃ παρά τινος ὑπομένειν. Ὁ γὰρ τοσαύτην ἰσχὺν προσλαβών, ὡς καὶ μετὰ Θεοῦ δυνηθῆναι παλαῖσαί σε, πολλῷ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων περιέσῃ, καὶ ἀχείρωτος ἅπασι γενήσῃ.

Ταῦτα ἀκούων ὁ δίκαιος, καὶ καταπλαγεὶς τοῦ πρὸς αὐτὸν διαλεγομένου τὸ μέγεθος, φησίν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἵνα τί ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. Ἔσω, φησί, τῶν οἰκείων ὅρων μένε, καὶ μὴ ὑπέρβαινέ σου τὰ μέτρα. Εὐλογίας βούλει ἀπολαῦσαι τῆς παρ' ἐμοῦ; Ἰδού, ταύτην σοι δωροῦμαι. Εὐλόγησε γὰρ, φησὶν, αὐτόν. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος Θεοῦ. Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Ὁρᾷς πόσον αὐτῷ θάρσος γέγονεν ἀπὸ τῆς ὀπτασίας τῆς γεγενημένης; Ἐσώθη γάρ μου, φησὶν, ἡ ψυχὴ, ἡ σχεδὸν ἀποτεθνηκυῖα ὑπὸ τοῦ δέους. Ἐπειδὴ ἰδεῖν κατηξιώθην πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν Θεὸν, Ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. Εἶδες πῶς τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἀνθρωπίνῃ συγκαταβαίνων ὁ Δεσπότης πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι; Καὶ μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητὲ, πρὸς τὸ τῆς συγκαταβάσεως μέγεθος, ἀλλ' ἐννόησον ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, ἡνίκα παρὰ τὴν δρῦν ἐκαθέζετο, ἐν ἀνθρώπου σχήματι μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐπεξενώθη τῷ δικαίῳ, προμηνύων ἡμῖν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὅτι μέλλει ἀνθρωπίνην μορφὴν λαμβάνων, οὕτω πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐλευθεροῦν, καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐπανάγειν. Ἀλλὰ τότε μὲν, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια ἦν, ἐν σχήματι φαντασίας ἑκάστῳ αὐτῶν

[a] Savil. male ἑρμηνεύεται, νοῦς ὁρῶν Θεόν, quod in uno tantum Ms. habetur: νοῦς enim abest a cæteris omnibus. [Legitur in Coisl.] Esset potius ἀνὴρ ὁρῶν Θεόν, *vir videns Deum:* ut quidam interpretantur, *is, ἀνήρ, vir.* Hebraïce אִישׁ. Sed א primum deest in nomine ישראל.

[b] Quinque Mss. μηδένα λοιπόν, non male.

[c] [Imo vertendum est, *Speciem Dei.* Jacob scilicet locum ita vocatum præteriit.]

ἐφαίνετο, καθάπερ καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ προφήτου φησίν· Ἐγὼ ὁράσεις ἐπληθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· ὅτε δὲ κατηξίωσε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν ἀναδέξασθαι, οὐ φαντασίᾳ, οὐδὲ δοκήσει τὴν σάρκα ὑπέδυ, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Καὶ διὰ τοῦτο διὰ πάντων τῶν ἡμετέρων ἐλθεῖν κατεδέξατο, καὶ ἐκ γυναικὸς τεχθῆναι, 566 καὶ βρέφος γενέσθαι, καὶ σπαργανωθῆναι, καὶ γαλακτοτροφηθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὑποστῆναι, ἵνα πιστώσηται τῆς οἰκονομίας τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀποῤῥάψῃ τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα. Διὰ τοῦτο καὶ καθεύδει ἐπὶ τοῦ πλοίου, καὶ ὁδοιπορεῖ, καὶ κοπιᾷ, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ὑπομένει, ἵνα διὰ τῶν πραγμάτων πάντας πληροφορῆσαι δυνηθῇ. Διὰ τοῦτο καὶ δικαστηρίῳ παρίσταται, καὶ σταυροῦται, καὶ θάνατον ὑπομένει τὸν ἐπονείδιστον, καὶ ἐν μνημείῳ τίθεται, ἵνα τὰ τῆς οἰκονομίας διὰ πάντων κατάδηλα γένηται. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα τὴν ἡμετέραν ἀνέλαβεν, οὐδὲ ἐσταυρώθη, οὐδὲ ἀπέθανεν, οὐδὲ ἐτάφη, οὐδὲ ἀνέστη. Εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, πᾶς ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος ἀνατέτραπται. Ὁρᾷς εἰς ὅσην ἀτοπίαν ἐκπίπτουσιν οἱ μὴ βουλόμενοι τῷ τῆς θείας Γραφῆς κατακολουθεῖν κανόνι, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἅπαντα ἐπιτρέποντες; Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα ἀλήθειά ἐστι προφανὴς, οὕτως ἐπὶ τοῦ δικαίου· τούτου φαντασία τις ἦν, δι' ἧς ἐχρῆν πληροφορηθῆναι τὸν δίκαιον, ὅσης ἀπολαύει τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας, καὶ ὅτι ἀχείρωτος ἔσται πᾶσι τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐπιχειροῦσιν. Εἶτα ἵνα μηδένα τῶν εἰς τὸ ἑξῆς λάθῃ ἡ γεγενημένη αὐτῷ ὀπτασία, Ἐπέσκαζε, φησὶ, τῷ μηρῷ αὐτοῦ. Ἕνεκα τούτου οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον, ὃ ἐνάρκησεν, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὅτι ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ, ὃ καὶ ἐνάρκησεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν δίκαιος ἔμελλε πληρώσας τῆς ζωῆς αὐτοῦ τοὺς χρόνους μεθίστασθαι τοῦ βίου, ἐχρῆν δὲ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην εἰς αὐτὸν κηδεμονίαν, καὶ τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν παντὶ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων γνώριμον γενέσθαι, διὰ τοῦτό φησιν· Οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ὃ ἐνάρκησεν. Εἰδὼς αὐτῶν τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ ὅπως ἐπιλανθάνονται τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, διὰ τοῦτο σοφιζόμενος διηνεκῆ αὐτοὺς ἔχειν τὴν μνήμην τῶν παρ' αὐτοῦ γεγενημένων εὐεργεσιῶν, τὰ ὑπομνήματα φυλάττεσθαι αὐτοὺς ἐμηχανήσατο διὰ τῶν τοιούτων παρατηρήσεων· καὶ τοῦτο διὰ πάσης τῆς Γραφῆς ἐστιν εὑρεῖν. Αὕτη γὰρ μάλιστά ἐστιν ἡ αἰτία τῶν πλειόνων παρατηρήσεων, τὸ βούλεσθαι αὐτὸν ἀδιαλείπτως τὰς ἑξῆς γενεὰς μελετᾷν τοῦ Θεοῦ τὰς εὐεργεσίας, καὶ μὴ λήθην τούτων ποιησαμένους ἐπὶ τὴν οἰκείαν πλάνην πάλιν ἀνατρέχειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο ἔθος τῷ τῶν Ἰουδαίων γένει.

cuique illorum apparebat, sicut ipse per alium prophetam dicit : *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* : quando autem dignatus est Dominus humanam formam suscipere, et primitias nostras recipere, non in figura neque apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et ea propter voluit per A omnia nostra transire, ex muliere nasci, infans fieri, panniculis involvi, et lacte pasci, aliaque omnia ferre, ut dispensationis veritas credibilior esset, et hæreticorum ora obturarentur. Propterea et dormit in navi, et iter facit, et fatigatur, et omnia humana sustinet, ut per res ipsas certisque argumentis persuadeat omnibus. Propter hoc etiam tribunali adstat, et crucifigitur, mortemque sustinet ignominiosissimam, et in sepulcro ponitur, ut sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nam si non vere carnem nostram assumsit : neque crucifixus C est, neque mortuus, neque sepultus, neque resurrexit. Quod si non resurrexit, omnis de incarnatione sermo subversus est. Vides in quantam absurditatem incidunt qui divinæ Scripturæ canonem sequi nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hic perspicua est veritas, ita apud justum illum figura quædam erat, per quam justus multis argumentis certior fieret, quantam sui curam Deus haberet, et invictum se futurum esse omnibus qui sibi insidiarentur. Deinde, ut posteritati nota fieret ejus visio, *Claudicavit*, inquit, *femore suo.* 32. *Propter hoc non comedunt filii Israël nervum qui emarcuit, qui est super latitudinem femoris, usque in hunc diem : quia attigit nervum super latitudinem femoris Jacob, et emarcuit.* Quoniam enim justus impletis vitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac vita : oportebat autem providentiam Dei in illum, et tantam Dei attemperationem omni hominum generi declarari : *Ideo*, inquit, *non comedunt filii Israël nervum latitudinis femoris, qui emarcuit.* Sciens eorum admodum D ingratam mentem, et quam facile obliviscantur Dei beneficia, perpetuo artibus quibusdam efficit ut monumenta habeant eorum quæ a se facta sunt, providetque ut illa monimenta per hujusmodi observationes custodiantur; id quod per Scripturam totam invenies. Hæc enim maxima causa est plurimarum observationum, quod velit perpetuo futuras generationes meditari beneficia Dei, et non oblivione umquam oblite-rantes ad suos errores recurrere : qui mos fuit

Osee 12. 10.

Veritas incarnationis declaratur.

Beneficiorum Dei monumenta in Scriptura.

Judæorum maxime genti peculiaris. Nam qui de beneficiis sæpe summam præ se tulerunt ingratam voluntatem, multo magis, nisi hoc fuisset factum, omnia quæ a Deo in ipsos facta sunt, e mente sua abjecissent. Cæterum videamus nunc quomodo fratri suo Jacobus occurrerit. Postquam enim ex iis quæ facta sunt, idoneam accepit consolationem et promissionem quod fortis futurus

Caput 28. esset, et potens etiam contra homines, 1. *Elevatis oculis vidit, et ecce Esaü frater ejus, et quadringenti viri cum eo. Et divisit Jacob pueros ad Liam et Rachel, et duas ancillas.* 2. *Et posuit duas ancillas et pueros earum in principio, et Liam et pueros ejus postea, et* 567 *Rachel ac Joseph postremos.* 3. *Ipse autem præcessit ante eos et adoravit super terram septies, donec appropinquavit ad fratrem suum.* Vide quomodo divisione facta, ipse præ omnibus occurrit. *Et adoravit super terram,* inquit, *septies, donec appropinquavit ad fratrem suum:* per gestus, et per adorationem fratrem in sui benevolentiam provocans: id quod et factum est. 4. *Nam Esaü accurrens,* inquit, *amplexatus est eum, et osculatus est, procidit que in collum ejus: et flebant uterque,*

λῶσαι τὸν τρόπον, ἵν' οὕτω καὶ αὐτοὶ τὸν πατέρα ἐπισπάσωνται, τοῦτο μὲν οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλὰ κοινὸν μῖσος περὶ τὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀγαπώμενον ἐπεδείκνυντο. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν, καθάπερ ἐκπολεμούμενοι, οὕτω λανθάνουσαν ἔσωθεν τὴν πονηρίαν τίκτοντες, οὐδὲν εἰρηνικὸν αὐτῷ διελέγοντο, ἀλλὰ μετὰ δόλου προσεφέροντο· ὁ δὲ θαυμάσιος οὗτος τὴν ἀδελφικὴν εὔνοιαν πρὸς αὐτοὺς ἀποσώζων, καὶ οὐδὲν ὑπιδόμενος, ἅτε δὴ ὡς ἀδελφοῖς ἐθάῤῥει, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα ἀνετίθετο.

Τοῦτο τὸ πάθος καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸν Κάϊν εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ὁρμῆσαι παρεσκεύασε. Καὶ καθάπερ οὗτοι διὰ τὴν εὔνοιαν τοῦ πατρὸς, ἣν περὶ τὸν παῖδα ἐπεδείκνυτο, μισεῖν αὐτὸν παρεσκευάζοντο, καὶ πολεμεῖν ἐπεχείρουν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὠδῖνον τὴν κατ' αὐτοῦ σφαγήν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀκεῖνος θεασάμενος ὅτι τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρα μᾶλλον δεκτὰ γέγονεν, εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ἐκινήθη, καί φησιν, Ἐξέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Ὁρᾷς καὶ τοῦτον μηδὲν ὑφορώμενον, ἀλλ' οἷα δὴ ἀδελφῷ πειθόμενον, κατεξιόντα καὶ [a] πάρεργον γινόμενον τῆς μιαρᾶς ἐκείνης δεξιᾶς; Οὕτω δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἰωσὴφ, οὐκ εἰδὼς τὴν κακὴν τῶν ἀδελφῶν ὁμόνοιαν, ὡς ἀδελφοῖς προσεφέρετο, καὶ τὰ ἐνύπνια, ἅπερ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυπτε, προμηνύων αὐτῷ τὴν περιφάνειαν ἐν ᾗ γίνεσθαι ἔμελλε, καὶ τῶν ἀδελφῶν τὴν ὑποταγὴν εἰς μέσον προετίθει. Ἐνυπνιασθεὶς γὰρ, φησὶν, ἐνύπνιον ἀπήγγειλε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἀκούσατέ μου τοῦ ἐνυπνίου τούτου. Ὤμην ἡμᾶς δεσμεύειν δράγματα ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ, καὶ ἀνέστη τὸ ἐμὸν δράγμα καὶ ἀνωρθώθη· περιστραφέντα δὲ τὰ ὑμέτερα δράγματα προσεκύνησαν τὸ ἐμὸν δράγμα. Εἶπαν δὲ αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· μὴ βασιλεύων βασιλεύσεις ἐφ' ἡμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσεις ἡμῶν; Καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ προέλαβε καὶ ἐδίδασκεν ἡμᾶς, ὅτι ἄνωθεν τὸ μῖσος τὸ πρὸς αὐτὸν ἐπεδείκνυντο, ἵνα μὴ νομίσωμεν ἐντεῦθεν ἀρχὴν αὐτοὺς εἰληφέναι τοῦ κατ' αὐτὸν πολέμου. Προσέθεντο γὰρ ἔτι μισεῖν αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, πολλῷ πλέον ηὔξανον τὸ μῖσος καὶ τὴν ἔχθραν τὴν κατ' αὐτοῦ. Καὶ ὅρα τῆς πηρώσεως τὴν ὑπερβολήν· αὐτοὶ τὸ ὄναρ διακρίνουσιν. Οὐδὲ γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐφθόνουν κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ μαθόντες ἐκ τῶν ὀνειράτων τὰ ἐσόμενα, προσθήκην τοῦ μίσους εἰργάζοντο.

oporteret illos imitari fratrem, et æmulari mores ejus, ut sic et ipsi patrem sibi conciliarent, ne hoc quidem illis in mentem venit, sed communi odio filium a patre dilectum prosequebantur. Et illi quidem, quasi hostes facti, intus latentem malitiam parientes, nihil pacifice ei, sed cum dolo loquebantur : ille autem admirabilis fraternam benevolentiam cum eis servans, nihilque suspicans, ut fratribus bene fidens, omnia quæ in se erant faciebat.

2. Hic morbus ab initio et Caïn, ut fratrem occideret, armavit. Et sicut isti propter benevolentiam patris, quam erga filium declarabat, odio illum prosequebantur, et impugnare moliebantur, et quotidie ipsius cædem parturiebant : eodem sane modo et ille, ut vidit fratris dona Deo magis accepta fuisse, ad eum occidendum provocatus est, et inquit, *Egrediamur in campum*. Vides hunc etiam nihil suspicatum, confidisse fratri, et exiisse ac præter animi sententiam in nefariam illam dextram incidisse? Sic sane et admirabilis Joseph nesciens malum fratrum suorum consensum, tamquam cum fratribus cum eis loquebatur, et insomnia ipsa quæ sibi Deus revelaverat, præsignando gloriam sibi obventuram et fratrum subjectionem, in medium proponebat. 5. *Cum* enim *somniasset, somnium*, inquit, *annuntiavit fratribus suis*, 6. *et dixit eis : Audite somnium hoc meum.* 7. *Putabam nos manipulos ligare in medio agro, et surrexit manipulus meus, et erectus est : circumstantes autem manipuli vestri adoraverunt manipulum meum.* 8. *Dixerunt autem ei fratres : Num regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nostri? Et apposuerunt adhuc eum odio prosequi propter somnia et verba sua.* Propterea prius quoque docuit illos odium erga eum antea exhibuisse, ut ne putemus eos hinc sumsisse odii sui contra eum exordium. *Apposuerunt* enim *adhuc eum odio prosequi :* hoc est, multo magis augebant odium et inimicitias contra eum. Et vide miram illorum cæcitatem : ipsi enim somnium exponunt. Non enim est dicendum, eos propter ignorantiam eorum, quæ futura erant, invidiam gessisse contra eum ; sed ut futura ex somniis didicerunt,

Cain primus ex invido homicida. Gen. 4. 8.

585

[a] Πάρεργον γινόμενον τῆς μιαρᾶς ἐκείνης δεξιᾶς. Insignis admodum loquendi forma, mira oratoris licentia, dicitur Abel *πάρεργον* fuisse nefariæ manus Caïni. Ἔργον est *id quod agendum suscipitur*, πάρεργον *opus quod aliud agenti offertur exsequendum*, et ut plurimum *præter exspectationem*. Itaque cædes Abelis πάρεργον Abeli fuit, quia aliud agens, aliud cogitans, aliud exspectans trucidatus est, non item Caïno qui nefarii hujusce sceleris causa in campum profectus est.

auctum est odium eorum. O ingentem amentiam! Oportebat hoc scientes majorem erga illum benevolentiam declarare, e medio tollere odii causam atque effugare invidentiæ affectum : obtenebrati mente, et non videntes se contra semetipsos omnia facere, multo majore odio in eum exarserunt. Quare, o miseri et calamitosi, tantam declarastis invidiam, non cogitantes et fraterum vinculum, et somniorum revelationem manifestam Dei erga illum declarare benevolentiam? Nolite enim existimare quæ a Deo præsignata sunt, posse subverti. Nam sicut somnium dijudicastis, ita erit non post multum temporis, etiamsi innumera excogitare volueritis. Solers enim et sapiens cum sit omnium Dominus, ut suæ virtutis declaret potentiam, sæpe multa permittit interponi impedimenta, ut iis quæ sibi pridem visa erant perfectis, summam virtutis suæ declaret eminentiam. Verum ita se habet invidia; nihil eorum cogitare potest, sed omnino, ut ita dicam, ubi invidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suam ipsius salutem facit omnia. Et illi quidem narratione somnii odium auxerunt; admirabilis autem Joseph ubi et aliud somnium vidit, non ipsis solum, sed et patri narrat. 9. *Quasi sol et luna et undecim stellæ adorabant me.* 10. *Et increpavit eum pater suus, et dixit ei: Quod est somnium hoc, quod somniasti? Numquid euntes ibimus ego et mater tua, et fratres tui, ut adoremus te super terram?* 11. *Æmulati autem sunt eum fratres sui, pater vero observavit verbum.* Sciens pater quod fratres inviderent ei, propter hoc increpavit puerum, et exposuit etiam ipse somnium, ac conjectans a Deo revelationem ei factam, observabat verbum. Verum non ita faciebant fratres. Sed quid? Iterum multo magis æmulabantur. Cur insani fuistis? cur stupidorum opera fecistis? Non cogitastis, secundum insomnium non temere, neque fortuito factum esse : sed ut cum didiceritis omnino futura esse quæ prædicta sunt; cessetis meditari fratricidium, utpote rem molientes impossibilem? Igitur oportebat quidem vos, cum cogitaretis, et in mentem acciperetis fraternam vestram conjunctionem, futuram fratris gloriam pro vestra ducere. Quoniam autem ad hoc non respiciebatis, consequens fuit illud cogitare, vos non contra eum, sed contra omnium Dominum, qui hoc ei jam revelavit, bellum gerere. Verum illi quidem, sicut dixi,

Ὢ ἀνοίας ὑπερβολή. Δέον τοῦτο γνόντας μᾶλλον εὔνοιαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἐκποδὼν ποιῆσαι τοῦ μίσους τὴν αἰτίαν, καὶ τῆς βασκανίας τὸ πάθος ἐξορίσαι, σκοτωθέντες τὸν λογισμὸν, καὶ οὐ συνορῶντες ὅτι καθ' ἑαυτῶν ἅπαντα διαπράττονται, ἐπὶ πλέον ἠξάνον τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος. Τίνος ἕνεκεν, ὦ ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι, τοσαύτην ἐπιδείκνυσθε τὴν βασκανίαν, οὐκ ἀγνοοῦντες οὔτε τὴν ἀδελφικὴν σχέσιν, οὔτε ὅτι ἡ τῶν ἐνυπνίων ἀποκάλυψις φανερὰν δείκνυσι τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν; Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε λοιπὸν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ μηνυθέντα αὐτῷ δυνατὸν εἶναι ἀνατραπῆναι. Καθάπερ γὰρ τοῦ ὀνείρου τὴν διάκρισιν ἐποιήσασθε, οὕτως ἔσται μετ' οὐ πολὺ, κἂν μυρία ἐπινοῆσαι βουληθῆτε. Εὐμήχανος γὰρ ὢν καὶ σοφὸς ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως δεικνὺς τὴν περιουσίαν, [b]πολλὰ πολλάκις ἀφίησιν ἐν τῷ μεταξὺ κωλύματα γενέσθαι, ἵν' οὕτω τὰ πάλαι αὐτῷ δόξαντα εἰς ἔργον ἀγαγὼν, μεγίστην ἀποφήνῃ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. Ἀλλὰ τοιοῦτον ἡ βασκανία· οὐδὲν τούτων λογίζεσθαι δύναται, ἀλλ' ὅλως, ὡς εἰπεῖν, αἰχμάλωτος γεγονὼς κατὰ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἅπαντα διαπράττεται. Καὶ οὗτοι μὲν προσθήκην μίσους εἰργάζοντο διὰ τὴν ἐνυπνίου διήγησιν· ὁ δὲ θαυμάσιος Ἰωσὴφ καὶ ἕτερον ἐνύπνιον θεασάμενος οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πατρὶ διηγεῖται, καί φησιν· Ὥσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ἕνδεκα ἀστέρες προσεκύνουν με. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τί τὸ ἐνύπνιον τοῦτο ὃ ἐνυπνιάσθης; Ἆρά γε ἐλθόντες ἐλευσόμεθα ἐγώ τε καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τὴν γῆν; Ἐζήλωσαν δὲ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὁ δὲ πατὴρ διετήρησε τὸ ῥῆμα. Εἰδὼς τὸν τικτόμενον αὐτῷ φθόνον παρὰ τῶν ἀδελφῶν ὁ πατὴρ, διὰ τοῦτο ἐπετίμησε τῷ παιδὶ, καὶ διακρίνει καὶ αὐτὸς τὸ ὄναρ, καὶ στοχαζόμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀποκάλυψιν αὐτῷ γεγενῆσθαι, διετήρει τὸ ῥῆμα. Ἀλλ' οὐχ οἱ ἀδελφοὶ οὕτως. Ἀλλὰ τί; Πάλιν πολλῷ πλέον ἐζήλωσαν. Τί μεμήνατε; τί ἐξεστηκότων πράγματα διαπράττεσθε; Οὐχ ὁρᾶτε ὅτι ἡ τῶν ἐνυπνίων δευτέρωσις οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ γεγένηται, ἀλλ' ἵνα μαθόντες ὅτι πάντως ἔσται τὰ προμηνυθέντα, παύσησθε τῆς φονικῆς ὁρμῆς, ἐννοήσαντες ὅτι ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖτε; Ἐχρῆν μὲν οὖν τὴν ἀδελφικὴν σχέσιν καὶ διάνοιαν ἀναλαβόντας, καὶ οἰκείαν κρίνειν εὐδοκίμησιν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι περιφάνειαν. Ἐπειδὴ δὲ ταύτης ὑμῖν οὐδεὶς λόγος, κἂν ἐκεῖνο λογίσασθαι ἦν ἀκόλουθον, ὅτι οὐ πρὸς αὐτὸν ὑμῖν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἁπάντων Δεσπότην τὸν ταῦτα αὐτῷ ἤδη ἐκκαλύψαντα. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐδὲ τὴν φύσιν αὐτὴν αἰδούμενοι, οὔτε τὴν ἄνωθεν γινομένην περὶ αὐτὸν

[b] E Coisl. addidimus πολλὰ, quod agnoscit Interpres.]

εὔνοιαν ἐν νῷ λαβόντες, τὸ μῖσος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπέτεινον, [a] καὶ λανθανόντως τὴν πυρὰν παρ' ἑαυτοῖς ἀνῆπτον, οὐδὲν οὔτε τοῦ πατρὸς, οὔτε τοῦ νέου τοιοῦτόν τι ὑποπτεύοντος, οὐδ' ὅτι πρὸς τοσαύτην μανίαν ἐλαύνειν ἔμελλον. Διὸ καὶ πορευθέντων τῶν ἀδελφῶν εἰς τὰ ποίμνια, Εἶπεν ὁ πατὴρ τῷ Ἰωσήφ· οὐχ οἱ ἀδελφοί σου ποιμαίνουσιν εἰς Συχέμ; Δεῦρο, ἀποστείλω σε πρὸς αὐτούς. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ ἐγώ. Εἶδες πατρὸς [b] πρὸς παῖδας φιλοστοργίαν; εἶδες παιδὸς ὑπακοήν; Εἶπε δὲ αὐτῷ· Πορευθεὶς ἴδε εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου, καὶ τὰ πρόβατα, καὶ ἀνάγγειλόν μοι.

neque naturæ vinculum reveriti, neque in mente capientes quanta ille superna benevolentia muniretur, odium quotidie auxerunt: et occulte intra semetipsos rogum accenderunt, neque patre, neque filio tale quidpiam suspicantibus, neque cogitantibus eos in tantam insaniam esse properaturos. Ideo ubi profecti sunt fratres ad greges: 13. *Dixit,* inquit, *pater ad Joseph: Nonne fratres tui pascunt oves in Sychem? Veni, mittam te ad eos. Dixitque ei: Ecce ego.* Vidisti patris erga filios dilectionem? vidisti filii obedientiam? Dixit autem ei: 14. *Vade et vide, num sani sint fratres tui, et oves, et annuntia mihi.*

Ταῦτα δὲ πάντα ἐγίνετο, ἵνα καὶ τοῦ Ἰωσὴφ δειχθῇ ἡ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς εὔνοια, κἀκείνων κατάδηλος γένηται ἡ φονικὴ γνώμη. Ἐγίνετο δὲ καὶ τύπος τῶν ἔσεσθαι μελλόντων, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ προδιεγράφετο τὰ τῆς ἀληθείας πράγματα. Καὶ ὥσπερ ὁ Ἰωσὴφ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἀπῄει ἐπισκεψόμενος αὐτοὺς, κἀκεῖνοι οὐκ αἰδεσθέντες οὔτε τὴν ἀδελφότητα, οὔτε τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, πρότερον μὲν ἀνελεῖν ἐβουλεύοντο, ἔπειτα δὲ καὶ ἐπίπρασκον τοῖς βαρβάροις· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, παραγέγονεν ἐπισκεψόμενος τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ τὴν ὁμογενῆ ἡμῖν σάρκα ἀναλαβών, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν γενέσθαι καταξιώσας οὕτω παραγέγονε. Καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ, ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι τὸν τῶν σωμάτων [c] καὶ τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, τὸν μυρία θαύματα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐργαζόμενον ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγον τὴν φονικὴν αὐτῶν γνώμην, καὶ ἐσταύρωσαν τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν καταδεξάμενον. Ἀλλ' οὗτοι μὲν καὶ ἐπεχείρησαν, καὶ σταυρῷ παραδόντες ἀνεῖλον· ἐκεῖνοι δὲ ἐβουλεύσαντο μὲν, οὐκ ἤγαγον δὲ εἰς ἔργον τὰ βουλευθέντα. Ἔδει δὲ τὸν τύπον ἔλαττον ἔχειν τῆς ἀληθείας, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ἐκεῖνα τύπος τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν ὥσπερ ἐν σκιᾷ προεγράφη. Καὶ ἐννόησον τὸ θαῦμα. Οὐκ ἀνεῖλον, ἀλλὰ πεπράκασι, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ αἵματι τοῦ ἐρίφου μολύναντες ἤγαγον τῷ πατρὶ, πεῖσαι βουλόμενοι ὅτι ἀνῃρέθη ὁ παῖς. Ὁρᾷς ὅτι ἅπαντα ταῦτα ἐγίνετο, ἵνα καθάπερ ἐν σκιᾷ οὕτως ἡ εἰκὼν μόνη τῶν πραγμάτων γένηται, καὶ ἡ ἀλήθεια φυλάττηται; Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου τὸ λοιπὸν ἐπανέλθωμεν. Ἀπέστειλέν αὐτὸν, φησὶν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς Συχέμ. Καὶ εὗρεν αὐτὸν

3. Hæc autem omnia facta sunt, ut et Josephi erga fratres monstraretur benevolentia, et illorum sanguinaria mens fieret manifesta. Factum est autem et in figuram futurorum, ut in umbra multo antea veritatis res describerentur. Et sicut Joseph ad fratres abiit invisum eos, et illi neque fraternitatem, neque adventus causam reveriti, primum quidem de occidendo illo deliberabant, postea autem vendiderunt barbaris: ita et Dominus noster suam servans misericordiam, advenit invisens humanum genus, et suscepta nostræ formæ carne, dignatus fieri frater noster, sic advenit. Et clamat Paulus dicens: *Non enim angelos assumsit; sed semen Abrahæ: unde debuit per omnia fratribus similis fieri.* Sed ingrati Judæi animarum corporumque Medicum innumera miracula quotidie patrantem occidere conati sunt, et opere compleverunt animo suo decretam cædem; ac crucifixerunt eum qui propter nostram salutem servi formam suscipere dignatus est. Et isti quidem apprehensum, et cruci traditum occiderunt: illi autem consultabant quidem, sed opere quod consulebant non impleverunt. Oportebat autem figuram minus habere, quam veritatem: quia alioqui non fuisset figura eorum quæ posthac futura erant. Propterea illic quidem quasi in umbra præsignata sunt. Et animadverte rem miram. Non occiderunt, sed vendiderunt, et vestem hœdi sanguine inquinantes dederunt patri, persuadere volentes occisum fuisse filium suum. Vides omnia hæc facta esse, ut quasi in umbra imago illa rerum fieret, et veritas custodiretur? Sed ad seriem sermonis redeamus. *Et misit eum,* inquit, *pater, et venit in Sychem.* 16. *Et invenit eum*

Joseph figura Christi.

Hebr. 2. 16. 17

[a] Quatuor Mss. καὶ λανθάνοντες τὴν πυρὰν καθ' ἑαυτοὺς ἀνῆπτον.

[b] Savil. et quidam Mss. πρὸς παῖδα, minus recte:

[c] [Coisl. καὶ τῶν, omisso τὸν.]

homo errantem in agro. Rogavit autem eum homo dicens : Quid quæris? 16. *Ille autem dixit : Fratres meos quæro. Annuntia mihi, ubi pascant oves.* Considera quomodo hic magno studio de fratribus suis inquirit, et curiose perlustrat, et omnia facit ut eos videre possit. 17. *Dixit autem ei,* inquit, *homo : Audivi eos dicentes, Eamus in Dothaim. Et ivit Joseph, et invenit eos.* 18. *Prius autem viderunt eum a longe antequam appropinquaret ad se, et maligne cogitabant, ut occiderent eum.* Considera hic, quæso, Dei providam sapientiam, quomodo illi quidem concitati erant in cædem ejus : ipse autem omnia faciens et transmutans permittit interim omnia impedimenta objici, ut athleta suo clariore facto, postremum somniorum adducat eventum. *Prius autem viderunt eum,* inquit, *et maligne cogitabant ut occiderent eum.* 19. *Dicebat autem unusquisque ad fratrem suum : Ecce somniator ille venit :* 20. *nunc igitur venite, occidamus eum, et projiciamus eum in lacum unum ex his, et dicemus, Mala bestia devoravit eum, et videbimus quid erunt somnia ejus.* Vidisti, eos somniorum eventum exspectantes occidere eum conatos esse? Sed ut discant, non esse possibile ea quæ a Deo sunt prædicta, non opere compleri, consultant et attentant, et suam declarant malitiam : at sapiens et sagax Deus insidiatores ministrare etiam invitos cogit dispensationi futurorum. Quoniam enim conspiraverunt in mortem ejus, et in proposito jam occiderant : 21. *Ut audivit,* inquit, *Ruben, eripuit eum ex manibus eorum, et dixit :* 22. *Non percutiamus eum in animam : non effundite sanguinem; abjicite eum in lacum illum in solitudine, manum autem non injicite in eum : ut eum eriperet ex manibus eorum, et redderet eum patri suo.* Vide et istum, quomodo non audet manifeste eripere fratrem, sed jam occidendi conatum et impetum refrenare volens, dicit : *Non effundite sanguinem, sed abjicite eum in lacum.* Docere enim nos volens divina Scriptura scopum et mentem Ruben, dicit : Hæc autem faciebat, *Ut eriperet eum, et redderet patri suo.* Et cum illi hæc consultarent, nondum Joseph advenerat, sed postquam colloquium hoc absolverunt, 23. *Venit,* inquit, *Joseph ad fratres suos.* Cum igitur oportuisset illos occurrere fratri, et amplexari, et quomodo se pater haberet, inquirere, illi vero quasi feræ quædam, ubi agnum conspectæ fuerint, assiliunt, et *Exuerunt,*

Quæ sunt a Deo prædicta nequeunt impediri.

ἄνθρωπος πλανώμενον ἐν τῷ πεδίῳ. Ἠρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, λέγων· τί ζητεῖς; Ὁ δὲ εἶπε· τοὺς ἀδελφούς μου ζητῶ. Ἀνάγγειλόν μοι, ποῦ βόσκουσι. Σκόπει πῶς οὗτος μὲν μετὰ σπουδῆς ποιεῖται τῶν ἀδελφῶν τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ περιεργάζεται καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε αὐτοὺς ἰδεῖν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, φησὶν, ἤκουσα αὐτῶν λεγόντων, πορευθῶμεν εἰς Δωθαείμ. Καὶ ἐπορεύθη Ἰωσὴφ, καὶ εὗρεν αὐτούς. Προεῖδον δὲ αὐτὸν μακρόθεν πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, καὶ ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ τὴν εὐμήχανον σοφίαν, ὅπως οὗτοι μὲν εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον εἶχον τὴν ὁρμήν· ὁ δὲ τὰ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων συγχωρεῖ τὰ ἐν μέσῳ πάντα κωλύματα γενέσθαι, ἵνα τὸν οἰκεῖον ἀθλητὴν λαμπρότερον ἀποδείξας, ὕστερον ἐπαγάγῃ τῶν ὀνειράτων τὴν ἔκβασιν. Προεῖδον, φησὶν, αὐτὸν, καὶ ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Εἶπε δὲ ἕκαστος πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ἰδοὺ ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται· νῦν οὖν δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ῥίψωμεν αὐτὸν εἰς ἕνα τῶν λάκκων, καὶ ἐροῦμεν, θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτὸν, καὶ ὀψόμεθα τί ἔσται τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. Εἶδες ὅτι τῶν ἐνυπνίων τὴν ἔκβασιν προσδοκῶντες, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρουν; Ἀλλ' ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ προαγορευθέντα μὴ εἰς ἔργον ἐλθεῖν, καὶ βουλεύονται καὶ ἐπιχειροῦσι καὶ τὰ τῆς οἰκείας πονηρίας ἐπιδείκνυνται· καὶ ὁ σοφὸς καὶ εὐμήχανος Θεὸς αὐτοὺς ἐπιβουλεύοντας ὑπηρετήσασθαι καὶ ἄκοντας παρασκευάζει πρὸς τὴν οἰκονομίαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ συνεφώνησαν πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον, καὶ τῇ γνώμῃ τὴν σφαγὴν ἤδη ἐπεδείζαντο, Ἀκούσας, φησὶ, Ῥουβὴν ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ εἶπεν· οὐ πατάξωμεν αὐτὸν εἰς ψυχήν· μὴ ἐκχέητε αἷμα· ἐμβάλλετε αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον τοῦτον τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ· ὅπως ἐξέλῃται αὐτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἀποδῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ὅρα καὶ τοῦτον πῶς οὐ τολμᾷ φανερῶς ἐξελέσθαι τὸν ἀδελφὸν, ἀλλὰ τέως τὴν φονικὴν αὐτῶν ὁρμὴν ἀναχαιτίσαι βουλόμενός φησι, Μὴ ἐκχέητε αἷμα, ἀλλ' ἐμβάλλετε αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον. Καὶ διδάξαι ἡμᾶς βουλομένη ἡ θεία Γραφὴ τὸν σκοπὸν τοῦ Ῥουβὴν, φησί· ταῦτα δὲ ἐποίει, Ὅπως ἐξέλῃται αὐτὸν, καὶ ἀποδῷ πατρὶ αὐτοῦ. Καὶ τούτων ταῦτα βουλευομένων οὐδέπω ὁ Ἰωσὴφ ἦν παραγεγονὼς, ἀλλὰ μετὰ τὸ πληρωθῆναι ταύτην αὐτῶν τὴν διάλεξιν, Ἦλθε, φησὶν, Ἰωσὴφ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Δέον τρίνυν ἐκείνους προσδραμεῖν τῷ ἀδελφῷ, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ μαθεῖν τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῖς δηλωθέντα, οἱ δὲ καθάπερ τινὲς ἄγριοι θῆρες ἀρνίον θεασάμενοι ἐπιπηδῶσι, καὶ Ἐξέδυσαν, φησὶ, τὸν Ἰωσὴφ τὸν χιτῶνα τὸν ποικίλον, καὶ λαβόντες αὐτὸν ἔρριψαν εἰς τὸν λάκκον. Ὁ δὲ λάκκος ἦν κενὸς,

ὕδωρ οὐκ ἔχων. Καθάπερ συνεβούλευσεν ὁ Ῥουβήν, οὕτως ἐποίησαν· καὶ ῥίψαντες αὐτὸν, Ἐκάθισαν τοῦ φαγεῖν ἄρτον. Ὦ τῆς ὠμότητος, ὦ τῆς ἀπανθρωπίας. Ἐκεῖνος μὲν τοσαύτην ὁδὸν διήνυσε, καὶ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς τὴν ἐπιζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο, ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι τῷ πατρὶ τὰ κατ' αὐτούς· ἐκεῖνοι δὲ καθάπερ βάρβαροί τινες καὶ ἀνήμεροι, ἐπειδὴ συνεβουλεύθησαν ὑπὸ τοῦ Ῥουβὴν μὴ ἐκχέειν τοῦ ἀδελφοῦ τὸ αἷμα, τὸν διὰ τοῦ λιμοῦ θάνατον αὐτῷ κατεσκεύαζον. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ταχέως αὐτὸν ἐῤῥύσατο τῆς τῶν ἀδελφῶν μανίας. Καθίσαντες γὰρ, φησὶ, φαγεῖν ἄρτον, εἶδον ὁδοιπόρους Ἰσμαηλίτας ἐρχομένους, καὶ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον τὴν ὁρμὴν ἔχοντας. Καὶ εἶπεν Ἰούδας· τί χρήσιμον, ἐὰν ἀποκτείνωμεν τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ κρύψωμεν τὸ αἷμα αὐτοῦ; Δεῦτε, ἀποδώμεθα αὐτὸν τοῖς Ἰσμαηλίταις τούτοις· αἱ δὲ χεῖρες ἡμῶν μὴ ἔστωσαν ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ σὰρξ ἡμῶν ἐστιν.

inquit, *Joseph veste varia, 24. et acceptum eum projecerunt in lacum. Lacus autem erat vacuus, aquam non habens.* Quemadmodum consuluerat Ruben, ita fecerunt. Et injecto illo, *Sederunt ad comedendum panem.* O credulitatem ! o inhumanitatem ! Ille quidem tantum itineris confecerat, et tanto studio de eis inquisierat, ut videret et annuntiaret patri quomodo se haberent res illorum : illi vero quasi barbari et inhumani, quia consuluerat eis Ruben ne effunderent sanguinem, fame occidere volebant. Sed benignus Deus statim eum liberavit ab insania fratrum. 25. *Cum enim consedissent ad comedendum panem, viderunt Ismaëlitas viatores venientes, et Ægyptum versus euntes. 26. Et dixit Judas : Quid prodest si occiderimus fratrem nostrum, et occultaverimus sanguinem ejus ? 27. Venite, vendamus eum Ismaëlitis istis : manus autem nostræ non sint super eum, quia frater noster et caro nostra est.*

Ὅρα πῶς καὶ πρότερον ὁ Ῥουβὴν ἐλάττονι κακῷ τὸ μεῖζον ἐκώλυσε· καὶ νῦν πάλιν ὁ Ἰούδας πραθῆναι συμβουλεύει τὸν ἀδελφὸν, ὥστε τῆς σφαγῆς αὐτὸν ἐξαρπάσαι. Τοῦτο δὲ ὅλον ἐγένετο, ἵνα πληρωθῇ καὶ ἀκόντων αὐτῶν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ προῤῥηθέντα, καὶ [a] ὑπηρετοῦνται τῇ οἰκονομίᾳ. Καὶ δεξάμενοι, φησὶ, τὴν συμβουλὴν τοῦ Ἰούδα, ἀναβιβάσαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ λάκκου, ἀπέδοντο αὐτὸν τοῖς Ἰσμαηλίταις εἴκοσι χρυσῶν. Ὦ συναλλάγματος παρανόμου, ὦ κέρδους ὀλεθρίου, ὦ πράσεως ἀδικωτάτης. Τὸν τὰς αὐτὰς ὑμῖν ὠδῖνας λύσαντα, τὸν οὕτω τῷ πατρὶ περιπόθητον, τὸν εἰς ἐπίσκεψιν ὑμετέραν παραγενόμενον, τὸν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ποτὲ ὑμᾶς ἀδικήσαντα πιπράσκειν ἐπιχειρεῖτε, καὶ πιπράσκειν βαρβάροις ἀνθρώποις καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατιοῦσι; Τίς ἡ τοσαύτη μανία; τίς ὁ φθόνος; τίς ἡ βασκανία; Εἰ μὲν γὰρ τὰ ὀνείρατα δεδοικότες τοῦτο ποιεῖτε, ὡς πεπεισμένοι ὅτι δὴ πάντως ἔσται, τίνος ἕνεκεν ἀδύνατοις ἐπιχειρεῖτε, καὶ διὰ τῶν παρ' ὑμῶν γινομένων τὸν πρὸς τὸν Θεὸν πόλεμον ἐπιδείκνυσθε, τὸν ταῦτα αὐτῷ προαγορεύσαντα; Εἰ δὲ οὐδὲν ἡγεῖσθε τὰ ὀνείρατα, ἀλλὰ λῆρον αὐτὰ εἶναι νομίζετε, διὰ τί ταῦτα διαπράττεσθε, ἃ δυνηκῆ ὑμῖν τὴν κηλῖδα προξενήσει, καὶ πένθος ἀδιάλειπτον ἀπεργάσεται τῷ πατρί; Ἀλλ' ὦ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ πάθους, μᾶλλον δὲ τῆς μιαιφόνου γνώμης. Ὅταν γάρ τις ἐκδῷ ἑαυτὸν κατά τινα ἄτοπον πρᾶξιν, καὶ ὑποβρύχιος γένηται ὑπὸ τῆς τῶν λογισμῶν ἀτοπίας, οὐ τὸν ἀκοίμητον λαμβάνει πρὸ ὀφθαλμῶν ὀφθαλ-

4. Vide quomodo et prius Ruben minore malo majus prohibuit, et nunc quoque Judas consulit ut vendatur frater, quo eum ab interitu eripere queat. Hoc autem totum ita gestum est, ut etiam invitis illis quæ a Deo prædicta fuerant evenirent, et dispensationi divinæ servirent. *Et probato,* inquit, *consilio Judæ, 28. eduxerunt eum de cisterna, et vendiderunt Ismaëlitis viginti aureis.* O iniquam permutationem ! o damnosum lucrum ! o injustissimam venditionem ! Eum qui vobis sanguine conjunctissimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad visendum vos venerat, qui numquam vos vel in parvo, vel in magno offenderat, vendere audetis ; et vendere hominibus barbaris, et in Ægyptum descendentibus ? Quæ tanta insania ? quæ invidia ? quis livor ? Nam si hoc metu somniorum facitis, ut persuasi hæc omnino eventura esse : quare impossibilia attentatis, et factis vestris contra Deum bellum assumitis, qui hæc ei prædixerat ? Quod si nihil facitis somnia, sed existimatis esse deliriuin, quare hæc agitis quæ perpetuam vobis maculam inurant, et luctum indesinentem patri vestro afferant ? Sed o gravissimum morbum, imo mentem sanguinariam ! Cum enim quis nefarium opus aggreditur, et obruitur a cogitationibus absurdis, is neque proponit ante oculos oculum il-

[a] [Coisl. ὑπηρετῶνται.]

lum qui non quiescit : neque reveretur naturam ipsam, neque attendit aliquid quod ad commiserationem se possit inducere ; id quod et illis evenit. Non enim cogitabant quod frater esset, neque quod adolescens, neque quod tam amabilis patri, neque quod numquam in terra aliena vixisset, et apud externos numquam ante conversatus, nunc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset : sed omni honesta cogitatione abjecta unum duntaxat curabant, quomodo invidiam suam, ut putabant, opere explerent. Et illi quidem mente fratricidæ erant : qui autem ab eis passus est, omnia fortiter tulit. Custodiebat enim eum manus superna, et omnia difficilia faciebat ei facilia et levia. Quando enim superna benevolentia fruimur, etiam inter medios barbaros, et in aliena regione melius et commodius versari possumus, quam ii qui domi habitant, et quibus summa cura ministratur : sicut etsi in domo versemur, et omnibus deliciis frui videamur, destituti autem simus superno præsidio, omnibus sumus miseriores. Magnum enim est virtutis robur, et malitiæ infirmitas : et hoc maxime ostendit nobis historia, quam in manibus habemus. Dic enim quos miseros et innumeris lacrymis dignos esse putas, illosne qui tanta mala fecerunt, an fratrem qui in potestatem barbarorum venerat? Manifestum quod illos. Cogita enim, obsecro, hic admirabilem illum, qui tanta ministrorum cura educatus, et in ulnis paternis semper habitus fuit, quomodo repente coactus est ferre gravem servitutem apud viros barbaros, non meliores ipsis bestiis. Sed omnium Dominus erat, qui et illos humanos reddebat, et isti in omnibus patientiam indebat. Et cum vendidissent fratrem, quasi perfecissent propositum suum affecti fuere, illo ablato videlicet e medio, cui invidebant. 29. *Reversus est autem,* inquit, *Ruben ad cisternam et non vidit Joseph ; et disrupit vestimenta sua,* 30. *et rediit ad fratres suos, et dixit : Puer non est, ego vero quo ibo ultra ?* Quoniam enim supra docuit divina Scriptura, eum propterea consuluisse eum in cisternam conjiciendum, ut ex sanguinariis manibus illum eriperet et redderet patri : nunc, inquit, ubi vidit se voti compotem non esse, discidit vestimenta sua, et dixit : *Puer non est, ego autem quo vadam ?* Qualem habebimus de-

Manus Domini custodit Joseph.

μὸν, οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν αἰδεῖται, οὐχ ἕτερόν τι τῶν δυναμένων αὐτὸν εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν, ὅπερ καὶ οὗτοι πεπόνθασιν· οὐχ ὅτι ἀδελφὸς ἦν [b], οὐχ ὅτι νέος, οὐχ ὅτι περιπόθητος τῷ πατρὶ, οὐχ ὅτι ἄπειρος
589 ὢν τῆς ἐν ξένῃ διαγωγῆς, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριA βῆς, τοσαύτην μέλλει χώραν διαβαίνειν, καὶ βαρβάροις συνοικεῖν· ἀλλὰ πάντα σώφρονα λογισμὸν ἀπωσάμενοι, ἑνὸς μόνου ἐγίνοντο, τοῦ τὸν οἰκεῖον φθόνον, ὡς ἐνόμιζον, τέως εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν τῇ γνώμῃ ἀδελφοκτόνοι γεγόνασιν· ὁ δὲ ταῦτα παθὼν ὑπ' αὐτῶν ἅπαντα γενναίως ὑπέμενεν. Ἡ γὰρ ἄνωθεν χεὶρ ἦν αὐτὸν ἡ φρουροῦσα, καὶ πάντα τὰ δυσχερῆ ῥᾴδια καὶ εὔκολα ἐργαζομένη. Ὅταν γὰρ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἀπολαύωμεν, κἂν ἐν μέσῳ βαρβάρων ὦμεν, κἂν ἐπ' ἀλλοτρίας, τῶν οἴκοι διατριβόντων καὶ
B πάσης ἀπολαυόντων θεραπείας ἄμεινον διάγειν δυνάμεθα· ὥσπερ κἂν ἐπὶ τῆς οἰκίας διατρίβωμεν, κἂν πάσης ἀνέσεως ἀπολαύειν δοκῶμεν, ἔρημοι δὲ ὦμεν τῆς ἄνωθεν βοηθείας, πάντων ἐσμὲν ἐλεεινότεροι. Πολλὴ γὰρ καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, καὶ τῆς κακίας ἡ ἀσθένεια· καὶ τοῦτο μάλιστα δείκνυσιν ἡμῖν αὕτη ἡ ἐν χερσὶν ἱστορία. Τίνας γὰρ, εἰπέ μοι, ἐλεεινοὺς καὶ μυρίων δακρύων ἀξίους κρίνεις, τοὺς τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένους τὸν ἀδελφὸν, ἢ τὸν ὑπὸ τῇ δουλείᾳ τῶν βαρC βάρων γεγενημένον; Δηλονότι τούτους. Ἐννόει γάρ μοι λοιπὸν τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνον, τὸν μετὰ τοσαύτης δορυφορίας ἀνατραφέντα, καὶ ὑπὸ ταῖς ἀγκάλαις ταῖς πατρικαῖς διηνεκῶς γεγενημένον, ἀθρόον ἀναγκαζόμενον δουλείαν χαλεπὴν ὑφίστασθαι, καὶ δουλείαν παρὰ βαρβάροις ἀνδράσι, καὶ θηρίων οὐδὲν ἄμεινον διακειμένοις. Ἀλλ' ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης ἦν ὁ καὶ, ἐκείνους ἡμέρους ἐργαζόμενος, κἀκείνῳ πολλὴν διδοὺς τὴν ὑπομονήν. Καὶ ἀποδόμενοι τὸν ἀδελφὸν, ὡς εἰς τέλος ἀγαγόντες τὸν οἰκεῖον σκοπὸν, οὕτω λοιπὸν διέκειντο, ἐκποδὼν ποιησάμενοι τὸν ὑπ' αὐτῶν φθονούμενον. Ἀνέστρεψε δὲ, φησὶ, [a] Ῥουβὴν ἐπὶ τὸν
D λάκκον, καὶ οὐχ ὁρᾷ τὸν Ἰωσήφ· καὶ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀνέστρεψε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε· τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν, ἐγὼ δὲ ποῦ πορεύσομαι ἔτι; Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίδαξεν ἀνωτέρω ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι διὰ τοῦτο συνεβούλευσε Ῥουβὴν εἰς τὸν λάκκον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐμβληθῆναι, ὥστε καὶ τῶν χειρῶν αὐτὸν ἐξελέσθαι τῶν φονικῶν, καὶ ἀποδοῦναι τῷ πατρί· νῦν, φησὶν, ἰδὼν, ὅτι διήμαρτε τοῦ σκοποῦ, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν, ἐγὼ δὲ ποῦ πορεύσομαι ἔτι; Ποίαν, φησὶν, ἔξομεν ἀπολογίαν, καὶ μάλιστα ὁ δοκῶν ὑμῶν πρωτεύειν ἐγώ; Ἐνόμιζε γὰρ αὐτὸν ἀνῃρῆσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἐγεγόνει, καὶ τὸν

[b] [Boisius addendum censet ἐνεώνησαν, vel ἐλογίσαντο, vel εἰς ἔννοιαν ἔλαβον, vel tale quid.]

[a] Savil. ubique scribit Ῥουβείμ.

μισούμενον εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐξέπεμψαν γῆν, καὶ τὸν φθόνον τὸν οἰκεῖον οὕτως ἠδυνήθησαν παραμυθήσασθαι, λοιπὸν πᾶσαν μηχανὴν ἐπιδείκνυνται, ὥστε παρακρούσασθαι τὸν πατέρα, καὶ μὴ κατάδηλον αὐτῷ γενέσθαι τὴν κακὴν συμφωνίαν. Καὶ σφάξαντες, φησὶν, ἔριφον αἰγῶν, καὶ μολύναντες τὸν χιτῶνα τῷ αἵματι, εἰσήνεγκαν τῷ πατρὶ αὐτῶν, καὶ εἶπον· ἐπίγνωθι εἰ χιτὼν τοῦ υἱοῦ σού ἐστιν, ἢ οὔ. Τί ἀπατᾶτε ἑαυτοὺς, ὦ ἀνόητοι; Κἂν γὰρ τὸν πατέρα δυνηθῆτε παρακρούσασθαι, ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ λήσεσθε, ὃν μάλιστα πάντων δεδοικέναι ἐχρῆν. Ἀλλὰ τοιοῦτον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, μᾶλλον δὲ τοιοῦτον ἡ ῥᾳθυμία τῶν πολλῶν· τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων φόβον καὶ τὴν τούτων αἰσχύνην τὴν πρὸς τὸ παρὸν μόνον περὶ πολλοῦ ποιούμενοι, οὐ λαμβάνουσιν ἔννοιαν τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ, καὶ τῆς κολάσεως τῆς ἀφορήτου, ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνονται, πῶς τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων μέμψιν διαφυγεῖν δυνηθῶσιν· ὃ δὴ καὶ οὗτοι πεπόνθασι, καὶ τὸν πατέρα ἀπατᾷν ἐπιχειροῦσιν. Ἐπέγνω γὰρ, φησὶ, τὸν χιτῶνα ὁ πατὴρ, καὶ εἶπε· χιτὼν τοῦ υἱοῦ μού ἐστι· θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτὸν, θηρίον ἥρπασε τὸν Ἰωσήφ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς, καθάπερ θηρίοις περιπεσὼν, οὕτως ἀνηλεῶς ἅπαντα ὑπέμεινε. Διέῤῥηξε δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐπέθετο σάκκον ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐπένθει τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμέρας πολλάς. Πόσων ἂν εἶεν οὗτοι δακρύων ἄξιοι, οὐχ ὅτι τὸν ἀδελφὸν τοῖς βαρβάροις πεπράκασι μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν πατέρα ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ λοιπὸν ὄντα τοσούτῳ πένθει περιέβαλον; Συνήχθησαν δὲ, φησὶν, υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες παρακαλέσαι αὐτὸν, καὶ οὐκ ἤθελε, λέγων, ὅτι καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ᾅδου.

Οἶμαι καὶ τοῦτο πληγὴν ἑτέραν ἐκείνοις γεγενῆσθαι. Ἑώρων γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὸν μὴ παρόντα; μᾶλλον δὲ καὶ νομιζόμενον ὑπὸ θηρίων ἁνῃρῆσθαι, οὕτως ἀκμάζοντα τὸν πόθον ἐπιδείκνυται, καὶ πλέον ὑπὸ τοῦ φθόνου κατετήκοντο. Ἀλλ' οὗτοι μὲν καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν καὶ πρὸς τὸν πατέρα ὠμοὶ γεγονότες οὐδεμιᾶς ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι· οἱ δὲ Μαδιηναῖοι καὶ αὐτοὶ πάλιν ὑπηρετοῦσι τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ, καὶ πάλιν ἀποδίδονται τὸν Ἰωσὴφ Πετεφρῇ τῷ [a]ἀρχιμαγείρῳ τοῦ Φαραώ. Εἶδες πῶς ὁδῷ κατὰ μικρὸν πρόεισι, καὶ διὰ πάντων τὴν οἰκείαν ἀρετὴν καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐπιδείκνυται, ἵν' οὕτω καθάπερ ἀθλητὴς γενναίως ἀγωνισάμενος, ἀναδήσηται τῆς βασιλείας τὸν στέφανον, καὶ τῶν ὀνειράτων ἡ ἔκβασις εἰς ἔργον

fensionem, et maxime ego qui vobis præesse videor? Putabat enim eum occisum fuisse. At postquam factum est quod quærebant, et in alienam terram miserunt eum quem odio habebant, atque invidiam suam aliquo modo mitigarunt: postea magna industria cogitarunt ut deluderent patrem, ne mala sua conspiratio illi manifesta fieret. 31. *Et occiso hædo caprarum, inquinaverunt vestem sanguine,* 32. *et attulerunt vestem patri suo, et dixerunt: Cognosce num vestis filii tui sit, necne.* Quid decipitis vosmetipsos, o insensati? Nam licet patrem decipere possitis, non tamen latebitis oculum illum qui sopiri nequit, quem maxime omnium formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura, imo ita se habet multorum nequitia, ut humanum timorem et præsentis vitæ infamiam tantum maxime caveant, in mente autem non versent terribile illud tribunal, et intolerabilem pœnam, sed hoc unum curent, quomodo effugere possint humanam reprehensionem: id quod et illi egerunt, dum patrem suum decipere molirentur. 33. *Agnovit enim,* inquit, *vestem pater, et dixit: Vestis filii mei est: fera mala devoravit eum, fera rapuit Joseph.* Etenim vere quasi in malas bestias incidisset, omnia crudeliter passus est. 34. *Discidit autem vestimenta sua et posuit saccum super lumbos suos, et luxit filium suum diebus multis.* Quantis fuerint illi digni lacrymis, qui non solum fratrem barbaris vendiderunt, sed et patrem in extrema senectute in tantum luctum injecerunt? 35. *Congregati autem sunt filii ejus et filiæ ut consolarentur eum, et noluit, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum.*

5. Opinor et hoc illis aliam fuisse plagam. Videbant enim patrem tantum tamque ferventem amorem exhibere erga eum qui non aderat, imo et putabatur a bestiis discerptus, et majori tabescebant invidia. Sed illi quidem erga fratrem et erga patrem crudeles, nulla fuerint venia digni: Madianitæ autem et ipsi divinæ serviunt dispensationi, et denuo Josephum vendunt Petephre archimagiro Pharaonis. Vidisti quomodo paulatim procedit, et per omnia suam virtutem et patientiam declarat, ut sic quasi athleta fortiter certans, redimiretur corona regni, et eventus somniorum implerentur: quo docerentur ii qui eum vendiderant, se nihil commodi ex

[a] Archimagiro, id est, *principi coquorum*; Vulgata vero *magistro militum*.

Virtus infestata fit clarior.

sua malitia reportasse? Tantum enim robur habet virtus, ut clarior fieri soleat, cum infestatur. Nihil enim ea robustius, nihil validius : non quod ipsa sola tantum habeat robur, sed quia is qui eam possidet, et supernum auxilium habet : quo præsidio et opē cum fruatur, omnibus est potentior et invictus, ac capi nequit, non solum hominum insidiis, sed et dæmonum machinationibus. Id scientes, ne fugiamus male affici, sed male agere : hoc enim est vere male affici. Nam qui proximum affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet : licet enim ad parvum tempus noceat, in hoc tantum sæculo id facit ; sibi autem immortalia tormenta recondit, et pœnas intolerabiles : quas non aliter · effugere possumus, nisi paraverimus nos ad ferendas afflictiones, et secundum doctrinam Domini, precemur pro iis qui nobis injurias inferunt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedem, et concedet dignos effici regno cælorum : quod nobis utinam concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ἐξελθοῦσα, δι' αὐτῆς τῆς πείρας διδάξῃ τοὺς πεπρακότας, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος γέγωε τῆς τοσαύτης μηχανῆς; Τοσαύτην γὰρ ἡ ἀρετὴ ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὡς D καὶ πολεμουμένην αὐτὴν συμβαίνειν ἐπὶ πλέον περιφανεστέραν γίνεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ταύτης ἰσχυρότερον, οὐδὲν αὐτῆς δυνατώτερον· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ταύτην κεκτημένος καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύει ροπῆς· τῆς δὲ ἄνωθεν ἀπολαύων ροπῆς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀξιοῦμενος συμμαχίας, πάντων ἂν εἴη δυνατώτερος, καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀνάλωτος οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἐπιβουλαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων μηχαναῖς. Ὅπερ εἰδότες μὴ φεύγωμεν τὸ κακῶς πάσχειν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ποιεῖν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κακῶς πάσχειν. Ὁ γὰρ τὸν πλησίον κακῶς διαθεῖναι ἐπιχειρῶν, ἐκεῖνον μὲν οὐδὲ ὅλως E κατέβλαψεν· εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον κατέβλαψεν, ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι τοῦτο πεποίηκεν· ἑαυτῷ δὲ τὰς ἀθανάτους κολάσεις ταμιεύεται, καὶ τὰς τιμωρίας τὰς ἀφορήτους, ἃς οὐκ ἂν ἑτέρως διαφυγεῖν δυνηθείημεν, εἰ μὴ παρασκευάσαιμεν ἑαυτοὺς ἑτοίμους πρὸς τὸ πάσχειν κακῶς, καὶ, κατὰ τὴν διδαχὴν τοῦ Δεσπότου, εὐχώμεθα ὑπὲρ τῶν ταῦτα ἡμῖν διατιθέντων. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν πολὺν προξενήσει τὸν μισθὸν, καὶ παρασκευ-
591 άσει τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιωθῆναι· ἧς γένοιτο
A πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA LXII.

ΟΜΙΛΙΑ ξϐ'.

Gen. 38. 2. 3. Et vidit Judas hominis Chananæi filiam, quæ vocabatur Sava, et duxit eam, et ingressus est ad eam : et concipiens peperit filium, et vocavit nomen ejus Er.

Καὶ εἶδεν Ἰούδας θυγατέρα ἀνθρώπου Χαναναίου, ᾗ ὄνομα Σαύα, καὶ ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἤρ.

1. Satis nuper ex historia Joseph didicimus, B quantum damni nascatur ex invidia, et quomodo perniciosus ille morbus animam primum corrumpat, a qua nascitur. Vidistis quomodo per hanc ægritudinem fratres Joseph et cognationis obliti sunt, et bestiarum crudelitatem erga eum quiin nullo ipsos offenderat, exercuerunt, malitiam quidem suam potius manifestam reddentes, quam fratri nocentes. Malitia enim sua fratri suo non tantum nocuerunt, quantum seipsos ignominia affecerunt. Nam licet barbaris eum vendiderint, et illi iterum vendiderint archimagiro Pharaonis, nihilominus quia habuit supernum auxilium, a quo juvabatur, omnia ipsi levia et facilia visa sunt. Et volebam etiam hodie eamdem historiam tractare, indeque vobis con-

Ἱκανῶς ἡμᾶς πρώην ἡ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ ἱστορία ἐδίδαξε τοῦ φθόνου τὴν λύμην, καὶ ὅπως τὸ ὀλέθριον τοῦτο πάθος τὴν τίκτουσαν αὐτὸ ψυχὴν πρότερον διαφθείρει. Καὶ εἴδετε ὅπως ὑπὸ τούτου τοῦ πάθους συσχεθέντες οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς συγγενείας ἐπελάθοντο, καὶ θηρίων ἀγρίων ὠμότητα πρὸς τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα ἐπεδείξαντο, τὴν μὲν ἑαυτῶν κακίαν ἔκδηλον πεποιηκότες, τὸν δὲ ἀδελφὸν οὐδὲν τοσοῦτον καταβλάψαντες, ὅσον ἑαυτοὺς αἰσχύνῃ περιέβαλλον. Εἰ γὰρ καὶ βαρβάροις αὐτὸν πεπράκασι, κἀκεῖνοι πάλιν ἀπέδοντο τῷ τοῦ Φαραὼ ἀρχιμαγείρῳ, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ εἶχε τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ροπὴν ἐν ἅπασιν C ἐπαρκοῦσαν, πάντα κοῦφα καὶ ῥᾴδια αὐτῷ ἐφαίνετο. Καὶ ἐβουλόμην μὲν καὶ σήμερον τῆς αὐτῆς ἱστορίας ἅψασθαι, καὶ ἐντεῦθεν ὑμῖν ὑφᾶναι τὴν διδασκαλίαν· ἀλλ' ἐν μέσῳ ἑτέρα τις διήγησις παρέγκειται, ἣν οὐκ

ἄξιον παραδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, διερευνησαμένους, τότε πάλιν ἐπὶ τὴν κατὰ τὸν Ἰωσὴφ ὑπόθεσιν [a] ἐλθεῖν. Τίς οὖν ἐστιν ἡ ἐν μέσῳ κειμένη διήγησις; Ἡ κατὰ τὸν Ἰούδαν. Οὗτος γὰρ θυγατέρα Χαναναίου λαβὼν γυναῖκα τὴν Σαύαν, καὶ ἐσχηκὼς ἐξ αὐτῆς τρεῖς παῖδας, ἔλαβε, φησὶ, τῷ πρωτοτόκῳ **Ἦρ τὴν Θάμαρ γυναῖκα. Ἐπειδὴ δὲ πονηρὸς ἐφάνη ἐναντίον Κυρίου, ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ Θεός. Καὶ ἐπέ- D τρεψε τῷ Αὐνὰν λαβόντι τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἀναστῆσαι σπέρμα τῷ ἀδελφῷ. Τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἐκέλευεν, ἀτέκνου ἀποθανόντος ἀδελφοῦ τὸν ἀδελφὸν λαβόντα τὴν γυναῖκα; ἀνιστᾷν τῷ ἀδελφῷ σπέρμα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον πονηρὸν φανέντα ἐθανάτωσεν ὁ Θεός. Τοῦτο τὸν Ἰούδαν εἰς φόβον κατέστησε, τῶν δύο παίδων τὴν ἀναίρεσιν οὕτω ταχεῖαν θεασάμενον· καὶ βουλόμενος τὴν Θάμαρ παραμυθήσασθαι, ὑπέσχετο καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν δώσειν αὐτῇ, καὶ οὐκ ἐπλήρου τὰ ἐπαγγελθέντα, δεδιὼς μὴ καὶ αὐτὸς ὁμοίως τοῖς ἀδελφοῖς τὴν τιμωρίαν δέξηται. Ταύταις οὖν E ταῖς ὑποσχέσεσι τρεφομένη ἡ Θάμαρ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, φησὶν, ἐκαθέζετο, ἀναμένουσα εἰς ἔργον ἐλθεῖν τοῦ πενθεροῦ τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ ὁρῶσα τὸν Ἰούδαν οὐ βουλόμενον τὰ ἐπαγγελθέντα πληροῦν, τέως πράως ἔφερεν, οὐκ ἀνεχομένη τὴν πρὸς ἕτερον συνουσίαν, ἀλλὰ στέργουσα τὴν χηρείαν, καὶ καιρὸν ἐπιτήδειον ἀναμένουσα· ἔσπευδε γὰρ ἐκ τοῦ πενθεροῦ τεκνοποιῆσαι. [b] Καὶ ἐπειδὴ εἶδε τὴν πενθερὰν τελευτήσασαν, καὶ τὸν Ἰούδαν εἰς Θάμνα παραγινόμενον, ὥστε κεῖραι τὰ ποίμνια, κλέψαι βουλομένη 592 A τὴν συνουσίαν τοῦ πενθεροῦ, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐπιθυμοῦσα τεκνοποιῆσαι, οὐ δι' ἀσέλγειαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δόξαι ἀνώνυμός τις εἶναι· ἄλλως δὲ καὶ οἰκονομία ἦν τὸ γινόμενον, ὅθεν καὶ εἰς ἔργον ἐξελθεῖν τὰ βουλευθέντα αὐτῇ ἐγένετο. Περιελομένη γὰρ, φησὶ, τὰ ἱμάτια χηρεύσεως αὐτῆς, καὶ περιβαλλομένη θέριστρον, καὶ καλλωπισαμένη, ἐκάθισε πρὸς ταῖς πύλαις. Εἶτα ὥσπερ ἀπολογουμένη ὑπὲρ αὐτῆς ἡ θεία Γραφή φησιν· Εἶδε γὰρ ὅτι μέγας γέγονε Σηλὼμ· αὐτὸς δὲ οὐκ ἔδωκεν αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ταύτην ὥρμησε τὴν ἀπάτην. Ὁ μέντοι Ἰούδας νομίσας αὐτὴν πόρνην εἶναι (κατεκαλύψατο γὰρ ἐκείνη τὸ πρόσωπον, ὥστε μὴ κατάδηλος γενέ- B σθαι), Ἐξέκλινε πρὸς αὐτήν· Ἡ δὲ εἶπε· τί μοι δώσεις; Ὁ δὲ ὑπέσχετο ἔριφον αἰγῶν ἀποστέλλειν. Ἡ δὲ εἶπεν· ἐὰν δῷς ἀῤῥαβῶνα, ἕως τοῦ ἀποστεῖλαί σε. Καὶ ἔδωκε τὸν δακτύλιον, καὶ τὸν ὁρμίσκον, καὶ τὴν ῥάβδον, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ. Ἀλλὰ μηδεὶς ταῦτα ἀκούων καταγινω-

texere doctrinæ sermonem : verum in medio alia quædam narratio interjacet, quam non æquum est nos præterire; sed opus est ut quantum possibile est perscrutemur, et sic iterum ad argumentum Josephi redeamus. Quænam igitur illa quæ interseritur narratio? Illa de Juda. Hic enim accepta in uxorem filia Chananæi, Sava nomine, susceptisque ex illa tribus filiis, duxit, inquit, primogenito suo Er uxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram Domino, occidit eum Deus. Et præcepit Aunan, ut ducta uxore fratris sui, excitaret semen fratri suo. Id enim lex jus- *Deut.* 25. sit, quæ dicit, Mortuo fratre sine liberis, frater 5. ducta uxore excitet semen fratri. Verum et hunc, quia malus erat, occidit Dominus. Hoc Judam terrore perculit, videntem duos filios tam cito interiisse : et volens Thamar consolari, promisit se alium filium ei daturum : sed non implebat promissa, veritus ne et ipse eamdem pœnam ferret, quam fratres. Talibus promissionibus pascebatur Thamar, inque domo patris sui sedebat, exspectans quando soceri promissio impleretur : et videns Judam non velle implere promissa, interim mansuete tulit, non sustinens aliorum conjugia, sed amplexa viduitatem, et tempus congruum exspectans : festinabat enim ut filios procrearet ex socero. Et quia vidit socrum mortuam, et Judam venire in Thamna ad tondendas oves, furari voluit soceri concubitum, et ex illo filios procreare, non libidinem explere concupiscens, absit hoc, sed ne videretur esse sine nomine : alioquin et dispensatio erat id quod fiebat, unde et opere completa sunt ea quæ illa deliberavit. 14. *Depositis enim,* inquit, *vestibus viduitatis suæ, et induta theristro, et ornata sedit apud portas,* Deinde quasi excusans eam Scriptura, dixit : *Vidit enim quod creverat Selom; ipse autem non daret ipsam ei uxorem,* et propterea ad deceptionem illam properavit. Judas enim cum putaret eam esse scortum (velaverat enim illa faciem, ne agnosceretur); 16. *Divertit ad eam. Illa autem dixit : Quid mihi dabis? Ille autem pollicitus est hœdum ex gregibus se missurum.* 17. *At hæc dixit : Si dederis arrhabonem, donec mittas.* 18. *Et dedit annulum et armillam, et baculum, et intravit ad eam, et gravida facta est ex eo.* Nullus hæc audiens condemnet Thamar : nam, *Cap.* 38.

[a] Savil. et sex Mss. ἐξελθεῖν.

* Hic videtur Chrysostomus peccato Eri et Aunani referendo supersedere, quia peccatum vel dictu turpissimum erat.

[b] Imperfecta omnino erit sententia, nisi tollatur καὶ ante ἐπειδὴ

ut dixi, dispensationi ministravit : propterea neque ullam inde reprehensionem meretur, neque Judas criminibus fuit obnoxius. Etenim hac via procedens, invenies ex pueris inde natis Christum secundum carnem ducere genus. Præterea duo isti filii per eum nati, duorum populorum figura fuerunt, et prædictio quædam vitæ tum Judaïcæ, tum spiritualis. Sed nunc videamus post recessum Judæ, quomodo parvo exacto tempore, et opere in apertum producto, Judas semetipsum condemnat, illam a criminibus liberans. Nam postquam implevit Thamar quod voluit, iterum mutato habitu inde quidem recessit, et venit in domum suam. Judas autem nihil eorum sciens, promissionem implevit et hœdum misit, ut arrhabonem suum illi datum reciperet : sed nusquam inventa muliere, rediit puer, significans Judæ se nusquam invenire mulierem potuisse. Quibus compertis, Judas dixit, inquit, Ne forte damnemur, ut habiti ingrati. Neque enim sciebat factum. Verum præteritis mensibus tribus, et sarcina ventris partum prædicente, et nullo alio furtivum sciente concubitum : 24. *Annuntiatum*, inquit, *est Judæ, quod uterum gereret ex adulterio. Et ut didicit, Educite eam, inquit, et comburatur.* Magna indignatio, gravis pœna, quia et peccatum grande esse videbatur. Quid igitur Thamar? Productis iis quæ in arrhabonem Judas reliquerat, inquit : 25. *Si quis est cujus hæc sunt, ab illo ventris sarcinam accepi.*

Christus ex semine Judæ.

2. Attende quomodo silens fide dignos testes affert qui loquantur, et satis eam criminis innoxiam demonstrent. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur : idcirco et hæc quasi claro testimonio dato, tres arrhabonum species mittit, annulum, armillam, et baculum : et domi sedens tacensque in causa vicit. 26. *Judas* enim *cum agnovisset, dixit : Justificata est magis quam ego, propterea quod non dedi eam filio meo Selom.* Quid est, *Justificata est ipsa magis, quam ego ?* Illa quidem, inquit, innoxia est, ego autem meipsum condemno, et nullo arguente meipsum prodo ; imo abunde me redarguunt, quæ data sunt illi in arrhabonem. Et deinde iterum Thamarem excusans, dicit : *Quia non dedi eam Selom filio meo.* Forte autem hoc factum est ob hanc quam dicturus sum causam. Nam quia Judas putabat illius

σκέτω τῆς Θάμαρ· ὡς γὰρ ἔφθην εἰπών, καὶ οἰκονομία ὑπηρετεῖτο, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε αὐτῇ μέμψιν τινὰ ὑπέμεινεν, οὔτε ὁ Ἰούδας ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος γέγονε. Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ὁδῷ προβαίνων εὑρήσεις ἐκ τῶν παίδων τῶν τούτῳ τεχθέντων τὸν Χριστὸν κατάγοντα τὸ γένος· ἄλλως δὲ καὶ τὰ δύο παιδία κατ' αὐτὸν τικτόμενα τῶν δύο λαῶν ἦν τύπος, καὶ προαναφώνησις τῆς πολιτείας τῆς Ἰουδαϊκῆς καὶ τῆς πνευματικῆς. Ἀλλὰ τέως ἴδωμεν μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ Ἰούδα, ὅπως χρόνου μικροῦ παραδραμόντος, καὶ τοῦ πράγματος εἰς φανερὸν ἐλθόντος, ὁ Ἰούδας ἑαυτῷ δικάζει, ἐκείνην ἀπαλλάττων ἐγκλημάτων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπλήρωσεν ὅπερ ἐβούλετο ἡ Θάμαρ, πάλιν ἀμείψασα τὸ σχῆμα, φησὶν, ἐκεῖθεν μὲν ἀνεχώρησεν, ἀπῆλθε δὲ εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Ὁ μέντοι Ἰούδας τούτων οὐδὲν ἐπιστάμενος, τὴν ὑπόσχεσιν ἐπλήρου, καὶ τὸν ἔριφον ἀπέστειλεν, ἵνα τὸν ἀρραβῶνα τὸν παρ' αὐτοῦ δοθέντα ἀναλάβῃ· ἀλλ' οὐδαμοῦ τῆς γυναικὸς εὑρεθείσης, ἐπανῆλθεν ὁ παῖς μηνύων τῷ Ἰούδᾳ, ὡς οὐδαμοῦ ἐπιστῆναι τῇ γυναικὶ δεδύνηται. Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἰούδας εἶπε, φησὶ, [a]μή ποτε καταγνωσθῶμεν, ὡς ἀγγώμονες νομισθέντες· οὐδὲ γὰρ ᾔδει τὸ γεγενημένον. Ἀλλὰ τριῶν μηνῶν διελθόντων, καὶ τοῦ ὄγκου τῆς γαστρὸς μηνύοντος τὸν τόκον, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου ἐπισταμένου τὴν κλοπὴν τῆς συνουσίας, Ἀπεγγέλη, φησὶ, τῷ Ἰούδᾳ, ὅτι ἐν γαστρὶ ἔχει ἐκ πορνείας. Καὶ μαθὼν εἶπεν· ἐξαγάγετε αὐτὴν, καὶ κατακαυθήτω. Μεγάλη ἡ ἀγανάκτησις, ἀφόρητος ἡ τιμωρία, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἁμάρτημα μέγα εἶναι ἐδόκει. Τί οὖν ἡ Θάμαρ; Ἐξαποστείλασα ἅπερ ἀρραβῶνος ἕνεκεν εἰλήφει, φησίν· Οὗτινος ταῦτά ἐστι, παρ' ἐκείνου τῆς γαστρὸς τὸν ὄγκον ἐδεξάμην.

Σκόπει πῶς σιγῶσα ἀξιοπίστους μάρτυρας ἐπάγεται φωνὴν ἀφιέντας, καὶ ἱκανοὺς ἀθῷον ταύτην ἀποδεῖξαι τοῦ ἐγκλήματος. Ἐπειδὴ γὰρ τριῶν ἔδει μαρτύρων περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως ἐγκαλουμένης, διὰ τοῦτο καὶ αὕτη ὡσανεὶ λαμπρὰν φωνὴν ἀφιέντα
593 οὕτω διαπέμπεται τὰ τρία εἴδη τοῦ ἀρραβῶνος, τὸν A δακτύλιον, τὸν ὁρμίσκον, τὴν ῥάβδον, καὶ οἴκοι καθημένη καὶ σιγῶσα τὴν νίκην ἤρατο. Ἐπιγνοὺς γὰρ ὁ Ἰούδας εἶπε· δεδικαίωται αὕτη, ἢ ἐγὼ, οὗ εἵνεκεν οὐκ ἔδωκα αὐτὴν Σηλὼμ τῷ υἱῷ μου. Τί ἐστι, Δεδικαίωται αὕτη, ἢ ἐγώ; Τοῦτ' ἔστιν· ἐκείνη μὲν ἀνεύθυνος, ἐγὼ δὲ ἑαυτὸν καταδικάζω, καὶ μηδενὸς ἐλέγχοντος ἐμαυτὸν ἐκκαλύπτω· μᾶλλον δὲ ἀρκοῦντα ἔλεγχον ἔχω, τὸν ἀρραβῶνα τὸν παρ' ἐμοῦ δοθέντα. Εἶτα ἀπολογίαν πάλιν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς Θάμαρ συντιθείς φησιν· Οὗ εἵνεκεν οὐκ ἔδωκα αὐτὴν Σηλὼμ τῷ υἱῷ μου. Τάχα δὲ τοῦτο γέγονε καὶ δι' ἣν μέλλω ἐρεῖν αἰτίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμιζεν ὁ Ἰούδας παρὰ τὴν

[a] Savil. et sex Mss. *μήποτε καταγνωσθῶμεν*. Morel. et alii *μήποτε καταγελασθῶμεν*, quæ est τῶν O. lectio.

ἐκείνης αἰτίαν τὸν θάνατον ἐπενηνέχθαι τῷ Ἠρ καὶ τῷ Αὐνὰν, καὶ τοῦτο δεδοικὼς τὸν Σηλὼμ αὐτῇ οὐ δέδωκε, καὶ ταῦτα ὑποσχόμενος, ἵνα γνῷ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὡς οὐκ ἐκείνη αἰτία τοῦ θανάτου ἐκείνοις γεγένηται, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν τὰς τιμωρίας ἐδέχοντο (Ἀπέκτεινε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ὁ Θεός· καὶ πάλιν, Ἐθανάτωσεν αὐτὸν, περὶ τοῦ δευτέρου), διὰ τοῦτο αὐτὸς μίγνυται ἀγνοῶν τῇ οἰκείᾳ νύμφῃ, καὶ μανθάνει διὰ τῶν ἔργων ὅτι οὐχ ἡ ταύτης αἰτία, ἀλλ' ἡ ἐκείνων κακία ὑπευθύνους αὐτοὺς τῇ τιμωρίᾳ γενέσθαι πεποίηκε, καὶ ἐξομολογησάμενος τὸ οἰκεῖον ἁμάρτημα, κἀκείνην τῆς τιμωρίας ἀπαλλάξας, Οὐ προσέθετο, φησὶν, ἔτι τοῦ γνῶναι αὐτὴν· δεικνὺς ὅτι οὐδ' ἂν τὸ πρότερον αὐτῇ συνεγένετο, εἰ μὴ ἀγνοίᾳ τὴν μίξιν εἰργάσατο. Εἶτα ἐπειδὴ διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ μετὰ ἀκριβείας τὴν γεγενημένην ἀπάτην ὑπὸ τῆς Θάμαρ, λοιπὸν διδάσκει ἡμᾶς, καὶ τίνα ἐστὶ τὰ παρ' αὐτῆς τικτόμενα παιδία. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἡνίκα ἔτικτε, καὶ τῇδε ἦν δίδυμα ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τίκτειν αὐτὴν, ὁ εἷς προεξήνεγκε τὴν χεῖρα· λαβοῦσα δὲ ἡ μαῖα ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, λέγουσα· αὐτὸς ἐξελεύσεται πρῶτος. Ὅρα μοι ἐνταῦθα μυστήριον καὶ προαναφώνησιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Μετὰ γὰρ τὸ δῆσαι τὴν μαῖαν εἰς τὴν χεῖρα τὸ κόκκινον, ὥστε κατάδηλον αὐτὸν γενέσθαι, τότε Ἐπισυνήγαγε τὴν χεῖρα, καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Παρεχώρησε, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ τὴν πρόοδον, καὶ ὁ τελευταῖος νομιζόμενος πρῶτος ἐξῆει, καὶ ὁ πρῶτος νομιζόμενος μετ' ἐκεῖνον προῆει. Καὶ εἶπεν ἡ μαῖα· τί διεκόπη διὰ σὲ φραγμός; Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Φαρές. Διακοπὴ γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα, καὶ μερισμὸς, ὡς ἂν εἴποι τις. Καὶ μετὰ τοῦτον ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ τὸ σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς δεξάμενος, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαρᾶ, ὁ ἑρμηνεύεται ἀνατολή. Καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ταῦτα γεγένηται, ἀλλὰ τύπος ἦν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, αὐτὰ δηλοῖ τὰ πράγματα. Οὐδὲ γὰρ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν ἦν τὸ γεγονός. Πῶς γαρ ἦν δυνατὸν, μετὰ τὸ δεθῆναι τὴν χεῖρα τῷ κοκκίνῳ, πάλιν συσταλῆναι, καὶ δοῦναι πάροδον τῷ μετὰ ταῦτα, εἰ μὴ θεία τις ἦν δύναμις ἡ ταῦτα προοικονομοῦσα, καὶ καθάπερ ἐν σκιᾷ τινι προδιετυποῦτο, ὅτι ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ὁ [a] Ζαρᾶ, ὅπερ ἐστὶν ἀνατολὴ (οὗτος γὰρ ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας), ἤρξατο προκύπτειν, καὶ μικρὸν προελθόντος αὐτοῦ καὶ ὑποχωρήσαντος, ἡ νομικὴ παρατήρησις ἡ διὰ τοῦ Φαρὲς μηνυομένη ἐπεισῆλθε, καὶ χρόνῳ πολλῷ κρατοῦσα, πάλιν τοῦ πρότερον ὑποχωρήσαντος, τοῦ Ζαρᾶ λέγω, προελθόντος, παρεχώρησε πάλιν τῇ Ἐκκλησίᾳ πᾶσα ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία; Ἀλλὰ

causa mortuos Er et Aunan, idque metuens eam non dedit Selom, quamvis ei promisisset, ut manifeste ac evidenter sciret ipsam non istis causam fuisse mortis, sed eos propter suam malitiam pœnas dedisse. (*Occidit eum*, inquit, *Deus*: et iterum, *Occidit eum*, inquit etiam de secundo), propterea ignarus ipse cum nuru sua rem habet, et clare didicit ipsam non in causa fuisse, sed illorum malitiam eos reos pœnæ fecisse: et confessus peccatum suum, etiam illam a supplicio liberavit. *Non adjecit*, inquit, *ut cognosceret eam*, quod declarat, neque primum cum ea rem habiturum fuisse, si agnovisset eam. Deinde postquam diligenter narravit nobis divina Scriptura deceptionem quam fecerat Thamar, consequenter docet nos qui filii ei sint nati. 27. *Factum est autem*, inquit, *cum pareret, erant gemelli in ventre ejus* 28. *Et cum pareret, unus protendit manum: apprehensam autem obstetrix coccino ligavit, dicens: Hic egredietur primus.* Vide hic, obsecro, sacramentum et prædictionem futurorum. Nam postquam ligavit obstetrix manum coccino, ita ut cognosci posset exiturus, tunc 29. *Retraxit manum, et exiit frater ejus.* Cessit, inquit, fratri, ut prior egrederetur, et qui posterior putabatur, prior exiit, et qui prior existimabatur, posterior egressus est. *Et dixit obstetrix: Quare divisa est propter te sepes? Et vocavit nomen ejus Phares.* Dissectionem enim et quasi partitionem hoc nomen significat. 30. *Et post hunc egressus est frater ejus, qui signum in manu dextera acceperat, et vocavit nomen ejus Zara*, quod interpretatur Oriens. Et quod non temere et absque causa hæc facta sint, sed figura futurorum fuerint, res ipsæ declarant. Neque enim secundum naturæ ordinem hoc factum est. Quomodo enim erat possibile, ut postquam manus ligata fuit coccino, ipsa iterum contraheretur, et daret posteriori transitum, nisi divina quædam virtus hæc prius dispensasset, et sicut in umbra quadam præfigurasset, quod statim ab initio Zara, quod est Oriens (hic enim figura erat Ecclesiæ), prospectare cœpit: quo paulisper procedente, ac mox retrocedente, legalis observatio per Phares significata subintravit, quæ postquam diu regnum tenuisset, eo qui prius cesserat, Zara videlicet, rursus procedente, cessit Ecclesiæ omnis Judaïca consuetudo? Sed forte nunc fuerit necessarium

Gen. 38. 7. 10.

Zara figura Ecclesiæ.

[a] Ζαρᾶ, ὅπερ ἐστὶν ἀνατολή; *Zara, quod est Oriens.* Vox Hebraïca est זרח, sed frequentius מזרח, *Oriens.*

idem brevius et clarius dicere. Fuerunt, sicut Zara qui manum protulit, Noë et Abraham, imo ante Noë Abel et Enoch, quibus magnum studium fuit ut placerent Deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt, opus autem erat ut vel parvam aliquam consolationem haberent: data est lex ut umbra aliqua, non peccata tollens, sed ea demonstrans, et manifesta eis faciens, ut tamquam imperfecti filii qui lacte pascuntur, adolescere possent. Verum quia neque hoc his profuit, sed, vel lege peccatorum magnitudinem monstrante, ipsi iterum iisdem inquinati sunt, adveniens communis Dominus noster, spiritualem hanc et virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cujus figuram Zara implebat. Et idcirco evangelista etiam meminit Thamar, et eorum qui ex illa nati sunt, et dicit: *Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar.*

Lex peccata demonstrat.

Matth. 1. 3.

3. Ne igitur temere prætereamus ea quæ in divinis Scripturis sunt prodita, neque ea quæ dicuntur a superficie salutemus; sed ingressi ad ipsum profundum, cum divitias quæ ibi latent didicerimus, glorificemus Dominum nostrum, qui cum tanta sapientia dispensat omnia. Nam si noluerimus mentem et causam omnium quæ facta sunt exquirere, non solum hanc condemnabimus, quod cum socero suo concubuerit, sed et Abraham reprehendemus, ut puericidam animo factum, et Phineem ut gemini simul homicidii reum. Sin autem uniuscujusque causam diligenter didicerimus, et illos a crimine liberabimus, et nos multam inde utilitatem percipiemus. Cæterum nos quæ ad historiam hanc attinent, pro virili nostra pertractavimus caritati vestræ. Quod si non fatigamini, et volueritis, etiam sequentia attingemus, et iterum ad narrationem admirabilis Josephi veniemus, ut discatis ex iis quæ hodie dicta sunt, quæ generosus ille athleta, post somnia illa regnum et principatum fratrum sibi promittentia, sustinuerit, et quomodo certaminibus certamina, tentationibus tentationes successerint; ita ut increbrescerent naufragia, nec submergeretur gubernator: et cum validior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedens, navim regeret. E re autem fuerit verba ipsa audire, ut diligenter omnia discere possimus. 1. *Joseph autem deductus est in Ægyptum, et emit eum*

Caput 39.

τάχα νῦν ἀναγκαῖον συντομώτερον πάλιν αὐτὸ καὶ σαφέστερον εἰπεῖν. Ἤρξαντο, καθάπερ ὁ Ζαρᾶ τὴν χεῖρα προεξήνεγκεν, ὁ Νῶε καὶ ὁ Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ Νῶε ὁ Ἄβελ καὶ ὁ Ἐνὼχ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐαρεστήσεως πολὺν ποιεῖσθαι λόγον. Εἶτα ἐπειδὴ εἰς πλῆθος ἐκταθέντες πολλὰ φορτία ἁμαρτημάτων συνελέξαντο, ἔδει δὲ μικρᾶς τινος αὐτοὺς παραμυθίας ἀπολαύειν, ὡς σκιά τις ὁ νόμος ἐδόθη, οὐχ [a] ὅτι ἁμαρτήματα ἀναιρῶν, ἀλλὰ ταῦτα ἀποδεικνὺς καὶ φανερὰ αὐτοῖς ἐργαζόμενος, ἵνα καθάπερ τὰ ἀτελῆ παιδία γάλακτι τρεφόμενα εἰς ἀκμὴν ἡλικίας ἐλθεῖν δυνηθῶσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδὲ οὕτως ἀπώναντό τι, ἀλλὰ, καίτοι ὑποδεικνύοντος τοῦ νόμου τῶν ἁμαρτημάτων τὸ μέγεθος, οὕτω πάλιν τούτοις ἀνεφύροντο, παραγενόμενος ὁ κοινὸς Δεσπότης τὴν πνευματικὴν ταύτην καὶ ἐνάρετον πολιτείαν τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐχαρίσατο γένει, ἧς τύπον ὁ Ζαρᾶ ἐπλήρου. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς μέμνηται καὶ τῆς Θάμαρ καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς τεχθέντων, καί φησιν· Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρᾶ ἐκ τῆς Θάμαρ.

Μὴ τοίνυν ἁπλῶς παρατρέχωμεν τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κείμενα, μηδὲ ἐξεπιπολῆς τοῖς λεγομένοις προσέχωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ βάθος ἑαυτοὺς καθέντες, καὶ τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον καταμαθόντες, δοξάζωμεν τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, τὸν μετὰ τοσαύτης σοφίας ἅπαντα οἰκονομοῦντα. Εἰ γὰρ μὴ τὸν σκοπὸν καὶ τὴν αἰτίαν ἑκάστου τῶν γινομένων ἐξετάζειν [b] βουλοίμεθα, οὐ μόνον ταύτης κατηγορήσομεν, ὡς τῷ πενθερῷ αὐτῆς μιγείσης, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀβραὰμ αἰτιασόμεθα, ὡς παιδοκτόνον τῇ γνώμῃ γεγενημένον, καὶ τὸν Φινεές, ὡς κατ' αὐτὸν δύο φόνους ἐργασάμενον. Ἐὰν δὲ ἑκάστου τὴν αἰτίαν ἀκριβῶς καταμάθωμεν, κἀκείνους μέμψεως ἀπαλλάξομεν, καὶ αὐτοὶ πολλὴν ἐκεῖθεν τὴν ὠφέλειαν καρπωσόμεθα. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν ταύτην, ὡς ἡμῖν οἷόν τε ἦν, διεξεληλύθαμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Εἰ δὲ μὴ ἀπεκάμετε, καὶ βούλεσθε, καὶ τῶν ἑξῆς ἐφαψόμεθα, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν κατὰ τὸν θαυμαστὸν Ἰωσὴφ διήγησιν ἥξομεν, ἵνα μάθητε καὶ ἐκ τῶν σήμερον λεγομένων, ὅσα ὁ γενναῖος οὗτος ἀθλητὴς μετὰ τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα, τὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ μηνύοντα καὶ τὴν κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἀρχήν, ὑπέμεινε, καὶ ὅπως ἀπὸ ἀγώνων ἀγῶνες αὐτὸν διεδέχοντο, καὶ πειρασμοῖς πειρασμοὶ συνήπτοντο, καὶ ἐπάλληλα ἦν τὰ ναυάγια, καὶ ὁ κυβερνήτης οὐ κατεπονεῖτο, καὶ σφοδροτέρου τοῦ χειμῶνος ἐπανισταμένου, καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, οὕτω τὴν ναῦν ἴθυνεν. Ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων, ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθεῖν δυνηθῶμεν. Ἰωσὴφ δέ, φησὶ, κατήχθη εἰς

[a] [Savil. in marg. conj. ὡς.]

[b] [Coisl. βουλόμεθα.]

Αἰγυπτον, καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν ὁ ἀρχιμάγειρος Φαραὼ ἐκ χειρὸς Ἰσμαηλιτῶν. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ὠνησάμενοι βάρβαροί τινες καὶ ἀλλόκοτοι ἦσαν τὸ ἦθος, καὶ πάλιν αὐτοὶ τῷ Αἰγυπτίῳ τῷ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ Φαραὼ αὐτὸν ἀπέδοντο, καὶ διαφόρους ἤμειβε δεσπότας ὁ ἐν ταῖς 595
ἀγκάλαις τοῦ πατρὸς ἀνατραφείς· ἵνα μὴ ξενιζώμεθα A
πῶς ἤνεγκε τὴν μοχθηρὰν ἐκείνην δουλείαν νέος ὤν, καὶ πάσης τοιαύτης σκληραγωγίας ἄπειρος, καὶ ἐν οἰκίᾳ μετὰ πολλῆς τῆς πατρικῆς φιλοστοργίας ἀνατραφείς, ἐπήγαγεν ἡ Γραφὴ λέγουσα· Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ ἦν [a]ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων. Τί ἐστι, Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ; Συμπαρῆν αὐτῷ, φησὶν, ἡ ἄνωθεν χάρις, καὶ αὐτὴ αὐτῷ πάντα τὰ δυσχερῆ ἐξευμάριζεν. Αὕτη πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ᾠκονόμει· αὕτη καὶ τοὺς ἐμπόρους ἐκείνους ἡμερωτέρους αὐτῷ κατέστησε, καὶ ἀποδόσθαι τῷ ἀρχιμαγείρῳ κατηνάγκασεν, ἵνα ὁδῷ προβαίνων οὕτω κατὰ μικρὸν, καὶ B
διὰ τῶν πειρασμῶν τούτων ὁδεύων ἐπὶ τὸν τῆς βασιλείας θρόνον ἀνελθεῖν δυνηθῇ. Ἀλλὰ σὺ, ἀγαπητὲ, ἀκούων ὅτι ὑπέμεινε τὴν δουλείαν τὴν παρὰ τοῖς ἐμπόροις, εἶτα διεδέξατο ἡ δουλεία τοῦ ἀρχιμαγείρου, λογίζου, πῶς οὐκ ἐταράττετο, οὐδὲ διελογίζετο καθ' ἑαυτὸν καὶ ἠπόρει καὶ ἔλεγε· τίς ἡ τῶν ὀνειράτων ἐκείνων ἀπάτη ἢ τοσαύτην τὴν περιφάνειάν μοι μηνύουσα; Ἰδοὺ γὰρ μετὰ τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα δουλεία, καὶ δουλεία χαλεπὴ, καὶ δεσπότας ἀμείβω, ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς τοῦτον, καὶ ἀναγ- C
κάζομαι ἔθεσιν ἀλλοκότοις συναναμίγνυσθαι. Ἆρα μὴ ἐγκατελείφθημεν; ἆρα μὴ παρώφθημεν παρὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς; Οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν, ἀλλ' ἔφερε πάντα πράως καὶ γενναίως. Ἦν γὰρ Κύριος μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων. Τί ἐστιν, Ἐπιτυγχάνων; Πάντα αὐτῷ κατευώδου, πανταχοῦ προωδοποίει αὐτῷ ἡ ἄνωθεν χάρις, καὶ οὕτω φανερὰ ἦν ἡ ἐπανθοῦσα αὐτῷ χάρις, ὡς καὶ τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ τῷ ἀρχιμαγείρῳ κατάδηλον τοῦτο γενέσθαι. Ἤδει γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, Κύριος εὐοδοῖ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Εὗρε δὲ Ἰωσὴφ χάριν ἐναντίον τοῦ D
κυρίου αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτῷ ἔδωκε διὰ χειρὸς Ἰωσήφ. Εἶδες ὅσον ἐστὶν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοηθεῖσθαι δεξιᾶς; Ἰδοὺ γὰρ καὶ νέος καὶ ξένος καὶ αἰχμάλωτος καὶ δοῦλος, καὶ πᾶσαν ἐγχειρίζεται παρὰ τοῦ δεσπότου τὴν οἰκίαν, Καὶ πάντα διὰ χειρὸς αὐτοῦ δέδωκε, φησί. Διὰ τί; Ἐπειδὴ μετὰ τῆς ἄνωθεN συνεργίας καὶ τὸν οἰκεῖον τρόπον εἰσήνεγκεν. Εὑηρέστει γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῆς εὐνοίας ἅπαντα

archimagirus Pharaonis de manu Ismaëlitarum. Deinde postquam illi moribus barbari, qui a fratribus eum emerant, Ægyptio archimagiro Pharaonis vendiderunt, varios dominos sortitus est ille, qui inter ulnas patris educatus fuerat: ut ne admiremur quomodo tulerit gravem illam servitutem adolescens, et omnino duræ hujusmodi vitæ inexpertus, domique magna patris benevolentia enutritus: subdidit Scriptura dicens: 2. *Et erat Dominus cum Joseph, et erat vir assequens.* Quid est, *Erat Dominus cum Joseph?* Comitabatur eum, inquit, divina gratia, et reddebat ei facilia omnia quæ gravia erant. Hæc dispensabat omnes ejus res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, et vendere archimagiro coegit, ut paulatim hac via procedens, et per tentationes illas vadens, ad regium solium ascendere valeret. Verum tu, dilecte, audiens eum sustinuisse servitutem apud negotiatores, deinde servivisse apud archimagirum, cogita quomodo non turbatus sit, neque cogitaverit, neque hæsitaverit secum dicens: Quæ somniorum illorum deceptio, quæ tantam gloriam pollicebatur? Ecce enim post somnia illa servitus, et servitus gravis, ac domini varii: ab hoc transeo ad illum; ab illo ad alium: et cogor barbarorum assuescere moribus. Numquid derelicti sumus? numquid contemti sumus a superno præsidio? Nihil tale vel dixit vel cogitavit, sed tulit omnia mansuete et fortiter. *Erat* enim *Dominus cum Joseph, et erat vir assequens.* Quid est, *Assequens?* Omnia ei prospere succedebant, ubique præcedebat cum superna providentia, et ita manifesta erat gratia, quæ florebat super eum, ut etiam domino ejus archimagiro manifestum hoc fieret. 3. *Sciebat enim,* inquit, *dominus ejus, quod Dominus esset cum eo, et omnia quæcumque faciebat, Dominus prospera reddebat in manibus ejus.* 4. *Invenit autem Joseph gratiam coram domino suo, et constituit eum super domum suam, et omnia quæcumque habebat, dedit in manus Joseph.* Vidisti quantum sit superna manu adjuvari? Ecce enim et juveni et peregrino et captivo servoque a domino tota domus creditur: *Et omnia quæ habebat, dedit in manus ejus.* Quare? Quia cum superno auxilio et suos attulit mores. *Gratus* enim *ei erat;* hoc est, cum magna gratia faciebat

Divina gratia comitatur Josephum.

[a] Ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων, *vir assequens.* Hebraïce אִישׁ מַצְלִיחַ, *vir prospere agens,* quo etiam sensu locum explicat Chrysostomus infra.

omnia. Deinde volens eum benignus Deus in majori securitate constituere; non liberavit a servitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est Deo, ut non liberet a periculis viros virtute claros, neque e tentationibus eximat; sed in ipsis tentationibus tantum suum ostendat auxilium, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio festivitatis. Propter hoc et beatus David dicebat; *In tribulatione dilatasti me.* Non tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatum in tranquillitate esse voluisti: sed id quod est miraculum, et perquam rarum, in medio tribulationis constitutum, absque pavore esse me fecisti: illud sane et hic fecit benignus Dominus. 5. *Benedixit enim domum Ægyptii propter Joseph.* Et didicit postea barbarus, eum qui ut servus habebatur, Deo peculiariter gratum esse, *Et permisit omnia quæ habebat in manibus Joseph;* 6. *et non sciebat quidquam, præter panem quem comedebat.* Quasi dominum totius domus constituit. En servus et captivus sub manu sua habet omnia quæ erant domini. Tanta res est virtus: nam ubicumque illa apparuerit, omnibus dominatur et prævalet. Etenim sicut oriente sole tenebræ discutiuntur, ita et nunc apparente virtute e medio tollitur omnis malitia.

4. Sed mala bestia diabolus, ut primum vidit justum gratum esse, et per ea quæ putantur esse adversa clariorem fieri, fremit dentibus et insanit: neque videre potest justum quotidie magis ac magis clarescere, sed profundum baratrum effodit, et præcipitium parat, quo illum maximo, ut arbitratur, damno afficiat; et tempestatem excitat, quæ possit violentum ipsi naufragium parere: sed didicit non post longum tempus, se contra stimulum calcitrare, et contra suum caput operari omnia. *Et erat Joseph,* inquit, *pulcher specie, et formosus aspectu.* Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? Ut discamus eum non solum anima pulchrum fuisse, sed et corpore. In ipso enim flore ætatis erat: juvenis erat, et *Pulcher specie, et formosus facie.* Hæc autem prius narravit de eo Scriptura, ut doceat nos Ægyptiam adolescentis pulchritudine captam ad illicitum eum concubitum incitasse. 7. *Et factum est post hæc.* Quid est, *Post hæc?* Postquam ei concredita potestas totius domus, postquam tantum honorem a domino suo consecutus est, *Injecit uxor domini sui oculos suos in Joseph.* Vide intemperantiam lascivæ mulieris. Non subiit illi in mentem se haberi dominam, non cogitavit illum esse servum, sed a

διεπράττετο. Εἶτα βουλόμενος αὐτὸν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐν πλείονι καταστῆσαι ἀδείᾳ, οὐκ ἀπήλλαξε τῆς δουλείας, οὐδὲ ἐν ἐλευθερίᾳ παρεσκεύασεν εἶναι. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἔθος ἀεὶ, τοὺς ἐναρέτους ἄνδρας οὐκ ἀπαλλάττειν τῶν κινδύνων, οὐδὲ ἐλευθεροῦν τῶν πειρασμῶν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τὴν οἰκείαν ροπὴν, ὡς αὐτοὺς τοὺς πειρασμοὺς ὑπόθεσιν αὐτοῖς ἑορτῆς γίνεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγεν, Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Οὐχὶ τὴν θλῖψιν ἀπήλασας, φησὶν, οὐδὲ ταύτης ἀπαλλάξας ἐν ἀνέσει με εἶναι πεποίηκας, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἐν μέσῳ τῶν θλίψεων τυγχάνοντα ἐν ἀδείᾳ εἶναι παρεσκεύασας. Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης. Εὐλόγησε γὰρ τὸν οἶκον τοῦ Αἰγυπτίου διὰ τὸν Ἰωσήφ. Καὶ ἐμάνθανε λοιπὸν καὶ ὁ βάρβαρος, ὅτι τῶν ᾠκειωμένων ἐστὶ τῷ Θεῷ ὁ νομιζόμενος οἰκέτης, Καὶ ἐπέτρεψε, φησὶν, ἅπαντα ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ χειρὸς Ἰωσήφ· καὶ οὐκ ἤδει οὐδὲν, πλὴν τοῦ ἄρτου οὗ ἤσθιε. Μονογοῦχι δεσπότην αὐτὸν κατέστησε πάσης τῆς ἑαυτοῦ οἰκίας. Καὶ ἦν ὁ δοῦλος, ὁ αἰχμάλωτος ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα ἔχων πάντα τὰ τοῦ δεσπότου. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀρετή· ὅπου γὰρ ἂν αὕτη φανῇ, πάντων περιγίνεται καὶ κρατεῖ. Ὥσπερ γὰρ τοῦ φωτὸς ἀνατείλαντος ἀπελαύνεται τὸ σκότος, οὕτω καὶ νῦν τῆς ἀρετῆς φανείσης ἐκποδὼν πᾶσα κακία γίνεται.

Ἀλλὰ τὸ πονηρὸν θηρίον ὁ διάβολος, θεασάμενος τοῦ δικαίου τὴν εὐδοκίμησιν, καὶ ὅτι δι' αὐτῶν τῶν νομιζομένων λυπηρῶν περιφανέστερος ἐγίνετο, τρίζων τοὺς ὀδόντας καὶ μεμηνὼς, καὶ οὐδὲ φέρων ὁρᾷν τὸν δίκαιον οὕτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμπρότερον γινόμενον, βόθρον αὐτῷ ἀνορύττει βαθὺν, καὶ κρημνὸν, ὡς ἐνόμιζε, μέγιστον αὐτῷ τίκτοντα τὸν ὄλεθρον, καὶ χειμῶνα κατασκευάζει, σφοδρὸν αὐτῷ τὸ ναυάγιον ἐργάσασθαι δυνάμενον· ἀλλ' ἐμάνθανεν οὐκ εἰς μακρὰν, ὅτι πρὸς κέντρα λακτίζει, καὶ κατὰ τῆς οἰκείας κεφαλῆς ἅπαντα διαπράττεται. Καὶ ἦν Ἰωσὴφ, φησὶ, καλὸς τῷ εἴδει, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει. Τίνος ἕνεκεν ἡμῖν τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος διηγεῖται; Ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ μόνον τῇ κατὰ ψυχὴν εὐμορφίᾳ ἦν καλὸς, ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι. Ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας νέος ἦν, καὶ Καλὸς τῷ εἴδει, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει. Ταῦτα δὲ προλαβοῦσα διηγεῖται περὶ αὐτοῦ ἡ θεία Γραφὴ, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς ὡς ἁλοῦσα τῷ κάλλει τοῦ νεανίσκου ἡ Αἰγυπτία πρὸς τὴν παράνομον ἐκείνην μίξιν αὐτὸν ἐκάλει. Καὶ ἐγένετο, φησὶ, μετὰ ταῦτα. Τί ἐστι, Μετὰ ταῦτα; Μετὰ τὸ πάσης τῆς οἰκίας τὴν ἐξουσίαν αὐτὸν ἐμπιστευθῆναι, καὶ μετὰ τὸ ἐν τοσαύτῃ εἶναι τιμῇ ἀξιωθῆναι παρὰ τοῦ δεσπότου, Ἐπέβαλεν ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ. Ὁρᾶ τὴν ἀναίδειαν τῆς ἀκολάστου γυναικός. Οὐχ ὅτι δέσποινα εἶναι ἐνομίζετο ἐν διανοίᾳ

ἔλαβεν, οὐχ ὅτι οἰκέτης ἦν ἐκεῖνος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εὐμορφίας ἁλοῦσα, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν σατανικὸν δεξαμένη, ἐπιπηδᾷν ἐπεχείρει λοιπὸν τῷ νεανίσκῳ, καὶ τὸν πονηρὸν τοῦτον λογισμὸν ἐν τῇ διανοίᾳ συνέχουσα, καιρὸν ἐπεζήτει καὶ ἐρημίαν τὴν δυναμένην αὐτῇ συμπρᾶξαι πρὸς τὴν παράνομον ταύτην ἐπιχείρησιν. Ὁ δὲ, φησὶν, οὐκ ἤθελεν· οὐκ ἐπείθετο, οὐδὲ κατεδέχετο τὰ παρ' ἐκείνης ῥήματα. Ἤδει γὰρ πολὺν αὐτῷ φέροντα τὸν ὄλεθρον· καὶ οὐ μόνον τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐσκόπει, ἀλλὰ σπουδὴν ἐποιεῖτο κἀκείνην, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, ἀπαλλάξαι τῆς μανίας καὶ τῆς ἀτόπου ταύτης ἐπιθυμίας. Καὶ συμβουλὴν αὐτῇ εἰσάγει ἱκανὴν αὐτὴν καταιδέσαι, καὶ ποιῆσαι τὸ συμφέρον ἐπιγνῶναι. Εἶπε γὰρ, φησὶ, τῇ γυναικὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ (ἡ δέσποινα παρὰ τοῦ δούλου συμβουλὴν δέχεται)· εἰ ὁ κύριός μου οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ οἴκῳ [a] αὐτοῦ, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ, δέδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου. Ὢ εὐγνωμοσύνης ἀνδρός. Θέρα πῶς ἀπαριθμεῖται τοῦ δεσπότου τὰς εὐεργεσίας, ἵνα δείξῃ ὅση τῇ ἀγνωμοσύνῃ ἐκείνη κέχρηται πρὸς τὸν ὁμόζυγον. Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ὁ οἰκέτης, ὁ ξένος, ὁ αἰχμάλωτος, τοσαύτης ἀπήλαυσα παρ' αὐτοῦ ἀδείας, ὡς ἅπαντα ὑπὸ τὴν χεῖρα εἶναι τὴν ἐμὴν, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ὑπεξαιρεῖται τῆς χειρός μου, πλὴν σοῦ, ἀλλὰ πᾶσι μὲν αὐτὸς ἐπίκειμαι, μόνῃ δὲ σοὶ ὑποτέταγμαι, καὶ ἔξω τυγχάνεις τῆς ἐμῆς ἐξουσίας. Εἶτα ἵνα καιρίαν δῷ τὴν πληγὴν, καὶ ὑπομνήσῃ τῆς εὐνοίας τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πείσῃ αὐτὴν μὴ ἀγνώμονα περὶ τὸν σύνοικον γενέσθαι, φησί· καὶ σὺ διὰ τοῦτο ἔξω τῆς ἐξουσίας τῆς ἐμῆς τυγχάνεις, Διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι. Εἰ τοίνυν γυνὴ αὐτοῦ τυγχάνεις, πῶς οὖν ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνη τὴν ἐρημίαν ἐζήτει, καὶ καιρὸν ἀνέμενε; λαθεῖν σπουδάζουσα τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας ἅπαντας, φησὶν οὗτος· Πῶς δυνήσομαι ποιῆσαι τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Τί γὰρ νομίζεις; Κἂν πάντας λαθεῖν δυνηθῶμεν, τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ δυνάμεθα λαθεῖν. Ἐκεῖνον μόνον δεδοικέναι δεῖ, καὶ ἀγωνιᾷν καὶ τρέμειν, ὥστε μὴ ὑπὸ τοῖς ἐκείνου ὀφθαλμοῖς παράνομόν τι διαπράξασθαι. Καὶ ἵνα μάθωμεν τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ δικαίου ἀρετὴν, καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέμεινε, καὶ τῆς λέξεως ταύτης ἠνέσχετο, καὶ συμβουλεύων οὐκ ἐπαύσατο, φησὶν ἡ Γραφή· Ἠνίκα δὲ ἐλάλει ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ οὐχ ὑπήκουσεν αὐτῆς· ἐπιτηρήσασα τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας διαπραττόμενα, ἐπιπηδᾷ τῷ νεανίσκῳ, καθάπερ θηρίον θῆγον τοὺς ὀδόντας, καὶ ἐπισπασαμένη τῶν ἱματίων κατεῖχε. Μὴ ἁπλῶς τοῦτο παραδράμωμεν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν

formositate capta, et diabolico incendio suscepto, in juvenem postea insilire tentat: malamque illam cogitationem in mente servans, tempus inquirebat et solitudinem, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. *Verum ille noluit*: neque paruit, neque verba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci: et non solum res suas spectabat, sed operam dabat ut et illam, quantum possibile erat, ab insania hac liberaret, et ab illicita ista concupiscentia: atque consilium ei affert, quod sufficiebat ei ut pudefieret, et quid sibi esset profuturum cognosceret. 8. *Dixit enim,* inquit, *uxori domini sui* (domina a servo consilium accepit): *Si dominus meus propter me nihil scit in domo sua, sed omnia quæcumque habet, dedit in manus meas.* O gratum viri animum! Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quantum illa se ingratam erga conjugem ostendat. Si enim ego, inquit, qui famulus sum, qui peregrinus, qui captivus, tanta fruor apud eum libertate, ut omnia sua sub manu mea tradiderit: et nihil est quod excepit de manu mea, præter te: et omnibus aliis ego præsum, soli autem tibi subjicior, esque extra meam potestatem. Deinde ut letalem ei plagam daret, et in mentem revocaret viri benevolentiam, persuaderetque ei ne tam ingrata esset erga conjugem suum, inquit: Et tu propterea extra potestatem meam es, eo 9. *Quod tu uxor ejus sis.* Cum igitur uxor ejus sis, *Quomodo faciam hoc malum verbum, et peccabo coram Deo?* Quoniam enim illa solitudinem observabat, et tempus exspectabat quo latere posset virum, et omnes qui in domo erant, dicit: *Quomodo potero facere malum hoc, et peccabo coram Deo?* Quid enim putas? Etiamsi fecerimus ut res clam sit omnibus, oculum tamen illum, qui dormitare nequit, latere non poterimus: illum solum timere oportet, et tremere ac pavere, ut ne in conspectu ejus mali quidpiam faciamus. Et ut discamus justi excellentem virtutem, et eum non semel neque bis, sed et sæpius certamen hoc sustinuisse, et colloquium hoc tulisse, consulereque non cessavisse, subdit Scriptura: 10. *Cum autem loqueretur de die in diem, et non obediret ei:* ubi observavit in domo facientem aliquid, assiliit in juvenem, sicut fera dentibus frendens, et apprehensis vestimentis tenuit eum. Non simpliciter hoc prætereamus,

Deus solus timendus ultor.

[a] Quinque Mss. αὐτοῦ, καὶ πάντα.

sed cogitemus quantum certamen sustinuerit justus ille. Non enim erat tam admirabile, ut
Dan. 3. mihi videtur, in fornace Babylonis versari tres pueros et illæsos permanere, nihilque ab igne pati, ut admirabile hoc et rarum, nempe admirandum illum juvenem retineri vestimentis a
D scelesta illa et lasciva, nec tamen illi cedere, sed et vestibus relictis in manibus illius resilire. Sicut enim tres pueri illi propter suam virtutem superno freti auxilio, igne præstantiores visi sunt: ita et ille, quia quod in se erat afferebat, et continentiæ certamina cum magna exhibebat constantia, magno supernoque præsidio muniebatur. Neque enim potuisset, dextera Dei non coope-
E rante ei, tantum certamen certare, et a retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et licebat postea videre admirabilem illum, nudum quidem vestibus exire, indutum autem continentiæ vestimentis, et quasi ab incendio et fornace illæsum effugere : ac non solum non adustum, sed et multo fulgidiorem et clariorem factum.

5. Sed vide post tantam victoriam, postque tantam fortitudinem, cujus causa illum oportebat coronari, et cujus causa oportebat illum prædicari, iterum quasi reum et obnoxium 593
A innumera sustinentem mala. Nam Ægyptia illa non ferens pudorem et opprobrium, in quæ seipsam injecerat impossibilia attentans, primum quidem convocavit eos qui in domo erant, accusans adolescentem : testificaturque illum dixisse ea quæ ab ipsa magno furore proposita fuerant, atque ita omnes decipere tentat. Hic enim mos est malitiæ, semper contra virtutem pugnat, et ei sua peccata adscribere satagit : id quod et hæc faciebat, adolescentem quasi intemperantem criminans et se continentiæ larva tegens, dicensque
B propter hoc et illum vestes reliquisse, et se retinuisse illas. Benignus vero Deus hæc fieri permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malitia dixit, et adolescentem accusavit dicens : 17. *Intravit ad me puer Hebræus, quem duxisti ad nos, ut illuderet mihi.* O misera et calamitosa! Non ipse introduxit, ut illuderet tibi: sed diabolus te induxit, ut non solum adultera
C fieres, sed et ut, quantum in te fuit, homicidium patrares. Et ostendit postea ad comprobationem eorum quæ dicta erant adolescentis vestes. Considera, obsecro, hic communis omnium Domini

δσον ὑπέμεινε τὸν ἀγῶνα ὁ δίκαιος ἐκεῖνος. Οὐ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἐν μέσῃ τῇ Βαβυλωνίᾳ καμίνῳ τοὺς τρεῖς παῖδας ὄντας ἀβλαβεῖς διαμεῖναι, καὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς παθεῖν, ὡς θαυμαστὸν ἐγένετο καὶ παράδοξον τὸν θαυμαστὸν τοῦτον νεανίσκον κατασχεθέντα τῶν ἱματίων ὑπὸ τῆς μιαρᾶς ταύτης καὶ ἀκολάστου μὴ ἐνδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἀφέντα ἐν ταῖς ἐκείνης χερσὶν οὕτως ἀποπηδῆσαι. Ὥσπερ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες ἐκεῖνοι διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν τῆς ἄνωθεν ἀπολαύσαντες ροπῆς, τοῦ πυρὸς κρείττους ὤφθησαν· οὕτω καὶ οὗτος, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερε, καὶ τῆς σωφροσύνης τοὺς ἀγῶνας μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου ἐπεδείκνυτο, πολλῆς καὶ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπηλαυσε, τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς συμπραττούσης αὐτῷ τοσοῦτον ἆθλον νικῆσαι, καὶ ἔξω τῶν δικτύων τῆς ἀσελγοῦς ἐκείνης κατάστῆναι. Καὶ ἦν ἰδεῖν λοιπὸν τότε τὸν θαυμάσιον τοῦτον γυμνὸν μὲν ἐξιόντα ἱματίων, ἐνδεδυμένον δὲ τῆς σωφροσύνης τὸ ἔνδυμα, καὶ καθάπερ ἀπό τινος πυρᾶς καὶ καμίνου ἀβλαβῆ διαφυγεῖν, καὶ οὐ μόνον οὐ κατακαυθέντα, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον καὶ φαιδρότερον γεγενημένον.

Ἀλλ' ὅρα μετὰ τοσαύτην νίκην, μετὰ τοσαύτην ἀνδρείαν, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν αὐτὸν στεφανωθῆναι, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν αὐτὸν ἀνακηρυχθῆναι, πάλιν ὡσανεὶ ὑπεύθυνον τὰ μυρία ὑπομένοντα δεινά. Ἡ γὰρ Αἰγυπτία ἐκείνη οὐ φέρουσα λοιπὸν τὴν αἰσχύνην καὶ τὸ ὄνειδος, ᾗ περιέβαλλεν ἑαυτὴν ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσασα, πρότερον μὲν τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας συγκαλεσαμένη κατηγορεῖ τοῦ νεανίσκου, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς μανικῶς προταθέντα, ὡς παρ' ἐκείνου εἰρημένα φήσασα, οὕτως ἀπατᾷν ἅπαντας ἐπεχείρει. Τοιοῦτον γὰρ ἔθος τῇ κακίᾳ, ἀεὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν [a] ἀγωνιζομένην τὰ ἑαυτῆς ἐλαττώματα ἐκείνῃ ἐπιχειρεῖν προστρίβεσθαι· ὃ δὴ καὶ αὕτη τότε ἐποίει, τὸν νεανίσκον ὡς ἀκόλαστον διαβάλλουσα καὶ ἑαυτῇ προσωπεῖον σωφροσύνης περιθεῖσα, καὶ λέγουσα διὰ τοῦτο κἀκεῖνον τὰ ἱμάτια καταλελοιπέναι, καὶ ταύτην ταῦτα κατεσχηκέναι. Καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐμακροθύμει καὶ ἠνείχετο, ἵνα διὰ πάντων τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην λαμπρότερον ἀποφήνῃ. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐλθόντι τῷ ἀνδρὶ μετὰ πολλῆς τῆς κακουργίας εἰποῦσα καὶ κατηγορήσασα τοῦ νεανίσκου ἔλεγεν· Εἰσῆλθε πρός με ὁ παῖς ὁ Ἑβραῖος, ὃν εἰσήγαγες πρὸς ἡμᾶς, ἐμπαῖξαί μοι. Ἀθλία καὶ ταλαίπωρε. Οὐκ αὐτὸς εἰσήγαγεν ὥστε ἐμπαῖξαί σοι, ἀλλ' ὁ διάβολός σε εἰσήγαγεν, ὥστε μὴ μόνον μοιχαλίδα γενέσθαι, ἀλλὰ, τὸ ἦκον εἰς σέ, καὶ φόνον ἐργάσασθαι. Καὶ ἐδείκνυ λοιπὸν εἰς ἀπόδειξιν τῶν παρ' αὐτῆς λεγομένων τὰ ἱμάτια τοῦ νεανίσκου. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα τοῦ κοινοῦ πάντων ἀνθρώπων Δεσπότου τὴν φιλαν-

[a] [Coisl. ἀγωνιζομένη τ. ἐ ἐκείνῃ προστρίβεσθαι βούλεται.]

θρωπίαν. Ὥσπερ γὰρ τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ἐξείλετο βουλομένων αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ παρεσκεύασε πρότερον μὲν κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Ῥουβὴν εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Ἰούδα τοῖς ἐμπόροις διαπραθῆναι, ἵνα τῶν ὀνειράτων ἡ ἔκβασις εἰς ἔργον ἐλθοῦσα πείσῃ τὸν δίκαιον, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ ἐκεῖνα αὐτῷ προεμηνύετο· οὕτω καὶ νῦν ἡ ἄνωθεν χεὶρ ἦν ἡ τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον κατέχουσα, καὶ μὴ συγχωρήσασα εὐθέως ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὁρμῆσαι τοῦ νεανίσκου. Τί γὰρ ἦν τὸ κωλύον, μαθόντα ὡς εἰς αὐτὴν τὴν εὐνὴν ἀδικῆσαι αὐτὸν ἐπεχείρησε, μὴ τοῦτο ποιῆσαι; Ἀλλ' ὁ εὐμήχανος Θεὸς τοσαύτην παρεσκεύασεν αὐτὸν ἐπιδείξασθαι τὴν πραότητα, ἵνα ἐμβληθεὶς τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖ τὴν οἰκείαν ἐπιδειξάμενος ἀρετὴν, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας παραγένηται. Ἐθυμώθη γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ ὀχύρωμα, ὅπου οἱ δεσμῶται τοῦ βασιλέως κατέχονται. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπίστευσε, οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν ἐμβαλεῖν [b] ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· εἰ δὲ ἐπίστευσε πάλιν ἀληθὲς εἶναι τὸ παρὰ τῆς Αἰγυπτίας λεγόμενον, οὐδὲ οὕτω δεσμωτηρίου ἄξιος ἦν, ἀλλὰ ἀπορτμηθῆναι καὶ δίκην δοῦναι τὴν ἐσχάτην. Ἀλλ' ὅταν ἡ ἄνωθεν δεξιὰ τὴν ἑαυτῆς πρόνοιαν ἐπιδείκνυται, πάντα εὔκολα καὶ ῥᾴδια γίνεται, καὶ οἱ ἄγριοι ἡμερώτεροι καθίστανται. Τότε δὲ καὶ ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ μετὰ δαψιλείας ἡμῖν παραγίνεται, ὅταν πολλὴν καὶ ἡμεῖς τὴν ἀρετὴν ἐπιδειξώμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλως οὗτος ἠγωνίσατο, διὰ τοῦτο καὶ μεγάλων ἀπολαύει τῶν ἀμοιβῶν. Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀνδρείαν ἀπήγετο εἰς τὸ δέσμωτήριον, καὶ σιγῇ πάντα ὑπέμενεν. Ἴστε γὰρ ὅπως οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, ἐπειδὰν ὡς ὑπεύθυνοι καταδικάζωνται, πόσῃ κέχρηνται πολλάκις τῇ παῤῥησίᾳ καὶ τῇ ἐλευθεροστομίᾳ, κατεξανιστάμενοι καὶ μεγαλοφρονοῦντες κατὰ τῶν τὴν δίκην αὐτοῖς ἀνευθύνοις οὖσιν ἐπαγόντων. Ἀλλ' οὗτος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ σιγᾷ, καὶ πάντα πράως δέχεται, καὶ ἀνέμενε μετὰ πολλῆς τῆς ὑπομονῆς τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπήν. Ὅρα γὰρ πῶς καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὢν πάλιν τὴν ἀρχὴν ἅπασαν αὐτὸς ἐδέχετο παρὰ τοῦ δεσμοφύλακος· εἰκότως· Ἦν γὰρ, φησὶ, Κύριος μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ κατέχεεν αὐτοῦ ἔλεος. Τί ἐστι τὸ, Κατέχεεν αὐτοῦ ἔλεος; Πρὸς οἶκτον ἐπέκαμψε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι παρεσκεύασεν· Ἔδωκε γὰρ αὐτῷ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ. Ἀληθῶς οὐδὲν μακαριστότερον τοῦ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἀπολαύοντος. Ἔδωκε γὰρ, φησὶν, ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ τὸ δεσμωτήριον διὰ χειρὸς [a] τῷ Ἰωσήφ. Ὅρα πῶς ὑπεξίσταται ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ παραχωρεῖ, καὶ αὐτῷ τὴν αὐθεντίαν ἐπιτρέπει, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὑπὸ

clementiam: sicut enim a fratribus illum eripuit, volentibus eum interficere: et effecit primum quidem ut secundum consilium Ruben in cisternam immitteretur, et postea iterum secundum consilium Judæ negotiatoribus venderetur, ut somniorum eventus complerentur, fidemque facerent justo, non frustra neque temere hæc præsignata fuisse: ita et nunc superna manus erat D quæ barbarum detinuit, et non permisit ut statim ad cædem justi festinaret. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret illum violare suum lectum tentavisse? Verum providus Deus ideo tantam curavit ab illo exhiberi clementiam, ut injectus in carcerem, etiam illic suam declararet virtutem, et sic ad principatum regni perveniret. 19. *Succensuit enim,* inquit, *dominus ejus,* 20. *et misit eum in custodiam, ubi vincti regis detinebantur.* Sed si quidem non credebat, non Dei providentia erga Josephum. oportebat eum in carcerem conjicere: sin credebat verum esse quod Ægyptia finxerat, tunc E neque carcere dignus erat, sed plecti capite et extremam pœnam pati debebat. Verum quando suum auxilium dextra superna ostendit, omnia levia et facilia fiunt; et feroces mansuetiores se præstant. Tunc autem supernum præsidium ubertim nobis assistit, quando multam et nos ostenderimus virtutem. Nam hic quoniam multum certavit, propterea etiam magnas retributiones consequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, et silenter fert omnia. Scitis enim quanta ii qui non sunt sibi conscii malitiæ, quando sicut rei condemnantur, utantur sæpe 599 fiducia, dicendique libertate instructi ingenti A animo insurgant contra eos qui insontibus crimen intentant. Verum ille non sic: sed silet, et omnia mansuete fert, et magna cum patientia Dei exspectat subsidium. Vide enim quomodo et in carcere principatum omnem accipiat a custode carceris, idque merito: 21. *Erat* enim *Dominus cum Joseph,* inquit, *et effundebat ei suam misericordiam.* Quid est, *Effundebat ei suam misericordiam?* Ad miserationem inflectebat præfectum carceris, et mire erga illum benevolentiam suam declarari curabat: *Dedit* enim *ei gratiam coram illo.* Vere nihil beatius eo qui Dei benevolentia fruitur. 22. *Dedit* enim, B inquit, *præfectus carceris carcerem in manum Joseph.* Vide quomodo custos carceris aliquid honoris ei defert, auctoritatemque ei permittit, atque omnes qui in carcere erant, esse jubet sub

[b] [Coisl. omittit ἐν.]

[a] [Coisl. et Bibl. τῷ omittunt.]

potestate ejus. 23. *Et nesciebat præfectus carceris aliquid: omnia enim erant in manu Joseph, eo quod Dominus erat cum eo, et omnia quæ ipse faciebat, Dominus prosperare faciebat in manibus ejus.* Vide quomodo comitabatur eum perpetuo superna gratia, et omnia quæ faciebat; erant plena gratia. Hoc igitur et nos studeamus, ut nobiscum semper habeamus Dominum, et ut quæ a nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius auxilium assequitur, etiam in mediis malis exsistens ridebit, ac nihili putabit omnia, Domino omnium faciente et disponente cuncta, ut prospere succedant omnia, atque ardua facilia reddente. Quomodo autem poterimus nobiscum habere Dominum, ita ut ipso dirigente prospere agamus in omnibus? Si sobrii vigilantesque fuerimus, et imitati fuerimus juvenis illius continentiam et alias virtutes, animumque generosum, ac viderimus sic omnia fieri diligenter oportere, ut numquam a Domino condemnemur; sed sciamus possibile non esse, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormitare nequit, verum necesse omnino esse, ut is qui peccat, suppliciis obnoxius fiat. Neque majoris faciamus timorem hominum, quam indignationem Dei, sed memores simus semper verborum Joseph dicentis: *Quomodo faciam verbum hoc malum, et peccabo coram Deo?* Igitur quando nos aliqua cogitatio perturbat, hoc in mente versemus verbum, et statim effugiet omnis illicita concupiscentia. Itaque sive quis corporum concupiscentia capiatur, sive pecuniarum amore, sive alia quadam absurda voluptate, statim hoc cogitet, illum nempe esse qui nos condemnet, a quo non est possibile occultare etiam ea quæ in mente nostra versantur: et omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoque adjutorio superno juvabimur; quo nobis frui contingat omnibus gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Moralis epilogus.

Dei gratia efficit ut omnia bene succedant.

τὴν ἐκείνου ἐξουσίαν εἶναι ἐκέλευσε. Καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ γινώσκων οὐδέν· πάντα γὰρ ἦν διὰ χειρὸς Ἰωσὴφ, διὰ τὸ τὸν Κύριον μετ' αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὅσα αὐτὸς ἐποίει, Κύριος εὐώδου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Σκόπει πῶς συμπαρῆν αὐτῷ διηνεκῶς ἡ χάρις ἡ ἄνωθεν, καὶ πάντα ἅπερ ἔπραττε χάριτος ἦν πεπληρωμένα. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν, ἵνα μεθ' ἑαυτῶν ἔχωμεν ἀεὶ τὸν Κύριον, καὶ ἵνα τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα ὑπ' ἐκείνου κατευοδῶται. Ὁ γὰρ ταύτης ἀξιωθεὶς τῆς ῥοπῆς, κἂν μέσοις τοῖς δεινοῖς ὢν τυγχάνῃ, καταγελάσεται πάντων, καὶ οὐδὲν αὐτὰ ἡγήσεται, τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων, τοῦ πάντα ποιοῦντος καὶ μετασκευάζοντος, κατευοδοῦντος αὐτῷ ἅπαντα καὶ τὰ δυσχερῆ ῥᾴδια [b] ἀπεργαζομένου· Πῶς δὲ δυνησόμεθα μεθ' ἑαυτῶν ἔχειν τὸν Κύριον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατευοδοῦσθαι ἐν ἅπασιν; Ἐὰν νήφοντες ὦμεν καὶ ἐγρηγορότες, καὶ μιμησώμεθα τοῦ νέου τούτου τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, καὶ τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον, καὶ ἴδωμεν ὅτι οὕτω χρὴ μετὰ ἀριβείας ἅπαντα διαπράττεσθαι, ὡς μηδέποτε ὑπὸ τοῦ Δεσπότου καταγνωσθῆναι, ἀλλ' ὅτι οὐχ οἷόν τέ τινα λαθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν εἰδέναι, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως τὸν ἁμαρτόντα ταῖς τιμωρίαις ὑπεύθυνον γενέσθαι. Καὶ [c] μὴ προτιμότερον ἡγώμεθα τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως, ἀλλὰ μνημονεύωμεν διὰ παντὸς τῶν ῥημάτων τοῦ Ἰωσὴφ λέγοντος· Πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Ὅταν τις οὖν λογισμὸς ἡμᾶς διαταράττῃ, τοῦτο ἐν τῇ διανοίᾳ στρέφωμεν τὸ ῥῆμα, καὶ παραχρῆμα φυγαδεύεται πᾶσα ἄτοπος ἐπιθυμία. Εἴτε οὖν σωμάτων ἐπιθυμίᾳ τις ἁλῷ, εἴτε χρημάτων ἔρωτι, εἴτε ἄλλῃ τινὶ ἀτόπῳ ἡδονῇ, εὐθέως τοῦτο λογιζέσθω, ὅτι ἐκεῖνος ἡμῖν ἐστιν ὁ δικάζων, ὃν οὐχ οἷόν τε λαθεῖν οὐδὲ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ βουλευόμενα· καὶ πάντως διαφευξόμεθα καὶ τὰς τοῦ διαβόλου μηχανὰς, καὶ ἀπολαύσομεν πολλῆς τῆς ἄνωθεν συμμαχίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[b] Quatuor Mss. κατεργαζομένου.

[c] Sex Mss. μὴ πρότερον ἡγώμεθα.

ΟΜΙΛΙΑ ξγ'.

Καὶ οὐκ ἦν γινώσκων οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ.

Τὰ λείψανα τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων βουλόμεθα σήμερον ἀποδοῦναι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰωσὴφ πάλιν ἱστορίας ἅψασθαι. Ἴστε γὰρ ὅτι χθὲς εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθέντος τοῦ λόγου οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν, ἀλλὰ μέχρις ἐκείνου τὸν λόγον ἐστήσαμεν, ἡνίκα διὰ τὴν τῆς Αἰγυπτίας συκοφαντίαν ὑπὸ τοῦ ἀρχιμαγείρου εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνεβλήθη. Διὸ σήμερον ἀναγκαῖον διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰ κατὰ τὸ δεσμωτήριον αὐτῷ συμβεβηκότα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνεβλήθη εἰς τὸ ὀχύρωμα, καὶ παρεδόθη τῷ ἀρχιδεσμοφύλακι, κἀκεῖ τοσαύτη γέγονεν εἰς αὐτὸν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπὴ, ὡς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν τοῦ δεσμωτηρίου αὐτὸν ἐμπιστευθῆναι παρὰ τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος. Καὶ οὐκ ἦν γινώσκων, φησὶν, οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ. Εἶδες πῶς ἐν αὐταῖς ταῖς θλίψεσι γενόμενος οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐλάμβανε τῶν λυπηρῶν, ἀλλ' ἡ εὐμήχανος τοῦ Θεοῦ σοφία πάντα μετέβαλλε τὰ λυπηρά. Καὶ καθάπερ τὸν μαργαρίτην κἂν ἐν βορβόρῳ τις καταχώσειε, τὸ οἰκεῖον κάλλος ἐπιδείκνυται· οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ, ὅπου δ' ἂν αὐτὴν ἐμβάλῃς, τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπιδείκνυται, κἂν ἐν δουλείᾳ, κἂν ἐν δεσμωτηρίῳ, κἂν ἐν θλίψει, κἂν ἐν ἀνέσει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐμβληθεὶς εἶλε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πάντων τῶν αὐτόθι τὴν ἐξουσίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ, ἴδωμεν ἐνταῦθα ὅπως τῆς προσούσης αὐτῷ χάριτος ἐκκαλύπτει τὴν ἰσχύν. Ἐγένετο γὰρ, φησὶ, μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα. Ποῖα; Ἅπερ διηγήσατο μετὰ τὸ συκοφαντηθῆναι, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ γνωρίσαι ἡμῖν, ὅτι Κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ χειρὸς αὐτοῦ πάντα τὰ αὐτόθι ἐπέτρεψεν οἰκονομεῖσθαι. Ἐγένετο οὖν μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, μετὰ τὸ βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἁμαρτόντα τὸν ἀρχιοινοχόον καὶ τὸν ἀρχισιτοποιὸν καταδικασθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ συνέστησεν αὐτοὺς τῷ Ἰωσήφ. Οὐδὲ γὰρ ὡς δεσμώτῃ λοιπὸν αὐτῷ ἐχέχρητο, ἀλλ' ὡς κοινωνῷ τῆς φροντίδος, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἱκανῷ ἐπικουφίζειν τὰς συμφορὰς τοῖς αὐτόθι καθειργμένοις. Καὶ παρέστη αὐτοῖς, φησί. Τί ἐστι τὸ, Παρέστη αὐτοῖς; Ἀντὶ τοῦ, παρεμυθεῖτο, ἐνεύρου αὐτῶν τὸν λογισμὸν, διήγειρεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, οὐ συνεχώρει καταποθῆναι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας. Ἦσαν δὲ ἡμέρας πολλὰς ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ εἶδον ἀμφότεροι ἐνύπνιον ἐν μιᾷ νυκτὶ ὅ τε ἀρχιοινοχόος καὶ ὁ ἀρχισιτοποιός. Ἀλλ' ὁ θαυμάσιος οὗτος ἔργον ποιούμενος τὴν τούτων παρά-

HOMILIA LXIII.

Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph. *Gen.* 39. 23.

1. Reliquias eorum quæ a nobis heri dicta sunt, volumus hodie reddere caritati vestræ, et iterum attingere historiam Josephi. Scitis enim hesterno sermone prolixius extenso, nos non potuisse ulterius progredi, sed sermoni finem imposuisse, quando propter Ægyptiæ calumniam ab archimagiro in carcerem est conjectus. Ideo hodie operæ pretium fuerit docere vestram caritatem, quæ in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerem est conjectus, et traditus præfecto carceris, etiam illic tantum Dei subsidium assequutus est, ut totius carceris principatus a præfecto carceris ipsi concederetur. *Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph.* Vidisti quomodo in ipsis ærumnis versans, adversitatem ne senserit quidem, sed provida sapientia Dei omnia aspera verterit in jucunda. Et sicut licet quis margaritam luto obruat, nihilominus nativam retinet pulchritudinem : sic et virtus, quocumque eam projeceris, suam vim exserit, etiam in servitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiam in prosperitate. Quoniam igitur et in carcerem conjectus sibi conciliavit præfectum carceris, et super omnes qui ibi erant potestatem ab eo accepit : videamus et hic quomodo vim gratiæ sibi concessæ manifestarit. 1. *Factum est enim,* inquit, *post verba hæc.* Qualia? Quæ narravit post factam calumniam, postquam condemnatus est ad carcerem : et non hoc solum, sed et postquam significatum est nobis Dominum cum illo fuisse, et præfectum carceris omnia quæ ibi erant ipsi commisisse, ut per illum administrarentur. *Factum est,* inquit, *post verba hæc,* postquam injectus est in carcerem, *cum peccassent præfectus pincernarum et præfectus pistorum, condemnati sunt a rege, ut in carcerem mitterentur, 4. quos præfectus carceris Josepho commendavit.* Neque enim ut vincto usus est illo, sed ut curarum participe, imo ut eo qui ibi detentorum miseras solari posset. *Et adstitit eis,* inquit. Quid est, *Adstitit eis?* Hoc est, consolatus est, roboravit eorum mentes, erexit eorum animos, et non permisit absorberi præ tristitia. *Erant autem diebus multis in carcere, 5. et viderunt uterque insomnium in nocte una, præfectus pincernarum et præ-*

Cap. 40. v. 2 3.

fectus pistorum. Sed beatus ille, cui curæ erat quomodo consolaretur illos, ut vidit eos ob visionem insomniorum turbari, et mente confundi, dicit : 7. *Cur facies vestræ hodie tam obnubilæ et mœstæ?* Ostendebant enim facies eorum intus latentem perturbationem. Propterea et sapiens quidam dicebat : *Corde lætante floret facies, in tristitia autem exsistente, mœret.* Igitur quia vidit eos tristitia affectos propter insomniorum visionem, causam discere volens rogavit. Vide quomodo et in carcere exsistens suam ostendit virtutem, et aliorum mœrores allevare studuit. Quid igitur illi? 8. *Somnium vidimus, et non est qui conjectet illud.* Ignorabant sapientiam ejus cum quo loquebantur, sed vulgarem aliquem esse existimabant, et propterea somnium ei non narrant, sed tantum se vidisse dicunt, et addunt : Nullus est qui conjectet illud. Verum admirabilis ille vir dicit eis : *Nonne a Deo manifestatio ejus est? Narrate igitur mihi.* Num a me ipso promitto vobis aliquid me dicturum? Deus est qui revelat. *Narrate igitur mihi.* Vide intelligentiam et humilitatis excellentiam. Non dixit, Ego vobis dijudico, ego vobis dico somniorum eventum, sed quid? *Narrate igitur mihi.* Deus enim est solus qui talia revelat. 9. *Et narravit præfectus pincernarum.* 12. *Ut autem audivit Joseph, inquit : Hæc est interpretatio ejus.* 13. *Tres propagines, tres sunt dies : adhuc tres dies, et recordabitur Pharao tuæ pincernarum præfecturæ : et hinc restituet te, et dabis poculum Pharaoni in manum ejus juxta pristinum officium tuum, ut solebas, vinum infundens.* 14. *Sed recordare mei per temetipsum, quando tibi bene erit, et facies mihi misericordiam, et memor eris mei apud Pharaonem, et educes me ex carcere hoc :* 15. *quia furtim abductus sum ex terra Hebræorum, et hic feci nihil, et immiserunt me in hunc lacum.* Quia prædixerat ei bona eventura, et reconciliandum regem, dicit : *Memor esto mei per teipsum,* quando felicitatem tuam obtinueris, mentionem faciendo ejus qui hæc tibi prædixit, et facies mihi misericordiam.

Prov. 15. 13.

2. Hæc audiens, dilecte, ne condemnes pusillanimitatem justi : sed hac ratione potissimum obstupesce, quod cum tam multa essent molesta, tam fortiter et æquo animo tulit illam inhabitationem. Nam licet magnam a custode carceris potestatem accepisset, attamen gravabatur in tanto pædore cum sordidis et squalidis agendo.

κλησιν, ἰδὼν αὐτοὺς ὑπὸ τῆς ὄψεως τῶν ὀνειράτων
τεταραγμένους καὶ συγχεχυμένους τὴν διάνοιαν, φησί·
601 Τί ὅτι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ σήμερον; ἘδείA κνυ γὰρ ἡ τοῦ προσώπου κατάστασις τὴν ἔνδον ταραχήν. Διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις ἔλεγε· Καρδίας εὐφραινομένης θάλλει πρόσωπον· ἐν δὲ λύπαις οὔσης σκυθρωπάζει. Ἐπεὶ οὖν εἶδεν αὐτοὺς ἐν κατηφείᾳ τυγχάνοντας διὰ τὴν τῶν ὀνειράτων ὄψιν, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν μαθεῖν βουλόμενος. Ὅρα πῶς καὶ ἐν δεσμωτηρίῳ τυγχάνων τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ τὰς ἀθυμίας ἑτέροις ἐπικουφίζειν ἐσπούδαζε. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Ἐνύπνιον εἴδομεν, καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτό. Ἠγνόουν τοῦ πρὸς αὐτοὺς διαλεγομένου τὴν σοφίαν· ὡς ἑνὶ τῶν πολλῶν αὐτῷ προσεῖχον, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ ἐνύπνιον λέγουσιν, ἀλλ' ὅτι μόνον εἶδον,
B καί φασιν· οὐδείς ἐστιν ὁ συγκρίνων αὐτό. Ἀλλ' ὁ θαυμάσιος ἀνὴρ φησὶ πρὸς αὐτούς· Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστι; Διηγήσασθε οὖν μοι. Μὴ γὰρ οἰκοθεν ἐπαγγέλλομαί τι ὑμῖν ἐρεῖν; Θεός ἐστιν ὁ ἀποκαλύπτων. Διηγήσασθε οὖν μοι. Ὅρα σύνεσιν καὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐγὼ ὑμῖν διακρίνω, ἐγὼ ὑμῖν λέγω τῶν ὀνειράτων τὴν ἔκβασιν, ἀλλὰ τί; Διηγήσασθε οὖν μοι. Θεὸς γάρ ἐστι μόνος ὁ τὰ τοιαῦτα ἀποκαλύπτων. Καὶ διηγήσατο ὁ ἀρχιοινοχόος. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰωσὴφ φησι· τοῦτο ἡ σύγκρισις αὐτοῦ. Οἱ τρεῖς πυθμένες, τρεῖς ἡμέραι εἰσίν· ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ μνησθήσεταί Φαραὼ τῆς
C ἀρχιοινοχοΐας σου, καὶ ἀποκαταστήσει σε, καὶ δώσεις τὸ ποτήριον Φαραὼ εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχήν σου τὴν προτέραν, ὡς ἦσθα οἰνοχοῶν. Ἀλλὰ ἀναμνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνήσθητι περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραώ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. Ἐπειδὴ προεμήνυσεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα αὐτῷ χρηστὰ συμβήσεσθαι, καὶ τὴν καταλλαγὴν τοῦ βασιλέως, φησί, Μνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν ἀπολάβῃς σου τὴν εὐημερίαν· μνήμην ποίησαι τοῦ
D σοι ταῦτα προμηνύσαντος, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος.

Τοῦτο ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ μικροψυχίαν καταγνῷς τοῦ δικαίου, ἀλλὰ ταύτῃ μάλιστα ἐκπλάγηθι, ὅτι τοσούτων δυσχερῶν ὄντων, τὴν αὐτόθι οἴκησιν γενναίως καὶ εὐχαρίστως ἔφερεν. Εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τὴν παρὰ τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος ἐξουσίαν εἰλήφει, ἀλλ' ὅμως ἐβαρύνετο τὸ κατακεκλεῖσθαι, καὶ μετὰ τῶν αὐχμώντων καὶ ῥυπώντων εἶναι. Ὅρα γὰρ αὐτοῦ

καὶ ἐκ τούτου τὴν φιλόσοφον γνώμην· ὅπως μετὰ ἀνδρείας ἔφερεν ἅπαντα, διὰ πάντων πολλὴν τὴν ταπεινόφροσύνην ἐπιδεικνύμενος. Καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήσῃ περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα, πῶς οὐδὲν λέγει κατὰ τῆς μιαρᾶς ἐκείνης μοιχαλίδος, οὐδὲ αἰτιᾶται τὸν δεσπότην, οὐδὲ τὴν τῶν ἀδελφῶν περὶ αὐτὸν ἀπανθρωπίαν διηγεῖται, ἀλλὰ συγκαλύψας πάντα, φησί· μνήσθητί μου, καὶ ποίησον ἐξενεχθῆναί με ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου· Ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. Μὴ ἁπλῶς τοῦτο παραδράμωμεν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν, καὶ ὅπως καιρὸν εὑρηκὼς τοιοῦτον, καὶ εἰδὼς ὅτι δυνήσεται ἅπαντα ὁ ἀρχιοινοχόος ἐν εὐημερίᾳ γεγονὼς γνωρίσαι τῷ βασιλεῖ. τὰ κατ' αὐτὸν, οὐ τὴν Αἰγυπτίαν διαβάλλει (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ), οὐ τὸν δεσπότην ἄγει εἰς μέσον, οὐδὲ τοὺς ἀδελφούς· οὐδὲ λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν κατεδικάσθη, οὐδὲ σπουδάζει δεῖξαι τὴν παρανομίαν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην· ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνεται, οὐ τοῦ ἐκείνων δηλαδὴ κατηγορῆσαι, ἀλλὰ τοῦ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον εἰπεῖν. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνεσκίασεν εἰπὼν, Ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων· τὰ δὲ παρὰ τῆς Αἰγυπτίας ἐκείνης τῆς ἀκολάστου οὐδὲ εἰς μέσον ἄγει, οὐδὲ τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου ἄδικον κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν. Ἀλλὰ τί φησιν; Ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. Ταῦτα ἀκούοντες παιδευώμεθα, ἐπειδάν τισι τοιούτοις περιπέσωμεν, μὴ ἐκείνους σπουδάζειν περιβάλλειν λοιδορίαις, καὶ τὴν γλῶσσαν ἀκονᾶν κατὰ τῆς ἑτέρων [a] κατηγορίας, ἀλλὰ μόνον πράως καὶ ἡμέρως ἑαυτοὺς ἀνευθύνους δεικνύναι, καὶ μιμεῖσθαι τὸν θαυμάσιον τοῦτον, ὅτι οὐδὲ ἐν συμφορᾷ ὢν κατεδέξατο κἂν μέχρι ῥημάτων ἐκπομπεῦσαι τῆς Αἰγυπτίας τὴν ἀσέλγειαν. Ἴστε γὰρ ὅτι πολλοὶ πολλάκις καὶ ὑπεύθυνοι ὄντες ἐγκλήμασι, πολλῇ τῇ ἀναισχυντίᾳ κεχρημένοι τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ἑτέροις περιάπτειν ἐπιχειροῦσιν· οὗτος δὲ τοῦ ἡλίου [b] φανότερος τυγχάνων, καὶ δυνάμενος ἅπαντα μετὰ ἀληθείας εἰπεῖν, κἀκείνης τὴν μανίαν κατάδηλον ποιῆσαι, καὶ ἑαυτὸν περιφανέστερον ἀποδεῖξαι, οὐδὲν ἐκείνων εἰς μέσον ἄγει. Οὐδὲ γὰρ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐθηρᾶτο δόξαν, ἀλλ' ἠρκεῖτο τῇ ἄνωθεν εὐνοίᾳ, καὶ τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον μόνον ὀφθαλμὸν ἐβούλετο ἐπαινέτην ἔχειν τῶν γινομένων. Διὸ καὶ σιγῶντος αὐτοῦ, καὶ πάντα κρύπτειν ἐπιχειροῦντος, ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης εἰς τοσαύτην αὐτὸν περιφάνειαν ἤγαγεν, ὅτε καλῶς εἶδε τὸν ἀθλητὴν

Nam vide ejus philosophicam mentem, quomodo fortiter tulerit omnia, in omnibus magnam declarans animæ humilitatem. *Et facies,* inquit, *in me misericordiam, et recordaberis mei apud Pharaonem, et educes me ex carcere hoc.* Attende, obsecro, hic quomodo nihil dicat contra scelestam illam adulteram, neque arguat dominum, neque narret fratrum in se inhumanitatem, sed tectis omnibus, dicit: Recordare mei, et fac educi me ex carcere hoc: *Quia furtim abductus sum de terra Hebræorum, et hic nihil feci, et immiserunt me in lacum hunc.* Ne perfunctorie hoc prætereamus, sed consideremus quam philosophica mente præditus fuerit, et quomodo inventa opportunitate temporis, et sciens præfectum pincernarum in felicem statum restitutum posse omne negotium suum regi significare, non Ægyptiam reprehendit (iterum enim eadem dicam), non dominum affert in medium, non fratres; non dicit causam propter quam condemnatus sit in carcerem, neque scelus in se commissum narrare studet: sed hoc unum curat, non ut illos condemnet, sed ut pro se solo dicat. Et fratrum quidem causam occultavit, dicens: *Furto abductus sum ex terra Hebræorum:* quæ autem Ægyptia illa fecerat, non profert in medium, neque injustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? *Hic feci nihil, et immiserunt me in carcerem hunc.* Hæc audientes discamus, si in talia inciderimus, ut caveamus ne conviciis illos, qui nos vexarunt, incessamus, et ad accusationem illorum linguam acuamus: sed solum demonstremus in mansuetudine et lenitate nos innoxios esse, et imitemur illum admirabilem, qui neque in calamitate exsistens voluit vel verbis petulantiam et libidinem Ægyptiæ divulgare. Scitis enim multos criminibus etiam obnoxios, magna impudentia in alios sua delicta transferre conari: hic autem sole clarior exsistens, et qui poterat omnia cum veritate dicere, et illius insaniam manifestam facere, et semetipsum clariorem demonstrare, nihil illorum in medium affert. Neque enim humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei benevolentia superna, et oculum illum solum qui non dormit habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, et omnia obtegere moliente, clemens Dominus in tantam eum gloriam perduxit, quando vidit

602

Joseph obliviscitur injurias.

[a] [Coislin κακηγορίας.]

[b] [Coisl. et Savil. in marg. e var. lect. φανερώτερος.]

3. Et hæc quidem illi inter se disserebant, putantes nihil horum audire Josephum. Nam quasi ignorans, et nesciens eorum linguam, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebantur, et ea quæ ille eis, explicaret. 22. *Audiens autem hæc Ruben, dixit eis: Nonne loquutus sum vobis, dicens: Ne injuria afficiatis puerum, et non exaudistis me? Et ecce sanguis ejus exquiritur.* Nonne tunc, inquit, consulebam, nonne obsecrabam, ne quod peccatum in eum admitteretis? Propterea nunc *Sanguis ejus exquiritur.* Nam quantum ad propositum vestrum, occidistis: licet enim non per jugulum gladium transmiseritis, barbaris tamen viris eum vendidistis, et morte difficiliorem ei servitutem excogitastis: ideo nunc *Sanguis ejus exquiritur.* Cogita quantum sit a conscientia sua accusari, habereque perpetuo urgentem et clamantem accusatorem, et scelus commemorantem. 23. *Et hæc audiit quidem Joseph, ipsi autem nesciverunt, eo quod interprete uteretur:* sed non ultra ferre potuit, fraterna natura et commiseratione ipsum arguente. 24. *Et aversus,* inquit, *ab eis, flevit,* ut non agnosceretur ab eis. *Et iterum accessit ad eos, et loquutus est eis.* 25. *Et accepit Symeonem, et vinxit eum coram eis.* Vide quomodo omnia faciat quo incutiat eis terrorem; ut videntes vincula Symeonis, indiciis se proderent, an fratris aliquam commiserationem haberent. Hæc enim omnia facit probans eorum mentem, et scire volens, num et contra Benjamin tales fuerint: propterea et Symeonem coram eis vinciri jubet, ut diligenter eos probet, et sciat num quam dilectionem erga illum haberent. Nam misericordia in illum faciebat, ut citius Benjamin adducerent: quod fieri volebat, ut adventu fratris securus redderetur. *Et mandavit,* inquit, *ut sacci eorum implerentur frumento, et reponeretur pecunia uniuscujusque in saccum suum, et daretur eis viaticum in itinere.* 26. *Et cum imposuissent asinis suis, abierunt.* Vide quanta liberalitate utatur, dum etiam invitis eis benefacit, non frumentum solum dans, sed etiam pecuniam. 27. *Cum autem unus ex eis aperuisset saccum, ut daret pabulum asinis,* 28. *vidit pecuniam, et dixit fratribus suis. Propter hoc attonitum est cor eorum, et tur-*

αὐτοῦ. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἀσυμπαθεῖς γεγόναμεν, καὶ πολλὴν ἐπεδειξάμεθα τὴν ὠμότητα, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς νῦν τῶν αὐτῶν πειρώμεθα· Ἕνεκεν γὰρ τούτου ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ θλίψις αὕτη.

Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἀλλήλους διελέγοντο, νομίζοντες μηδενὸς τούτων ἐπακούειν τὸν Ἰωσήφ. Ὡς γὰρ ἀγνοῶν καὶ οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν γλῶτταν, παρεσκεύασεν ἑρμηνέα μεταξὺ ἀμφοτέρων ἑστάναι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ διασαφεῖν ἐκείνοις, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων αὐτῷ ἑρμηνεύειν. Ταῦτα δὲ ἀκούων ὁ Ῥουβὴν εἶπε πρὸς αὐτούς· οὐκ ἐλάλησα ὑμῖν, λέγων, μὴ ἀδικήσητε
C τὸ παιδάριον, καὶ οὐκ εἰσηκούσατέ μου; Καί ἰδοὺ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητεῖται. Οὐ συνεβούλευσα, φησὶ, τότε, οὐ παρεκάλεσα, ὥστε μηδεμίαν ἀδικίαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι; Διὰ τοῦτο νῦν Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητεῖται. Τῇ γὰρ γνώμῃ αὐτὸν ἀνείλετε· εἰ γὰρ καὶ μὴ διὰ τοῦ λαιμοῦ τὸ ξίφος ὤσατε, ἀλλὰ βαρβάροις ἀνδράσιν αὐτὸν πεπράκατε, καὶ χαλεπωτέραν θανάτου δουλείαν αὐτῷ ἐπενοήσατε· διὰ τοῦτο Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητεῖται νῦν. Ἐννόησον ὅσον ἐστὶν ὑπὸ τοῦ συνειδότος κατηγορεῖσθαι, καὶ τοῦτον τὸν κατήγορον διηνεκῶς ἔχειν ἐπικείμενον, καταβοῶντα καὶ τὴν παρα-
D νομίαν ὑπομιμνήσκοντα. Καὶ ταῦτα ἤκουε μὲν Ἰωσήφ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ᾔδεισαν, διὰ τὸ τὸν ἑρμηνέα μεταξὺ ἑστάναι· ἀλλ' οὐκ ἔτι λοιπὸν φέρειν ἠδύνατο, τῆς φύσεως τῆς ἀδελφικῆς καὶ τῆς συμπαθείας αὐτὸν ἐλεγχούσης. Καὶ ἀποστραφεὶς, φησὶν, ἀπ' αὐτῶν, ἔκλαυσεν, ὥστε μὴ κατάδηλος αὐτοῖς γενέσθαι. Καὶ πάλιν προσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Καὶ ἔλαβε τὸν Συμεῶνα, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐναντίον αὐτῶν. Ὅρα πῶς πάντα ποιεῖ, ὥστε εἰς φόβον αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, ἵνα ὁρῶντες τὰ δεσμὰ τοῦ Συμεὼν, δήλους ἑαυτοὺς ποιήσωσιν, εἴ τινα περὶ τὸν ἀδελφὸν συμπάθειαν ἐπι-
E δείκνυνται. Πάντα γὰρ ταῦτα ποιεῖ βασανίζων αὐτῶν τὴν γνώμην, καὶ γνῶναι βουλόμενος, εἰ μὴ καὶ πρὸς τὸν Βενιαμὶν τοιοῦτοι γεγόνασι. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Συμεῶνα ἐναντίον αὐτῶν δεσμεῖσθαι κελεύει, ἵνα βασανίσῃ αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας, καὶ ἴδῃ εἴ τινα φιλοστοργίαν περὶ αὐτὸν ἐνδείκνυνται. Ἡ γὰρ περὶ τοῦτον φειδὼ παρεσκεύαζεν ἐπιταχῦναι τὴν τοῦ Βενιαμὶν παρουσίαν, ὅπερ ἐβούλετο γενέσθαι, ὥστε πληροφορίαν λαβεῖν ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ παρουσίας. Καὶ ἐνετείλατο, φησὶν, ἐμπλῆσαι τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν σίτου, καὶ ἀπο-
612 A δοῦναι τὸ ἀργύριον ἑκάστῳ εἰς τὸν σάκκον αὐτοῦ, καὶ δοῦναι αὐτοῖς ἐπισιτισμὸν εἰς τὴν ὁδόν. Καὶ ἐπιθέντες τοῖς ὄνοις αὐτῶν ἀπῆλθον. Ὅρα πόσην φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυται· καὶ ἄκοντας αὐτοὺς εὐεργετεῖ, οὐ τὸν σῖτον μόνον δεδωκὼς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀργύρια. Λύσας δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν τὸν μάρσιππον αὐτοῦ, ὥστε δοῦναι χορτάσματα τοῖς ὄνοις, ὁρᾷ τὸ ἀργύριον, καὶ εἶπε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Ἐπὶ τούτῳ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτῶν,

καὶ ἐταράχθησαν εἰς ἀλλήλους λέγοντες· τί τοῦτο ἐποίησεν ἡμῖν ὁ Θεός; Ἐναγώνιοι πάλιν γεγόνασιν, ὑφορώμενοι μὴ καὶ τοῦτο προσθήκη ἐγκλημάτων αὐτοῖς γένηται, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἔχοντες κατηγορίαν, πάντα ἐπέγραφον τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ εἰς τὸν Ἰωσὴφ ὑπ' αὐτῶν γεγενημένῃ. Παραγενόμενοι δὲ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας [a] αὐτῷ ἀπαγγείλαντες, διηγήσαντο τὴν ἀγανάκτησιν τὴν κατ' αὐτῶν γεγενημένην παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς Αἰγύπτου, καὶ ὅτι ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ, ὡς κατασκόπους. Εἴπαμεν δὲ αὐτῷ, φασὶν, ὅτι εἰρηνικοί ἐσμεν, καὶ ὅτι δώδεκά ἐσμεν ἀδελφοί· καὶ ὁ μὲν εἷς οὐχ ὑπάρχει, ὁ δὲ μικρότερος μετὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Εἶπε δὲ ἡμῖν· ἐν τούτῳ φανεῖσθε, ὅτι εἰρηνικοί ἐστε· ἀδελφὸν ἕνα ἄφετε ὧδε, καὶ ἀγάγετε τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν νεώτερον, καὶ γνώσομαι ὅτι οὐκ ἐστὲ κατάσκοποι. Ταῦτα πάλιν ἀνέξαινε τοῦ δικαίου τὰς ἀθυμίας. Μετὰ γὰρ τῆς διηγήσεως ταύτης τῆς λυπηρᾶς καὶ τοὺς ἑαυτῶν μαρσίππους κενώσαντες, ηὕρισκεν ἕκαστος τὸ ἀργύριον, καὶ ἐφοβήθησαν αὐτοί τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν. Ἀλλ' ὅρα μοι πάλιν ἐνταῦθα τὸν πρεσβύτην ἀποδυρόμενον. Τί γάρ φησι πρὸς αὐτούς; Ἐμὲ ἠτεκνώσατε· Ἰωσὴφ οὐκ ἔστι, Συμεὼν οὐκ ἔστι, καὶ τὸν Βενιαμὶν λήψεσθε; Ἐπ' ἐμὲ ἐγένοντο ταῦτα πάντα. Οὐκ ἤρκει μοι, φησὶ, τὸ πένθος τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλὰ προσεθήκατε τούτῳ καὶ τὸν Συμεών· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἵσταταί μοι τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ τὸν Βενιαμὶν λαβεῖν βούλεσθε. Ἐπ' ἐμὲ ἐγένοντο ταῦτα πάντα. Ἱκανὰ τὰ ῥήματα δεῖξαι τοῦ πατρὸς διακοπτόμενα τὰ σπλάγχνα. Καὶ γὰρ ὥσπερ τὰ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ αὐτῷ ἀπηγόρευτο (ἐνόμιζε γὰρ θηρῶν κατάβρωμα γεγενῆσθαι), οὕτω καὶ τὰ κατὰ τὸν Συμεῶνα ἀπηγόρευσε· λοιπὸν δὲ καὶ περὶ τοῦ Βενιαμὶν ἐδεδοίκει. Ἀλλ' ὅμως ἀντεῖχεν ἔτι, καὶ οὐκ ἐδίδου τὸν παῖδα. Εἶπε δὲ αὐτῷ Ῥουβὴν ὁ πρωτότοκος αὐτοῦ· τοὺς δύο υἱούς μου ἀπόκτεινον, ἐὰν μὴ ἀγάγω αὐτὸν πρὸς σέ. Δὸς αὐτὸν εἰς τὰς χεῖράς μου, κἀγὼ ἄξω αὐτὸν πρὸς σέ. Ἐμοὶ αὐτὸν, φησὶ, πίστευσον, ἐμοὶ παράδος· ἐγώ σοι αὐτὸν ἐπανάξω.

Τοῦτο δὲ ἐποίει Ῥουβὴν, ἐννοῶν ὡς οὐχ οἷόν τε, μὴ τοῦ παιδὸς συγκατιόντος αὐτοῖς, πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, καὶ τὰ πρὸς διατροφὴν ὠνήσασθαι. Ἀλλ' οὐκ ἐνδίδωσιν ὁ πατὴρ, ἀλλά φησιν· Οὐ καταβήσεται ὁ υἱός μου μεθ' ὑμῶν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, ὥσπερ ἀπολογούμενος τοῖς παισίν· Ὅτι ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανε, καὶ αὐτὸς μόνος καταλέλειπται. Καὶ συμβήσεται ὡς νέον κομιδῇ μαλακισθῆναι ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. Δέδοικα, φησὶ, τὸ νέον αὐτοῦ τῆς ἡλι-

bati sunt mutuo dicentes: Cur hoc fecit nobis Deus? Iterum magis anxii facti sunt, suspicantes ne et hoc augmentum eis esset criminationum, et a conscientia accusati, omnia tribuebant peccato quod in Joseph admiserant. Cum venissent autem ad patrem, et omnia ei manifeste declarassent, narraverunt indignationem principis Ægypti, quam experti sunt: et quod posuisset eos in custodia, quasi exploratores. 31. *Diximus autem ei,* inquiunt, *quod pacifici simus,* 32. *et quod duodecim simus fratres, et quod unus non supersit, minimus autem sit cum patre nostro.* 33. *Dixit autem nobis: In hoc declarabitis quod pacifici sitis, si fratre uno hic relicto,* 34. *adducetis fratrem vestrum minorem, ut sciam quod non sitis exploratores.* Hæc iterum exasperaverunt justi mœstitiam. Post narrationem autem hanc tristem, cum evacuassent omnes saccos suos, invenit unusquisque pecuniam suam, et timuerunt ipsi et pater eorum. Et vide, oro, iterum hic senem plorantem. Et quidnam dicit eis? 36. *Me absque liberis esse fecistis: Joseph non est, Symeon non est, et hunc Benjamin accipietis? Super me facta sunt hæc omnia.* Non sufficiebat mihi, inquit, luctus Joseph, sed adjecistis ei et Symeonem: et neque hic dolorum meorum finis est, sed et Benjamin accipere vultis. *Super me facta sunt hæc omnia.* Sufficiunt hæc verba, ut videatur quam disrupta fuerint patris viscera. Quemadmodum enim ipsi omnis spes de Joseph ademta erat (putabat enim eum a bestiis devoratum); ita et neque de Symeone spem sibi pollicebatur: nunc quoque idem de Benjamin formidat. Verumtamen reluctabatur adhuc, et non dabat puerum. 37. *Dixit autem ei Ruben primogenitus ejus: Duos filios meos occide, si non reducam eum ad te. Da eum in manum meam, et ego reducam eum ad te.* Mihi, inquit, eum crede, mihi trade, et ego tibi eum reducam.

4. Hoc autem faciebat Ruben, cogitans non esse possibile, nisi puer simul descenderet, ipsos ad Ægyptum redire, et quæ ad alimenta pertinebant emere. Non cedit tamen pater, sed dicit: 38. *Nequaquam descendet filius meus vobiscum.* Deinde et causam dicit, quasi rationem reddens filiis: *Quia frater ejus mortuus est, et ipse solus est relictus. Et continget, eum utpote valde juvenem in itinere languere, et deducetis senectutem meam cum tristitia ad infe-*

[a] Aliquot Mss. αὐτῷ σημάναντες.

ros. Timeo, inquit, ætati adolescentis, et suspicor ne etiam hac consolatione privatus, cum dolore vitam finiam. Quamdiu enim ille mecum est, videor mihi habere aliquam consolationem, et hujus consuetudo minuit mihi dolorem, quem ex fratre ejus concepi. Et amor quidem ejus erga Benjaminum non concedebat ut illum dimitteret;

Caput. 43. 1. *Violentior autem fiebat fames, et deficiebant eis cibi.* 2. *Et dicit eis pater: Abite iterum, afferte nobis pauca edulia.* 3. *Dixit autem ei Judas: Testando attestatus est nobis homo, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester junior vobiscum fuerit.* 4. *Itaque si mittis nobiscum fratrem nostrum, descendemus, et ememus tibi frumenta:* 5. *sin minus, non ibimus. Nam homo ille dixit nobis: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester junior fuerit vobiscum.* Ne putes, inquit, sine fratre nos posse descendere illuc. Si enim vis nostrum descensum irritum, et nos omnes periculis involvi, viam nostram abeamus. Scias autem illum protestatum fuisse, nos non visuros esse faciem ejus, nisi frater junior nobiscum advenerit. Angustiæ undique erant Jacob; ideo plorans dicit ad eos: 6. *Quare afflixistis me, annuntiantes viro quod sit vobis frater? Cur me afflixistis?* Quare mihi horum malorum auctores facti estis? Nam si hoc ipsi non significassetis, nequaquam Symeone privatus essem, nec illum a vobis requisivisset. 7. *Illi autem dixerunt: Interrogavit nos homo, num adhuc pater noster vivat, et num sit nobis frater, et annuntiavimus ei. Num sciebamus quod dicturus esset nobis, Adducite fratrem vestrum?* Ne putes, inquit, sponte nos confessos esse viro, ut se habeant res nostræ. Quoniam enim quasi exploratores in suspicionem cum venissemus, nos detinuit, interrogavit autem diligenter de rebus nostris: volentes eum vere omnia docere, talia diximus. 8. *Dixit autem rursus Judas ad patrem suum: Mitte puerum mecum, et surgentes ibimus, ut vivamus, et non moriamur.* Mea, inquit, fidei illum credito, ut accingamus nos itineri. Consumtis enim cibis nulla nobis salutis spes erit, neque aliunde consuli nobis poterit. 9. *Ego accipio eum a te; nisi reduxero eum, et statuero coram te, ero ille qui peccavi tibi omnibus diebus.* 10. *Nisi enim tamdiu morati fuissemus, jam secundo revertissemus.* Commiseratio quam exhibes puero, inquit,

κίας, καὶ ὑφορῶμαι μὴ καὶ τῆς τούτου παραμυθίας ἀποστερηθεὶς μετ' ὀδύνης τὸν βίον καταλύσω. Μέχρι γὰρ ὅτε οὗτος σύνεστί μοι, δοκῶ μικράν τινα ἔχειν παραμυθίαν, καὶ ἡ τούτου συνουσία ὑποτέμνεται τὴν ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀθυμίαν. Ἀλλ' ὁ μὲν πόθος ὁ περὶ τὸν Βενιαμὶν οὐ συνεχώρει τῷ πατρὶ τοῦτον προέσθαι· Ὁ δὲ λιμὸς σφοδρότερος ἐγίνετο, καὶ ἐπέλιπεν αὐτοῖς τὰ βρώματα. Καί φησιν ὁ πατήρ· ἀπελθόντες πάλιν κομίσατε μικρὰ βρώματα. Εἶπε δὲ αὐτῷ Ἰούδας· διαμαρτυρίᾳ διεμαρτύρατο ἡμᾶς ὁ ἄνθρωπος, λέγων· οὐκ ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου, ἐὰν μὴ ὁ νεώτερος ὑμῶν ἀδελφὸς μεθ' ὑμῶν ᾖ. Εἰ μὲν οὖν ἀποστέλλεις τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καταβησόμεθα, καὶ ἀγοράσομέν σοι βρώματα· εἰ δὲ μὴ ἀποστέλλεις, οὐ πορευσόμεθα. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος εἶπεν ἡμῖν, ὅτι οὐκ ὄψεσθέ μου τὸ πρόσωπον, ἐὰν μὴ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν ὁ νεώτερος ᾖ μεθ' ὑμῶν. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἡμᾶς δύνασθαι ἄνευ τοῦ ἀδελφοῦ ἐκεῖ καταβῆναι. Εἰ γὰρ βούλει καὶ ἄπρακτον ἡμῶν γενέσθαι τὴν κάθοδον, καὶ πάντας ἡμᾶς κινδύνῳ περιβληθῆναι, ἀπίωμεν. Ἴσθι δὲ ὅτι διεμαρτύρατο ἡμᾶς, ὡς οὐκ ὀψόμεθα αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, εἰ μὴ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν μεθ' ἡμῶν παραγένηται. Στενὰ πάντοθεν ἦν τῷ Ἰακώβ· διὸ καὶ ἀποδυρόμενός φησι πρὸς αὐτούς· Τί ἐκακοποιήσατέ με, ἀπαγγείλαντες τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι ἐστὶν ὑμῖν ἀδελφός; Τί ἐκακοποιήσατέ με; Διὰ τί, φησὶν, ἐμοὶ τούτων τῶν κακῶν αἴτιοι γεγένησθε; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐγνωρίσατε, οὐκ ἂν τοῦ Συμεὼν ἀπεστερήθην, οὐκ ἂν τοῦτον ἐπεζήτησεν. Οἱ δὲ εἶπαν· ἐπηρώτησεν ἡμᾶς ὁ ἄνθρωπος, εἰ ἔτι ὁ πατὴρ ὑμῶν ζῇ, καὶ εἰ ἔστιν ὑμῖν ἀδελφὸς, καὶ ἀπηγγείλαμεν αὐτῷ. Μὴ ᾔδειμεν, ὅτι ἐρεῖ ἡμῖν, ἀγάγετε τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν; Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἡμᾶς ἐκόντας ὡμολογηκέναι τῷ ἀνδρὶ τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς κατασκόπους ἡμᾶς ὑποπτεύσας κατεῖχεν, ἐπηρώτα δὲ μετὰ ἀκριβείας τὰ καθ' ἡμᾶς, διὰ τοῦτο βουλόμενοι μετὰ ἀληθείας πάντα αὐτὸν διδάξαι, ταῦτα εἰρήκαμεν. Εἶπε δὲ πάλιν Ἰούδας πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· ἀπόστειλον τὸ παιδάριον μετ' ἐμοῦ, καὶ ἀναστάντες πορευσόμεθα, ἵνα ζῶμεν, καὶ μὴ ἀποθάνωμεν. Ἐμοὶ, φησὶν, αὐτὸν ἐμπίστευσον, ἵνα ἤδη ἀψώμεθα τῆς ὁδοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἔτι ἔσται ἡμῖν σωτηρίας ἐλπὶς, τῶν βρωμάτων ἀναλωθέντων, καὶ οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν εὑρισκόντων παραμυθίαν. Ἐγὼ δὲ δέχομαι αὐτὸν παρὰ σοῦ· ἐὰν μὴ ἀγάγω αὐτὸν, καὶ στήσω ἐναντίον σου, ἡμαρτηκὼς ἔσομαι εἰς σὲ πάσας τὰς ἡμέρας. Εἰ μὴ γὰρ ἐβραδύναμεν, ἤδη ἂν ὑπεστρέψαμεν δίς. Ἡ περὶ τὸν παῖδα, φησὶ, συμπάθεια πᾶσιν ἡμῖν τὸν ὄλεθρον μέλλει προξενεῖν. Φθάνομεν γὰρ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ [a]καταναλωθῆναι, εἰ μὴ βουληθῇς ἀπολύσας αὐτὸν ἐκπέμψαι ἡμᾶς. Βλέπε λοιπὸν ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, πῶς

[a] [Coisl. et Savil. in marg. e var. lect. καταναλωθέντες, εἰ μὴ βουληθῇς.]

ἡ τοῦ λιμοῦ ἀνάγκη ἐνίκησε τὴν φιλοστοργίαν τοῦ πατρὸς. Ὁρῶν γὰρ οὐδεμίαν αὐτοὺς εὑρίσκοντας παραμυθίαν ἑτέραν, καὶ τὸν λιμὸν ἐπιτεινόμενον, φησίν· Εἰ οὕτως ἔδει, καὶ τοῦτο δεῖ πάντως γενέσθαι, καὶ οὐχ οἷόν τε ὑμᾶς κατελθεῖν, εἰ μὴ καὶ τοῦτον λάβοιτε, ὀφείλετε καὶ δῶρα ἀποκομίσαι τῷ ἀνδρί. Καὶ τὸ ἀργύριον [b] δὲ, ὅπερ ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν εὑρήκατε, ἀπαγάγετε, καὶ ἕτερον ἀργύριον, ὥστε πρίασθαι. Καὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν λάβετε, καὶ ἀναστάντες κατάβητε πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ Θεός μου δῷ ὑμῖν χάριν ἐναντίον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀποστείλαι τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν ἕνα καὶ τὸν Βενιαμίν. Ἐγὼ γὰρ καθὰ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι. Ὅρα πῶς τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλοστοργίαν ἐπιδείκνυται, ἣν περὶ τὸν Ἰωσὴφ ἐκέκτητο. Ἵνα γὰρ μή τις νομίσῃ περὶ τοῦ Βενιαμὶν, ἢ περὶ τοῦ Συμεὼν εἰρῆσθαι τὸ, Ἐγὼ γὰρ καθὰ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι, διὰ τοῦτο προλαβὼν φησίν· Ὁ δὲ Θεός μου δῷ ὑμῖν χάριν, καὶ ἀποστείλαι τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν ἕνα καὶ τὸν Βενιαμίν. [a] Εἰ καὶ ὅτι, φησὶ, κἂν οὗτοι διασωθῶσιν, ἀλλ' Ἐγὼ καθὰ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι. Ἐννόει πῶς ὅλως τῇ εὐνοίᾳ τῷ Ἰωσὴφ ἦν προσκείμενος. Ὁρῶν γὰρ τοσούτων χορὸν παίδων αὐτοῦ περιεστῶτα, ἄτεκνον ἑαυτὸν εἶναι ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ ἐκείνου ἀπεστερεῖτο. Λαβόντες δὲ, φησὶν, οἱ ἄνδρες τὰ δῶρα, καὶ τὸ ἀργύριον διπλοῦν, καὶ τὸν Βενιαμὶν, κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἔστησαν ἐναντίον Ἰωσήφ. Εἶδε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τὸν Βενιαμὶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ὅπερ ἐπεθύμει, ἐθεάσατο τὸν αὐτῷ περιπόθητον. Εἶδεν εἰς ἔργον ἐξελθοῦσαν αὐτῷ τὴν σπουδήν. Καὶ εἶπε, φησὶ, τῷ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· εἰσάγαγε τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ σφάξον θύματα· μετ' ἐμοῦ γὰρ φάγονται οἱ ἄνθρωποι. Ἰδόντες δὲ ὅτι εἰσήχθησαν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἰωσὴφ, εἶπαν· διὰ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποστραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ἡμῶν τὴν ἀρχὴν ἡμεῖς εἰσαγόμεθα, τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς καὶ ἐπιθέσθαι ἡμῖν, τοῦ λαβεῖν ἡμᾶς εἰς παῖδας, ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ὄνους ἡμῶν. Ὁ μὲν Ἰωσὴφ τὴν περὶ αὐτοὺς φιλοφροσύνην ἐπιδεικνύμενος ἅπαντα διετάττετο· ἐκεῖνοι δὲ καὶ οὕτως ἐναγώνιοι γίνονται, ὑφορώμενοι μὴ τῶν ἀργυρίων ἕνεκα δίκας εἰσπραχθῶσιν, ὡς καὶ ἐν τούτῳ κακουργήσαντες. Καὶ διὰ τοῦτο προσελθόντες τὴν αἰτίαν τοῦ ἀγῶνος κατάδηλον ποιοῦσι τῷ ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ διηγοῦνται ὅπως τὰ ἀργύρια ἐν τοῖς μαρ-

nobis omnibus erit causa interitus. Fame enim peribimus, nisi eum nobiscum velis dimittere. Vide tandem hic, dilecte, quomodo famis necessitas patris amorem vicerit. Videns enim non aliunde famem sedari posse, eamque in dies magis ac magis increscere : Si ita est, inquit, et oportet hoc omnino fieri, nec potestis descendere, nisi hunc acceperitis, debetis et dona afferre viro, 614
et referre pecuniam, quam in saccis vestris A
invenistis. Accipite autem et pecuniam aliam, ut emere possitis frumenta. 15. *Et fratrem vestrum accipite. Surgite igitur, et descendite ad hominem. 14. Deus autem meus det vobis gratiam coram homine illo, et mittat fratrem vestrum unum et Benjamin. Ego autem quemadmodum liberis orbatus fui, liberis orbatus sum.* Vide quomodo eximiam suam dilectionem declarat, quam erga Joseph habuit. Ne quis enim existimet de Symeone, vel de Benjamin hoc esse B
dictum, *Ego sicut filiis orbatus fui, filiis orbatus sum,* idcirco præmisit : *Deus autem meus det vobis gratiam, et mittat fratrem vestrum illum unum et Benjamin.* Nam licet illi, inquit, salvi fuerint, sed *Ego quasi liberis caream, orbus sum.* Cogita hic, quomodo totus amori Joseph deditus sit. Videns enim tantum chorum liberorum se circumstantem, absque filiis se esse putavit, quia illo privatus erat. 15. *Acceperunt autem,* inquit, *viri dona, et pecuniam duplicem, et Benjamin, et descenderunt in Ægyptum, et steterunt coram Joseph.* 16. *Vidit autem eos Joseph, et Benjamin fratrem suum.* C
Quod desiderabat, vidit tam optatum sibi. Vidit satis esse factum suo desiderio. *Et dixit,* inquit, *præfecto domui suæ : Introduc homines in domum, et occide victimas : mecum enim comedent viri.* 18. *Ut viderunt autem quod introducti sunt in domum Joseph, dixerunt : Propter pecuniam, quæ rediit in saccos nostros in principio, inducimur, ut calumniam nobis intentet, et imponat nobis, et accipiat nos in servos, et asinos nostros.* Joseph quidem suam erga illos benignitatem declarans, omnia disponebat : illi autem anxii fuerunt, suspicantes ne pecuniarum gratia pœnas luant, tanquam etiam in hoc male fecissent. Propterea cum accessissent, D
causam formidinis proferunt præfecto domus, et narrant quomodo pecuniam in saccis invenerint, et dicunt : 22. *Propterea duplicem nunc attu-*

[b] [Coisl. omittit δέ.]

[a] [Savil. verba εἰ καὶ ὅτι uncis inclusit. Coisl. ἢ καὶ ὅτι. Paulo ante idem Coisl. bis δώῃ..... ἀποστείλει (pro ἀποστείλῃ), quam varietatem lect. enotavit Savil. in marg.]

limus pecuniam nobiscum, ut et priorem restituamus, et nunc denuo emamus frumenta.

5. Vide quomodo calamitates eorum animum mitigarent, eosque reddiderint mansuetiores. 23. *Dixit autem eis : Propitius vobis, nolite timere ; Deus vester, et Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris; pecuniam vestram bene probatam habeo.* Ne timeatis, inquit, neque hujus gratia anxii sitis. Nullum vobis inde crimen imponetur; pecuniam plene accepimus. A Deo putate hoc esse factum, et thesauros vobis in marsupiis vestris esse monstratos. *Et cum hæc dixisset, eduxit Symeonem,* 24. *et attulit aquam, ut lavarentur pedes eorum, et pabula dedit asinis eorum.* Vide quomodo preces patris omnia eis prospera facerent : et sicut ille eis apprecatus est, cum dixit, *Deus patris mei gratiam vobis det,* ita omnia facta sunt : et præfectus domus etiam ante adventum Joseph omnem eis benignitatem exhibuit. 25. *Paraverunt autem dona Joseph.* 26. *Et obtulerunt ei cum ingressus esset, et adoraverunt eum super terram.* 27. *Et iterum interrogavit eos : Num bene habet pater vester senior, quem dixistis vivere?* 28. *At illi dixerunt : Sanus est servus tuus pater noster. Et dixit : Benedictus homo ille Deo. Et curvati adoraverunt.* 29. *Vidit autem fratrem suum uterinum, et dixit : Hic est frater vester junior, de quo dixeratis mihi, ut duceretis ad me? Et dixit : Deus misereatur tui, fili.* Considera quantam constantiam præ se ferat, et adhuc ignorantiam simulet, ut per sequentia experimentum animi ipsorum accipere possit, quomodo sint affecti erga Benjamin. Et quia vincebatur a natura sua, 30. *Conturbabantur,* inquit, *viscera ejus, et quærebat ut fleret. Ingressus autem in cubiculum, flevit illic.* 31. *Et abluta facie exivit;* et postea suam demonstrat benignitatem, et dicit : *Apponite panes.* 32. *Et apposuerunt ei soli ;* utpote tamquam regi et principi totius Ægypti ; *Et illis seorsum, et Ægyptiis qui simul cœnabant cum eo seorsum. Non enim possunt Ægyptii comedere cum Hebræis : abominatio enim est Ægyptiis.* 33. *Sederunt autem coram eo, qui primus, secundum antiquitatem suam, et junior secundum juventutem suam.* Hoc

σίπποις εὗρον, καί φασιν, ὅτι Διὰ τοῦτο διπλοῦν ὑῶν ἐκομίσαμεν μεθ' ἑαυτῶν τὸ ἀργύριον, ὡς καὶ τὰ πρότερα ἀποδοῦναι, καὶ πρίασθαι βρώματα.

Ὅρα πῶς αἱ συμφοραὶ κατελέαναν αὐτῶν τὸν λογισμὸν, καὶ ἐποίησαν αὐτοὺς ἐπιεικεστέρους. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· [b] Ἵλεως ὑμῖν, μὴ φοβεῖσθε· ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἔδωκεν ὑμῖν θησαυροὺς ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν· τὸ γὰρ ἀργύριον ὑμῶν εὐδοκιμοῦν ἀπέχω. Μὴ δειλιᾶτε, φησὶ, μηδὲ τούτου ἕνεκεν ἀγωνιᾶτε. Οὐδεὶς ὑμῖν ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας ἔγκλημα περιάψει· καὶ γὰρ τὸ ἀργύριον πεπληρώμεθα· τοῦ δὲ Θεοῦ ἡγεῖσθε καὶ τοῦτο γεγενῆσθαι, καὶ θησαυροὺς ὑμῖν δεῖξαι ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν. Καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ἐξήγαγε τὸν Συμεῶνα, καὶ ἤνεγκεν ὕδωρ νίψαι τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ χορτάσματα ἔδωκε τοῖς ὄνοις αὐτῶν. Ὅρα πῶς ἡ εὐχὴ τοῦ πατρὸς πάντα αὐτοῖς κατευώδου· καὶ καθάπερ ἐκεῖνος αὐτοῖς ἐπηύξατο εἰπών, Ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου χάριν ὑμῖν δῷ, οὕτως ἅπαντα ἐγίνετο· καὶ πᾶσαν φιλοφροσύνην περὶ αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο καὶ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ 615
Ἰωσὴφ ὁ τὴν οἰκίαν πεπιστευμένος. Ἡτοίμασαν δὲ τὰ δῶρα Ἰωσήφ. Καὶ εἰσελθόντι αὐτῷ προσήνεγκαν, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ πάλιν πυνθάνεται αὐτῶν· εἰ ὑγιαίνει ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ πρεσβύτης, ὃν εἴπατε; ἔτι ζῇ; Οἱ δὲ εἶπον· ὑγιαίνει ὁ παῖς σου ὁ πατὴρ ἡμῶν. Καὶ εἶπεν· εὐλογητὸς ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος τῷ Θεῷ. Καὶ κύψαντες προσεκύνησαν. Εἶδε δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν ὁμομήτριον, καὶ εἶπεν· οὗτος ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν ὁ νεώτερος, ὃν εἴπατε πρός με ἀγαγεῖν; Καὶ εἶπεν· ὁ Θεὸς ἐλεήσαι σε, τέκνον. Σκόπει πόσην καρτερίαν ἐπιδείκνυται, καὶ ἔτι ἄγνοιαν προσποιεῖται, ἵνα διὰ τῶν ἐξῆς γενομένων δοκιμὴν αὐτῶν τῆς γνώμης λαβεῖν δυνηθῇ, ὅπως πρὸς τὸν Βενιαμὶν διάκεινται. Καὶ ἐπειδὴ ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐνικᾶτο, Συνεστρέφετο αὐτοῦ, φησὶ, τὰ σπλάγχνα, καὶ ἐζήτει κλαῦσαι. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸ ταμιεῖον, ἔκλαυσεν ἐκεῖ. Καὶ νιψάμενος τὸ πρόσωπον ἐξῆλθε· καὶ λοιπὸν τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται φιλοφροσύνην, καί φησι· Παράθετε ἄρτους. Καὶ παρέθηκαν αὐτῷ μόνῳ· ἅτε δὴ ὡς βασιλεῖ καὶ ἄρχοντι πάσης Αἰγύπτου· Κἀκείνοις καθ' ἑαυτοὺς, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις τοῖς συνδειπνοῦσι μετ' αὐτοῦ καθ' ἑαυτούς. Οὐδὲ γὰρ ἐδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι συνεσθίειν μετὰ τῶν Ἑβραίων· βδέλυγμα γάρ ἐστι τοῖς Αἰγυπτίοις. Ἐκάθισε δὲ ἐναντίον αὐτοῦ ὁ πρῶτος κατὰ τὰ πρεσβεῖα αὐτοῦ, καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ. Τοῦτο ἐκείνους εἰς ἔκπληξιν ἦγε, καὶ ἐν ἀπορίᾳ καθίσταντο, πόθεν αὐτῷ ἡ γνῶσις ἐγένετο τῆς διαφορᾶς τῶν ἡλικιῶν. Καὶ πᾶσι δοὺς μερίδας, τῷ Βενιαμὶν πενταπλάσιον δίδωσι. Καὶ

[b] Ἵλεως ὑμῖν, *Propitius vobis* ; modus loquendi, cum שלום לכם, *vax vobis*, quod eodem recidit. quis bene sperare et confidere ubet. In Hebræo est ,

οὐδὲ οὕτως αἰσθάνονται τῶν γινομένων, ἀλλ' ἐνόμισαν ἁπλῶς συντυχίᾳ τινὶ γίνεσθαι ταῦτα παρ' αὐτοῦ, [a] ὡς ἅτε δὴ πρὸς νέον. Καὶ τέλος λαβούσης τῆς ἑστιάσεως, Καλέσας, φησὶν, ὁ Ἰωσὴφ τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, ἐνετείλατο αὐτῷ, λέγων· πλῆσον τοὺς μαρσίππους τῶν ἀνθρώπων βρωμάτων, ὅσα ἂν δύνανται ἆραι, καὶ τὸ ἀργύριον ὡσαύτως ἑκάστου εἰς τὸν μάρσιππον αὐτοῦ, καὶ τὸ κόνδυ τὸ ἀργυροῦν ἔμβαλε εἰς τὸν μάρσιππον τοῦ νεωτέρου. Ὅρα πάλιν οἵαν μηχανὴν ἐξευρίσκει, ὥστε δοκιμὴν ἀκριβεστάτην λαβεῖν τῆς τῶν ἀδελφῶν γνώμης, ἣν περὶ τὸν Βενιαμὶν ἐπεδείκνυντο. Καὶ τούτων γενομένων, ἀπέλυσεν αὐτούς. Καὶ ἐπειδὴ ἥψαντο τῆς ὁδοῦ, Εἶπε, φησὶ, τῷ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· ἀνάστας ἐπιδίωξον ὀπίσω αὐτῶν, καὶ ἐρεῖς· τί ὅτι ἀνταπεδώκατε πονηρὰ ἀντὶ καλῶν; Ἵνα τί ἐκλέψατέ μου τὸ κόνδυ τὸ ἀργυροῦν; Οὗ τοῦτό ἐστιν, ἐν ᾧ πίνει ὁ κύριός μου; Αὐτὸς δὲ οἰωνίζεται ἐν αὐτῷ. Πονηρὰ συντετέλεσται, ἃ πεποιήκατε. Εὑρὼν δὲ αὐτοὺς, φησὶν, εἶπεν αὐτοῖς· τί τοῖς ἐναντίοις τὸν εὐεργέτην ἠμείψασθε; διὰ τί τὴν οἰκείαν πονηρίαν καὶ μέχρι τοῦ τοσαύτην περὶ ὑμᾶς τὴν φιλοφροσύνην ἐπιδειξαμένου ἐξετείνατε; διὰ τί οὐκ ἠδέσθητε τοῦ ἀνδρὸς τὴν περὶ ὑμᾶς μεγαλοψυχίαν; Τίς ἡ τοσαύτη κακουργία; τίς ἡ μανία, ἣν ἐμάνητε; Οὐκ ἴστε ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ ὁ κύριός μου οἰωνίζεται; Πονηρὰ ὑμῶν ἡ πρᾶξις, ὀλεθρία ἡ γνώμη, ἀσύγγνωστος ἡ ἐπιχείρησις, μεγάλη ἡ τόλμα, πᾶσαν πονηρίαν ὑπερακοντίζουσα. Οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ· ἵνα τί λαλεῖ ὁ κύριος κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα; Τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ἐπιφέρεις ἡμῖν ἔγκλημα, οὗ πάντῃ ἐσμὲν ἀνεύθυνοι; Μὴ γένοιτο τοῖς παισί σου ποιῆσαι κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο· μὴ ἡμῖν ποτε τοῦτο γένοιτο διαπράξασθαι. Οἱ γὰρ τὸ ἀργύριον διπλοῦν [b] ἀπενεγκάμενοι, πῶς ἂν ὑφειλόμεθα ἀργύριον, ἢ χρυσίον; Εἰ δὲ τοῦτο νομίζεις, Παρ' ᾧ ἂν εὑρεθῇ τὸ σκεῦος, ὅπερ ἐπιζητεῖς, αὐτὸς μὲν ἀποθνησκέτω, ὡς τοσοῦτον δράσας τολμηρόν· ἡμεῖς δὲ δοῦλοι ἐσόμεθα. Ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ συνειδότος παῤῥησία παρεσκεύαζεν αὐτοὺς μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν ταῦτα διαλέγεσθαι. Ὁ δὲ, φησὶν, εἶπε· καὶ νῦν, ὡς λέγετε, οὕτως ἔσται. Παρ' ᾧ ἂν εὑρεθῇ τὸ κόνδυ, οὗτος ἔσται μου παῖς μόνος· ὑμεῖς δὲ ἀπολυθήσεσθε. Καὶ ταῦτα εἰπόντες ἐπέτρεπον αὐτῷ τὴν ἔρευναν ποιήσασθαι. Καὶ ἠρεύνα ἀπὸ τοῦ πρεσβυτέρου ἀρξάμενος, ἕως ἦλθεν εἰς τὸν Βενιαμίν. Καὶ τὸν ἐκείνου μάρσιππον ἀνοίξας εὑρίσκει τὸ κόνδυ. Τοῦτο ἐσκότωσεν αὐτῶν τὸν λογισμόν. Καὶ διέῤῥηξαν, φησὶ, τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπέθηκαν πάλιν τοὺς μαρσίππους αὐτῶν, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ

illos in stuporem adduxit; et valde dubio animo fuerunt, undenam ei cognitio diversæ illorum ætatis. Et cum daret omnibus partes, Benjamino quintuplices dat. Neque tamen adverterunt quid rei esset, sed putabant fortuito quodam eventu ab eo fieri, et huic tamquam juniori plura dari. D Cumque finitum esset convivium, 1. *Vocavit,* inquit, *Joseph eum qui domui suæ præerat, et mandavit ei, dicens: Imple saccos hominum frumentis, quanta ferre poterunt, et pecuniam similiter in saccos singulorum,* 2. *et scyphum argenteum mitte in saccum junioris.* Vide iterum qualem artem excogitet, ut diligentissime mentem fratrum exploret, quam erga fratrem suum Benjamin habeant. Et his factis, dimisit eos. Et cum jam arripuissent iter, 4. *Dixit præfecto domus suæ: Surge, persequere eos, et dices:* 5. *Quare retribuistis* E *mala pro bonis? Quare furati estis scyphum meum argenteum? Nonne hic est e quo bibit dominus meus? Ipse autem auguratur in eo. Male acta sunt ea quæ fecistis.* Postquam autem invenit eos, inquit, dicit eis: Quare benefactori mala rependistis? quare malitiam vestram eousque extendistis, ut ad eum quoque pertingeret qui erga vos tantam ostendit benignitatem? quare non reveriti estis viri erga vos magnanimitatem? Quæ hæc tanta malitia? quæ insania qua insanitis? Nescitis quod hoc sit vas, in quo dominus meus auguratur? Malum est hoc opus vestrum, perniciosum propositum, venia indignus conatus, magna audacia, et omnem transcendens malitiam. 7. *Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus juxta verba hæc?* Quare, inquit, objicis nobis hoc crimen, a quo omnino sumus immunes? *Absit ut servi tui secundum verbum hoc faciant;* absit a nobis ut tale quid umquam attentemus. Nam qui pecuniam duplicem attulimus, quo pacto furaremur argentum vel aurum? Quod si hoc putas, 9. *Apud quem inventum fuerit vas quod inquiris, ille quidem moriatur,* ut qui tale fecerit opus; *nos autem servi erimus.* Conscientiæ bona fiducia eos ad tam fidenter loquendum inducebat. 10. *Ille autem,* inquit, *dixit: Et nunc sicut dixistis, erit. Apud quem inventum fuerit poculum, hic solus meus servus erit, vos autem dimittemini.* Et cum hæc

Caput 44.

616 A

B

[a] Ὡς ἅτε δὴ πρὸς νέον, *et huic tamquam juniori plura dari?* Hoc est, existimabant fratres Josephi, nescientes se cum Josepho esse, ejus jussu Benjamino utpote adhuc puero plura dari, quoniam solemus pueris plusquam aliis ablandiri.

[b] Alii ἐπενεγκάμενοι.

dixissent, permiserunt ei ut scrutinium faceret. 12. *Et scrutatus est, initio a seniore facto, donec veniret ad Benjamin, et illius aperto sacco, invenit poculum.* Hoc tenebris offudit eorum mentem : 13. *Et disruperunt,* inquit, *vestimenta sua : et imposuerunt jumentis iterum saccos, et reversi sunt in civitatem.* 14. *Et ingressus Judas, et fratres sui ad Joseph, ceciderunt coram eo super terram.* Vide quoties adorationem faciunt. 15. *Dixit autem eis Joseph : Quare hoc fecistis? Nesciebatis quod augurando in hoc auguror?* 16. *Dixit autem,* inquit, *Judas : Quid contradicemus, vel quid loquemur domino, vel quomodo justificabimur? Deus autem invenit injustitiam servorum tuorum.* Iterum revocant sibi in memoriam ea quæ olim contra illum fecerunt. *Ecce sumus servi domino nostro et nos et ille apud quem inventum est poculum.* Jam magnam declarant benevolentiam, et seipsos cum fratre in servitutem subjiciunt. 17. *Dixit autem Joseph : Absit ut hoc faciam. Homo apud quem inventum fuerit poculum, ille erit meus servus, vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum.*

6. Vide quomodo id quo timebat pater, hoc eis contingit : et in tam magnam devenerunt turbationem, ut quid facerent nescirent. 18. *Appropinquavit autem Judas,* inquit, *et dixit.* Quia ipse erat ille qui et a patre eum acceperat, et dixerat : *Nisi reduxero eum ad te, ero tibi peccato obnoxius omnibus diebus :* idcirco et propior factus diligenter narrat ei omnia, ut in commiserationem eo adducto, libertatem puero conciliaret. 18. *Appropinquavit enim,* inquit, *ei Judas, et dixit : Oro, domine, loquatur servus tuus.* Attende quomodo per omnia ut domino servus loquitur; et in memoria habe somnia manipulorum, propter quæ majorem erga eum invidiam acuerant, et obstupesce solertem Dei sapientiam, quomodo tantis obstaculis in medio positis, omnia opere sunt impleta. *Loquatur,* inquit, *servus tuus coram te, et ne irascaris servo tuo, domine.* 19. *Tu interrogasti servos tuos, dicens : Habetisne fratrem vel patrem?* 20. *et diximus domino : Est nobis pater senex, et filium senectutis juvenem habet, et frater ejus mortuus est.* Cogita hic quomodo se habuerit Joseph hæc audiens. *Ille solus relictus est matri suæ; pater autem eum diligit.* Quare autem et hic mentitur, sic dicens : *Frater ejus mortuus est?* Atqui eum

πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, ἔπεσον ἐναντίον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν. C Ὅρα ποσάκις τὴν προσκύνησιν ποιοῦνται. Εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἰωσήφ· τί τοῦτο πεποιήκατε; Οὐκ οἴδατε ὅτι οἰωνισμῷ οἰωνίζομαι ἐν αὐτῷ; Εἶπε δὲ, φησὶν, Ἰούδας· τί ἀντεροῦμεν, ἢ τί λαλήσομεν τῷ κυρίῳ, ἢ τί δικαιωθῶμεν; Ὁ δὲ Θεὸς εὗρε τὴν ἀδικίαν τῶν παίδων σου. Πάλιν ἑαυτοὺς ἀναμιμνήσκουσι τῶν ἤδη εἰς αὐτὸν ὑπ' αὐτῶν γεγενημένων. Ἰδού ἐσμεν οἰκέται τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ ἡμεῖς, καὶ παρ' ᾧ εὑρέθη τὸ κόνδυ. Τέως πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ἑαυτοὺς ἅμα τῷ ἀδελφῷ τῇ δουλείᾳ ὑποτάττουσιν. D Εἶπε δὲ, φησὶν, Ἰωσήφ· μή μοι γένοιτο ποιῆσαι τοῦτο. Ὁ ἄνθρωπος, παρ' ᾧ εὑρέθη τὸ κόνδυ, αὐτὸς ἔσται μου παῖς· ὑμεῖς δὲ ἀνάβητε μετὰ σωτηρίας πρὸς τὸν πατέρα ὑμῶν.

Ὅρα πῶς, ὅπερ ἐδεδοίκει ὁ πατὴρ, τοῦτο αὐτοῖς συμβέβηκε· καὶ θόρυβον ὑπομένουσι καὶ ταραχὴν, οὐκ εἰδότες ὅ τι καὶ πράξωσιν. Ἐγγίσας δὲ, φησὶν, Ἰούδας εἶπεν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸν δεξάμενος καὶ εἰπών· Ἐὰν μὴ ἀγάγω αὐτὸν πρὸς σὲ, ἔσομαι ἡμαρτηκὼς ἐναντίον σου πάσας τὰς ἡμέρας· διὰ τοῦτο πλησίον γεγονὼς διηγεῖται ἅπαντα E μετὰ ἀκριβείας αὐτῷ, ἵνα εἰς συμπάθειαν αὐτὸν ἐφελκυσάμενος παρασκευάσῃ ἀφεῖναι τὸν παῖδα. Ἐγγίσας γὰρ αὐτῷ Ἰούδας εἶπε· δέομαι, κύριε, λαλησάτω ὁ παῖς σου. Σκόπει πῶς δι' ὅλου ὡς δεσπότῃ δοῦλος διαλέγεται· καὶ μνημόνευέ μοι τῶν ὀνειράτων τῶν θραγμάτων, ἐξ ὧν καὶ μείζονα τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον ἠκόνησαν, καὶ ἐκπλήττου τὴν εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ὅπως τοσούτων κωλυμάτων ἐν μέσῳ γενομένων εἰς ἔργον ἅπαντα ἐξῆλθε. Λαλησάτω, φησὶν, ὁ παῖς σου ἐναντίον σου, καὶ μὴ θυμωθῇς τῷ παιδί σου, κύριε. Σὺ ἠρώτησας τοὺς παῖδάς σου, λέγων· εἰ ἔχετε πατέρα, ἢ ἀδελφόν; καὶ εἴπαμεν τῷ κυρίῳ· ἔστιν ἡμῖν πατὴρ πρεσβύτερος καὶ παιδίον γήρως νεώτερον 617 A αὐτῷ, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανεν. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα, τίς ἦν ταῦτα ἀκούων ὁ Ἰωσήφ. Αὐτὸς δὲ μόνος ὑπολέλειπται τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ὁ δὲ πατὴρ αὐτὸν ἠγάπησε. Τίνος ἕνεκεν καὶ ἐνταῦθα ψεύδεται οὕτω λέγων, ὅτι Ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανε, καίτοι τοῖς ἐμ-

πόροις αὐτὸν ἀπέδοντο; Ἀλλ' ἐπειδὴ [a] οὕτω τὸν πατέρα διέθηκαν, ὡς ἀναιρεθέντος αὐτοῦ καὶ ὑπὸ θηρίων βρωθέντος· ἄλλως δὲ καὶ ἐνόμισαν οὐ φέροντα τὴν δουλείαν ἐν παρὰ τοῖς βαρβάροις ἤδη τεθνηκέναι· διὰ τοῦτό φησι· Καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανεν. Εἶπας δὲ τοῖς παισί σου· καταγάγετε αὐτὸν πρός με, καὶ ἐπιμελοῦμαι αὐτοῦ. Καὶ εἶπας· ἐὰν μὴ καταβῇ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν μεθ' ὑμῶν, οὐ προσθήσεσθε ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου. Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἀνέβημεν πρὸς τὸν παιδά σου, πατέρα δὲ ἡμῶν, ἀπηγγείλαμεν αὐτῷ τὰ ῥήματα τοῦ κυρίου. Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἡμῖν· βαδίσατε πάλιν, ἀγοράσατε ἡμῖν μικρὰ βρώματα. Ἡμεῖς δὲ εἴπαμεν αὐτῷ· οὐ δυνησόμεθα καταβῆναι, ἐὰν μὴ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καταβῇ μεθ' ἡμῶν. Εἶπε δὲ ὁ παῖς σου ὁ πατὴρ ἡμῶν· ὑμεῖς γινώσκετε, ὅτι δύο ἔτεκέ μοι ἡ γυνή, καὶ ἐξῆλθεν ὁ εἷς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ εἴπατε ὅτι θηριόβρωτος γέγονε. Σκόπει πῶς διὰ τῆς ἀπολογίας τοῦ Ἰούδα πάντα μετὰ ἀκριβείας μανθάνει ὁ Ἰωσὴφ τὰ μετὰ τὴν αὐτοῦ πρᾶσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ γεγονότα, καὶ ὅπως τὸν πατέρα διέθηκαν, καὶ τίνα περὶ αὐτοῦ εἰρήκασι. Νῦν οὖν, ἐὰν καὶ τοῦτον λάβητε, καὶ συμβῇ αὐτῷ μαλακία ἐν τῇ ὁδῷ, κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. Οὕτω τοίνυν τοῦ πατρὸς ἡμῶν διακειμένου πρὸς τὸ παιδάριον, πῶς δυνησόμεθα ἰδεῖν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, τοῦ παιδαρίου μὴ ὄντος μεθ' ἡμῶν; Ἐκκρέμαται γὰρ αὐτοῦ ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς τούτου ψυχῆς. Καὶ κατάξουσιν οἱ παῖδές σου τὸ γῆρας τοῦ παιδός σου πατρὸς ἡμῶν μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. Ὁ γὰρ παῖς σου ἐκδέδεκται τὸ παιδάριον παρὰ τοῦ πατρὸς, λέγων· ἐὰν μὴ ἀγάγω αὐτὸ πρὸς σὲ, ἡμαρτηκὼς ἔσομαι ἐναντίον σου πάσας τὰς ἡμέρας. [b] Ταύτας τὰς ὑποσχέσεις ἐποιησάμην πρὸς τὸν πατέρα ὑπὲρ τοῦ καὶ τὸν παῖδα δυνηθῆναι ἀγαγεῖν, καὶ πληρῶσαι τά σοι δόξαντα, καὶ δεῖξαι ὡς ἀληθῶς εἰρήκαμεν, καὶ οὐδὲν ψεῦδος τῶν παρ' ἡμῶν λεχθέντων. Νῦν οὖν παραμενῶ παῖς ἀντὶ τοῦ παιδὸς, οἰκέτης τοῦ κυρίου· τὸ δὲ παιδάριον ἀναβήτω μετὰ τῶν ἀδελφῶν. Πῶς γὰρ ἀναβήσομεν πρὸς τὸν πατέρα, τοῦ παιδαρίου μὴ ὄντος μεθ' ἡμῶν; Ἵνα μὴ ἴδω τὰ κακὰ, ἃ εὑρήσει τὸν πατέρα μου. Συνέχεε ταῦτα τὸν Ἰωσὴφ, καὶ ἱκανὴν αὐτῷ παρέσχεν ἀπόδειξιν καὶ τῆς εἰς τὸν πατέρα τιμῆς, καὶ τῆς περὶ τὸν ἀδελφὸν φιλοστοργίας. Καὶ οὐκέτι ἠδύνατο φέρειν, οὐδὲ ἀνέχεσθαι τῶν παρεστηκότων αὐτῷ, ἀλλὰ πάντας ἀπωσάμενος, καὶ μόνος μεταξὺ αὐτῶν ἀπολειφθεὶς, ἀφεὶς φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ ἀναγνωρίζεται τοῖς ἀδελφοῖς. Καὶ τοῦτο γνωστὸν ἐγένετο ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἰς τὸν οἶκον Φαραώ. Καί φησι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ· ἐγώ εἰμι Ἰωσήφ. Ἔτι ὁ πατήρ μου ζῇ; Θαυμάσαι μοι ἔπεισιν ἐνταῦθα καὶ τοῦ μακαρίου τούτου τὴν τοσαύτην εὐτο-

negotiatoribus vendiderant. Verum quia sic patri persuaserunt, quasi occisus esset, et a bestiis devoratus: alioquin etiam putaverunt eum non ferentem barbarorum servitutem, jam esse mortuum, et idcirco dicit: *Frater ejus mortuus est.* 21. *Dixisti autem servis tuis: Deducite eum ad me, et curam habebo ipsius.* 23. *Et dixisti: Nisi descendat frater vester vobiscum, non apponetis ut videatis faciem meam.* 24. *Factum est autem, quando ascendimus ad servum tuum patrem nostrum, annuntiavimus ei verba domini.* 25. *Dixit autem pater noster nobis: Ite iterum, emite nobis pauca cibaria.* 26. *Nos autem diximus ei: Non poterimus descendere, nisi frater noster descendat nobiscum.* 27. *Dixit autem servus tuus pater noster: Vos scitis, quod duos peperit mihi uxor,* 28. *et egressus est unus a me, et dixistis, quod a bestia sit devoratus.* Considera quomodo per excusationem Judæ Joseph omnia diligenter didicerit quæ post suam venditionem egerint domi, et qualia patri de se narrayerint. 29. *Nunc igitur,* inquit, *si et hunc tuleritis, et acciderit ei languor in via, deducetis senectutem meam cum mœrore ad inferos.* Ita ergo patre nostro erga puerum affecto, quomodo poterimus faciem ejus videre, puero non exsistente nobiscum? 30. *Pendet enim anima ejus ex hujus anima.* 31. *Et deducent servi tui senectutem patris nostri servi tui cum mœrore ad infernum. Servus enim tuus accepit puerum a patre suo dicens: Nisi ipsum ad te reduxero, peccato obnoxius ero tibi omnibus diebus.* Has promissiones feci patri, ut puerum possim adducere, et ea implere quæ tu jusseras, monstrareque quam vere dixerimus, et nullum mendacium a nobis esse prolatum. 33. *Nunc igitur manebo servus pro puero, famulus domini; puer autem ascendat cum fratribus.* 24. *Quomodo enim ascendemus ad patrem, cum non sit nobiscum puer? Et ne videam mala, quæ invenient patrem meum.* Hæc Josephum animo commoverunt, et satis ei demonstrarunt illos et patrem digne colere, et fratrem multum amare. 1. *Et non ultra potuit ferre, neque tolerare adstantes sibi, sed repulsis omnibus solus inter eos relictus,* 2. *missa voce cum fletu, notum se fecit fratribus. Et hoc innotuit in toto regno, in domo Pharaonis.* 3. *Et dicit fratribus*

Caput. 45.

[a] Septem Mss. οὕτως τῷ πατρὶ διέθηκαν.

[b] Savil. et quatuor Mss. ἐπεὶ οὖν ταύτας τὰς ὑποσχ.

suis : Ego sum Joseph. Vivitne adhuc pater meus? Admirari hic subit et beati hujus constantiam tantam, et quod hucusque simulationem sustinuerit, et quod quis esset non declaraverit : atque vehementer obstupesco, quomodo illi potuerint stare, vel os postea aperire, quomodo non avolarit ab eis anima, quomodo eorum mens tota non obstupuerit, quomodo non se abdiderint intra terram. *Et non potuerunt*, inquit, *fratres ejus respondere ei : turbati enim erant.* Merito : cogitantes quomodo eum tractaverant, et qualis ipse erga illos fuerat : et cogitantes gloriam in qua constitutus erat, de sua salute propemodum anxii erant. Propterea volens eos animare, 4. *Appropinquate*, inquit, *ad me.* Ne amoveamini vos : ne cogitetis vos proprio consilio hæc contra me egisse. Ista non tam vestræ erga me adscribenda sunt iniquitati, quam divinæ sapientiæ et ineffabili misericordiæ : ut huc adveniens, nunc tempestive et vobis et toti huic regioni possem suppeditare alimenta. *Et dixit : Ego sum Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum.* 5. *Nunc igitur ne doleatis.* Ne vos, inquit, hoc conturbet; ne asperum vobis videatur quod factum est. Dei enim dispensatione contigerunt hæc. *Deus enim me misit in vitam ante vos.* 6. *Nam hic secundus annus famis super terram, et adhuc restant quinque anni, in quibus non erit aratio, neque messis.* 7. *Misit enim me Deus ante vos, ut relinquerentur vobis reliquiæ super terram.* 8. *Nunc igitur non vos me misistis huc, sed Deus.*

7. Vide quomodo semel et iterum et tertio consolatur illos, dicens se non ipsis adscribere causam sui ingressus in Ægyptum, sed Deum hoc fecisse, ut ipse in hanc veniret gloriam. *Deus*, inquit, *misit me, et fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum totius domus illius, et principem totius Ægypti.* Illa, inquit, servitus hunc principatum mihi conciliavit, illa venditio in hanc me gloriam evexit, illa afflictio hujus mihi honoris occasio fuit, illa invidia hanc mihi claritatem peperit. Hæc nos non solum audiamus, sed et imitemur : et ita solemur eos qui nos afflixere, non imputantes eis quæ in nos admiserunt, et omnia cum magna ferentes benevolentia, sicut ille vir admirandus. Igitur, inquit, cum persuasum vobis fecerim, me non vobis adscribere ea quæ contra me a vobis facta

νίαν, καὶ ὅτι ἤνεγκε μέχρι τούτου σιγματίσασθαι, 618
καὶ μὴ γνωρίσαι τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ εἶνους μάλιστα A
ἐκπλαγῆναι, ὅπως ἠδυνήθησαν στῆναι καὶ διᾶραι λοιπὸν τὸ στόμα, πῶς οὐκ ἀπέπτη ἀπ' αὐτῶν ἡ ψυχὴ, πῶς οὐκ ἐξέστη αὐτῶν ἡ διάνοια, πῶς οὐ κατέδυσαν εἰς τὴν γῆν. Οὐκ ἠδύναντο, φησὶν, οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἀποκριθῆναι αὐτῷ· ἐταράχθησαν γάρ. Εἰκότως· ἐννοοῦντες τίνα μὲν αὐτὸν αὐτοὶ διέθηκαν, οἷος δὲ αὐτὸς περὶ αὐτοὺς γέγονε, καὶ λογιζόμενοι τὴν περιφάνειαν ἐν ᾗ καθειστήκει, περὶ αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, τῆς σωτηρίας ἠγωνίων. Διὰ τοῦτο βουλόμενος αὐτοὺς παραθαῤῥῦναι, φησίν· Ἐγγίσατε πρός με. Μὴ μακρύνητε ἑαυτούς· μὴ νομίζετε, φησὶν, οἰκείᾳ γνώμῃ τὰ κατ' B ἐμὲ ὑμᾶς πεπρᾶχθαι. Οὐ τοσοῦτον τῆς ὑμετέρας ἐγένετο περὶ ἐμὲ πονηρίας, ὅσον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, καὶ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας, ἵνα ἐνταῦθα παραγενόμενος, νῦν ἐν καιρῷ καὶ ὑμῖν τὰ πρὸς διατροφὴν χορηγῆσαι δυνηθῶ, καὶ πάσῃ τῇ χώρᾳ. Καὶ εἶπε, φησὶν, ἐγώ εἰμι Ἰωσὴφ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, ὃν ἀπέδοσθε εἰς Αἴγυπτον. Νῦν οὖν μὴ λυπεῖσθε. Μὴ ὑμᾶς, φησὶ, τοῦτο ταραττέτω, μηδὲ [a] σκληρὸν ὑμῖν λογισθῇ τὸ γεγενημένον. Θεοῦ γὰρ οἰκονομία τὰ γινόμενα. Εἰς γὰρ ζωὴν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν. Τοῦτο γὰρ δεύτερον ἔτος λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἔτι λοιπὸν πέντε ἔτη, ἐν οἷς οὐκ ἔσται ἀροτρίασις, οὐδὲ ἀμητός. C Ἀπέστειλε γάρ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν, ὑπολείπεσθαι ὑμῖν κατάλειμμα ἐπὶ τῆς γῆς. Νῦν οὖν οὐχ ὑμεῖς με ἀπεστάλκατε ὧδε, ἀλλ' ὁ Θεός.

Ὅρα πῶς καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον παραμυθεῖται αὐτοὺς, λέγων μὴ αὐτοῖς αὐτὸν ἐπιγράφειν τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον αὐτοῦ κάθοδον, ἀλλὰ τὸν Θεὸν τοῦτο πεποιηκέναι, ὥστε εἰς ταύτην αὐτὸν ἐλθεῖν τὴν περιφάνειαν. Ὁ Θεὸς, φησὶν, ἀπέστειλέ με, καὶ ἐποίησέ με ὡς πατέρα Φαραὼ, καὶ κύριον παντὸς τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς Αἰγύπτου. Ἐκείνη, φησὶν, ἡ δουλεία ταύτην μοι τὴν ἀρχὴν προεξένησεν, ἐκείνη ἡ πρᾶσις εἰς ταύτην με D τὴν περιφάνειαν ἤγαγεν, ἐκείνη ἡ θλῖψις ταύτης μοι τῆς εὐδοκιμήσεως· ὑπόθεσις γέγονεν, ἐκεῖνος ὁ φθόνος ταύτην μοι τὴν δόξαν ἔτεκε. Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, καὶ οὕτω τοὺς κακῶς ἡμᾶς διατιθέντας παραμυθώμεθα, ἀλλοτριοῦντες ἀπ' αὐτῶν τὰ καθ' ἡμῶν γινόμενα, καὶ μετὰ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ἅπαντα φέροντες, καθάπερ ὁ θαυμάσιος οὗτος. Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, ἐπείσθητε παρ' ἐμοῦ, ὅτι οὐχ ὑμῖν

[a] Aliquot Mss. *σκληρὸν ὑμῖν ἐπιγραφῇ τό.*

ἐπιγράφω τὰ εἰς ἐμὲ παρ' ὑμῶν γεγενημένα, ἀλλ' ὑμᾶς μὲν ἀπαλλάττω τῶν ἐγκλημάτων, τῷ δὲ Θεῷ τὸ πᾶν [b] λογίζομαι, τῷ ἐκεῖνα πάντα οἰκονομήσαντι, ἵνα μοι τὴν τῆς παρούσης δόξης προσγένηται· Σπεύσαντες οὖν ἀνάβητε πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ εἴπατε αὐτῷ· τάδε λέγει ὁ υἱός σου Ἰωσήφ· ἐποίησέ με ὁ Θεὸς κύριον πάσης γῆς Αἰγύπτου. Κατάβηθι οὖν πρός με, καὶ μὴ ἀναμείνῃς· καὶ κατοικήσεις ἐν γῇ Γεσὲμ, καὶ ἔσῃ ἐγγύς μου σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν σου, καὶ τὰ πρόβατα, καὶ οἱ βόες, καὶ ὅσα σοί ἐστι, καὶ ἐκθρέψω σε (ἔτι γὰρ πέντε ἔτη λιμὸς), ἵνα μὴ ἐκτριβῇς σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντά σου. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν βλέπουσι, 619 καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ Βενιαμὶν τοῦ ἀδελφοῦ μου, ὅτι τὸ A στόμα μου τὸ λαλοῦν πρὸς ὑμᾶς. Ἀπαγγείλατε τῷ πατρί μου πᾶσαν τὴν δόξαν μου τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅσα εἴδετε, καὶ ταχύναντες καταγάγετε αὐτόν. Ταῦτα ἅπαντα διελεχθείς, καὶ ἀρκούντως αὐτοὺς παραμυθησάμενος, καὶ ἐντειλάμενος εἰπεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ τῷ πατρὶ, καὶ ταχέως αὐτὸν ἐπαναγαγεῖν, Ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Βενιαμὶν ἔκλαυσεν (ἐκεῖνος γὰρ ἦν αὐτῷ ὁμομήτριος), κἀκεῖνος πάλιν ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῷ· καὶ κατεφίλησε πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτοῖς. Καὶ τότε μετὰ τὴν τοσαύτην διάλεξιν καὶ τὰ δάκρυα καὶ τὴν συμβουλὴν, ἣν πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο, μόλις ἠδυνήθησαν λαλῆσαι πρὸς B αὐτόν. Μετὰ ταῦτα γὰρ, φησὶν, ἐλάλησαν πρὸς αὐτόν. Ταῦτα δὲ διεβοήθη εἰς τὸν οἶκον Φαραὼ, καὶ ἐχάρη, καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ. Ἐχαροποίησε, φησὶ, πάντας ὁ ἀναγνωρισμὸς τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ εἶπε, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τῷ Ἰωσήφ· εἶπον τοῖς ἀδελφοῖς *σου· τοῦτο ποιήσατε· γεμίσατε τὰ φορεῖα ὑμῶν σίτου, καὶ ἀπέλθετε. Καὶ ἀναλαβόντες τὸν πατέρα ὑμῶν ἥκατε πρός με, καὶ δώσω ὑμῖν πάντων τῶν ἀγαθῶν Αἰγύπτου· σὺ δὲ ἔντειλαι ταῦτα, λαβεῖν αὐ- C τοὺς ἁμάξας τοῖς παιδίοις καὶ ταῖς γυναιξίν. [c] Ὅρα καὶ τὸν βασιλέα, πῶς ἤδη φροντίζει [a] περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ ἐπανόδου. Καὶ ἀναλαβόντες, φησὶ, τὸν πατέρα ὑμῶν παραγίνεσθε, καὶ μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν σκευῶν ὑμῶν. Πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ Αἰγύπτου ὑμῖν ἔσται. Ἐποίησαν δὲ οὕτως οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. Ἔδωκε δὲ Ἰωσὴφ αὐτοῖς ἁμάξας κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως· καὶ πᾶσι μὲν ἔδωκε δισσὰς στολὰς, τῷ δὲ Βενιαμὶν ἔδωκε τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ πέντε ἐξαλλασσούσας στολὰς, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁμοίως, καὶ δέκα ὄνους αἴροντας ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν Αἰ-

sunt, sed quod liberem vos criminibus : Deo autem totum tribuam, qui illa ita dispensavit E ut præsentem gloriam sic acquirerem : 9. *Ideo festinantes ascendite ad patrem meum, et dicite ei : Hæc dicit filius tuus Joseph : Fecit me Deus dominum totius terræ Ægypti. Descende ad me, et ne differas;* 10. *et habitabis in terra Gesem, et eris apud me tu, et filii tui, et filii filiorum tuorum, et oves, et boves, et quæcumque habes,* 11. *et alam te* (*adhuc enim quinque annis fames*), *ut non delearis tu, et filii tui, et omnis substantia tua.* 12. *Ecce oculi vestri vident, et oculi Benjamin fratris vestri, quod ore meo vobis loquor. Annuntiate patri meo omnem gloriam meam quæ est in Ægypto, et quæcumque vidistis, et festinantes deducite eum.* Postquam hæc omnia dixit, et satis eos consolatus est, mandatumque dedit ut de rebus et statu suo patrem certiorem redderent, statimque adducerent, 14. *Cecidit in collum Benjamin fratris sui, et flevit* (is namque erat uterinus frater), *et ille vicissim flevit super eo; et osculatus est omnes fratres suos, et flevit super eos.* Denique post tantum colloquium et lacrymas, et consolationem, et consilium quod eis dedit, vix potuerunt cum eo loqui. 15. *Post hæc* enim, inquit, *loquebantur ei.* 16. *Hæc autem omnia divulgata sunt, et celebrata in domo Pharaonis, et gavisus est, et omnes qui in domo ejus.* Exhilaravit, inquit, omnes agnitio fratrum Joseph. 17. *Et dixit,* inquit, *rex Joseph : Dic fratribus tuis : Hoc facite : implete vehicula vestra frumento, et abite.* 18. *Et assumto patre vestro redite ad me, et dabo vobis de omnibus bonis Ægypti :* 19. *tu autem manda, ut accipiant plaustra pueris et uxoribus.* Vide et regem, quomodo jam curam agit de reditu Jacob. *Et assumto,* inquit, *patre vestro venite,* 20. *et ne parcatis oculis de vasis vestris. Omnia enim bona Ægypti vestra erunt.* 21. *Fecerunt autem sic filii Israël. Dedit autem Joseph eis currus, juxta mandatum regis;* 22. *et omnibus quidem dedit binas stolas, Benjamin autem dedit trecentos aureos, et quinque stolas mutatorias,*

[b] Aliquot Mss. *λογίζομαι, τῷ διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος δόξαν μοι προσγινομένην ἐκεῖνα πάντα συγχωρήσαντι. σπεύσαντες οὖν.*

* [Scripsimus *σου*, quod conjecerat Montf., cum Cofsl., var. lect. in marg. Savil. et Bibl. Edebatur *αὐτοῦ*. Infra Bibl. *ἥκετε*, Coisl. *ἀπαγάγετε*.]

[a] *Περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ ἐπανόδου, de reditu Jacobi.* Sic omnes cum Editi, tum Manuscripti. At quorsum hic *reditus* Jacobi in Ægyptum, qui nunquam Ægyptum viderat ? An hic *ἐπανόδου* positum fuerit pro *ἀνόδου*, vel potius *καθόδου, descensu*, quia qui ex Judæa in Ægyptum pergunt, descendere ut plurimum dicuntur.

23. *et patri suo misit similiter, et decem asinos ferentes de bonis Ægypti, et decem mulas ferentes panes patri suo in viam.* 24. *Quibus omnibus datis, misit fratres suos, et profecti sunt : dixitque eis : Ne irascamini in via.* Vide mentem moribus optimis præditam. Non solum ipse dimisit iram, et a criminibus liberavit, sed et ipsos admonet, ne irascantur in via, neque sese mutuo de factis accusent. Nam si nuper cum steterant ante Joseph, dicebant inter se, *Merito : in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quia despeximus ejus afflictionem ;* et exsurgens Ruben dicebat : *Nonne dixi vobis, ne injuria afficiatis puerum, et non exaudistis me ?* multo magis verisimile erat, illum in via cum aliis rixaturum esse. Propterea comprimens eorum iram et contentionem mutuam, dicit : *Ne irascamini in via ;* sed cogitantes quod ego non habuerim pro crimine quæ in me admisistis, ipsi etiam vos benevolentia vicissim prosequamini. Quis pro dignitate admiraretur justi viri hujus virtutem, qui novæ legis philosophiam magna adimplevit diligentia ; atque id quod Christus admonet discipulos, *Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus vos,* hoc ille et multo magis fecit? Neque enim solum tantam exhibuit caritatem erga eos qui se, quantum in eis erat, occiderant ; sed omnia facit, ut demonstret nihil eos in se peccati admisisse. O philosophiæ excellentiam! o ingentem probitatem, et dilectionis Dei magnitudinem! Non vos, inquit, hæc mihi fecistis ; sed Dei erga me providentia hæc fieri permisit, ut mihi somniorum eventus concedatur, et vobis salutis causa esse possim. Ita ut in afflictionibus et in tentationibus esse, si sobrii simus, divinæ sit erga nos providentiæ et benevolentiæ signum. Ne igitur in omnibus prosperitatem et affluentiam inquiramus, sed et sive in prosperitate simus, sive in adversitate, similiter gratias offeramus Domino, ut visa grata mente nostra, largiorem suam erga nos declaret providentiam : quæ nobis omnibus concedatur gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et sancto Spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 42. 21. 22.

Moralis exhortatio.

Matth. 5. 44.

εἶπεν αὐτῷ· εἰ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ὑπόθες τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἐλεημοσύνην καὶ ἀλήθειαν, τοῦ μή με θάψαι ἐν Αἰγύπτῳ· ἀλλὰ κοιμηθήσομαι μετὰ τῶν πατέρων μου· καὶ ἀρεῖς με ἐξ Αἰγύπτου, καὶ θάψεις με ἐν τῷ τάφῳ αὐτῶν. Ὁ δὲ εἶπε· ποιήσω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Εἶπε δέ· ὄμοσόν μοι. Καὶ ὤμοσεν αὐτῷ. Καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Πολλοὶ τῶν μικροψύχων, ἐπειδὰν παραινῶμεν αὐτοῖς μὴ πολὺν ποιεῖσθαι λόγον περὶ ταφῆς, μηδὲ περισπούδαστον πρᾶγμα ἡγεῖσθαι τὸ ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἐπὶ τὴν οἰκείαν πατρίδα τῶν τετελευτηκότων τὰ λείψανα ἐπανάγειν, ταύτην ἡμῖν προβάλλονται τὴν ἱστορίαν, φάσκοντες, καὶ τὸν πατριάρχην τοσαύτην ὑπὲρ τούτου πεποιῆσθαι τὴν φροντίδα. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, τοῦτο δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι οὐ τοσαύτην τότε τὴν φιλοσοφίαν ἀπῃτοῦντο, ὅσην οἱ νῦν· ἔπειτα ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ οὐχ ἁπλῶς ὁ δίκαιος ἐβουλήθη γενέσθαι, ἀλλ' ἐλπίδας αὐτοῖς χρηστὰς ὑποφαίνων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὀψέ ποτε ἐπανήξουσιν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Καὶ ὅτι ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας τοῦτο διετάξατο, φανερώτερον ἡμᾶς διδάσκει ὁ τούτου παῖς φάσκων· Ἐπισκοπῇ ἐπισκέψεται ὁ Θεὸς ὑμᾶς, καὶ συνανοίσετε τὰ ὀστᾶ μου ἐντεῦθεν. Ὅτι γὰρ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς τὰ μέλλοντα ἐφαντάζοντο, ἄκουε αὐτοῦ ἤδη κοίμησιν τὸν θάνατον λέγοντος· φησὶ γὰρ, Κοιμηθήσομαι μετὰ τῶν πατέρων μου. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε, Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι. Πῶς; Τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς. Μηδεὶς τοίνυν νομιζέτω μικροψυχίας εἶναι τὴν διάταξιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ καὶ ἀπὸ τοῦ προορᾶν τὴν μέλλουσαν αὐτῶν ἔσεσθαι ἐπάνοδον, πάσης αἰτίας ἀπολυέτω τὸν δίκαιον. Νῦν μὲν γὰρ, ἐπειδὴ τὰ τῆς φιλοσοφίας ἐπετάθη μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, εἰκότως ἄν τις μέμψοιτο τῷ τὰ τοιαῦτα ἐπισκήπτοντι. Καὶ μὴ ταλανιζέτω τὸν ἐπ' ἀλλοτρίας τὸν βίον καταλύσαντα, μηδὲ τὸν ἐπ' ἐρημίας τῆς παρούσης ζωῆς μεθιστάμενον. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοιοῦτος ταλανισμοῦ ἄξιος, ἀλλ' ὁ ἐν ἁμαρτίαις τεθνηκὼς, κἂν ἐπὶ τῆς κλίνης, κἂν ἐπὶ τῆς οἰκίας, κἂν τῶν ἐπιτηδείων παρόντων τὸν βίον καταλύσῃ. Καὶ μή μοι τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα καὶ γέλωτος γέμοντα καὶ ἀνοίας μεστὰ λεγέτω τις· ὁ δεῖνα κυνὸς ἀτιμότερον τετελεύτηκεν, οὐδενὸς τῶν γνωρίμων αὐτῷ παρόντος, οὐδὲ τὰ τῆς ταφῆς αὐτῷ παρασχεῖν δυνηθέντος, ἀλλ' ἐξ ἐράνου καὶ πολλῶν τινων συνεισενεγκόντων, οὕτω τὰ πρὸς τὴν κηδείαν αὐτῷ παρεσχέθη. Οὐ τοῦτό ἐστιν, ἄνθρωπε, κυνὸς ἀτιμότερον τετελευτηκέναι. Τί γὰρ ὁ τοιοῦτος παρεβλάβη; Μόνον εἰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἔνδυμα μὴ εἶχε περιχτέλλον αὐτόν. Ὅτι γὰρ οὐδὲν τοῦτο λυμαίνεται τὸν ἐνάρετον, μάνθανε ὅτι οἱ πλείους τῶν δικαίων,

tur, et vocavit filium suum Joseph, et dixit ei : Si inveni gratiam apud te, suppone manum tuam subter femur meum, et facies mecum misericordiam et veritatem, ut non sepeliar ego in Ægypto ; 30. sed dormiam cum patribus meis ; et auferes me ex Ægypto, et sepelies me in sepulcro eorum. Ille autem dixit Faciam secundum verbum tuum. 31. Dixit, autem : Jura mihi. Et juravit ei. Et adoravit Israël ad fastigium virgæ ejus. Multi abjectioris animi, quando a nobis admonentur, ne magnam curam sepulturæ habeant, neque rem multo studio dignam arbitrentur, ab aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci, hanc nobis prætexunt historiam, dicentes, etiam patriarcham hujus rei tantam fecisse curam. Verum primum quidem, sicut dixi, hoc cogitare oportet : tunc non tanta exigebatur philosophia, quanta ab iis qui nunc vivunt : deinde patriarcha hoc non simpliciter voluit fieri, sed spem bonam illis pollicens, fore ut sui vel sero tandem redirent in terram promissionis. Et quod ob hanc causam hoc præceperit, manifestius nos docet illius filius, dicens : *Visitando visitabit vos Deus, et simul feretis ossa mea hinc.* Quod enim oculis fidei futura præviderent, audi illum jam vocare mortem suam dormitionem : dicit enim, *Dormiam cum patribus meis.* Propterea et Paulus dicebat : *Juxta fidem mortui sunt hi omnes, non accepta promissione : sed procul eam viderunt et salutarunt.* Quomodo? Oculis fidei futura videbant. Nullus igitur putet pusillanimitatis esse hoc mandatum, sed et a tempore, et a prævisione futuri reditus, omni culpa excuset justum. Nunc enim quoniam ea quæ ad sapientiorem vitam attinent, post adventum Christi aucta sunt, merito quis reprehenderit eum, cui talia sunt curæ. Neque putet quis miserum eum esse qui in alieno solo vitam finiat, neque eum qui in solitudine ex hac vita decedat. Neque enim ille dignus ut miser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiamsi super lectum, etiamsi præsentibus amicis omnibus mortem obeat. Et ne mihi frigida illa verba, ridiculaque et insipientiæ plena dicat aliquis : Ille talis cane vilius est mortuus, nullo familiarium præsente, neque sepultura et funus ei contigerunt ; sed collectitia stipe justa facta sunt. Non est hoc, mi homo, cane ignominiosius mortuum esse. Quid enim ille damni sensit? Illud unum, si virtutis amictum se tegentem non habuerit. Nam quod id nihil lædat justum virtute præditum,

Cur voluerit in patria sepeliri Jacob.

Gen 50. 24

Hebr. 11. 13.

Non est miserum peregre mori.

disce, quia plerique justorum, prophetas dico et apostolos, ubi siti *sint*, paucis exceptis, ignoramus. Etenim alii quidem capite truncati, alii lapidati mortui sunt : et alii innumeris et variis pœnis seipsos exposuerunt propter pietatem, omnes propter Christum martyres facti sunt : et nullus de illis dicere audebit, ignominiosam esse eorum mortem : sed sequetur divinam Scriptu-
Psal. 115. 15. ram dicentem : *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Et sicut mortem sanctorum pretiosam vocavit, audi quomodo et mortem
Psal. 33. 22. peccatorum malam vocet. *Mors* enim, inquit, *peccatorum mala*. Itaque etiam si domi suæ moriantur, et uxore et filiis præsentibus, et familiaribus, et notis adstantibus, virtute autem careant, mala horum mors est. Sic etsi in aliena terra, etsi super pavimentum quis jacens : et quid dico, etsi in aliena? etiamsi in latrones incidat, etiamsi a bestiis devoretur, virtute autem præditus sit, pretiosa ejus mors erit. Dic enim, obsecro, Zachariæ filius nonne decollatus est? Stephanus autem primus martyrii corona redimitus, nonne lapidatus vitam finiit? Paulus autem et Petrus, nonne ille quidem capite truncatus, hic autem modo contrario quam Dominus crucifixus, ita hac vita excessit? Nonne propter hoc magis in toto mundo celebrantur et prædicantur?

Paulus capite cæsus, Petrus inverso capite crucifixus.

2. Hæc autem omnia cogitantes, neque eos qui in aliena terra moriuntur, miseros dicamus, neque domi suæ morientes beatos prædicemus : sed divinæ Scripturæ canonem sequentes, claros virtutibus hinc migrantes beatos dicamus, et eos qui in peccatis moriuntur miseros prædicemus. Sicut enim qui virtute præditus est in meliorem vitam transit, accipiens laborum suorum præmia : ita et qui illa caret, initia et procœmia suppliciorum jam accipit, et gestorum rationes reddere coactus, intolerabilibus complicatur malis. Ideo oportet hæc cogitantes virtutum habere curam, et in præsenti vita quasi in palæstra certare, ut cum solutum fuerit theatrum, splendida redimiri corona queamus, ne frustra pœnitentes inveniamur. Quamdiu enim durat certamen, possibile est, si voluerimus, et desidiam excutere, et virtutem exercere, ut propositam assequamur coronam. Cæterum, si videtur, redeamus ad sermonis seriem. Nam postquam commisit filio de sepultura, et dixit Joseph : *Ego faciam*

Vita præsens palæstra.

τῶν προφητῶν λέγω καὶ τῶν ἀποστόλων, πλὴν ὀλίγων, οὐδὲ ἴσμεν ὅπου κατετέθησαν. Οἱ μὲν γὰρ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθησαν, οἱ δὲ καταλευσθέντες οὕτω τοῦ βίου μετέστησαν, καὶ ἕτεροι [a] μυρίαις καὶ διαφόροις τιμωρίαις ἑαυτοὺς ἐκδόντες διὰ τὴν εὐσέβειαν, πάντες ὑπὲρ Χριστοῦ ἐμαρτύρησαν· καὶ οὐδεὶς ἂν τολμήσειε περὶ τῶν τοιούτων εἰπεῖν, ὅτι ἄτιμος αὐ- E τῶν γέγονεν ὁ θάνατος, ἀλλὰ ἀκολουθήσει τῇ θείᾳ Γραφῇ λεγούσῃ, Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Καὶ ὥσπερ τὸν τῶν ὁσίων θάνατον τίμιον ἐκάλεσεν, οὕτως ἄκουε καὶ τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν πονηρὸν καλοῦντος τὸν θάνατον. Θάνατος γάρ, φησὶν, ἁμαρτωλῶν πονηρός. Ὥστε κἂν ἐπὶ τῆς οἰκίας τις καταλύσῃ τὸν βίον, καὶ γυναικὸς καὶ παιδίων παρόντων, καὶ ἐπιτηδείων καὶ γνωρίμων παρεστώτων, ἀρετῆς δὲ ἔρημος τυγχάνῃ, πονηρὸς ἂν εἴη ὁ τούτου θάνατος. Οὕτω κἂν ἐπ' ἀλλοτρίας, κἂν ἐπὶ
630 τοῦ ἐδάφους κείμενος· καὶ τί λέγω ἐπ' ἀλλοτρίας, A καὶ τοῦ ἐδάφους; κἂν λῃσταῖς περιπέσῃ, κἂν θηρίων κατάβρωμα γένηται ὁ τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, τίμιος ἂν εἴη ὁ θάνατος τούτου. Εἰπὲ γάρ μοι, ὁ τοῦ Ζαχαρίου παῖς οὐ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη; Στέφανος δὲ ὁ πρῶτος τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀναδησάμενος, οὐχὶ καταλευσθεὶς οὕτω τὸν βίον κατέλυσε; Παῦλος δὲ καὶ Πέτρος οὐχὶ [a] ὃς μὲν ἀποτμηθεὶς, ὃς δὲ ἀπ' ἐναντίας τῷ Δεσπότῃ τοῦ σταυροῦ τὴν τιμωρίαν δεξάμενος, οὕτω μετέστη τῆς παρούσης ζωῆς; Οὐχὶ διὰ τοῦτο μάλιστα πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδονται καὶ ἀνακηρύττονται;

Ταῦτα δὲ ἅπαντα ἀναλογιζόμενοι, μήτε τοὺς ἐπὶ τῆς ξένης τελευτῶντας ταλανίζωμεν, μήτε τοὺς ἐπὶ B τῆς οἰκίας καταλύοντας τὸν βίον μακαρίζωμεν· ἀλλὰ τῷ τῆς θείας Γραφῆς κανόνι κατακολουθοῦντες, καὶ τοὺς ἐν ἀρετῇ βεβιωκότας, καὶ οὕτω μεθισταμένους, μακαρίζωμεν, καὶ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις τελευτῶντας ταλανίζωμεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐνάρετος εἰς βελτίονα ζωὴν μεθίσταται τῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς κομιζόμενος· οὕτως ὁ ταύτης ἔρημος ὤν, ἀρχὰς καὶ προοίμια τῶν τιμωριῶν ἤδη δεχόμενος, καὶ τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀπαιτούμενος, ἀνηκέστοις περιβάλλεται κακοῖς. Διὸ χρὴ ταῦτα ἐννοοῦντας ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου ἀγωνίζεσθαι, ἵνα μετὰ τὸ λυθῆναι τὸ C θέατρον, λαμπρὸν ἀναδήσασθαι δυνηθῶμεν τὸν στέφανον, καὶ μὴ ἀνόνητα μεταμελώμεθα. Ἕως γὰρ ὅτου ἐνέστηκεν ὁ ἀγὼν, δυνατόν ἐστιν, εἰ βουληθείημεν, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ἀποτινάξασθαι, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, ἵνα καὶ τῶν ἀποκειμένων στεφάνων ἐπιτυχεῖν δυνηθῶμεν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, λοιπὸν ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου. Ἐπειδὴ γὰρ

[a] [Scripsimus *μυρίαις* cum Coisl. Edebatur *μυρίοις*.] [a] [Vide supra p. 603, not. a.]

ἐπέσκηψε τῷ παιδὶ περὶ τῆς ταφῆς, καὶ εἶπεν ὁ Ἰωσήφ· Ἐγὼ ποιήσω κατὰ τὸ ῥῆμά σου, φησίν, Ὀμοσόν μοι. Καὶ ὤμοσεν αὐτῷ. Καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Ὅρα τὸν γέροντα, τὸν πρεσβύτην, τὸν πατριάρχην διὰ τῆς προσκυνήσεως τὴν εἰς τὸν Ἰωσὴφ τιμὴν ἐπιδεικνύμενον, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν πληροῦντα νῦν τοῦ ὁράματος τὴν ἔκβασιν. Ἡνίκα γὰρ διηγήσατο αὐτῷ ὁ Ἰωσὴφ τὸ ὅραμα, Εἶπε, φησίν, ἆρά γε ἐλθόντες ἐγώ τε καὶ ἡ μήτηρ σου προσκυνήσομέν σοι ἐπὶ τὴν γῆν; Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ πῶς ἐξῆλθε τὸ ὄναρ τῆς μητρὸς προαπελθούσης, καὶ μὴ προσκυνησάσης τὸν παῖδα; Ἔθος ἀεὶ τῇ Γραφῇ ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου τὸ πᾶν δηλοῦν. Ἐπεὶ οὖν Κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, Καὶ ἔσονται, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· τῆς κεφαλῆς προσκυνησάσης, δηλονότι καὶ τὸ σῶμα ἅπαν ταύτῃ εἵπετο. Εἰ γὰρ ὁ πατὴρ τοῦτο πεποίηκε, πολλῷ μᾶλλον κἀκείνη, εἰ μὴ τῆς ζωῆς προεξηρπάσθη, τοῦτο πεποίηκεν ἄν. Καὶ πρόσεκύνησε, φησὶν, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Ὁρᾷς ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ πίστει ἐποίει, προορῶν ὅτι βασιλικοῦ γένους γενήσεται ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τεχθείς; Ἐπεὶ οὖν ἐπέταξεν, ἅπερ ἐβούλετο, τῷ παιδὶ, μετ' οὐ πολὺ, φησὶ, μαθὼν Ἰωσὴφ, ὅτι ἐνοχλεῖται ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὅτι ἐπὶ θύραις ἐστὶ τοῦ θανάτου, ὅτι ἤγγισαν τῆς τελευτῆς αἱ ἡμέραι, Λαβὼν τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, ἦλθε πρὸς 631
Ἰακώβ. Ἀπηγγέλη δὲ τοῦτο τῷ Ἰακὼβ, καὶ ἐνισχύσας Ἰσραὴλ ἐκάθισεν ἐπὶ τὴν κλίνην. Ὅρα πῶς ἡ περὶ τὸν παῖδα φιλοστοργία τὸν πρεσβύτην ἐνεύρου, καὶ ἡ προθυμία ἐνίκα τὴν ἀσθένειαν. Ἀκούσας γὰρ αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, φησὶν, Ἐκάθισεν ἐπὶ τὴν κλίνην. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται, καὶ ἐπειδὴ ἔμελλε τελευτᾷν, τῇ εὐλογίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ τειχίζει τοὺς παῖδας, μεγίστην αὐτοῖς ταύτην περιουσίαν καταλιμπάνων, καὶ πλοῦτον μηδέποτε δαπανηθῆναι δυνάμενον. Καὶ ὅρα πῶς ἄρχεται. Πρῶτον διηγεῖται τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην εἰς αὐτὸν εὔνοιαν, καὶ τότε τὰς εἰς τοὺς παῖδας εὐλογίας ποιεῖται, καί φησιν· Ὁ Θεός μου
ὤφθη μοι ἐν Λουζᾷ ἐν γῇ Χαναὰν, καὶ εὐλόγησέ με, καὶ εἶπέ μοι· ἐγὼ αὐξανῶ σε, καὶ πληθυνῶ σε, καὶ ποιήσω σε εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δώσω σοι τὴν γῆν ταύτην καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον. Ἐπήγγελταί μοι, φησὶν, ὁ Θεὸς, ἡνίκα ἐν Λουζᾷ ὤφθη μοι, τοσοῦτον πληθῦναί μοι τὸ σπέρμα, ὡς συναγωγὰς ἐθνῶν γενέσθαι ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν γῆν δὲ ταύτην ἐμοὶ καὶ τῷ σπερματί μου δώσειν ὑπέσχετο. Νῦν οὖτοι οἱ δύο υἱοί σου, οἱ γενόμενοί σοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐμοί εἰσιν· Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆς, ὡς

juxta verbum tuum, addit, *Jura mihi. Et juravit ei. Et adoravit*, inquit, *Israël ad fastigium virgæ illius*. Vide senem, decrepitum, patriarcham adoratione honorem in Joseph declarare, et reipsa implere visionis eventum. Quando enim narravit Joseph visionem, *Dixit*, D inquit, *Numquid ego et mater tua veniemus, et adorabimus te super terram?* Sed forte dixerit aliquis: Et quomodo impletum est somnium in matre, quæ jam ante defuncta erat, et filium non adoravit? Perpetuus Scripturæ mos est, a magis principali totum significare. Quoniam, igitur, *Caput mulieris vir: Erunt enim, inquit, duo in carnem unam:* cum adoravit caput, manifestum est corpus totum caput sequutum esse. Si enim pater hoc fecit, multo magis E illa, nisi ex hac vita prærepta fuisset, hoc fecisset. *Et adoravit*, inquit, *ad fastigium virgæ ejus*. Propterea et Paulus dicebat: *Fide Jacob moriens singulos filios Joseph benedixit, et adoravit ad fastigium virgæ illius*. Vides eum istuc ipsum fide motum fecisse, prævidentem, regii generis futurum esse eum qui ex semine illius nasciturus erat? Itaque cum quæcumque volebat filio imperasset, non multo post ut didicit Joseph ægrotare patrem suum, et jam in foribus esse mortem, quia appropinquaverant dies mortis illius, 1. *Acceptis duobus filiis suis,* *venit ad Jacob.* 2. *Annuntiatum est autem* A *hoc Jacob, et corroboratus Israël sedit super lectum*. Vide quomodo amor erga filium senem firmabat, et alacritas vincebat infirmitatem. Audita enim illius præsentia, inquit, *Sedit super lectum*. Et ut vidit illum, paternam dilectionem ei exhibet, et quia moriturus erat, benedictione sua firmat filios, maximas has facultates relinquens, et divitias quæ absumi non poterant. Et vide quomodo incipit. Primum narrat benevolentiam quæ sibi a Deo concessa erat, et tunc benedictiones filiis impertit, et dicit: 3. *Deus meus apparuit mihi in Luza, in terra Cha-* B *naan, et benedixit mihi, et dixit mihi: 4. Ego te crescere faciam, et multiplicabo te, et faciam te in congregationes gentium, et dabo tibi terram hanc, et semini tuo post te, in possessionem æternam*. Promisit mihi, inquit, Deus, quando in Luza a me visus est, tantum se multiplicaturum semen meum, ut congregationes gentium ex eo futuræ sint, et terram mihi et semini meo se daturum promisit. 5. *Nunc igitur duo illi filii, qui nati sunt tibi in Ægypto, mei sunt: Ephraïm et Manasses, sicut*

Quomodo adorarit Josephum.

1. *Cor.* 11. 3.

Gen. 2. 25.

Hebr. 11. 21.

Cap. 48.

Ephraïm et Manasses adoptati.

Ruben et Symeon, erunt mei. Hos, inquit, quos habuisti ante adventum meum, ego in meorum filiorum numerum adopto, et parem iis qui ex me nati sunt a me benedictionem accipient. 6. *Quoscumque autem postea genueris, ii tui erunt; in nomine fratrum suorum vocabuntur in illorum sortibus.* 7. *Scias autem, quod et mater tua Rachel, quando appropinquaverom Bethlehem, mortua est, et defodi eam in via Hippodromi.* 8. *Et videns duos filios Joseph, dixit: Qui sunt hi?* 9. *Ille autem: Filii mei, quos dedit mihi Deus. Et dixit Jacob: Adduc mihi eos, ut benedicam eos.* 10. *Et appropinquare eos illi fecit. Et osculatus est eos, et amplexatus est eos.* Vide, obsecro, senem quomodo festinat et urget ut benedicat filios Joseph. *Et appropinquare eos fecit illi,* inquit. *Et osculatus est eos, et amplexatus est eos,* 11. *et dixit ad Joseph: Ecce facie tua non sum privatus, et ecce monstravit mihi Deus semen tuum.* Magna mihi, inquit, præstitit Dei clementia, et plura quam exspectavi; imo et quæ numquam exspectavi. Non enim solum non sum privatus facie tua, sed ecce etiam vidi eos qui ex te nati sunt. 12. *Et eduxit eos Joseph a genibus, et adoraverunt eum super faciem, super terram.* Vide quomodo et pueros statim ab initio debitum seni honorem reddere docuit. Et Joseph, inquit, secundum dignitatem primogenituræ adduxit Manassen, et tunc Ephraïm.

3. Vide hic quomodo justus corporis oculos præ senectute nunc infirmos haberet (10. *Gravati enim erant oculi ejus præ senio, et non poterat videre*), valeret autem oculis mentis, et fide prævideret futura. Neque enim tulit Joseph ordinem, sed mutatis manibus benedicens, dignitatem juniori contulit, præferens Manassi Ephraïm : et dixit: 15. *Deus, cui bene placuerunt patres mei.* Attende modestiam Jacob, vide animam religiosam. Non audebat dicere, Deus cui bene placui : sed quid? *Cui bene placuerunt patres mei.* Vidisti animam gratam? tametsi paulo antea narrans dicebat: *In Luza apparuit mihi, et promisit daturum se mihi et semini meo omnem terram, et in congregationes gentium se facturum semen meum.* Et tam evidentia habens indicia divinæ erga se benevolentiæ, adhuc tamen humiliatam habuit mentem, et dicit: *Deus cui bene placuerunt patres mei coram ipso, Abraham et Isaac.* Deinde iterum: *Qui pascit me a juven-*

Jacob oculis mentis videbat.

Ῥουβὴν καὶ Συμεών, ἔσονταί μοι. Τούτους, φησίν, οὓς ἔσχες πρὸ τῆς παρουσίας τῆς ἐμῆς, ἐγὼ εἰς τὸν τῶν ἐμῶν τέκνων ἀριθμὸν εἰσποιοῦμαι, καὶ ὁμοίως τοῖς ἐξ ἐμοῦ τεχθεῖσι τῆς παρ' ἐμοῦ εὐλογίας ἀπολαύσουσι. Τὰ δὲ εἰς τὸ ἑξῆς ἔκγονα, ὅσα ἂν γεννήσῃς μετὰ ταῦτα, σοὶ ἔσονται· ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν κληθήσονται ἐν τοῖς ἐκείνων κλήροις. Ἴσθι δὲ ὅτι καὶ ἡ μήτηρ σου Ῥαχὴλ, ἡνίκα ἤγγισα εἰς τὴν Βηθλεὲμ, ἀπέθανε, καὶ κατώρυξα αὐτὴν ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ ἱπποδρόμου. Καὶ ἰδὼν τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ, εἶπε· τίνες σοι οὗτοι; Καὶ εἶπεν· υἱοί μου, οὓς ἔδωκέ μοι ὁ Θεός. Καὶ εἶπεν Ἰακώβ· προσάγαγέ μοι αὐτοὺς, ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. Καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς πρὸς αὐτόν. Καὶ ἐφίλησεν αὐτοὺς, καὶ περιέλαβεν αὐτούς. Ὅρα μοι τὸν πρεσβύτην, ὅπως σπεύδει καὶ ἐπείγεται εὐλογῆσαι τοὺς παῖδας τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς, φησὶ, πρὸς αὐτόν. Καὶ ἐφίλησεν αὐτοὺς, καὶ περιέλαβεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε πρὸς Ἰωσήφ· ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην, καὶ ἰδοὺ ἔδειξέ μοι ὁ Θεὸς καὶ τὸ σπέρμα σου. Μεγάλα μοι, φησὶ, παρέσχεν ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ πλέον ἢ προσεδόκησα· μᾶλλον δὲ ἅπερ οὐδέποτε προσεδόκησα. Οὐ γὰρ μόνον τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ τοὺς ἐκ σοῦ τεχθέντας ἐθεασάμην. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς, φησὶν, Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν γονάτων αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς γῆς. Ὅρα καὶ τοὺς παῖδας πῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ἐπαίδευσε τὴν ὀφειλομένην τιμὴν ἀπονέμειν τῷ πρεσβύτῃ. Καὶ λαβὼν, φησὶν, Ἰωσὴφ κατὰ τὴν τῶν πρωτοτόκων προεδρίαν προσήγαγε τὸν Μανασσῆ, καὶ τότε τὸν Ἐφραΐμ.

Ἐνταῦθά μοι ὅρα τὸν δίκαιον τοὺς μὲν τοῦ σώματος ὀφθαλμοὺς ἤδη ὑπὸ τοῦ γήρως λοιπὸν ἀσθενεῖς κεκτημένον (Ἐβαρυώπησαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ γήρως, καὶ οὐκ ἠδύνατο βλέπειν), τοὺς δὲ τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς ἐῤῥωμένους ἔχοντα, καὶ τῇ πίστει τὰ μέλλοντα ἤδη προορῶντα. Οὐδὲ γὰρ ἀνασχόμενος τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλὰ ἐναλλάξας τὰς χεῖρας εὐλογῶν, τὴν προεδρίαν εἰς τὸν νέον ἐποιήσατο, προτάξας τὸν Ἐφραΐμ τοῦ Μανασσῆ. Καί φησιν· ὁ Θεὸς, ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου. Σκόπει ταπεινοφροσύνην τοῦ πατριάρχου, ὅρα ψυχὴν φιλόθεον. Οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὁ Θεὸς ᾧ εὐηρέστησα· ἀλλὰ τί; Ὃ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου. Εἶδες εὐγνώμονα ψυχήν; καίτοι πρὸ μικροῦ διηγούμενος ἔλεγεν, ὅτι Ἐν Λουζᾷ ὤφθη μοι, καὶ ὑπέσχετο δώσειν ἐμοὶ καὶ τῷ σπέρματί μου πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν ποιήσειν τὸ σπέρμα μου. Καὶ οὕτως ἐναργῆ ἔχων τὰ δείγματα τῆς περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ εὐνοίας, ἔτι κατεσταλμένην εἶχε τὴν διάνοιαν, καί φησιν· Ὁ Θεὸς ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου ἐνώπιον αὐτοῦ, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ. Εἶτα πάλιν· Ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου.

Σκόπει καὶ διὰ τούτου πάλιν τῆς εὐγνωμοσύνης αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. Οὐ λέγει τὴν οἰκείαν ἀρετήν, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγενημένα διηγεῖται, καί φησιν· Ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐξ ἀρχῆς μέχρι τοῦ παρόντος τὰ κατ' ἐμὲ οἰκονομήσας. Οὕτω καὶ πρώην ἔλεγεν· Ἐν γὰρ τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ διέβην τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἰδοὺ νῦν γέγονα εἰς δύο παρεμβολάς. Καὶ νῦν τὸ αὐτὸ πάλιν ἑτέροις ῥήμασί φησιν· Ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὁ ἄγγελος ὁ C ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν. Εὐχαρίστου γνώμης τὰ ῥήματα, φιλοθέου ψυχῆς καὶ ἐχούσης ἐναύλους τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας τῇ μνήμῃ. Ἐκεῖνος, φησίν, ᾧ οἱ πατέρες μου εὐηρέστησαν, ὁ ἐμὲ διαθρέψας ἐκ νεότητος ἕως τοῦ παρόντος, ὁ ἐξ ἀρχῆς πάντων με τῶν κακῶν ῥυσάμενος, ὁ τοσαύτην περὶ ἐμὲ κηδεμονίαν ἐπιδειξάμενος, αὐτὸς Εὐλογήσει τὰ παιδία ταῦτα· καὶ ἐπικληθήσεται ἐν αὐτοῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ τὸ ὄνομα τῶν πατέρων μου Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ πληθυνθείησαν εἰς πλῆθος πολὺ ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶδες δμοῦ καὶ σύνεσιν καὶ ταπεινοφροσύνην; Σύνεσιν μὲν, D ὅτι τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς προορῶν τὸν Ἐφραὶμ προέταξε τοῦ Μανασσῆ· ταπεινοφροσύνην δὲ, ὅτι οὐδαμοῦ τῆς οἰκείας ἀρετῆς μνήμην ἐποιήσατο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν πατέρων εὐαρίστησεως, καὶ ἀπὸ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων εὐεργεσιῶν τὴν εὐχὴν καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτοῖς ἐπηύξατο. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰακὼβ προορῶν τὰ μέλλοντα, οὕτως εἰς αὐτοὺς εὐλογίαν πεποίηται. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ ὁρῶν τὸν νεώτερον προχριθέντα τοῦ πρωτοτόκου, καὶ βαρὺ αὐτὸ λογισάμενος, εἶπε, φησὶν, οὗτος ὁ πρωτότοκος· ἐπίθες τὴν δεξιάν σου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' εἶπεν· οἶδα, E τέκνον, οἶδα. Καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν, καὶ οὗτος ὑψωθήσεται· ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν. Μὴ νομίσῃς με, φησὶν, ἁπλῶς συντυχίᾳ τινὶ τοῦτο πεποιηκέναι, μηδὲ δι' ἄγνοιαν. Οἶδα γὰρ, καὶ προορῶν τὰ ὕστερον ἐσόμενα, οὕτω τὴν εἰς αὐτὸν εὐλογίαν ἐποιησάμην. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔχει τὴν προεδρίαν ὁ Μανασσῆς, ἀλλ' Ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς πλῆθος ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ ὅλον ἐγίνετο, ἐπειδὴ ἐντεῦθεν ἐμελλεν 633 ἡ βασιλεία ἀναδείκνυσθαι. Διὰ τοῦτο ἤδη προαναφω- A νῶν τὰ μέλλοντα, οὕτω τὴν εἰς αὐτὸν εὐλογίαν ἐποιήσατο. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς λέγων· ἐν ὑμῖν εὐλογηθήσεται Ἰσραὴλ, λέγοντες· ποιήσαι σε ὁ Θεὸς ὡς Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆ. Καὶ ἔθηκε τὸν Ἐφραὶμ ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ. Οὕτως ἔσονται, φησὶ, περιφανεῖς ἀμφότεροι, ὡς πάντας εὐχῆς ἔργον ποιεῖσθαι εἰς τὴν τούτων ἐλθεῖν περιφάνειαν· ὅμως ὁ Ἐφραὶμ πρότερος ἔσται τοῦ Μανασσῆ. Ὁρᾷς πῶς ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις προεμήνυεν αὐτῷ, καὶ προφητικῷ κινούμενος πνεύμα-

tute mea. Accipe et ex hoc gratissimum ejus animum. Non dicit propriam virtutem, sed ea quæ sibi a Deo fuerunt facta. *Qui pascit me a juventute mea usque in diem hanc.* Ipse enim, inquit, est qui ab initio usque ad præsens res meas dispensavit, et moderatus est. Ita et prius dicebat : *In virga enim mea hac transivi Jordanem : et ecce nunc factus sum in duo castra.* Et nunc iterum aliis verbis dicit : *Qui pascit me a juventute mea usque in diem hunc,* 16. *angelus qui liberavit me de omnibus malis.* Gratæ animæ ac piæ, et bene memoris beneficiorum Dei, verba. Ille, inquit, cui patres mei bene placuerunt, qui me a juventute mea usque in præsentem diem educavit, qui me ab initio ab omnibus malis liberavit, qui fantam erga me declaravit providentiam, ipse *Benedicet hos pueros : et invocabitur in eis nomen meum, et nomen patrum meorum, Abraham et Isaac, et multiplicentur in multitudinem magnam super terram.* Vidisti simul et intelligentiam, et modestiam? Intelligentiam quidem, quia fidei oculis prævidens Ephraïm prætulit Manassi : modestiam vero, quia nusquam suæ virtutis mentionem fecit; sed ex probata patrum vita, et ex beneficiis in se collatis ipse preces fudit, et benedictionem filiis precatus est. Verum Jacob quidem prævidens futura, ita illis benedixit : 17. *Joseph vero videns juniorem prælatum seniori, grave et indignum esse putans, dicit :* 18. *Hic est primogenitus; pone dexteram tuam super caput ejus.* 19. *Et noluit, sed dixit : Scio, fili, scio. Et hic erit in populum, et hic exaltabitur; sed frater ejus junior major eo erit, et semen ejus erit in multitudinem gentium.* Ne putes me, inquit, casu ac fortuito hoc fecisse, vel per ignorantiam. Scio enim, et prævidens futura, ita ei benedictionem dedi. Nam licet natura primatum habebat Manasses, sed *Juvenis ille major eo erit, et semen ejus in multitudinem gentium.* Hoc autem totum factum est, quia hinc regnum demonstrabatur exoriturum. Propterea prædicens futura, sic eum benedicit. 20. *Et benedixit eos, dicens : In vobis benedicent Israël, dicentes : Faciat te Deus sicut Ephraïm et Manasse. Et posuit Ephraïm ante Manassen.* Ita, inquit, ambo erunt glorioși, ut omnes in optatis habeant ad eamdem cum illis gloriam pervenire : attamen prior erit Ephraïm Manasse. Vides quomodo gratia Dei prænonstrabat ei futura, ac prophetico afflatus

spiritu filiis Joseph benedixerit, et quod tantis temporibus aberat, tamquam præsens et ante oculos situm viderit? Hoc enim modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil amplius præterquam visibilia spectare possunt, ita et oculi fidei non quæ videntur spectant, sed illa vident, quæ multo post futura sunt. Et hoc manifestius scietis ex benedictionibus, quas suis filiis dat. Cæterum ne longum sermonem faciamus, multoque vos oneremus labore, contenti dictis, in sequentem sermonem reservabimus filiorum ejus benedictionem. Illud tamen obsecraverim vestram caritatem, ut imitemini justum hunc, et tales hereditates filiis vestris relinquatis, quæ a nullo umquam damnum accipere possint. Divitiæ enim sæpe etiam accipientibus perniciem pepererunt, et insidias, et multa pericula: hic autem nihil tale suspicari poteris umquam. Thesaurus enim est, qui numquam exhauriri, numquam potest consumi; thesaurus, qui non hominum dolis, nec latronum insidiis, non famulorum malitia, non alio quopiam imminui potest, sed perpetuo manet: spiritualis enim est, humanis non cedens insidiis, sed cum iis qui illum accipiunt, et sobrii esse volunt ac prudentes, in futuram vitam migrabit et eis æterna præparabit tabernacula.

Oculi fidei perspicaciores corporeis.

Moralis epilogus.

4. Ne igitur operam nostram in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filiis; sed doceamus eos virtutem, et benedictionem Dei illis apprecemur. Istæ enim, istæ maximæ sunt facultates: istæ sunt ineffabiles divitiæ, quæ non absumuntur, quæ quotidie substantiam nostram augent. Nihil enim virtuti par, nihil virtute potentius: etiamsi mihi dicas eum qui regnum habet, ac diadema gerit, nisi hanc habeat, quovis panniculoso paupere miserior erit. Quid enim illi prodesse poterit diadema aut purpura, qui virtutem sua desidia perdit? Numquid Dominus externarum dignitatum varietatem spectat? numquid personarum gloria permovetur? Unum est illic quod quæritur, ut per operationem virtutum apertas invenire possimus januas fiduciæ in Deum: nam qui nihil fiduciæ hinc defert, inter ignominiosos et desperantes locum habebit. Hoc igitur omnes consideremus, et nostros filios doceamus, ut virtutem rebus omnibus præferant, nihilique faciant pecuniarum abundantiam. Hæc enim, hæc est quæ virtuti sæpe plurimum obstat: quandoqui-

Pecuniæ virtuti obstant.

τι, οὕτω τοὺς παῖδας τοῦ Ἰωσὴφ εὐλόγει, τὰ μετὰ τοσοῦτον ἐσόμενα χρόνον, ὡς ἤδη παρόντα, καὶ ὑπὸ
B τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα, οὕτω προβλέπων; Τοιοῦτον γὰρ ἡ προφητεία. Καὶ καθάπερ οἱ τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ οὐδὲν πλέον τῶν ὁρωμένων φαντασθῆναι δύνανται, οὕτω καὶ οἱ τῆς πίστεως οὐ τὰ ὁρώμενα βλέπουσιν, ἀλλ' ἐκεῖνα φαντάζονται, ἃ μετὰ πολλὰς ὕστερον γενεὰς ἔσεσθαι μέλλει. Καὶ τοῦτο ἀκριβέστερον εἴσεσθε ἐκ τῶν εὐλογιῶν, ὧν εἰς τοὺς οἰκείους ποιεῖται παῖδας. Ἀλλ' ἵνα μὴ μακρὸν ποιῶμεν τὸν λόγον, καὶ πολὺν ὑμῖν τὸν κόπον παρέχωμεν, ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις εἰς τὴν ἑξῆς τὴν πρὸς τοὺς παῖδας εὐλογίαν ταμιευσόμεθα, ἐκεῖνο παρακαλέσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ζηλοῦν τὸν δίκαιον τοῦτον, καὶ τοιαύτας κληρο-
C νομίας τοῖς παισὶ καταλιμπάνειν τοῖς ἑαυτῶν, αἳ μηδέποτε παρά τινος βλάβην δέξασθαι δύνανται. Αἱ γὰρ τῶν χρημάτων πολλάκις καὶ ὄλεθρον ἔτεχον τοῖς διαδεξαμένοις, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ πολὺν τὸν κίνδυνον· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ὑποπτεῦσαί ποτε. Θησαυρὸς γάρ ἐστι δαπανηθῆναι μὴ δυνάμενος, θησαυρός ἐστιν ἀνάλωτος, θησαυρός ἐστιν οὐκ ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς, οὐ λῃστῶν ἐφόδῳ, οὐκ οἰκετῶν κακουργίᾳ, οὐκ ἄλλῳ τοιούτῳ τινὶ ἐλαττωθῆναι δυνάμενος, ἀλλὰ διηνεκῶς μένει· πνευματικὸς γάρ ἐστι, καὶ οὐκ εἴκων ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπιβουλαῖς· ἀλλ' ἐὰν οἱ δεξάμενοι
D νήφειν βούλωνται, καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν συναποδημεῖ ζωὴν, καὶ τὰς αἰωνίους προευτρεπίζει σκηνάς.

Μὴ τοίνυν χρήματα συλλέγειν σπουδάζωμεν, καὶ ταῦτα τοῖς παισὶ καταλιμπάνειν· ἀλλ' ἀρετὴν αὐτοὺς παιδεύωμεν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίαν αὐτοῖς ἐπευχώμεθα. Αὕτη γὰρ, αὕτη ἡ μεγίστη περιουσία, οὗτος ὁ ἄφατος πλοῦτος, ὁ ἀδαπάνητος, ὁ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν περιουσίαν πλείονα ἐργαζόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς ἴσον, οὐδὲν ταύτης ἰσχυρότερον· κἂν αὐτήν μοι τὴν βασιλείαν εἴποις, καὶ τὸν τὸ διά-
E δημα περικείμενον, εἰ μὴ ταύτην ἔχοι, παντὸς πένητος ῥάκια περιβεβλημένου ἀθλιώτερος ἔσται. Τί γὰρ αὐτὸν [a] τὸ διάδημα δυνήσεται ὠφελῆσαι, ἢ ἡ πορφυρὶς, ὑπὸ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προδεδομένον; Μὴ γὰρ ἀξιωμάτων τῶν ἔξωθεν οἶδε διαφορὰν ὁ Δεσπότης; μὴ γὰρ προσώπων δυσωπεῖται περιφανείᾳ; Ἕν ἐστιν ἐκεῖ τὸ ζητούμενον, ἀπὸ τῆς ἐργασίας τῆς ἀρετῆς τὰς θύρας ἐστὶν εὑρεῖν ἠνεῳγμένας τῆς πρὸς αὐτὸν παρρησίας· ὡς ὁ μὴ ἐντεῦθεν τὴν παῤῥησίαν κτησάμενος, ἐν τοῖς ἠτιμωμένοις καὶ ἀπαῤῥησιάστοις γενήσεται. Τοῦτο οὖν ἅπαντες σκοπῶμεν, καὶ τοὺς ἡμετέρους
634 παῖδας διδάσκωμεν ταύτην πάντων προτιμᾷν, καὶ
A μηδὲν ἡγεῖσθαι τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν. Αὕτη γὰρ, αὕτη πολλάκις καὶ κώλυμα πρὸς τὴν ἀρετὴν

[a] Savil. τὸ διάδημα ὀνήσεται, ἢ ἡ πορφ. Tres Mss. τὸ διάδημα σῶσαι δυνήσεται, ἢ ἡ πορφυρὶς, ἐὰν ὑπὸ τῆς οἰκείας. Alii ut in textu.

γίνεται, ὅταν μὴ εἰδῇ τοῖς χρήμασιν ὁ νέος εἰς δέον κεχρῆσθαι. Καὶ καθάπερ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ἐπειδὰν μαχαίρας ἐπιλάβηται ἢ ξίφους, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι δεόντως κεχρῆσθαι, πολλάκις εἰς προῦπτον ἑαυτὰ κίνδυνον ἐμβάλλει, ὅθεν οὐδὲ ἀφιᾶσιν αἱ μητέρες ἀδεῶς τῶν τοιούτων ἁπτεσθαι· οὕτω δὴ καὶ οἱ νέοι, ἐπειδὰν χρημάτων περιουσίαν διαδέξωνται, διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτοῖς δεόντως κεχρῆσθαι, εἰς προφανῆ κίνδυνον ἑαυτοὺς περιπείρουσι, τὸν φόρτον τῶν ἁμαρτημάτων ἐντεῦθεν ἑαυτοῖς συλλέγοντες. Αἱ γὰρ τρυφαὶ, B καὶ αἱ ἄτοποι ἡδοναὶ, καὶ τὰ μυρία κακὰ ἐντεῦθεν τίκτεται· οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ χρημάτων λέγω, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ εἰδέναι προσηκόντως αὐτοῖς κεχρῆσθαι τοὺς ταῦτα διαδεξαμένους. Διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις ἔλεγεν· Ἀγαθὸς ὁ πλοῦτος, ᾧ μή ἐστιν ἁμαρτία. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ πλούσιος ἦν, καὶ ὁ Ἰὼβ πλούσιος ἦν, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν ἀπὸ τοῦ πλούτου παρεβλάβησαν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως εὐδοκίμησαν. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ὅτι οὐκ εἰς οἰκείαν ἀπόλαυσιν μόνον τούτῳ ἐκέχρηντο, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων παραμυθίαν, καὶ τὰς τῶν δεομένων διορθούμενοι πενίας, καὶ ἡ οἰκία αὐτῶν παντὶ ξένῳ ἦν ἀνεῳγμένη. Ἄκουε γὰρ ἑνὸς αὐτῶν λέγοντος· C Εἰ δὲ καὶ ἐξῆλθέ τις ἐκ τοῦ οἴκου μου κόλπῳ κενῷ, καὶ ἀδύνατοι δὲ, εἴ ποτε εἶχον χρείαν, οὐκ ἀπέτυχον. Καὶ οὐ μόνον τὴν διὰ χρημάτων ἐπικουρίαν εἰς τοὺς δεομένους ἐπεδείκνυντο, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῆς προστασίας πρόνοιαν. Ἐγὼ γὰρ ἦμην, φησὶ, ποὺς χωλῶν, ὀφθαλμὸς δὲ τυφλῶν, καὶ ἐκ μέσου ὀδόντων ἐξέσπασα ἅρπαγμα. Ὁρᾷς αὐτὸν καὶ προνοοῦντα τῶν ἀδικουμένων, καὶ ἀντὶ τῶν πεπηρωμένων μελῶν ἅπασι γινόμενον; Τοῦτον ἅπαντας ἐχρῆν ζηλοῦν, τὸν πρὸ τοῦ νόμου, τὸν πρὸ τῆς χάριτος τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπιδειξάμενον, καὶ ταῦτα οὐδὲ διδάσκαλον ἐσχηκότα, οὔτε προγόνους ἐναρέτους, ἀλλὰ οἰκοθεν καὶ ἀπὸ γνώμης ὀρθῆς D ἐπὶ τὴν χρηστὴν ταύτην πολιτείαν ἐλθόντα. Καὶ γὰρ ἕκαστος ἡμῶν ἐν αὐτῇ τῇ φύσει ἐναποκειμένην ἔχει τὴν γνῶσιν τῆς ἀρετῆς· καὶ εἰ μή τις βουληθῇ ἀπὸ ῥᾳθυμίας τὴν οἰκείαν προδοῦναι εὐγένειαν, οὐκ ἄν ποτε ταύτης ἀμοιρήσειε. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς ταύτην ἑλομένους, καὶ μετὰ ἀκριβείας ταύτην κατορθώσαντας, καὶ τῶν ἐν ἐπαγγελίαις κειμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. E Ἀμήν.

dem nesciunt pecuniis uti juvenes ut oportet. Et sicut parvi pueri sæpe, quando cultellos et gladios arripiunt, eo quod nesciunt bene illis uti, periclitantur, unde matres non permittunt illis eos impune attingere : ita profecto et juvenes, qui pecuniarum abundantiam susceperint, cum nolunt eis bene uti, in periculum certum se præcipitant, sarcinam peccatorum sibi inde colligentes. Nascuntur enim inde luxus, deliciæ, et absurdæ voluptates et infinita mala : non simpliciter a pecuniis dico, sed ideo quia qui illas receperunt, eis nesciunt recte uti. Propterea et sapiens quidam dicebat : *Bonæ divitiæ, quibus non est conjunctum peccatum.* Quia et Abraham dives erat, et Job dives erat, et non solum nihil damni eis accidit a divitiis, sed et clariores fuerunt. Quare? Quia non in usum suum tantum has possidebant, sed ut iis juvarent etiam alios, quorum succurrerent inopiæ, et esset domus eorum aperta peregrinis omnibus. Audi enim unum eorum dicentem : *Si autem egressus est quis de domo mea sinu vacuo : cæterum et impotentes viribus, si quando indigebant subsidio, non privabantur.* Et non solum per pecunias subsidium indigentibus ferebant, sed et sollicitudinem eorum gerebant. *Et eram,* inquit, *pes claudis, oculus cæcis, et e medio dentium eripui prædam.* Vides illum et curam agere eorum qui injuria afficiuntur, et debilibus membrorum vicem per omnia repræsentare? Hunc omnes oportet imitari, hunc, inquam, qui ante legem fuit, et ante gratiam tam bene moratam vitam gessit : idque cum nec præceptorem habuerit, neque progenitores virtute præditos, sed a semet ipso et a sententia recta in bonam hanc vitam prodierit. Nam unusquisque nostrum in natura sua habet insitam scientiam virtutis : et nisi quis eam voluerit per ignaviam suam perdere generositatem, numquam ea privabitur. Utinam autem eam omnes nos eligamus, et cum diligentia exerceamus, ita ut bona quæ diligentibus Deum promissa sunt consequamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Eccli. 13. 30.

Job. 31. 16.

Job. 29. 15, 17.

HOMILIA LXVII.

635 A

ΟΜΙΛΙΑ ξζ'.

Gen. 48. 21, 22. Dixit autem Israël ad Joseph : Ecce ego morior, et erit Deus vobiscum, et reducet vos Deus ex terra hac in terram patrum vestrorum. Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo et arcu.

Εἶπε δὲ, φησὶν, Ἰσραὴλ τῷ Ἰωσήφ· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποθνήσκω, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν, καὶ ἀποστρέψει ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ταύτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων ὑμῶν. Ἐγὼ δὲ δίδωμί σοι Σήκιμα ἐξαίρετον παρὰ τοὺς ἀδελφούς σου, ἣν ἔλαβον ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ.

1. Pollicebamur nuper finem nos imposituros historiæ Jacob, sermoneque prolixius se extendente, ad finem quod promittebamus perducere non valuimus. Ideo volo quæ pridem relicta fuerunt in medium proponere, ut nunc saltem, si Deus dederit, finem imponamus. Operæ pretium autem fuerit, primum vestram commonefacere caritatem, et ostendere ubi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis utique, et memores estis, cum Jacob benedicturus esset filios Joseph, ipsum Ephraïm Manassi præposuisse, idque etiam patre ejus non probante : cui et dixit : *Scio, fili; verumtamen et hic erit in populum, et hic exaltabitur : sed frater ejus junior major eo erit, et semen ejus erit in multitudinem gentium. Et benedixit eos in die illa, dicens: In vobis benedicent Israël, dicentes: Faciat te Deus sicut Ephraïm et Manassen; et posuit Ephraïm et Manassen.* Et hucusque processimus, ac ne sermonum nimia copia vestram obrueremus memoriam, cessavimus a doctrina : sed si videtur, hodie sequentia videamus. 21. *Dixit autem Israël ad Joseph : Ecce ego morior, et erit Deus vobiscum, et reducet vos Deus ex terra hac in terram patrum meorum.* 22. *Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo et arcu.* Postquam filios benedixit, et futura prævidens juniorem præposuit seniori : volens persuadere Josepho, se non simpliciter, neque temere hoc fecisse, sed prædicentem futura : prædicit etiam ei suam mortem, et quod rediturі sint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrum suorum : et bonam eis spem auget, ita ut exspectatione solatium habeant. Nam spes bonorum hujus vitæ labores semper imminuit. Et monstrans etiam tempore mortis, quam dilectionem erga Joseph habeat, dicit ei : *Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis :* quasi per hoc declarans, Hoc omnino erit, et secundum meam prædictionem redibitis, et in hereditatem possidebitis terram patrum vestrorum :

Spes bonorum labores minuit.

Πρώην ἐπαγγειλάμενος τέλος ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ τὸν Ἰακὼβ ὑποθέσει, εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθέντος τοῦ λόγου, τὴν ὑπόσχεσιν πᾶσαν εἰς πέρας ἀγαγεῖν οὐκ ἰσχύσαμεν. Διὸ βούλομαι σήμερον τὰ πρώην ἡμῖν ἐκεῖθεν ἀπολειφθέντα εἰς μέσον προθεῖναι, ἵνα οὕτω καὶ νῦν, Θεοῦ διδόντος, τὸ τέλος ἐπιθῶμεν. Ἀναγκαῖον δὲ πρότερον ὑπομνῆσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ δεῖξαι μέχρι τίνος τότε τὸν λόγον στήσαντες, οὕτω τὴν διδασκαλίαν κατελύσαμεν. Ἴστε δήπου καὶ μέμνησθε, ὅτι ἡνίκα τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ παῖδας μέλλων ὁ δίκαιος εὐλογεῖν, τὸν Ἐφραὶμ τοῦ Μανασσῆ προέθηκε, καὶ ταῦτα τοῦ πατρὸς δυσχεράναντος, πρὸς ὃν καὶ εἶπεν, Οἶδα, τέκνον· καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν, καὶ οὗτος ὑψωθήσεται· ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγων· ἐν ὑμῖν εὐλογηθήσεται Ἰσραὴλ, λέγοντες· ποιήσαι σε ὁ Θεὸς ὡς Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆ· καὶ ἔθηκε τὸν Ἐφραὶμ ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ. Μέχρι τούτου γενόμενοι, ὥστε μὴ τῷ πλήθει καταχῶσαι ὑμῶν τὴν μνήμην, ἐπαυσάμεθα τῆς διδασκαλίας· ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σήμερον ἴδωμεν τὰ ἑξῆς. Εἶπε γὰρ, φησὶν, Ἰσραὴλ τῷ Ἰωσήφ· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποθνήσκω, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν, καὶ ἀποστρέψει ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ταύτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων μου. Ἐγὼ δὲ δίδωμί σοι Σήκιμα ἐξαίρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου, ἣν ἔλαβον ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ. Ἐπειδὴ τοὺς υἱοὺς εὐλόγησε, καὶ τὰ μέλλοντα προορῶν προέθηκε τὸν νεώτερον τοῦ πρεσβυτέρου, βουλόμενος πεῖσαι τὸν Ἰωσὴφ, ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ προφητεύων τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, προλέγει αὐτῷ καὶ τὴν οἰκείαν τελευτὴν, καὶ ὅτι ἐπανήξουσιν ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν Χαναὰν, εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ χρηστὰς αὐτοῖς ἐλπίδας ὑποτείνει, ὥστε τῇ προσδοκίᾳ κουφίζεσθαι. Ἡ γὰρ τῶν χρηστῶν ἐλπὶς ὑποτέμνεται ἀεὶ τοὺς ἐν τῷ παρόντι βίῳ πόνους. Καὶ δεικνὺς λοιπὸν καὶ ἐν τῷ τῆς τελευτῆς καιρῷ τὴν φιλοστοργίαν, ἣν περὶ τὸν Ἰωσὴφ ἐκέκτητο, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἐγὼ δὲ δίδωμί σοι Σήκιμα ἐξαίρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου· μονονουχὶ διὰ τούτου δηλῶν, ὅτι οὕτω πάντως ἔσται τοῦτο, καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν πρόρρησιν ἐπανελεύσεσθε, καὶ

κληρονομήσετε τὴν γῆν τῶν πατέρων ὑμῶν, ὅτι καὶ τὴν Σηκίμων πόλιν σοι δίδωμι κληρονομίαν Ἐξαίρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου, ἣν ἔλαβον ἐκ χειρὸς Ἀμορῥαίων ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ. Τί δὴ τοῦτό ἐστι; Τὰ παρὰ τοῦ Συμεὼν καὶ Λευὶ γεγενημένα εἰς τοὺς ἐν Σηκίμοις οἰκειοῦται, καὶ διὰ τοῦτο λέγει· Ἣν ἔλαβον ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ. Ἀλλ' ἐνταῦθα εὐκαίρως ζητήσειεν ἄν τις, τίνος ἕνεκεν οἰκειωσάμενος τὸ γεγενημένον, ὁ μετὰ ταῦτα μέλλων διατάττεσθαι, ἀνάγραπτον τὴν κατ' αὐτῶν ποιεῖται κατηγορίαν; Οὐχ ἑαυτῷ ἐναντιούμενος ὁ δίκαιος, ἀλλὰ δεικνὺς τὸ ἥμερον αὐτοῦ τῆς γνώμης, καὶ ὅτι παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην τοῦτο διεπράττετο· οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἠρέσθη τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ καὶ ἐμέμψατο, ἐπειδὴ γέγονε. Διὰ τοῦτο θέλων δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Ἰωσὴφ φιλοστοργίαν, αὐτῷ παραχωρεῖ τὰ Σήκιμα, καί φησιν· Ἣν ἔλαβον ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ. Εἰ γὰρ καὶ ἐκείνων τὸ ἔργον γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ κεῖται ἐξουσίᾳ. Εἰ γὰρ τῶν παίδων δεσπότης ὁ πατὴρ, πολλῷ μᾶλλον τῶν ὑπ' αὐτῶν κτηθέντων κύριος ἂν εἴη· εἰ δὲ κύριος, καὶ ὃ βούλεται διανέμειν ἂν δύναιτο. Ἐπεὶ οὖν ἐβούλετο δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Ἰωσὴφ εὔνοιαν, οὐ μόνον διὰ τῆς τοῦ Ἐφραὶμ καὶ τοῦ Μανασσῆ εὐλογίας τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ τὴν Σήκιμα ἐξαίρετον κληρονομίαν καταλιπεῖν τῷ παιδί. Καὶ ἐκάλεσε, φησὶ, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Ἰακὼβ, καὶ εἶπε· συνάχθητε, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν. Ἐπειδὴ προῄδει τῆς τελευτῆς τὸν καιρὸν, καλεῖ τοὺς παῖδας πρὸς ἑαυτὸν, καί φησι· Συνάχθητε, ἵνα ὑμῖν ἤδη προαναφωνήσω τί ὑμῖν ἀπαντήσεται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Δεῦτε, φησὶ, καὶ μάθετε παρ' ἐμοῦ, οὐ τὰ παρόντα, οὐ τὰ μετὰ βραχὺν ἐσόμενα χρόνον, ἀλλὰ τὰ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις γενησόμενα. Καὶ ταῦτα ὑμῖν οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ μηνύω, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνηχούμενος· διὰ τοῦτο καὶ τὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον ἐσόμενα γενεὰς ἤδη προαναφωνῶ. Καὶ γὰρ μέλλων τὴν ζωὴν ταύτην καταλύειν, βούλομαι ἑκάστῳ ὑμῶν, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, ἐναποθέσθαι τὴν μνήμην. Σκόπει δὲ τὸν δίκαιον, πῶς συναχθέντων τῶν παίδων τῇ τάξει χρησάμενος τῆς ἔξω γενέσεως, οὕτω τὴν ἁρμόττουσαν πρὸς ἕκαστον ποιεῖται ἢ κατάραν, ἢ εὐλογίαν, κἀν τούτῳ δεικνὺς τῆς οἰκείας ἀρετῆς τὴν ὑπερβολήν. Καὶ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ πρώτου. Ῥουβὴν, φησὶν, ὁ πρωτότοκος, ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου· σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης. Ὅρα πόση ἡ σοφία τοῦ δικαίου. Μείζονα γὰρ τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν αὐξῆσαι βουλόμενος, πρότερον εἶπε τὰ ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῷ ἐνυπάρχοντα προτερήματα, καὶ τὴν προεδρίαν, ἧς

et Secimorum civitatem tibi do hereditatem electam *Præ fratribus tuis, quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio meo et arcu.* Quidnam hoc est? Quæ a Symeone et Levi facta sunt contra Secimitas in personam propriam transfert: et propter hoc dicit, *Quæ cepi in gladio meo et arcu.* Sed hic opportune quæsiverit quispiam: Et quare hoc facinus suum facit, cum 630 postea testamentum editurus accusatione clare A scripta eos arguat? Non secum pugnat justus, sed declarat mansuetudinem mentis suæ, et præter suæ mentis sententiam hoc factum esse: non solum enim non probavit factum, sed et arguit, postquam id factum fuerat. Propterea volens monstrare suam erga Joseph dilectionem, ei concedit Secima, et dicit: *Quæ cepi in gladio meo et arcu.* Nam licet illorum fuerit opus, in mea tamen potestate positum est. Si enim filiorum dominus pater, multo magis eorum quæ a filiis possidentur: si autem dominus, et quod voluerit dare possit. Itaque declarare volens B suam erga Joseph benevolentiam, non solum Ephraïm et Manassen benedicit, sed et Secima electam hereditatem relinquit filio. 1. *Et vocavit,* inquit, *Jacob filios suos, et dixit: Congregamini, ut annuntiem vobis quid eventurum sit vobis in novissimis diebus.* 2. *Congregamini, et audite Israël patrem vestrum.* Vide justi intelligentiam. Quia præsciebat mortis tempus, vocavit filios suos ad se, et dicit: *Congregamini, ut vobis jam prædicam quid vobis eventurum sit in ultimis diebus. Congregamini, et audite Israël patrem vestrum.* Venite, inquit, et discite a me, non præsentia, C non quæ post parvum tempus eventura, sed quod accidet in ultimis diebus. Et hæc vobis non a memetipso annuntio, sed afflatus a Spiritu: et idcirco quæ multis postea generationibus contingent prædico. Etenim e vita hac migraturus, volo unicuique vestrum quasi in titulo et columna ærea memoriam insculpere. Considera autem justum, quomodo congregatis liberis, natalium servato ordine, unicuique congruentem det vel maledictionem vel benedictionem: et in hoc monstrans suæ virtutis eminentiam, incipiat a D primo. 3. *Ruben,* inquit, *primogenitus, fortitudo mea, et principium filiorum meorum: durus ad ferendum, durus et pervicax.* Vide quanta sapientia justi. Volens enim accusationem magis intendi, prius dixit privilegia ei a natura concessa, et dignitatem quam tenebat, cum nempe principium filiorum, et primogeni-

Caput 49.

Benedictiones Jacob in filios.

turæ honore clarum esse : et postea peccata illius quasi in ærea columna inscribit : monstrans nihil profutura nobis esse ea quæ a natura insunt, nisi et voluntatis bona opera sequantur : hæc enim sunt quæ et laudem habent et vituperium. *Durus*, inquit, *ad ferendum, durus et pervicax*. Naturæ, inquit, dignitatem tibi datam amisisti propria tua temeritate. Deinde et speciem peccati bene scriptam relinquit, ita ut quod ille accusatus reprehensusque sit, posteris magna sit eruditio, ne similia attentent. 4. *Contumelia affecisti, sicut aqua non effervescas. Ascendisti enim*, inquit, *super lectum patris tui : tunc polluisti stratum quod ascendisti*. Significat concubitum ejus cum Balla.

2. Vide quomodo per sapientiam a Spiritu sancto sibi datam, prius dixit id quod postea *Lev.* 18. 8. Moses inter leges recensiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem et filium rem habere. Et nunc istud ipse, filium suum increpando, sic prohibet. *Polluisti*, inquit, *stratum*, ascendens super lectum patris tui. Rem perversam fecisti. Propter hoc quod ita *Contumelia* me *affecisti, sicut aqua non effervescas*. Inutilis erit, inquit, ille conatus tuus : quod neque patrem reveritus, polluere ejus lectum ausus fueris. Ut igitur nunc in sequentibus generationibus talia nemo imitetur, propterea Spiritus sanctus ordinavit, ut literis commendetur hæc accusatio : et omnes qui audiunt erudiantur, sciantque manifeste, nihil prodesse dignitatem naturæ concessam, nisi et voluntatis accedant ornamenta. Deinde quia satis traduxerat nefarium hoc opus, venit ad Symeonem et Levi. 5. *Symeon et Levi compleverunt injustitiam voluntatis suæ*. Contentio eorum, quam propter sororem suam declararunt, eos in injustitiam illam impulit. Deinde declarans eos se ignaro rem fecisse, dicit : 6. *In consilium eorum non veniat anima mea, et in cœtu eorum non firmentur jecora mea*. Absit, inquit, ut communicem eorum sententiæ, et obsequar eis in iis quæ injuste egerunt. *Quia in furore suo occiderunt homines*. Irrationabilis, inquit, fuit eorum indignatio. Nam licet peccasset Sychem, attamen non oportebat tantam stragem facere et omnes perdere. *Et in concupiscentia sua* **subnervaverunt taurum*. Filium

Nihil prosunt naturalia dona nisi mores probi accedant.

ἀπήλαυσεν αὐτὸς, ἀρχὴ τέκνων γενόμενος, καὶ τῆς ἀξίας τῆς τοῦ πρωτοτόκου ἀπολαύων· καὶ τότε τὰ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ἁμαρτήματα ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ ἐναποτίθεται, δεικνὺς ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν φυσικῶς ἡμῖν ἐνυπαρχόντων, μὴ τῶν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως κατορθωμάτων ἑπομένων· ταῦτα γάρ ἐστι τὰ καὶ ἔπαινον φέροντα καὶ ψόγον προστριβόμενα. Σκληρὸς, φησὶ, φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης. Τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως ἀξίαν σοι, φησὶ, δεδομένην προύδωκας διὰ τῆς οἰκείας προπετείας. Εἶτα καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ ἁμαρτήματος ἀνάγραπτον καταλιμπάνει, ὥστε καὶ τοῖς ἑξῆς διδασκαλίαν εἶναι μεγίστην πρὸς τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν γεγενημένην. Ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. Ἀνέβης γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου· τότε ἐμίανας 637
A τὴν στρωμνὴν, οὗ ἀνέβης. Τὴν μετὰ τῆς Βάλλας γεγενημένην αὐτῷ συνουσίαν αἰνίττεται.

Ὅρα πῶς διὰ τῆς συνέσεως τῆς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτῷ χαρισθείσης προλαβὼν, ὅπερ ἔμελλε Μωϋσῆς νομοθετεῖν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι τῇ αὐτῇ μίγνυσθαι γυναικὶ πατέρα καὶ παιδίον, τοῦτο αὐτὸς ἤδη, δι' ὧν ἐπετίμησε τῷ παιδὶ, ἀπαγορεύει, καί φησιν· Ἐμίανας τὴν στρωμνὴν, ἀνελθὼν ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου. Πρᾶγμα παράνομον εἰργάσω, φησί. Διὰ τοῦτο ἐπειδὴ οὕτως Ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. Ἀνόνητός σοι, φησὶν, ἔσται ἡ τοιαύτη ἐπιχείρησις, B ὅτι οὐδὲ τοῦ πατρὸς αἰδῶ τινα λαβὼν, μιᾶναι αὐτοῦ τὴν κοίτην ἐτόλμησας. Ἵνα οὖν ἤδη ἐν ταῖς ἑξῆς γενεαῖς τὴν τοιαύτην μίμησιν φυγεῖν ἔχωσι, διὰ τοῦτο ἐναποθέσθαι τοῖς γράμμασι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν κατηγορίαν ταύτην ᾠκονόμησεν, ὥστε πάντας ἀκούοντας παιδεύεσθαι καὶ εἰδέναι σαφῶς, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῆς ἀπὸ τῆς φύσεως προεδρίας κεχαρισμένης, εἰ μὴ καὶ τὰ τῆς προαιρέσεως [a]ἔπηται. Εἶτα ἐπειδὴ ἀρκούντως τούτου ἐστηλίτευσε τὴν μιαρὰν ταύτην πρᾶξιν, ἔρχεται ἐπὶ τὸν Συμεὼν καὶ Λευί. Συμεὼν καὶ Λευὶ συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξαιρέσεως αὐτῶν. Ἡ φιλονεικία αὐτῶν, φησὶν, ἦν ὑπὲρ τῆς ἀδελφῆς ἐπε- C δείξαντο, εἰς τὴν ἀδικίαν ἐκείνην αὐτοὺς παρώρμησεν. Εἶτα δηλῶν ὅτι λαθόντες αὐτὸν τὴν ἑαυτῶν γνώμην εἰς ἔργον ἤγαγον, φησίν· Εἰς βουλὴν αὐτῶν μὴ ἔλθοι ἡ ψυχή μου, καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν μὴ [b]ἐρείσῃ τὰ ἥπατά μου. Μὴ γένοιτό μοι, φησὶ, κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς γνώμης, ἢ συγκαταθέσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως γεγενημένοις. Ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους. Ἀλόγιστος αὐτῶν, φησὶ, γέγονεν ὁ θυμός. Εἰ γὰρ καὶ ἥμαρτε Συχὲμ, ἀλλὰ κατὰ πάντων οὐκ ἐχρῆν τοσαύτην ἐπιδείξασθαι μιαιφονίαν. Καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. Τὸν υἱὸν τοῦ

[a] [Coisl. et Savil. in marg. e var. lect. ἔποιτο.]
[b] [Bibl. ἐρίσαι.]

* Alii *suffoderunt murum*; sic Vulgata. Vid. Hexapla nostra.

tionis expertium aquarum violentiæ salutem suam committere; sed multa lux hic affulget multo radiis solaribus ipsis splendidior, multa serenitas; omnis procella submota est, et eorum quæ reperiuntur tantum est lucrum, ut ne oratione quidem ulla possit explicari. Ne igitur defatigemur, sed inquisitionem aggrediamur. Audistis Deum ad imaginem suam hominem condidisse, et quid sit illud, *Ad imaginem et similitudinem,* diximus, nempe non esse substantiæ comparationem, sed dominatus similitudinem: illud autem, *Ad similitudinem,* indicat mitem ac mansuetum esse oportere, Deoque pro viribus ratione virtutis assimilari, prout ait Christus: *Estote similes Patri meo, qui in cælis est.* Ut enim in hac data et spatiosa terra quædam animalia magis sunt rationis expertia, quædam ferociora: sic in animæ nostræ latitudine quædam sunt a ratione magis alienæ ac belluinæ cogitationes, quædam ferociores et immaniores. Subigendæ igitur ac domandæ sunt, earumque dominatus rationi committendus. Et qui fieri potest, dicet aliquis, ut belluinam cogitationem quis subigat? Quid ais, mi homo? Leones subigimus, eorumque animas ciconres reddimus, et dubitas an cogitationum feritatem ad mansuetudinem possis traducere? Tametsi leoni naturalis est feritas, præter naturam autem mansuetudo; tibi vero contra naturalis est benignitas, feritas vero præter naturam. Ergone qui id expellis quod est naturale, et animæ belluæ inseris quod præter naturam est, in tua ipsius anima quod est naturale non poteris conservare? quis hoc summæ non tribuat negligentiæ? Nam in leonis quidem anima præter hanc difficultas est altera: est enim expers ratiocinationum anima belluæ. Et tamen leones sæpe vidistis ovibus mansuetiores per forum duci, et multi qui in officinis versantur pecuniam eorum custodi numerant tamquam artis mercedem ac peritiæ, qua belluam cicurem reddidit: at in anima tua ea ratio est et Dei timor, multumque undique auxilium ostenditur. Ne igitur prætextus et excusationes obtendas. Potes enim, si velis, fieri mansuetus et lenis. *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et dominetur bestiis.*

Matth. 5. 45.

Gentilium objectio.

2. Hoc loco insurgunt in nos gentiles, et id falso dici contendunt; non enim nos bestiis do-

πολλὴ δὲ ἡ γαλήνη, πᾶσα δὲ ἐκποδὼν ταραχὴ, καὶ τῶν εὑρισκομένων τοσοῦτον τὸ κέρδος, ὅσον οὐδὲ λόγῳ παραστῆσαι δυνατόν. Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν, ἀλλ' ἐπιχειρήσωμεν τῇ ζητήσει. Ἠκούσατε ὅτι κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· καὶ τί ποτέ ἐστι τὸ Κατ' εἰκόνα τοῦτο καὶ καθ' ὁμοίωσιν εἰρήκαμεν· ὅτι οὐκ [c] οὐσίας ἀπαραλλαξία, ἀλλ' ἀρχῆς ὁμοιότης· τὸ δὲ, Καθ' ὁμοίωσιν, τὸ ἥμερον εἶναι καὶ πρᾶον, καὶ εἰς δύναμιν ἐξομοιοῦσθαι τῷ Θεῷ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον, ὥς φησιν ὁ Χριστός· Γίνεσθε ὅμοιοι τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καθάπερ γὰρ ἐν τῇ γῇ τῇ πλατείᾳ καὶ εὐρυχώρῳ ταύτῃ τῶν ζώων τὰ μέν εἰσιν ἀλογώτερα, τὰ δὲ θηριωδέστερα· οὕτω καὶ ἐν τῷ πλάτει τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, τῶν λογισμῶν οἱ μὲν εἰσὶν ἀλογώτεροι καὶ κτηνώδεις, οἱ δὲ θηριωδέστεροι καὶ ἀγριώτεροι. Δεῖ τοίνυν αὐτῶν κρατεῖν καὶ περιγίνεσθαι, καὶ τῷ λογισμῷ τὴν τούτων ἀρχὴν παραδιδόναι. Καὶ πῶς ἄν τις περιγένοιτο λογισμοῦ θηριώδους, φησί; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Τῶν λεόντων περιγινόμεθα, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἡμεροῦμεν, καὶ ἀμφιβάλλεις εἰ λογισμοῦ θηριωδίαν πρὸς ἡμερότητα δυνήσῃ μεταβαλεῖν; Καίτοι τῷ λέοντι μὲν κατὰ φύσιν τὸ ἄγριον, παρὰ φύσιν δὲ τὸ ἥμερον· σοὶ δὲ τὸ ἐναντίον, κατὰ φύσιν μὲν τὸ προσηνὲς, παρὰ φύσιν δὲ ἡ θηριωδία. Ὁ τοίνυν τὸ κατὰ φύσιν ἐκβάλλων, καὶ τὸ παρὰ φύσιν ἐντιθεὶς τῇ τοῦ θηρίου ψυχῇ, ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ τὸ κατὰ φύσιν οὐ δυνήσῃ διατηρῆσαι; καὶ πόσης οὐκ ἂν εἴη τοῦτο ῥᾳθυμίας; Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς τῶν λεόντων ψυχῆς καὶ ἑτέρα δυσκολία μετὰ ταύτης [a] ἐστί· λογισμῶν γάρ ἐστιν ἔρημος ἡ τοῦ θηρίου ψυχή. Ἀλλ' ὅμως ἑωράκατε πολλάκις λέοντας προβάτων ἡμερωτέρους διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγομένους, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἀργύριον πολλάκις κατέβαλον τῷ κατέχοντι, μισθόν τινα τῆς τέχνης καὶ τῆς σοφίας, δι' ἧς τὸ θηρίον ἡμέρωσεν· ἐπὶ δὲ τῆς σῆς ψυχῆς καὶ λογισμός ἐστι, καὶ Θεοῦ φόβος, καὶ πολλὴ πολλαχόθεν ἡ βοήθεια. Μὴ τοίνυν σκήψεις μοι λέγε καὶ προφάσεις. Δυνατὸν γὰρ, ἐὰν θέλῃς, ἥμερόν σε εἶναι καὶ πρᾶον. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων.

Ἐνταῦθα Ἕλληνες ἡμῖν ἐπιφύονται, καὶ φασι τὸ λύγιον ψεύδεσθαι· οὐ γὰρ ἡμεῖς ἄρχομεν τῶν θηρίων·

[c] Οὐσίας ὁμοιότης, ἀλλ' ἀρχῆς ἀξίωμα Reg.

[a] Reg. ἐστί. ποία δὲ αὕτη; λογισμῶν ἔρημος ὑπάρχει.

αὐτὰ ἡμῶν ἄρχει, καὶ πολλὴν ἡμῖν ἐμβάλλει τὴν ἀγωνίαν. Μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἀληθές· ἀρκεῖ γὰρ καὶ ὄψις ἀνθρωπίνη φανεῖσα ἐκποδὼν ποιῆσαι θηρίον· τοσοῦτος αὐτοῖς ἐστι παρ' ἡμῖν ὁ φόβος. Εἰ δέ που πρὸς ἄμυναν ὁρμήσειεν, ἢ λιμοῦ καταναγκάζοντος, ἢ ἡμῶν αὐτῶν στενοχωρούντων πολλάκις, καὶ πρὸς ἀνάγκην [b] ἐκβαλλομένων αὐτά, τοῦτο οὖν οὐκ ἂν εἴη ἀρχῆς ἀπηρτισμένης. Οὐδὲ γὰρ, εἴ τις ἡμῶν λῃστὰς ἐπιόντας ὁρῶν ὁπλίζοιτο, καὶ πρὸς τὴν ἄμυναν E χωροίη, ἀρχῆς τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ἀλλὰ τῆς οἰκείας σωτηρίας πολλὴ πρόνοια· πλὴν οὐκ ἐντεῦθεν ποιοῦμαι τὴν ἀπολογίαν, ἀλλ' ἑτέρωθεν, ὅθεν καὶ ὑμῖν χρήσιμον ἀκοῦσαι. Φοβούμεθα τὰ θηρία καὶ δεδοίκαμεν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεπτώκαμεν· οὐκ ἀντιλέγω· φημὶ καὶ αὐτός· ἀλλ' οὐ τοῦτο ψευδῆ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον δείκνυσι. Παρὰ γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐχ οὕτω τὰ πράγματα διέκειτο, ἀλλ' ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε, καὶ ὑπέκυπτεν, ὡς δεσπότῃ, τῷ ἀνθρώπῳ, ἐπειδὴ δὲ τῆς παῤῥησίας ἐξεπέσομεν καὶ τῆς τιμῆς, διὰ τοῦτο δεδοίκαμεν αὐτά. 657
Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἤγαγεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία πρὸς A τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά· καὶ οὐκ ἀπεπήδησεν ὁ Ἀδὰμ, καθάπερ δεδοικὼς, ἀλλ' ὥσπερ δούλοις ὑποτεταγμένοις τὰ ὀνόματα ἐπέθηκεν ἅπασι. Τοῦτο δὲ δεσποτείας σύμβολον. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς βουλόμενος αὐτῷ καὶ διὰ τούτου δεῖξαι τὸ τῆς ἐξουσίας ἀξίωμα, τὴν τῶν ὀνομάτων αὐτῷ θέσιν ἐπέτρεψε, καὶ τὰ τεθέντα ὀνόματα ἔμεινεν ἐξ ἐκείνου εἰς αὐτά. Πᾶν γὰρ ὃ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτοῖς, φησίν. [c] Ἐν δὴ τοῦτο σημεῖον τοῦ μὴ φοβερὰ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ θηρία παρὰ τὴν ἀρχήν· δεύτερον δὲ καὶ τοῦ πρώτου σαφέστερον, ἡ πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ ὄφεως διάλεξις. Εἰ B γὰρ ἦν φοβερὰ τὰ θηρία τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἂν ἰδοῦσα τὸν ὄφιν ἔμεινεν ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἔφυγεν ἄν· οὐκ ἂν [a] ἐδέξατο συμβουλὴν, οὐκ ἂν μετὰ τοσαύτης αὐτῷ διελέχθη τῆς ἀδείας, ἀλλ' εὐθέως ἂν πρὸς τὴν ὄψιν καὶ ἐξεπλάγη καὶ ἀπεπήδησε· νυνὶ δὲ διαλέγεται, καὶ οὐ φοβεῖται· οὐδέπω γὰρ ἦν ὁ φόβος οὗτος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν, ἀνῃρέθη καὶ τὰ τῆς τιμῆς· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν, οἱ μὲν εὐδοκιμοῦντες φοβεροὶ τοῖς συνδούλοις εἰσὶν, οἱ δὲ προσκεκρουκότες καὶ τοὺς ὁμοδούλους δεδοίκασιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου γέγονεν. Ἕως μὲν γὰρ εἶχε πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν, φοβερὸς τοῖς θηρίοις ἦν· ἐπειδὴ δὲ προσ- C
έκρουσε, καὶ τοὺς ἐσχάτους τῶν ὁμοδούλων δέδοικε λοιπόν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό ἐστι, σύ μοι δεῖξαι πρὸ τῆς ἁμαρτίας, ὅτι φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις τὰ θηρία ἦν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. Εἰ δὲ, μετὰ ταῦτα εἰσῆλθεν ὁ φό-

minamur; ipsæ nobis potius dominantur multumque metum injiciunt. Sane quidem hoc verum non est: sufficit enim ad bestiam abigendam si facies humana compareat: tantus in eas a nobis timor dimanat. Quod sicubi ad se ulciscendas impetum faciant, sive fame cogente, sive quod nos ipsi eas in angustias redigamus, eisque vim inferamus, hoc vero perfectus non est dominatus. Neque enim si quis nostrum visis latronibus impetum facientibus armetur, et ad se ulciscendum se comparet, dominatus appellari res illa potest, sed propriæ salutis tuendæ sollicitudo: attamen non inde quæro defensionem, sed aliunde, quam vobis utile fuerit audiisse. Timemus bestias ac reformidamus, atque dominatu excidimus: non nego; imo sponte confiteor: non tamen id mendacem esse Dei legem ostendit. Non enim ita se res habebant a principio, sed metuebant et tremebant, seque homini tamquam domino submittebant: quoniam autem fiducia et honore excidimus, idcirco illas timemus. Unde vero id constat? *Adduxit bestias ad Adam Deus, ut videret, quid vocaret eas:* neque resiliit Adam quasi timore correptus, sed tamquam subditis sibi servis nomina cunctis imposuit. Hoc vero dominatus est indicium. Quamobrem volens etiam Deus per hoc illi suæ potestatis ostendere dignitatem, nominum impositionem ipsi permisit, atque imposita illis nomina in eis ex illo tempore permanserunt. *Omne* enim *quod vocavit Adam, hoc nomen illis,* inquit. Itaque unum hoc indicium est ab initio feras homini terribiles non fuisse: alterum vero etiam priori manifestius est, serpentis colloquium cum muliere. Nam si terribiles hominibus fuissent bestiæ, mulier serpente conspecto non mansisset, verum aufugisset; néque consilium admisisset, neque tanta cum securitate colloquuta cum illo fuisset, sed confestim ad aspectum ejus obstupefacta profugisset: jam vero et colloquitur, nec reformidat, quod nondum ille timor esset. Postquam autem peccatum intravit, dignitas etiam est ablata. Et sicut inter famulos qui honestiores sunt et clariores, conservis suis terrori sunt, qui autem offenderunt herum, conservos timent: sic et homini contigit. Nam dum fiducia apud Deum salva mansit, terribilis fuit bestiis: postquam autem offendit, etiam ultimos conservo-

respondet. Hæc supra habentur Hom. 9. p. 67.

Homo inimitio feras non formidabat.

[b] Reg. ἐκκαλουμένων.

[a] Reg. ἐδέξατο τὴν πικρὰν ἐκείνην καὶ ὀλέθριον συμβουλήν.

rum deinceps timuit. Quod si hoc ita non sit, ostende tu mihi fuisse terribiles hominibus bestias ante peccatum : atqui non poteris. Quod si postea subiit timor, hoc etiam sollicitudinis Domini est argumentum. Nam si post homini traditi a Deo mandati transgressionem integer in eum a Deo collatus honor mansisset immotus, haud facile a lapsu resurrexisset. Quando enim et inobedientes et obedientes pari honore fruuntur, ad improbitatem erudiuntur magis, neque facile a vitio desistunt. Si enim jam cum terrores et pœnæ ac supplicia imminent, resipiscere non dignantur, quales fuissent si nihil grave pro suis delictis passi essent? Itaque nobis dominatus ob singularem nostri curam et sollicitudinem a Deo est ablatus. Tu vero hic quoque ineffabilem ejus benignitatem considera. Siquidem Adam totum mandatum violavit, ac legem transgressus est : Deus autem non totum honorem sustulit, neque tota eum potestate dejecit, sed ea dumtaxat ab ejus imperio exemit animalia, quæ non multum ad hujus vitæ subsidium illi conducunt : quæ vero necessaria sunt et utilia, quæque multum inserviunt vitæ nostræ, ea subdita nobis esse permisit. Boum nobis reliquit armenta, ut vomerem trahamus, ut terram sulcemus, ut semina terræ mandemus : reliquit et subjugalium multa genera, ut ad sarcinas convehendas laborem nobiscum exantlent : reliquit ovium greges, ut habeamus, quæ ad nos vestiendos sufficiant : reliquit et alia genera animantium, ex quibus multa in nostros usus commoda derivantur. Nam quia dum hominem puniret dixerat : *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* : ut ne sudor ac labor iste intolerabilis esset, sudoris molestiam laborisque gravitatem jumentorum, multitudine levavit, quæ una nobiscum laborant et molestias ferunt. Et quemadmodum benignus ac providus herus flagellato servo curam aliquam congruam flagellis adhibet : sic nimirum ubi pœnam reo imposuit Deus, omni ratione pœnam istam leviorem reddere voluit, dum ad sudorem nos laboremque perpetuum damnatos in labore curavit ferendo a multis generibus animantium adjuvari. Pro his sane omnibus ei gratias agamus : nam quod honorem nobis contulit, ac rursus honorem eripuit, et non omnem eripuit ipsum, et quod bestiarum timorem immisit, et omnia, si quis examinet ea, multam sapientiam, multam providentiam, multamque clementiam præ se ferunt : qua nobis omnibus frui perpetuo contingat in Dei gloriam,

Timor bestiarum utilis homini.

Gen. 3. 19.

βος, καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Δεσπότου κηδεμονίας. Εἰ γὰρ τῆς ἐντολῆς τῆς δοθείσης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ ἀνθρώπῳ κινηθείσης καὶ λυθείσης, ἡ τιμὴ ἡ δοθεῖσα αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀκίνητος ἔμεινεν, οὐκ ἂν ἀνέστη ῥᾳδίως. Ὅταν γὰρ καὶ παρακούοντες οἱ ἄνθρωποι καὶ μὴ παρακούοντες τῆς αὐτῆς ἀπολαύωσι τιμῆς, παιδοτριβοῦνται πρὸς πονηρίαν μᾶλλον, καὶ οὐκ εὐκόλως ἀφίστανται τῆς κακίας. Εἰ γὰρ νῦν φόβων καὶ τιμωριῶν καὶ κολάσεων ἐπικειμένων οὐκ ἀνέχονται σωφρονεῖν, τίνες ἂν ἦσαν, εἰ μηδὲν ἔπαθον ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλουν δεινῶν; Ὥστε δῆλον ὅτι κηδόμενος ἡμῶν καὶ φροντίζων ὁ Θεὸς, ἐξέβαλεν ἡμᾶς τῆς ἀρχῆς. Σὺ δὲ καὶ ἐνταῦθά μοι σκόπει τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ πᾶσαν ἀνέτρεψε τὴν ἐντολὴν, καὶ παρέβη τὸν νόμον· ὁ δὲ Θεὸς οὐ πᾶσαν ἔλυσε τὴν τιμὴν, οὐδὲ πάσης ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς ἐξουσίας· ἀλλ' ἐκεῖνα μόνα ἔξω τῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι τὰ ζῶα, ἃ μὴ σφόδρα αὐτῷ συντελεῖ πρὸς τὴν τῆς ζωῆς χρείαν· τὰ δὲ ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα καὶ πολλὴν εἰσφέροντα λειτουργίαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, ταῦτα ἐᾷ μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ. Ἀφῆκε βοῶν ἀγέλας, ἵνα ἄροτρον ἕλκωμεν, ἵνα τὴν γῆν τέμνωμεν, ἵνα τὰ σπέρματα καταβάλλωμεν· ἀφῆκε τῶν ὑποζυγίων τὰ γένη, ἵνα πρὸς τὴν τῶν ἀγωγίμων μετακομιδὴν συναντιλαμβάνηται ἡμῖν τῶν πόνων· ἀφῆκε προβάτων ποίμνια, ἵνα ἔχωμεν εἰς περιβολὰς ἱματίων χορηγίαν ἀρκοῦσαν· καὶ ἕτερα δὲ γένη ζώων εἴασε πολλὴν ἡμῖν ἑτέραν εἰσάγοντα χρείαν. Ἐπειδὴ γὰρ κολάζων τὸν ἄνθρωπον ἔλεγεν, Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, ἵνα μὴ ὁ ἱδρὼς οὗτος καὶ ὁ μόχθος καὶ ὁ πόνος ἀφόρητος ᾖ, ἐπεκούφισε τὸ βαρὺ καὶ φορτικὸν τοῦ ἱδρῶτος τῷ πλήθει τῶν ἀλόγων τῶν συνεφαπτομένων ἡμῖν τοῦ πόνου καὶ τῆς ταλαιπωρίας ταύτης. Καὶ καθάπερ δεσπότης φιλάνθρωπος καὶ κηδεμονικὸς τὸν οἰκέτην τὸν ἑαυτοῦ μαστίζας, θεραπείαν τινὰ προσάγει ταῖς μάστιξιν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καταδίκην ἐπιθείς, παντὶ τρόπῳ τὴν καταδίκην ταύτην κουφοτέραν βούλεται ποιῆσαι, ἱδρῶτι μὲν ἡμᾶς καταδικάσας καὶ πόνῳ διηνεκεῖ, τοῦ δὲ πόνου συνεφάπτεσθαι πολλὰ τῶν ἀλόγων γένη παρασκευάσας ἡμῖν. Ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν αὐτῷ· καὶ γὰρ τὸ δοῦναι τὴν τιμὴν ἡμῖν, καὶ τὸ πάλιν ἀφελεῖν τὴν τιμὴν, καὶ τὸ μὴ πᾶσαν ἀφελεῖν αὐτὴν, καὶ τὸ τὸν φόβον ἡμῖν ἐπιστῆσαι τῶν θηρίων, καὶ πάντα, ἄν τις ἐξετάζῃ, πολλῆς γέμει σοφίας, πολλῆς κηδεμονίας, πολλῆς φιλανθρωπίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαύειν διηνεκῶς

εἰς δόξαν τοῦ ταῦτα ἐργασαμένου Θεοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

qui hæc omnia perfecit : ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[a] ΛΟΓΟΣ δ'.

SERMO IV.

Ὅτι δουλείας τρόπους τρεῖς εἰσήγαγεν ἡ ἁμαρτία· καὶ πρὸς τοὺς ῥᾳθύμως ἀκούοντας, καὶ μὴ τιμῶντας γονεῖς.

Quod servitutis modos tres induxerit peccatum : et in negligentes auditores, eosque qui parentes non honorant.

Ἠκούσατε χθὲς, πῶς μὲν ἐποίησε βασιλέα καὶ ἄρχοντα τῶν θηρίων τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, πῶς δὲ αὐτὸν εὐθὺς τῆς βασιλείας ἐξέβαλε· μᾶλλον δὲ οὐχ ὁ Θεὸς, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς παρακοῆς ἐξέβαλε τῆς τιμῆς. Τὸ μὲν γὰρ τυχεῖν τῆς βασιλείας, τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐγένετο μόνης. Οὐ γὰρ κατορθωμάτων αὐτῷ ταύτην ἔδωκε τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, ἐκόσμησε τῇ τιμῇ. Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς, ὅτι μετὰ ταῦτα γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, εἶτα πολλὰ κατορθώσας, οὕτως ἐπεσπάσατο τὸν Θεὸν εἰς τὸ δοῦναι αὐτῷ τὴν τῶν θηρίων ἀρχὴν, μέλλων αὐτὸν διαπλάττειν περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ διαλέγεται οὕτω λέγων· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς. Πρὸ τῆς ζωῆς ἡ τιμὴ, πρὸ τῆς δημιουργίας ὁ στέφανος, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, ἐπὶ τὸν βασιλικὸν ἀνάγεται θρόνον. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ μετὰ πολλοὺς πόνους καὶ μυρίους κινδύνους, τοὺς ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἐν πολέμοις, τότε τιμῶσιν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως γενόμενον αὐτὸν ἐπὶ τὴν τιμὴν ταύτην ἤγαγε, δεικνὺς ὅτι οὐ κατορθωμάτων ἐστὶν ἀμοιβὴ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ θεία χάρις, καὶ οὐκ ὀφειλή. Τὸ μὲν οὖν λαβεῖν αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐγένετο μόνης· [b] τὸ δὲ ἐκπεσεῖν τῆς ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ῥαθυμίας. Ὥσπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς τοὺς οὐχ ὑπακούοντας τοῖς αὐτῶν προστάγμασι παραλύουσι τῆς ἀρχῆς· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, τότε παραλύσας αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. Ἀναγκαῖον δὲ σήμερον εἰπεῖν, πόσην καὶ ἄλλην τιμὴν ἡ τῆς ἁμαρτίας παρείλετο φύσις, καὶ ὅσους δουλείας εἰσήγαγε τρόπους, ὥσπερ τις τύραννος ἐν πολυτρόποις δεσμοῖς, ταῖς παντοδαπαῖς ἀρχαῖς τὴν ἡμετέραν δεσμεύουσα φύσιν. Ἔστι τοίνυν ἀρχὴ καὶ δουλεία πρώτη, καθ' ἣν καὶ γυναικῶν οἱ ἄνδρες κρατοῦσι· μετὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν ἡ ταύτης ἐγένετο χρεία. Πρὸ γὰρ τῆς παρακοῆς ὁμότιμος ἦν τῷ ἀνδρί· καὶ γὰρ ὅτε ταύτην διέπλαττεν ὁ Θεὸς, οἷς ἐχρήσατο ῥήμασι καὶ ἐπὶ τῆς διαπλάσεως τοῦ ἀνδρὸς, τούτοις καὶ ἐπὶ τῆς δημιουργίας τῆς γυναικός. Ὥσπερ οὖν εἶπεν ἐπ' ἐκείνῳ,

1. Audivistis heri, quo pacto Deus hominem bestiarum regem ac principem constituerit, quo pacto item confestim e regno illum ejecerit; vel potius non Deus, sed ipse per inobedientiam honore seipsum abdicarit. Nam quod illi regnum obtigerit, divinæ solius fuit benignitatis. Neque enim hanc illi mercedem tribuit recte factorum, sed et priusquam esset, hoc illum honore decoravit. At ne diceres hominem postea natum, deinde multis editis præclaris facinoribus ita Deum sibi conciliasse, ut ab eo imperium in belluas obtineret, cum formaturus eum esset, de ipsius imperio verba facit ita dicens : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et dominentur bestiis terræ.* Ante vitam honor, ante creationem corona, et antequam fiat, ad regium solium evehitur. Etenim homines subditos suos in extrema senectute post multos labores et infinita pericula, cum in pace tum in bellis, tum demum honore afficiunt : Deus autem non ita, sed statim atque est, ad hunc eum honorem evexit, et hoc non recte factorum esse mercedem ostendit, sed gratiam divinam, et non debitum. Quod igitur principatum acceperit, id ex sola Dei benignitate illi obvenit : quod autem exciderit principatu, ex ipsius ignavia. Ergo ut reges eis qui suis non parent mandatis abrogant principatum : ita se gessit erga hominem Deus, cum ei tunc principatum abrogavit. Hodie autem operæ pretium fuerit dicere, quantum etiam alium honorem illi peccati natura eripuerit, et quot servitutis modos induxerit, dum ut tyrannus quispiam diversis vinculis, multis generibus principatuum naturam nostram devinxit. Primus igitur principatus est servitus, qua et mulieribus imperant viri: siquidem post peccatum haç opus fuit. Nam ante inobedientiam par honore fuit viro, cumque illam formavit Deus, quibus in formatione viri verbis usus erat, his et in creatione mulieris est

Gen. 1. 26.

Honore afficit subditos suos Deus quomodo.

659 A

B C D E

[a] Collatus cum codice Regio 1976 et cum 2342.

[b] Reg. unus τὸ δὲ ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς.

usus. Ut igitur de illo dixit, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* neque dixit, Fiat homo : sic et de ista non dixit,
Gen. 2. 18. Fiat mulier, sed hic quoque : *Faciamus ei adjutorem,* neque simpliciter adjutorem, sed, *Secundum ipsum,* quo rursus honoris æqualitatem ostendit. Nam quoniam brutæ animantes ad necessarios vitæ usus multum nobis confesunt adjumenti, ne forte mulierem quoque inter mancipia putares esse numerandam, vide
Gen. 2. 19. 20. quomodo ab illis eam manifeste distinguat. *Adduxit bestias,* inquit, *coram Adam, et non est inventus adjutor similis ei secundum ipsum.* Quid igitur? non est adjutor equus, qui operam suam illi præstat in bellis? non est adjutor bos, qui vomerem trahit, et dum semina terræ mandantur, nobiscum laborat? non sunt adjutores asinus et mulus, qui ad onera transvehenda nos adjuvant? Sed ne hoc dicas, propterea hæc accurate distinguit. Non enim simpliciter dixit, Non est inventus illi adjutor, sed, *Non est inventus adjutor similis ei.* Ita hic quoque non dixit simpliciter, Faciamus illi adjutorem, sed, *Faciamus illi adjutorem secundum ipsum,* dixit. Hæc autem ante peccatum
Gen. 3. 16. contigerunt : post peccatum autem: *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.* Æqualem honore te creavi, inquit; non recte usa es principatu : ad subjectionem descende. Non tulisti libertatem : servitutem admitte. Nescivisti imperare, quod et ipsa rerum experientia declarasti : esto una ex subditis, et dominum virum agnosce. *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.* At vide hoc loco Dei benignitatem. Ne enim audiens, *Ipse tui dominabitur,* gravem censeret esse dominatum, prius posuit nomen curæ dicens, *Ad virum tuum conversio tua,* hoc est, Refugium tuum, portus, et securitas tibi erit ille : ut in omnibus, quæ ingruent, malis ad ipsum te convertas et confugias, tibi concedo. Neque hoc solum, sed et naturalibus eos necessitatibus colligavit, et tamquam infractum quoddam vinculum, cupiditatis illis catenam injecit. Vides ut subjectionem invexerit quidem peccatum, solers autem et sapiens Deus his quoque ad nostram utilitatem sit usus? Audi quid de hac subjectione dicat Paulus, ut rursum Veteris ac Novi Testamenti
1. *Tim.* 2. 11. 12. concordiam intelligas. *Mulier,* inquit, *in silentio discat cum omni subjectione.* Vides et

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ οὐκ εἶπε, γενηθήτω ἄνθρωπος· οὕτω καὶ ἐπὶ ταύτης οὐκ εἶπε, γενηθήτω γυνὴ, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα, Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· καὶ οὐχ ἁπλῶς βοηθὸν, ἀλλὰ, Κατ' αὐτὸν, πάλιν τὸ ὁμότιμον δηλῶν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν εἰς τὴν τῆς ζωῆς ἡμῶν χρείαν τὰ ἄλογα τὴν τῆς βοηθείας εἰσήγαγε κοινωνίαν, ἵνα μὴ τῶν δούλων νομίσῃς εἶναι καὶ τὴν γυναῖκα, ὅρα πῶς ποιεῖ τὴν διάκρισιν φανεράν. Ἤγαγε τὰ θηρία, φησίν, ἐνώπιον τοῦ Ἀδὰμ, καὶ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ κατ' αὐτόν. Τί οὖν; ὁ ἵππος οὐ βοηθὸς, συμπαρατττόμενος ἐν τοῖς πολέμοις; ὁ βοῦς οὐ βοηθὸς, ἄροτρον ἕλκων καὶ συγκάμνων ἡμῖν ἐν ταῖς τῶν σπερμάτων καταβολαῖς; ὄνος καὶ ἡμίονος οὐ βοηθοὶ, πρὸς τὴν τῶν ἀγωγίμων ἡμῖν συμπράττοντες μετακομιδήν; Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, διὰ τοῦτο ἀκριβῆ ποιεῖται τὴν διαίρεσιν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, ὅτι οὐχ εὑρέθη αὐτῷ βοηθὸς, ἀλλ' ὅτι Οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, εἶπε. Ταῦτα δὲ πρὸ τῆς ἁμαρτίας· μετὰ δὲ τὴν ἁμαρτίαν, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Ἐποίησά σε, φησὶν, ὁμότιμον· οὐκ ἐχρήσω καλῶς τῇ ἀρχῇ· μετάθηθι πρὸς τὴν ὑποταγήν. Οὐκ ἤνεγκας τὴν ἐλευθερίαν, κατάδεξαι τὴν δουλείαν. Οὐκ οἶδας ἄρχειν, καὶ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἔδειξας τῆς πείρας· γενοῦ τῶν ἀρχομένων, καὶ τὸν ἄνδρα ἐπίγνωθι κύριον. Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Καὶ ὅρα Θεοῦ ἐνταῦθα φιλανθρωπίαν. Ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσασα τὸ, Αὐτός σου κυριεύσει, φορτικὴν εἶναι νομίσῃ τὴν δεσποτείαν, πρότερον τὸ τῆς κηδεμονίας ἔθηκεν ὄνομα εἰπών, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, τουτέστιν, ἡ καταφυγή σου καὶ ὁ λιμὴν καὶ ἡ ἀσφάλεια ἐκεῖνος ἔσται σοι· ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιοῦσι δεινοῖς πρὸς ἐκεῖνον ἀποστρέφεσθαι καὶ καταφεύγειν [b]σοι δίδωμι. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ φυσικαῖς αὐτοὺς συνέδησεν ἀνάγκαις καθάπερ ἄῤῥηκτόν τινα δεσμὸν, τὴν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας περιβαλὼν αὐτοῖς ἅλυσιν. Εἶδες πῶς εἰσήγαγε μὲν τὴν ὑποταγὴν ἡ ἁμαρτία, ὁ δὲ εὐμήχανος καὶ σοφὸς Θεὸς καὶ τούτοις πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἀπεχρήσατο; Ἄκουσον πῶς καὶ Παῦλος περὶ ταύτης λέγει τῆς ὑποταγῆς, ἵνα μάθῃς πάλιν Παλαιᾶς καὶ Καινῆς τὴν συμφωνίαν. Γυνὴ, φησὶν, ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Εἶδες καὶ αὐτὸν ὑποτάξαντα τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα; Ἀλλ' ἀνάμεινον, καὶ τὴν αἰτίαν ἀκούσῃ. Διὰ τί, Ἐν πάσῃ ὑποταγῇ; [a]Γυναῖκα γὰρ, φησὶ, διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω. Διὰ τί; Ἐδίδαξε γὰρ ἅπαξ κακῶς τὸν Ἀδάμ. Οὐδὲ αὐθεντεῖν τοῦ ἀνδρός. Τί δήποτε; Καὶ γὰρ ἠθέντησεν ἅπαξ

[b] Reg. unus σὲ δίδωμι.

[a] Reg. idem γυναικί.

κακῶς. Ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀλλ' εἰπὲ καὶ τὴν αἰτίαν. Ἀδὰμ γάρ, φησίν, οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Διὰ τοῦτο αὐτὴν ἀπὸ τοῦ τῆς διδασκαλίας κατεβίβασε θρόνου. Ὁ γὰρ διδάσκειν οὐκ εἰδὼς, μανθανέτω, φησίν· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο μανθάνειν, ἀλλὰ διδάσκειν ἐθέλοι, καὶ ἑαυτὸν B καὶ τοὺς μανθάνοντας προσαπολεῖ· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς τότε γέγονεν. Ἀλλ' ὅτι μὲν ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑπετάγη, δῆλον ἐντεῦθεν· βούλομαι δὲ ἐκεῖνο ἀκοῦσαι, τὸ, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει.

ipsum viro mulierem subjecisse? Sed exspecta, et causam audies. Cur, *Cum omni subjectione?* *Mulieri* enim, inquit, *docere non permitto.* Quidita? Semel enim male docuit Adam. *Neque dominari in virum.* Cur id tandem? Semel quippe male dominata est. *Sed esse in silentio.* Dic vero causam. *Adam* enim, inquit, *non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Idcirco illam a doctrinæ solio dejecit. Qui enim docere nescit, discat, inquit: quod si noluerit discere, sed docere voluerit, et seipsum, et discipulos insuper suos perdet: id quod etiam tunc mulieri accidit. Verum illam quidem viro subjectam fuisse, ac propter peccatum fuisse subjectam, hinc manifestum est: illud autem audire velim, *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.* Mulieris officium. 1. *Tim.* 2. 14. Mulier subjecta viro, quare.

Βούλομαι μαθεῖν πῶς καὶ περὶ τῆς κηδεμονίας ταύτης ὁ Παῦλος διαλέγεται, [b] καὶ τὴν δεσποτείαν ἀναμίγνυσι τῇ φιλοστοργίᾳ. Ποῦ οὖν τοῦτο ποιεῖ; Κορινθίοις ἐπιστέλλων φησίν· Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας· ἰδοὺ τὸ, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου. Αἱ γυναῖκες ἵνα φοβῶνται τοὺς ἄνδρας· ἰδοὺ τὸ, C Αὐτός σου κυριεύσει. Εἶδες πῶς ἀνεπαχθὴς ἡ δεσποτεία, ὅταν ἐραστὴς μανικὸς τῆς δουλευούσης ὁ δεσπότης ᾖ, ὅταν φόβος ᾖ μετὰ ἀγάπης; Οὕτω γὰρ τὸ φορτικὸν ἀνῄρηται τῆς δουλείας. Μίαν μὲν οὖν εἰσήγαγε τὴν ἀρχὴν ἡ παρακοή. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι πρὸς τὸ δέον ἐῤῥύθμισεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι αὐτὴν τῆς δουλείας τὴν φύσιν ἡ ἁμαρτία κατεσκεύασεν· * ἡ ἐστι καὶ δεύτερον δουλείας εἶδος τοῦ προτέρου φορτικώτερον, καὶ αὐτὸ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἔχει. Μετὰ γὰρ τὸν κατακλυσμὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ τὸ κοινὸν τῆς οἰκου- D μένης ἅπασης ναυάγιον καὶ τὴν πανωλεθρίαν ἐκείνην, ἥμαρτεν εἰς τὸν γεγεννηκότα [c] ὁ Χὰμ, καὶ γυμνωθέντα ἰδὼν τὸν πατέρα, μᾶλλον ἐγύμνωσε τῇ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς κατηγορίᾳ, καὶ ἐντεῦθεν οἰκέτης ἐγένετο τῶν ἀδελφῶν. Ἐλυμήνατο γὰρ τῆς φύσεως τὴν εὐγένειαν ἡ τῆς προαιρέσεως πονηρία· καὶ μάλα εἰκότως. Ἡ μὲν οὖν Γραφὴ μυρίας ὑπὲρ τοῦ δικαίου συντίθησιν ἀπολογίας, μᾶλλον δὲ ἑνὶ ῥήματι πᾶσαν αὐτῷ δίδωσι συγγνώμην. Ἤρξατο γὰρ, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος γεωρ- E γός. Τὸ δὲ, Ἤρξατο, τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τῇ μέθῃ. Οὔτε γὰρ πόσον πιεῖν ἐχρῆν τὸν οἶνον ᾔδει, οὔτε πῶς πιεῖν, ἄκρατον, ἢ μεμιγμένον ὕδατι, οὔτε πότε πιεῖν, εὐθέως τῶν ὑπολήνιων ἐξαντληθέντα, ἢ μικρὸν ἀναμείναντα χρόνον. Ἡ μὲν οὖν

2. Scire velim quo pacto de hac etiam cura loquatur Paulus, et dominatum misceat cum benevolentia. Quonam igitur in loco id facit? Ad Corinthios scribens ait, *Viri, diligite uxores:* ecce illud, *Ad virum tuum conversio tua. Uxores autem ut timeant viros:* ecce illud, *Ipse tui dominabitur.* Vides ut minime gravis sit dominatus, quando fervidus amator mulieris servientis fuerit dominus, quando metus fuerit cum caritate conjunctus? Sic enim tollitur omnis molestia servitutis. Unum itaque principatum induxit inobedientia. Noli enim hoc spectare, quod illam ut oportebat temperarit Deus, sed quod ipsam servitutis naturam constituerit peccatum: quod est alterum genus servitutis multo priori gravius, quod et ipsum originem et occasionem duxit a peccato. Nam post diluvium Noë, commune illud universi terrarum orbis naufragium et exitium, peccavit in genitorem suum Cham, cumque nudatum patrem vidisset, accusatione illum amplius sua apud fratres suos nudavit, atque inde fratrum servus est factus. Corruperat enim naturæ nobilitatem pravitas voluntatis: ac merito quidem. Scriptura igitur innumeras pro justo profert excusationes, vel potius uno verbo omnem illi dat veniam. *Cœpit* enim, inquit, *Noë homo agricola.* Illud vero, *Cœpit*, multam continet ebrietatis excusationem. Nam neque quantum vini bibendum esset noverat, nec quomodo; merumne an aqua mixtum: nec quando biben- *Ibid.* v. 33. *Gen.* 9. 20. Alterum servitutis genus ex peccato.

[b] Reg. unus [hodie n. 779] καὶ τῇ δεσποτείᾳ ἀναμίγνυσι τὴν φιλοστοργίαν. Ibid. memoriæ lapsu Chrysostomus Paulum Corinthiis scribentem inducit; sed locus est in Epist. ad Ephesios.

* [Cod. 775, Morel. et Savil. omittunt pronomen ἡ.]

[c] Χάμ, ita Regii bene. Edit. male Χαναάν.

dum, statimne ex torcularibus haustum, an post aliquod tempus elapsum. Ac Scriptura quidem per hæc Noë factum excusat; qui vero ex ipso prognatus erat, qui ab ipso servatus (siquidem propter exhibitum patri honorem, una cum cæteris tempestate sublatus non perierat), nulla naturæ habita ratione, non salutis obtentæ recordatus, non metu ad meliorem mentem reductus, cum adhuc superesse reliquias cerneret iræ divinæ, cum vestigia calamitatis apparere, eum adhuc eorum quæ acciderant metum vigere, contumelia parentem affecit. Hoc etiam admonet sapiens quispiam dicens : *Ne glorieris in contumelia patris tui : non enim est tibi gloria patris contumelia.* Verum neque hoc noverat ille; sed peccatum omni venia et excusatione indignum admisit. Ideo peccati pœnam servitutem incurrit, fratrumque servus est factus, et prærogativam honoris a natura delatam animi pravitate amisit. Habes alterum servitutis genus. Vis etiam tertium nosse? Duobus prioribus gravius est istud, multoque formidabilius. Nam quoniam illis non est emendatus, vincula nobis adauxit Deus. Quodnam igitur illud est? Principum ac magistratuum nimirum; non tale quale mulieris, neque tale quale servorum, sed multo magis formidabile. Videre est undique gladios acutos, carnifices, supplicia, tormenta, pœnas, vitæ necisque potestatem. Ut autem scias hunc quoque modum principatus ex occasione peccati ortum habuisse, rursus Paulum ipsum de hoc philosophantem audi. *Si autem vis non timere potestatem, bonum fac,* inquit, *et habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time : non enim sine causa gladium portat.* Vides propter eos, qui malum perpetrant, et principem et gladium imminere? Audi manifestius istud ipsum rursus. *Vindex* enim *est,* inquit, *ei qui malum agit.* Neque dixit, Non enim sine causa princeps est: sed quid? *Non enim sine causa gladium portat.* Armatum judicem tibi præfecit. Ut enim pater filiorum amans, ubi negligenter officio suo fungi videt illos, et propter paternam indulgentiam se ab illis contemni, ob suam bonitatem pædagogis ac præceptoribus terribilibus illos committit : sic et a nostra natura se contemtum cernens Deus, ob suam bonitatem tamquam magistris ac pædagogis quibusdam principibus illam tradidit, ut negligentiam

Esth. 3. 12.

Rom. 13. 3. 4.

Ibid.

Magistratus quasi pædagogi.

Γραφὴ διὰ τούτων ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ Νῶε· ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, ὁ δι' ἐκείνου σωθεὶς (διὰ γὰρ τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμὴν οὐ συναπώλετο τῷ τῶν λοιπῶν κλυδωνίῳ), οὐ πρὸς τὴν φύσιν ἰδὼν αὐτὴν, οὐ τῆς σωτηρίας ἀναμνησθεὶς, οὐ τῷ φόβῳ σωφρονισθεὶς, ὁρῶν ἔτι τὰ λείψανα τῆς τοῦ Θεοῦ μένοντα ὀργῆς, καὶ τῆς συμφορᾶς τὰ ἴχνη φαινόμενα, καὶ τὸν τῶν γεγενημένων ἀκμάζοντα φόβον, ἐξύβρισεν εἰς τὸν γεγεννηκότα. Διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς παραινεῖ λέγων· Μὴ δοξάζου ἐν ἀτιμίᾳ πατρός σου· οὐ γάρ ἐστί σοι δόξα πατρὸς ἀτιμία. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔγνω ἐκεῖνος· ἀλλ' ἥμαρτεν ἁμαρτίαν πάσης συγγνώμης καὶ ἀπολογίας μείζονα. Διὰ τοῦτο τιμωρίαν ἔδωκε τῆς ἁμαρτίας τὴν δουλείαν, καὶ τῶν ἀδελφῶν οἰκέτης ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως προεδρίαν τῇ τῆς γνώμης κακίᾳ προέδωκεν. Ἰδοὺ καὶ δεύτερος δουλείας τρόπος. Βούλει καὶ τρίτον μαθεῖν; Φορτικώτερος δὲ οὗτος τῶν δύο τῶν προτέρων ἐστὶ, καὶ πολὺ φοβερώτερος. Ἐπειδὴ γὰρ [a] ἐκείνοις οὐκ ἐσωφρονίσθη, ἐπέτεινεν ἡμῖν ὁ Θεὸς τὰ δεσμά. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ὁ τῶν ἀρχόντων, ὁ τῶν ἐξουσιῶν· οὐ τοιοῦτος, οἷος ὁ τῆς γυναικὸς, οὐδὲ τοιοῦτος, οἷος ὁ τῶν δούλων, ἀλλὰ πολλῷ φοβερώτερος. Ξίφη γάρ ἐστιν ἰδεῖν ἠκονημένα πανταχοῦ, δημίους, κολάσεις, βασανιστήρια, τιμωρίας, τὴν μέχρι θανάτου καὶ ζωῆς ἐξουσίαν. Καὶ ὅτι καὶ οὗτος τῆς ἀρχῆς ὁ τρόπος ἀναγκαῖος διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο, ἄκουσον πάλιν αὐτοῦ τοῦ Παύλου περὶ τούτου φιλοσοφοῦντος. Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει, φησὶ, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοὺς τὸ κακὸν πράττοντας καὶ ἄρχων καὶ μάχαιρα; Ἄκουσον γοῦν σαφέστερον τοῦτο πάλιν. Ἔκδικος γὰρ, φησὶν, ἔστι τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. Καὶ οὐκ εἶπεν, οὐ γὰρ εἰκῇ ἄρχων ἐστίν· ἀλλὰ τί; Οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Ὡπλισμένον σοι τὸν δικαστὴν ἐπέστησε. Καθάπερ γὰρ φιλόστοργος κατὴρ παῖδας εἰς αὐτὸν ῥαθυμοῦντας, καὶ διὰ τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν καταφρονοῦντας αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀγαθότητα παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις ἐκδίδωσι φοβεροῖς· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν καταφρονοῦσαν αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀγαθότητα, καθάπερ διδασκάλοις καὶ παιδαγωγοῖς, τοῖς ἄρχουσιν ἐξέδωκεν, ὥστε αὐτοὺς ἐπιστρέψαι αὐτῶν τὴν ῥαθυμίαν. Ἀλλ', εἰ βούλεσθε, καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς αὐτὸ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι διὰ τὴν πονηρίαν τὴν ἡμετέραν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐγένετο χρεία ταύτης. Τῶν προφητῶν τις παροξυνόμενος ἐπὶ τοῖς ἀδίκοις, οὕτω πώς φησι· [b] Παρασιωπήσεις ἐν τῷ καταπίνειν τὸν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον, καὶ ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους, ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θα-

[a] Reg. unus ἐκείνοις οὐκ ἐσωφρονίσθημεν. Edit. ἐκεῖνος οὐκ ἐσωφρονίσθη. [Savil. in marg. conj. ἐκείνοις.]

[b] Reg. unus προνοητὰ τοῦ κόσμου παρασιωπᾷς ἐν τῷ καταπίνεσθαι τὸν δίκαιον ἀπὸ τοῦ ἀσεβοῦς καὶ ποιεῖς τοὺς.

λάσσης, καὶ ἑρπετὰ οὐκ ἔχοντα ἡγούμενον; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο ἡγούμενος, ἵνα μὴ ὡς ἑρπετὰ ὦμεν· διὰ τοῦτο ἄρχων, ἵνα μὴ ὡς οἱ [e] ἰχθύες καταπίνωμεν ἀλλήλους. Ὥσπερ γὰρ διὰ τὰ νοσήματα τὰ φάρμακα, οὕτω διὰ τὰ ἁμαρτήματα αἱ κολάσεις. Ἐπεὶ ὅτι γε ὁ συζῶν ἀρετῇ τῆς ἐκεῖθεν ἐπιστασίας οὐ δεῖται, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Θεατής 662
σου, φησὶν, ὁ δικαστής ἐστιν. Ἐὰν ὀρθῶς ζῇς, οὐ θεατὴς A
μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέτης. Καὶ τί λέγω τὴν ἀπὸ τῶν ἀρχόντων χρείαν, ὅπουγε καὶ ἑτέρων μειζόνων ἀνώτεροι οἱ φιλοσοφίαν διώκοντές εἰσιν; Ἄρχοντες γὰρ ἀρχόντων εἰσὶν οἱ νόμοι. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ νόμων δεῖται ὁ μετ' ἐπιεικείας ζῶν· καὶ τοῦτο ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος, Δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. Εἰ δὲ νόμος οὐ κεῖται, πολλῷ μᾶλλον ἄρχων οὐκ ἐφέστηκεν. Ἰδοὺ τρίτος ἀρχῆς τρόπος, καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καὶ πονηρίας ἔχων τὴν ὑπόθεσιν.

ejus corrigerent. Sed si vultis, ex veteri Testamento illud spectemus, ob nostram nimirum pravitatem hoc opus fuisse principatu. Propter iniquos quispiam propheta succensens his verbis utitur: *Tacebis dum impius devorat justum, et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem?* Ergo ideo dux est, ne tamquam reptilia simus: ideo princeps, ne tamquam pisces nos invicem devoremus. Nam ut propter morbos medicamenta sunt data, sic propter delicta, supplicia. Quoniam enim is qui virtute præditus vivit, ejusmodi præfectura non indiget, audi quid dicat Paulus: *Sin autem vis non timere potestatem, bonum fac, et habebis laudem ex illa.* Spectator tuus, inquit, est judex. Si recte vivas, non spectator solum, sed etiam laudator. Sed quid ego de principum loquor necessitate, cum et aliis multo majoribus sublimiores sint qui philosophiam colunt? Siquidem principum ipsorum principes sunt leges. Attamen neque legibus indiget is, qui cum modestia et æquitate vivit: atque hoc testantem audi Paulum his verbis, *Justo lex non est posita.* Quod si lex posita non est, multo magis princeps ei præfectus non est. En tibi tertium genus principatus, qui et ipse ductam habet occasionem a peccato et improbitate.

Habac. 1. 13. 14.

Rom. 13. 3.

1. *Tim.* 1. 9.

Πῶς οὖν ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἐξουσία, B εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ; Ὅτι αὐτὸς αὐτὴν πρὸς τὸ λυσιτελὲς ἡμῖν κατέστησεν. Εἰσήγαγε μὲν γὰρ αὐτῆς τὴν χρείαν ἡ ἁμαρτία· ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἀπεχρήσατο. Καὶ καθάπερ ἡ χρεία τῶν φαρμάκων ἀπὸ τῶν τραυμάτων γίνεται, ἡ δὲ ἐπαγωγὴ τῶν φαρμάκων ἀπὸ τῆς τῶν ἰατρῶν σοφίας· οὕτω καὶ ἡ χρεία τῆς δουλείας ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας γέγονε· τὸ δὲ εἰς δέον αὐτὴν ῥυθμίσαι, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Ἀλλὰ γὰρ διανάστητε, καὶ τὴν ῥαθυμίαν ἀπόθεσθε. Τίνος ἕνεκα τοῦτο λέγω; Περὶ Γραφῶν ὑμῖν διηγούμεθα, ὑμεῖς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστήσαντες ἡμῶν, πρὸς τὰς λαμ- C
πάδας καὶ τὸν τὰς λαμπάδας ἅπτοντα μετεστήσατε. Καὶ πόσης τοῦτο ῥαθυμίας, ἡμᾶς ἀφέντας, τούτῳ προσέχειν; [a] Πῦρ ἀνάπτω κἀγὼ τὸ ἀπὸ τῶν Γραφῶν, καὶ ἐπὶ τῆς γλώττης τῆς ἡμετέρας λαμπάδιον καίεται τὸ τῆς διδασκαλίας. Τοῦτο μεῖζον καὶ βέλτιον τὸ φῶς ἐκείνου τοῦ φωτός· οὐ γὰρ δὴ θρυαλλίδα διάβροχον ἐλαίῳ, καθάπερ οὗτος, ἐξάπτομεν, ἀλλὰ ψυχὰς ἐν εὐσεβείᾳ ἀρδομένας τῇ τῆς ἀκροάσεως ἀνάπτομεν ἐπιθυμίᾳ. Διελέγετό ποτε καὶ ὁ Παῦλος ἐν ὑπερῴῳ τινί. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω με Παύλῳ παραβάλλειν ἐμαυ- D
τόν· οὐ γὰρ οὕτω μέμηνα· ἀλλ' ἵνα μάθητε πόσην

3. Quonam igitur pacto ait Paulus potestatem non esse nisi a Deo? Quod nimirum ad utilitatem nostram nobis illam Deus constituerit. Nam peccatum quidem necessitatem ejus invexit: Deus autem ad nostram utilitatem est usus. Et quemadmodum ex vulneribus fit ut medicamentis indigeamus; ex medicorum autem sapientia, ut adhibeantur medicamenta: sic et necessitas servitutis ortum habuit a peccato: ut autem ad id quod opus erat illa dirigeretur, id sane divinæ acceptum ferendum est sapientiæ. Verum adeste animis, et desidiam omnem excutite. Cur tandem id dico? Scripturas vobis enarramus, vos vero aversis a nobis oculis, ad lucernas et ad eum qui lucernas accendebat, eos convertistis. Quantæ porro est hoc socordiæ, nobis relictis, huic attendere? Ignem ego quoque accendo, qui latet in Scripturis, et in nostra lingua succenditur lucerna doctrinæ. Hoc illo majus est lumen ac melius: non enim oleo madens ellychnium, ut iste, accendimus, sed irrigatas pietate animas audiendi cupiditate inflammamus. Disserebat etiam Paulus aliquando in

Rom. 13. 2.

Lampades sive lucernæ in Ecclesia accendebantur.

Act. 20. 7.—9.

[e] Reg. *ἰχθύες τῆς θαλάσσης καταπ.*

[a] Reg. *πῦρ ἅπτω κάτω.*

cœnaculo quodam. Nemo tamen arbitretur me ipsum velle me cum Paulo comparare, non enim adeo sum insanus, sed ut intelligatis quantum studii vos oporteat ad audiendum adhibere. Disserebat ergo Paulus in cœnaculo, et vespera, ut nunc etiam, incidit, erantque lucernæ in cœnaculo : deinde cecidit Eutychus de fenestra, neque conventum casus ille dissolvit, neque mors theatrum sustulit : verum ita divinis eloquiis audiendis affixi erant, ut neque casus illius sensum ullum ceperint : vos vero nulla insolita re conspecta vel mira, sed homine tantum, qui solitum ministerium obibat, illuc oculos convertistis. Et qua tandem venia dignum hoc fuerit? Nemo igitur, dilectissimi, reprehensionem molestam et gravem arbitretur : neque enim odio impulsi, sed sollicitudine inducti reprehendimus. *Fideliora* quippe *sunt amicorum vulnera, quam spontaneæ oscula inimicorum.* Attendite igitur, quæso, et hoc igne relicto ad sacrarum Scripturarum lumen animum adhibete. Alium enim principatus modum statui dicere, qui non a peccato, sed a natura ipsa traxit originem. Quis ille porro est? Parentum in liberos. Est enim remuneratio partus honor iste. Propterea sapiens quispiam dicit : *Quasi dominis servi iis, qui te genuerunt.* Deinde causam adjicit dicens : *Quid enim retribues illis, quomodo illi tibi?* Tametsi quid tandem est, quod filius patri retribuere non possit? Nihil ergo aliud præter hoc dicit : Ut te ipsi genuerunt, tu illos gignere minime poteris. Quando igitur in hac re illis inferiores sumus, aliunde illos, delatis ipsis honoribus, superemus, non ob legem naturæ tantum, sed ante naturam ob Dei timorem. Multum enim parentes a liberis honorari vult Deus : et qui hoc fecerint, magnis bonis remuneratur ac donis, eos vero qui legem transgressi fuerint, magnis et gravibus malis punit. *Qui maledixerit*, inquit, *patri vel matri, morte moriatur.* Eis vero, qui honorant illos, sic ait : *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi : et eris longævus super terram.* Quod maximum esse bonum censetur, beatam scilicet senectutem, et vitæ prolixitatem, hoc proposuit præmium iis qui ipsos honorarint : et quod summum esse malum videtur, mortem immaturam, hoc in pœnam proposuit iis, qui contumeliosi in eos fuerint : atque ita horum quidem benevolentiam sibi honoris pollicitatione conciliat, illos vero etiam invitos pœnæ formidine a contumelia revocat. Non solum enim

Prov. 27. 6.

Eccli. 3. 8.

Eccli. 7. 30.

Exod. 21. 17.

Exod. 20. 12.

περὶ τὴν ἀκρόασιν σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι χρή. Διελέγετο τοίνυν ὁ Παῦλος ἐν ὑπερῴῳ, καὶ ἑσπέρα κατέλαβε, καθάπερ καὶ νῦν, καὶ λαμπάδες ἦσαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ· εἶτα ὁ Εὔτυχος ἀπὸ τῆς θυρίδος κατέπεσε, καὶ οὐ διέλυσε τὸ πτῶμα τὸν σύλλογον, οὐδὲ ἀνέστησε τὸ θέατρον ὁ θάνατος· ἀλλ' οὕτως ἦσαν προσηλωμένοι τῇ τῶν θείων ἀκροάσει λογίων, ὡς μηδὲ αἰσθηθῆναι τοῦ πτώματος· ὑμεῖς δὲ οὐδὲν ξένον ἰδόντες, οὐδὲ παράδοξον, ἀλλ' ἄνθρωπον τὰ συνήθη ποιοῦντα, τὰς ὄψεις ἐκεῖ μετεθήκατε. Καὶ ποίας ἂν εἴη τοῦτο συγγνώμης ἄξιον; Μηδεὶς τοίνυν, ἀγαπητοὶ, φορτικήν τινα τὴν ἐπιτίμησιν νομιζέτω· οὐ γὰρ μισοῦντες, ἀλλὰ κηδόμενοι ἐγκαλοῦμεν. Ἀξιοπιστότερα γὰρ τραύματα φίλων, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθρῶν. Διανάστητε τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ τοῦτο ἀφέντες τὸ πῦρ, τῷ φωτὶ προσέχετε τῶν θείων Γραφῶν. Ἕτερον γὰρ ὑμῖν ἀρ- 663 χῆς βούλομαι τρόπον εἰπεῖν, οὐκ ἀπὸ ἁμαρτίας λαμ- A βάνοντα τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ παρὰ τῆς φύσεως αὐτῆς. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ὁ τῶν τεκόντων εἰς ἔκγονα. Ὠδίνων γάρ ἐστιν ἀμοιβὴ ἡ τοιαύτη τιμή. Διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς λέγει· Ὡς δεσπόταις δούλευσον τοῖς γεννήσασί σε. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων· Τί γὰρ αὐτοῖς ἀνταποδώσεις, καθὼς αὐτοί σοι; Καίτοι τί ποτέ ἐστιν, ὃ μὴ δύναται παῖς ἀποδοῦναι πατρί; Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἢ τοῦτο λέγει· καθὼς αὐτοί σε ἐγέννησαν, σὺ αὐτοὺς γεννῆσαι οὐ δυνήσῃ. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τοῦτο ἠλαττώμεθα, ἑτέρωθεν πλεονεκτήσωμεν ταῖς εἰς αὐτοὺς τιμαῖς, μὴ διὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον μόνον, ἀλλὰ πρὸ τῆς φύσεως διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Καὶ γὰρ σφόδρα ὁ Θεὸς βούλεται τοὺς τεκόντας τιμᾶ- B σθαι παρὰ τῶν τεχθέντων· καὶ τοὺς μὲν τοῦτο ποιοῦντας μεγάλοις ἀγαθοῖς καὶ δωρεαῖς ἀμείβεται, τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν νόμον μεγάλοις καὶ δεινοῖς κολάζει κακοῖς. Ὁ κακολογῶν, φησὶ, πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. Τοῖς δὲ τιμῶσιν αὐτοὺς οὕτω πώς φησι· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Ὅπερ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζεται, γῆρας λιπαρὸν καὶ μῆκος ζωῆς, τοῦτο ἔθηκεν ἔπαθλον τοῖς τιμῶσιν αὐτούς· καὶ ὅπερ ἔσχατον εἶναι δοκεῖ κακὸν, θάνατος ἄωρος, τοῦτο ἔθηκεν ἐπιτίμιον τοῖς ὑβρίζουσιν εἰς αὐ- C τούς· τοὺς μὲν ἐπισπώμενος εἰς εὔνοιαν τῇ τῆς τιμῆς ἐπαγγελίᾳ, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας ἀπάγων τῆς ὕβρεως τῷ τῆς τιμωρίας φόβῳ. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἀποθνήσκειν κελεύει τὸν πατραλοίαν, οὐδὲ δημίους αὐτὸν ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου λαβόντας ἐξάγειν διὰ τῆς ἀγορᾶς, οὐδὲ τῆς πόλεως ἔξω τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνειν· ἀλλ' ἄγει μὲν αὐτὸν εἰς μέσην τὴν πόλιν αὐτὸς ὁ πατὴρ, καὶ χωρὶς ἀποδείξεως πάσης πιστεύεται· καὶ μάλα δικαίως. Ὁ γὰρ καὶ χρήματα καὶ σώματα καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἑλόμενος ὑπὲρ τοῦ παιδὸς καταδαπανῆσαι, οὐκ ἄν ποτε κατήγορος αὐτοῦ γέγονεν, εἰ μὴ πολλῆ τῆς ὕβρεως ἦν

ἡ ὑπερβολή. Ἄγει τοίνυν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον τῆς πό- D
λεως, εἶτα καλεῖ τὸν δῆμον ἅπαντα, καὶ λέγει τὴν
κατηγορίαν· οἱ δὲ ἀκούοντες πάντες, ἕκαστος λίθον λα-
βὼν, οὕτω βάλλουσι τὸν πατραλοίαν. Οὐ γὰρ δὴ θεα-
τὰς μόνον τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ αὐτουργοὺς εἶναι
βούλεται ὁ νομοθέτης, ἵνα εἰς τὴν δεξιὰν ἕκαστος ἰδὼν
τὴν ἑαυτοῦ, δι' ἧς τὸν λίθον καὶ αὐτὸς ἔβαλε κατὰ
τῆς τοῦ πατραλοίου κεφαλῆς, ἱκανὸν ὑπόμνημα πρὸς
διόρθωσιν ἔχῃ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἕτερον
ἡμῖν ὁ νομοθέτης αἰνίττεται, ὅτι ὁ τοὺς γονέας ὑβρί- E
ζων οὐκ ἐκείνους ἠδίκηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας
ἀνθρώπους. Διὰ τοῦτο πάντας ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῆς
τιμωρίας καλεῖ, καθάπερ ὑβρισμένους ἅπαντας, καὶ
δῆμον ὁμοῦ καὶ πόλιν περίστησιν ἅπασαν, παιδεύων
καὶ τοὺς οὐδὲν ἔχοντας κοινὸν πρὸς τοὺς ἠδικημένους
ἐπὶ γονεῦσιν ὑβριζομένοις ἀγανακτεῖν, ὡς τῆς κοινῆς
φύσεως ὑβριζομένης, καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ὥσ-
περ λοιμόν τινα καὶ κοινὴν νόσον, μὴ τῆς πόλεως μό-
νον, ἀλλὰ καὶ τοῦ φωτὸς ἀπελαύνειν αὐτοῦ. Πολέμιος
γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ κοινὸς ἁπάντων ἐστὶν ἐχθρὸς, καὶ 664
τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τῶν νόμων, καὶ τῆς A
κοινῆς ἁπάντων ἡμῶν ζωῆς. Διὰ τοῦτο πάντας συν-
εφάπτεσθαι κελεύει τῆς σφαγῆς, ὥσπερ τινὰ καθαρμὸν
τῆς πόλεως ἐργαζόμενος. Πολλὰ ὑμῖν ἀγαθὰ γένοιτο,
ὅτι μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς τοὺς περὶ τοῦ πατραλοίου
λόγους ἐδέξασθε, καὶ ἀντὶ τῶν λίθων ταῖς βοαῖς αὐ-
τὸν ἐβάλλετε· τεκμήριον γὰρ τοῦτό ἐστι τοῦ πολλὴν
περὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἕκαστον ὑμῶν τὴν εὔνοιαν
ἐπιδεδεῖχθαι. Καὶ γὰρ τότε τοὺς νόμους μάλιστα θαυ-
μάζειν εἰώθαμεν τοὺς τὰ ἁμαρτήματα κολάζοντας,
ὅταν μὴ συνειδότες ἑαυτοῖς τὰ ἁμαρτήματα ὦμεν.
Ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ φι- B
λανθρώπῳ Θεῷ τῷ κηδομένῳ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας,
καὶ προνοοῦντι γονέων, καὶ παίδων φροντίζοντι, καὶ
πάντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας οἰκονομοῦντι σωτηρίας.
Αὐτῷ γὰρ πρέπει δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις σὺν
τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ
ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

mori parricidam jubet, neque abreptum a judicio per forum a lictoribus educi, neque extra civitatem capite truncari : sed in mediam civitatem deducit ipsum pater, et absque alia quavis probatione fides illi habetur : ac merito quidem. Nam qui pecunias et corpora et aliud quidvis pro filio libenter impenderet, numquam ejus fieret accusator, nisi summa ab illo injuria esset affectus. Deducit igitur illum in medium civitatis, deinde populo advocato accusationem pronuntiat : qui vero audiunt, singuli arrepto lapide parricidam illum percutiunt. Non enim spectatores tantum supplicii, sed etiam ministros eos esse vult legislator, ut cum dexteram suam quisque conspexerit, qua lapidem et ipse in parricidæ caput projecit, hac sufficienti admonitione instructus ad meliorem frugem revocetur. Neque vero id solum, sed et aliud nobis innuit legislator, eum nimirum, qui contumelia parentes affecerit, non illos tantum, sed etiam omnes homines læsisse. Propterea cunctos ad supplicii consortium vocat, quasi contumelia fuerint affecti omnes, ac populum simul et totam convocat civitatem, ut doceat, eos quibus nihil est commune cum illis qui affecti sunt injuria, in eos indignatione commoveri, qui contumeliosi fuerint in parentes, tamquam in communem naturam cadente injuria, utque talem hominem quasi pestem quamdam communemque morbum non ex urbe solum, sed ex ipsa quoque vita ejiciant. Hostis enim est vir ejusmodi, et omnium communis inimicus, Dei, naturæ, legum, et omnium nostrum viventium. Idcirco simul omnes aggredi cædem jubet, ut expiationem quamdam perficiat civitatis. Multa vobis bona contingant, quod tanta cum voluptate de parricida sermonem exceperitis, ac lapidum loco vocibus illum percusseritis : hoc enim indicium ingentis est benevolentiæ, qua patrem suum vestrum unusquisque complectitur. Tunc enim præcipue leges, quæ delicta vindicant, laudare consuevimus, cum delictorum ipsi nobis minime conscii fuerimus. Pro his igitur omnibus clementi Deo gratias agamus, qui vitæ nostræ curam gerit, qui parentibus providet, qui de liberis est sollicitus, et pro nostra salute cuncta disponit. Ipsum enim decet gloria, honor, et adoratio, una cum Patre principii experte, ac sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Cur parricidæ lapidati sint.

SERMO V.

[a] ΛΟΓΟΣ ε'.

Quod non propter Adamum punimur, et majora per eum bona quam mala sunt importata, si nobis ipsis attendere voluerimus : et adversus eos qui pauperes prætereunt.

Ὅτι οὐ διὰ τὸν Ἀδὰμ κολαζόμεθα, καὶ ὅτι μείζονα τῶν δι' ἐκείνου εἰσενεχθέντων λυπηρῶν τὰ χρηστὰ, ἐὰν ἑαυτοῖς προσέχωμεν· καὶ κατὰ τῶν παρατρεχόντων τοὺς πένητας.

1. Vos quidem fortasse nos omnem putatis de dominatu absolvisse sermonem : at ego multum adhuc in eo video fructum apparere. Sed ne defatigemini, quæso, quousque totum ipsum decerpserimus. Nam et diligentes agricolæ cum vitem foliis comantem viderint, et multo fructu oneratam, non externos tantum abscindunt racemos, sed et ulterius progressi palmites confringunt, et folia coercent, ita ut ne minimi quidem acini racemorum frondibus obtecti lateant. Nolite igitur negligentiores illis videri, neque priusquam totum a vobis sit acceptum recedite : præsertim cum labor quidem meus, fructus autem sit vester. Hesterno die mulieres accusavimus, vel potius non mulieres, sed Evam quod per peccatum servitutem invexit. Fortasse dicent nobis mulieres : Quare, cum illa peccasset, nos damnatæ fuimus, et unius personæ lapsus fuit, crimen autem sexus totius? Hoc etiam dicere servi possent : Quid causæ est cur, cum in patrem contumeliosus fuisset Chanaan, ad totum genus pœna transivit? Et qui magistratus reformidant, possent objicere : Cur tandem cæteris scelerate viventibus ipsi jugo servitutis addicti sunt? Quid igitur his omnibus respondebimus? Siquidem una solutione quæstionibus istis omnibus satisfiet : priores quidem illos peccasse, ac sua prævaricatione servitutem introduxisse; verum introductam illam posteriores peccatis suis confirmasse. Nam si quidem perpetuo se possent a peccatis immunes ostendere, jure fortasse possent contradicere : sin autem multis ipsi quoque pœnis sunt obnoxii, frustra hac excusatione se tuentur. Ego enim non dixi, peccatum jam servitutem non introducere, sed omne peccatum cum servitute esse conjunctum, et in peccati naturam, non in solam peccati differentiam causam rejeci. Ut igitur omnes quidem incurabiles morbi mortem inferunt, non omnes tamen

Cur ob unius peccatum alii puniantur.

Πολλὰ παρεκάλεσα χθὲς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην μεμνῆσθαι τῶν εἰρημένων, καὶ διπλῆν ἐν ἑσπέρᾳ παραθεῖναι τὴν τράπεζαν, τὴν τῶν βρωμάτων, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λόγων προστιθέντας ἑστίασιν. Τί οὖν; ἐποιήσατε τοῦτο, καὶ παρεθήκατε διπλῆν τὴν τράπεζαν; Οἶδα ὅτι ἐποιήσατε, καὶ οὐκ ἐκείνης μόνον, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέσχετε. Οὐ γὰρ δὴ περὶ τὴν ἐλάττω σπουδάσαντες, τῆς βελτίονος ἐμέλλετε ἀμελεῖν. Καὶ γὰρ βελτίων ἐκείνης αὕτη. Τὴν μὲν γὰρ μαγείρων συνέθηκαν χεῖρες, ταύτην δὲ προφητῶν παρεσκεύασαν γλῶσσαι· καὶ ἡ μὲν τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἔχει βλαστήματα, ἡ δὲ τὸν καρπὸν τὸν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος· καὶ ταύτης μὲν τῆς τραπέζης πρὸς φθορὰν ἐπείγεται τὰ σιτία, τὰ δὲ ἐκείνης πρὸς ἀφθαρσίαν· καὶ αὕτη μὲν τὴν παροῦσαν ἡμῶν συγκρατεῖ ζωήν, ἐκείνη δὲ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἡμᾶς ὁδηγεῖ. Ὅτι μὲν οὖν παρεθήκατε μετ' ἐκείνης καὶ ταύτην, οἶδα, οὐκ ἀκόλουθον ὑμῶν ἐρωτήσας, οὐκ οἰκέτην, ἀλλὰ τὸν τούτων σαφέστερον ἄγγελον. Τίνα δὴ τοῦτον; Τὸν κρότον τῶν εἰρημένων, τὸν ἔπαινον τὸν ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπον χθὲς, ὅτι [b] ἕκαστος ὑμῶν ποιησάτω τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, μέγα ἀνακεκράγατε, δηλοῦντες τὴν ἡδονὴν τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. Ὁ δὲ μεθ' ἡδονῆς ἀκούων τῶν λεγομένων, οὗτος καὶ πρὸς τὴν τῶν ἔργων ἐπίδειξιν παρεσκεύασται. Διὰ ταῦτα καὶ τήμερον προθυμότερον ἀπεδυσάμην πρὸς τὴν διδασκαλίαν. Ἀλλὰ διεγέρθητε καὶ νῦν. Οὐδὲ γὰρ τὸν λέγοντα διεγηγερμένον εἶναι χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐναγωνίους εἶναι χρὴ, καὶ τοὺς ἀκούοντας μᾶλλον, ἢ τὸν λέγοντα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ μίαν ἔχομεν σπουδὴν, καταβαλεῖν τὰ δεσποτικὰ χρήματα· ὑμῖν δὲ πλείων ὁ πόνος, ὥστε καὶ ὑποδέξασθαι αὐτὰ, καὶ μετὰ πολλῆς τηρῆσαι τῆς ἀσφαλείας. Ἐπίθετε τοίνυν μετὰ τὴν ἀκρόασιν τὰ κλεῖθρα ταῖς θύραις, τοὺς μοχλούς· καὶ λογισμοὺς τοὺς φοβεροὺς, καθάπερ τινὰς φύλακας, πανταχόθεν περιστήσατε τῇ ψυχῇ. Καὶ γὰρ ἀναίσχυντος ὁ κλέπτης ἐστὶ, καὶ διαπαντὸς ἀγρυπνεῖ, καὶ συνεχῶς ἐπιτίθεται, κἂν πολλάκις ἀποτύχῃ, πολλάκις ἐπιχειρεῖ. Ἑστωσαν τοίνυν φοβεροὶ οἱ φύλακες· κἂν ἴδωσι τὸν διάβολον ἐλθόντα καὶ βουλόμενον ἁρπάσαι τι τῶν κατα-

1. Hesterno die caritatem vestram multis hortatus sum, ut eorum, quæ dicta fuerant, recordaremini, ac duplicem vesperi mensam apponeretis, unam ciborum, et alteram ei sermonum adjungeretis. Quid igitur? num hoc fecistis, duplicemque mensam apposuistis? Scio vos id fecisse, neque tantum illius, sed hujus etiam fuisse participes. Neque enim cum deteriori tantum studium adhibuissetis, multo potiorem contemnere debuistis. Nam hæc illa melior est: illam enim manus instruxerunt coquorum, hanc linguæ prophetarum pararunt: in illa terræ fetus insunt, in ista Spiritus fructus: illius mensæ cibi properant ad corruptionem, hujus dapes ad incorruptionem: illa præsentem vitam tuetur, ista nos ad futuram deducit. Hanc itaque vos instruxisse cum illa probe scio, non ex pedissequo vestro, nec ex famulo sciscitatus, sed ex nuntio his omnibus fideliori. Ex quonam tandem? Ex plausu nimirum, quo ea quæ dicta fuerant, et ex laude, qua doctrinam vobis traditam commendastis. Cum enim heri dixissem, quisque vestrum domum suam ecclesiam efficiat, magna voce acclamastis, ac voluptatis, qua vos illa verba perfuderant, significationem dedistis. Porro is qui cum voluptate quæ dicuntur audit, is se ad opera exhibenda paratum ostendit. Propterea promtius hodie me ad docendum accinxi. Verum erigite nunc quoque mentes vestras: neque enim solum loquentem erecta mente oportet esse, verum etiam auditores attentos esse, eosque amplius quam oratorem. Nam nos quidem id unum studemus, ut dominicam pecuniam collocemus: vos vero majorem laborem adhibetis, ut eam exceptam cum multa cautione servetis. Postquam igitur audieritis, seras ostiis et vectes obdite, ac terribiles cogitationes undique animæ tamquam custodes quosdam apponite. Siquidem impudens est fur, et perpetuo vigilat, ac frequenter impetum facit: et quamvis sæpe aberret, sæpe aggreditur. Ad-

[a] In Codice Reg. 2342 hic sermo prætermittitur, nec in serie aliorum ponitur.

[b] Ἕκαστος ὑμῶν etc., *unusquisque vestrum suam domum ecclesiam efficiat.* Hoc dixit paulo ante finem præcedentis homiliæ.

stent igitur custodes terribiles, et si diabolum viderint adventantem, et eorum quæ deposita sunt aliquid abripere parantem, magno cum clamore illum abigant : si sæculares sollicitudines invaserint, eas repellant : si oblivio ex naturæ infirmitate negotium facessat, exercitatione memoriam excitent. Neque enim mediocre periculum imminet, si pecunias dominicas perdideritis. Nam si illi qui acceptas pecunias disperserint, sæpe morte muletantur : qui multo pretiosiora istis eloquia divina receperint, eaque perdiderint, quo tandem supplicio non plectentur? Nam qui pecunias istas acceperint, reddendæ rationi sunt tantum obnoxii, quomodo eas custodierint, nec quid ultra requiritur. Quam multa enim receperint, tam multa illos plane reponere necesse est, neque quidquam amplius ab illis reposcitur : acceptis autem divinis eloquiis, non modo illorum custodiæ reddenda est ratio, sed multæ etiam negotiationis. Non enim ea solum reddere jubemur, quæ recepimus, sed et Domino duplicata offerre. Quamquam si ea custodire tantum jussum nobis esset, multa sollicitudine ac studio res indigeret : cum vero ut etiam multiplicentur, nobis Dominus imperarit, cogita quantum laboris et curæ sit a nobis, quibus ea commissa sunt, conferendum. Ideo quidam, cui commissa fuerant talenta quinque, non totidem obtulit, sed duplicata. Nam illa quidem, benignitatis erant domini : sed oportuit etiam servum suam exhibere diligentiam. Similiter et is cui duo talenta credita fuerant, alia duo lucratus est, atque idcirco pari eum dominus honore dignatus est. Alius vero rursus cui talentum unum creditum fuerat, et illud ipsum obtulerat, quod creditum erat, qui non imminuerat, non deterius reddiderat illud depositum, neque dimidiatum tantum reddiderat : quia qūæstum non fecerat, neque duplicatum obtulerat, quod creditum fuerat, extremo supplicio punitus fuit; ac merito sane. Nam si ea custodiri tantum voluissem, inquit, nec aliud lucrum ex istis acquiri, non illa servorum manibus tradidissem. Tu vero domini benignitatem considera. Is cui talenta quinque commissa fuerant, obtulit alia quinque, et is cui duo, altera tanta, et eadem uterque præmia retulit. Ut enim illi dixit : *Euge, serve bone ac fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam* : sic etiam illi qui duo obtulerat, inquit, *Euge, serve bone ac fidelis,*

Matth. 25. 14. sqq.

Ibid. v. 21.

Ibid. v. 23.

Θληθέντων, μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἀπελαυνέτωσαν τῆς κραυγῆς· κἂν φροντίδες βιωτικαὶ ἐπίωσι, κωλυέτωσαν· κἂν λήθη παρὰ τῆς φύσεως διενοχλῇ, τῇ μελέτῃ τὴν μνήμην διεγειρέτωσαν. Οὐ γάρ ἐστι μικρὸς ὁ κίνδυνος, ἀπολέσαι χρήματα δεσποτικά. Εἰ γὰρ οἱ ταῦτα τὰ χρήματα ὑποδεχόμενοι, ἐπειδὰν διασκορπίσωσι τὰ πιστευθέντα, θανάτῳ κολάζονται πολλάκις· οἱ τὰ πολλῷ τιμιώτερα τούτων ὑποδεξάμενοι λόγια, εἶτα ἀπολέσαντες, ποίαν οὐχ ὑποστήσονται τιμωρίαν; Ἐπὶ μὲν τούτων τῶν χρημάτων φυλακῆς εἰσιν ὑπεύθυνοι μόνον οἱ δεχόμενοι, ἑτέρου δὲ οὐδενός. Ὅσα γὰρ ὑπεδέξαντο, τοσαῦτα αὐτοὺς καταθεῖναι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ πλέον οὐδεὶς οὐδὲν ἀπαιτεῖται παρ' αὐτῶν· ἐπὶ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων οὐχὶ φυλακῆς ἐσμεν ὑπεύθυνοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐργασίας πολλῆς. Οὐδὲ γὰρ ἅπερ ἐδεξάμεθα μόνον ἀποδοῦναι κελευόμεθα, ἀλλὰ καὶ διπλᾶ ταῦτα τῷ Δεσπότῃ προσενεγκεῖν. Καίτοι εἰ καὶ [a] φυλάξαι προέκειτο μόνον, πολλῆς ἀγωνίας καὶ σπουδῆς ἐδεῖτο τὸ πρᾶγμα· ὅταν δὲ καὶ πλεονάσαι αὐτὰ προστάττῃ ἡμῖν ὁ Δεσπότης, ἐννόησον ὅσου πόνου καὶ φροντίδος ἡμῖν δεῖ τοῖς πιστευθεῖσι. Διά τοι τοῦτο πιστευθείς τις πέντε τάλαντα, οὐχ ὅσα ἐνεπιστεύθη προσήνεγκεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τοσαῦτα. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας ἦν· ἔδει δὲ καὶ τὸν οἰκέτην τὴν ἑαυτοῦ σπουδὴν ἐπιδείξασθαι. Ὁμοίως καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα πιστευθεὶς εἰργάσατο ἄλλα δύο, καὶ τούτου ἕνεκα ἠξιώθη τῆς αὐτῆς τιμῆς παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου. Ἄλλος δέ τις πάλιν ἓν τάλαντον πιστευθείς, καὶ προσενεγκὼν αὐτὸ ὅπερ ἐπιστεύθη, οὐ μειώσας, οὐκ ἐλαττώσας τὴν παρακαταθήκην, οὐκ ἐξ ἡμισείας ἀποδοὺς, ἐπειδὴ μὴ τὴν πραγματείαν ἐπεδείξατο, μηδὲ διπλοῦν προσήνεγκε τὸ πιστευθέν, τὴν ἐσχάτην ἔδωκε δίκην· καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ ἐβουλόμην, φησὶν, αὐτὰ φυλάττεσθαι μόνον, καὶ ἄλλην μὴ γενέσθαι ἐμπορίαν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν αὐτὰ ταῖς τῶν δούλων ἔδωκα χερσί. Σὺ δέ μοι θέα τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου. Προσήνεγκεν ὁ τὰ πέντε τάλαντα πιστευθεὶς ἄλλα πέντε, καὶ ὁ τὰ δύο, ἄλλα τοσαῦτα· καὶ τῶν αὐτῶν ἑκάτερος ἀπήλαυσεν ἀμοιβῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνῳ εἶπεν, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· οὕτω καὶ τῷ τὰ δύο προσενεγκόντι φησὶν, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. Ἡ πρόσοδος οὐχ ἡ αὐτὴ, καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτός· οὕτω καὶ τοῦτον τῆς αὐτῆς ἠξίωσε τιμῆς. Τί δήποτε; Ὅτι οὐ τῇ ποσότητι τῶν προσενεχθέντων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῶν ἐργαζομένων προσεῖχε ὁ Θεός. Ἐκείνων μὲν γὰρ ἕκαστος τὰ κατὰ δύναμιν ἐπεδείξατο· τὸν πλεονασμὸν δὲ τῶν προσενεχθέντων καὶ τὴν

675 A

B

C

D

[a] Reg. 2343 φυλάξαι προσήκει μόνον.

ἐλάττωσιν οὐχ ἡ ῥαθυμία ἐκείνου, οὐδὲ ἡ σπουδὴ τούτου, ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῆς παρακαταθήκης ἐποίησεν. Ἐκεῖνος πέντε ἔλαβε, καὶ πέντε ἄλλα προσήνεγκεν· οὗτος δύο ἔλαβε, καὶ δύο προσήνεγκε, καὶ κατ' οὐδὲν ἠλάττωται ἐν τῷ τῆς σπουδῆς λόγῳ. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος διπλᾶ, κἀκεῖνος διπλᾶ τὰ πιστευθέντα εἰργάσατο· ὁ δὲ ἓν λαβὼν ἁπλοῦν προσήνεγκε· διὸ καὶ ἐκολάζετο.

super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Proventus haud idem est, et merces est eadem : sic et hunc eodem honore dignatus est. Quid ita? Quoniam non eorum quæ oblata sunt quantitatem, sed eorum virtutem, qui negotiati fuerant, attendebat Deus. Nam uterque pro virili quæ suarum partium erant præstiterat : res autem oblatæ non multiplicatæ fuerant aut immi- Deus. nutæ vel ob illius ignaviam, vel ob diligentiam istius, sed pro depositi diversitate. Ille quinque accepit, et obtulit alia quinque; hic accepit duo, et obtulit duo, neque quod ad studium attinet, inferior exstitit. Siquidem et hic duplicia, et ille duplicia lucratus est credita : is vero qui unum acceperat, simplex illud obtulit; quam ob causam est etiam castigatus.

Non quantitatem pecuniæ, sed virtutem famulorum spectat

Ἠκούσατε τοίνυν πόση τιμωρία κεῖται τοῖς μὴ πραγματευομένοις περὶ τὰ χρήματα τὰ δεσποτικά; Οὐκοῦν καὶ φυλάξωμεν, καὶ πραγματευσώμεθα, καὶ πολλὴν ἐπιδειξώμεθα περὶ αὐτὰ τὴν ἐμπορίαν. Μὴ λεγέτω τις· ἰδιώτης εἰμί, μαθητής εἰμι, λόγον οὐκ ἔχω διδασκαλίας, ἀμαθὴς ὢν καὶ οὐδενὸς ἄξιος. Κἂν γὰρ ἰδιώτης ᾖς, κἂν ἀμαθὴς, κἂν ἓν τάλαντον πιστευθῇς, ἐργάζου τὸ ἐγχειρισθὲν, καὶ τὸν αὐτὸν τῷ διδάσκοντι λήψῃ μισθόν. Ἀλλ' ὅτι μὲν φυλάττετε τὰ εἰρημένα, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας κατέχετε, πάνυ πεπίστευκα· ἵνα δὲ μὴ εἰς τοῦτο τὸν λόγον ἅπαντα ἀναλώσωμεν, φέρε καὶ τὰ ἑξῆς τῶν χθὲς ἡμῖν λεχθέντων προσθῶμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, τοῦτον τῆς φυλακῆς ὑμῖν ἀποδιδόντες τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ τὰ πρότερα πιστευθεὶς καὶ τηρήσας, ἄξιος ἂν εἴη καὶ ἕτερα πάλιν λαβεῖν. Τί οὖν ἦν τὸ διήγημα τὸ χθὲς ἡμῖν προτεθέν; Περὶ τοῦ ξύλου ὁ λόγος ἦν, καὶ ἐδείξαμεν ὅτι ἤδει ὁ ἄνθρωπος τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν, πρὶν ἢ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ πολλῆς σοφίας ἐπεπλήρωτο, ἀφ' ὧν ἐπέθηκε τὰ ὀνόματα τοῖς θηρίοις, ἀφ' ὧν ἐπέγνω τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ, ἀφ' ὧν εἶπε· Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου· ἀφ' ὧν περὶ τοῦ γάμου διελέχθη καὶ περὶ παιδοποιίας, καὶ συζυγίας καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀφ' ὧν ἐντολὴν ἔλαβεν. Οὐδὲ γὰρ ἐντολὴν δίδωσί τις καὶ νόμον τοῦ πρακτέου καὶ τοῦ μὴ πρακτέου τῷ τὸ καλὸν καὶ πονηρὸν ἀγνοοῦντι. Σήμερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε, γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον εἰρηται· οὐ γὰρ μικρὸν τὸ μαθεῖν, διὰ τί ταύτην τὴν προσηγορίαν ἔχει καὶ ξύλον. Καὶ γὰρ ὁ διάβολος εἶπεν· Ἢ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. Πῶς οὖν σὺ λέγεις, φησὶν, ὅτι οὐκ ἐνέθηκε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ; Τίς γὰρ, εἰπέ μοι, ἐνέθηκεν; ἆρα ὁ διάβολος;

2. Audistis ergo quantum illos maneat supplicium, qui ex dominicis pecuniis negotiati non fuerint. Ergo et custodiamus, et negotiemur, et multum ex illis lucrum exhibeamus. Neque dicat aliquis : Idiota sum, discipulus sum, verbum doctrinæ non habeo, cum imperitus sim et nullius pretii. Tametsi enim idiota sis, licet discipulus, licet unum tibi talentum sit creditum, negotiare ex eo quod tibi commissum est, et eamdem cum doctore mercedem accipies. Ac vos quidem ea quæ dicta sunt custodire et exacte memoria tenere omnino credo : sed ne in hoc totam orationem impendamus, age quæ sequuntur ea quæ dicta sunt a nobis heri apud caritatem vestram, adjungamus, et hanc vobis custodiæ mercedem persolvamus. Qui enim priora sibi credita conservavit, dignus est qui alia rursus accipiat. Quænam igitur heri proposita est a nobis narratio? De ligno sermo erat, et ostendimus hominem, antequam de ligno ederet, boni ac mali cognitionem habuisse, multaque repletum sapientia fuisse, ex eo quod nomina bestiis imposuerit, quod uxorem suam agnoverit, quod dixerit : *Hoc nunc os ex ossibus meis;* quod *Gen.* 2. 23. de nuptiis disseruerit, de procreatione liberorum, de conjugali conjunctione et de patre ac matre; quod mandatum acceperit. Neque enim mandatum dat quisquam ac legem de rebus gerendis aut non gerendis ei, qui bonum ac malum ignoret. Hodie dicere operæ fuerit pretium, quam ob causam, si a ligno scientiam homo non accepit, lignum scientiæ boni ac mali fuerit appellatum : *Gen.* 2. 9. neque enim levis momenti fuerit didicisse, cur hæc appellatio ligno sit indita. Nam et diabolus dixit : *Qua die manducaveritis de eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scien-* *Gen.* 3. 5.

tes bonum et malum. Quomodo igitur, inquit, tu dicis scientiam non inscruisse boni ac mali? Quis vero, quæso, inscruit? num diabolus? Certe, inquit, cum dixerit, *Eritis sicut dii, scientes bonum et malum*. Tum tu igitur testimonium mihi hostis affers et insidiatoris? Atqui dixit hic quoque, Eritis etiam dii : num igitur dii sunt facti? Ut igitur dii facti non sunt, sic neque scientiam boni ac mali tum acceperunt. Mendax enim est ille, nihilque verum proloquitur : nam *In veritate*, inquit, *non stetit*. Ne igitur inimici testimonium producamus, sed ex ipsis rebus colligamus, qua de causa lignum scientiæ boni ac mali vocetur. Ac prius, si videtur, quid sit bonum ac malum consideremus. Quid ergo bonum est? Obedientia. Quid malum? Inobedientia. Ac tantisper a nobis hæc ex ipsis Scripturis exacte examinentur, ne forte, dum boni ac mali naturam inquirimus, aberremus, Hoc enim esse bonum ac malum, audi quo pacto doceat propheta cum dicit : *Quid bonum, et quid Dominus Deus requirit a te? Dic quid sit bonum. Ut diligas Dominum Deum tuum*. Vides bonum esse obedientiam? siquidem ex dilectione oritur obedientia. Et rursus : *Duo mala fecit populus meus hic : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt continere aquam*. Vides inobedientiam et derelictionem malum esse? Hoc igitur interim teneamus, obedientiam bonum esse, atque inobedientiam malum, et sic illud etiam cognoscemus. Nam idcirco lignum scientiæ boni ac mali vocatur, quod mandatum de ligno traditum fuerit, cujus occasione vel inobedientia vel obedientia exercetur. Nam antea sciebat Adamus obedientiam bonum esse, inobedientiam autem malum : manifestius autem postea ex ipsa rerum experientia didicit. Sicut etiam cædem fraternam malum esse noverat Caïn, vel antequam fratrem suum occideret : ut enim intelligas eum scivisse malam rem fuisse, audi quid dicat : *Veni, exeamus in campum*. Verum qua de causa fratrem a paternis ulnis avulsum in campum trahis? cur in deserto constituis? cur auxilio destitutum reddis? cur longe a paterno conspectu abducis? cur audax facinus occultas, si peccatum non reformidas? cur autem et post cædem perpetratam rursus interrogatus indignaris ac mentiris? Cum enim dixisset Deus, *Ubi est Abel frater tuus?* respondisti : *Numquid custos fratris mei sum ego?* Ex quo liquet, eum cum id

Cur lignum scientiæ boni et mali sic vocatum fuerit.

Joan. 8. 44.

Mich. 6. 8.

Jer. 2. 13.

Caïn scientiam mali habuit.

Gen. 4. 8.

Ibid. v. 9.

D Ναὶ, φησὶν, εἰπὼν, Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν· Εἶτα τοῦ ἐχθροῦ, μοι φέρεις τὴν μαρτυρίαν καὶ τοῦ ἐπιβούλου; Καίτοι οὗτος εἶπεν, ὅτι καὶ θεοὶ ἔσεσθε· ἆρα οὖν καὶ θεοὶ ἐγένοντο; Ὥσπερ οὖν οὐκ ἐγένοντο θεοὶ, οὕτως οὐτε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ τότε ἔλαβον. Ψευστὴς γάρ ἐστιν ἐκεῖνος, καὶ οὐδὲν ἀληθὲς φθέγγεται· Ἐν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, φησὶν, οὐχ ἕστηκε. Μὴ δὴ τοῦ ἐχθροῦ παE ραγάγωμεν τὴν μαρτυρίαν, ἀλλ' ἴδωμεν ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, τίνος ἕνεκεν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον. Καὶ πρότερον, εἰ δοκεῖ, τί ποτέ ἐστι καλὸν καὶ πονηρὸν ἐπισκεψώμεθα. Τί οὖν ἐστι καλόν; Ἡ ὑπακοή. Τί δὲ πονηρόν; Ἡ παρακοή. Καὶ τέως ἡμῖν, ἵνα μὴ πλανώμεθα περὶ τὴν φύσιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, ἀπὸ τῶν Γραφῶν ταῦτα διακριβούσθω. Ὅτι γὰρ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ πονηρὸν, ἄκουσον τί φησὶν ὁ προφήτης· Τί καλὸν, καὶ τί Κύριος ὁ Θεὸς ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ; Εἰπὲ τί καλόν. Ἀγαπᾷν Κύριον τὸν Θεόν σου. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ὑπακοὴ καλόν; ἐκ γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ ὑπακοή. Καὶ πάλιν· Δύο πονηρὰ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ λαός μου οὗ677 τος· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ A ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳτοὺ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. Ὁρᾷς ὅτι πονηρὸν ἡ παρακοὴ καὶ ἡ ἐγκατάλειψις; Τέως οὖν τοῦτο τηρῶμεν, ὅτι καλὸν ἡ ὑπακοὴ, καὶ πονηρὸν ἡ παρακοὴ, καὶ οὕτως εἰσόμεθα κἀκεῖνο. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον, ἐπειδὴ ἡ ἐντολὴ, ἡ γυμνάζουσα τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοὴν, περὶ τὸ ξύλον ἐγένετο. Ἤδει μὲν γὰρ καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἀδὰμ, ὅτι καλὸν μὲν ἡ ὑπακοὴ, πονηρὸν δὲ ἡ παρακοή· ἔμαθε δὲ ὕστερον σαφέστερον δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας. Ὥσπερ γὰρ καὶ ὁ Καὶν ᾔδει B μὲν ὅτι κακὸν ἡ ἀδελφοκτονία, καὶ πρὶν ἢ σφάξαι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ὅτι γὰρ ἤδει πονηρὸν ὂν τὸ πρᾶγμα, ἄκουσον τί φησι· Δεῦρο, ἐξέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Καίτοι τίνος ἕνεκεν ἔλκεις εἰς τὸ πεδίον ἀπὸ τῶν πατρικῶν ἀποσπάσας ἀγκαλῶν τὸν ἀδελφόν; τί δὲ καθιστᾷς ἐν ἐρημίᾳ; τί δὲ γυμνὸν ποιεῖς τῆς κηδεμονίας; τί πόρρω τῆς πατρικῆς ἀπάγεις ὄψεως; τί διακρύπτεις τὴν τόλμαν, εἰ μὴ δέδοικας τὴν ἁμαρτίαν; τί δὲ καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὸν φόνον, πάλιν ἐρωτώμενος δυσχεραίνεις καὶ ψεύδῃ; Τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰπόντος, Ποῦ C Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; εἶπας· Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐγώ; Ὅθεν δῆλον ὅτι σαφῶς εἰδὼς ἦλθεν ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ταύτην. Ὥσπερ οὖν οὗτος ἤδει μὲν καὶ πρὸ τῆς πείρας ὅτι κακὸν ὁ φόνος, ἔμαθε δὲ σαφέστερον καὶ μετὰ ταῦτα, ὅτε τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο, καὶ ἤκουσε, Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω καὶ ὁ πατὴρ τούτου εἶχε τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ κακοῦ καὶ πρὸ τοῦ φαγεῖν τὴν γνῶσιν, εἰ καὶ μὴ οὕτω σαφῆ, ὡς μετὰ τὴν τοῦ ξύλου βρῶσιν. Τί λέγω;

Τὰ γὰρ κακὰ πάντες οἴδαμεν· καὶ πρὶν ἢ πρᾶξαι, σαφέστερον δὲ μανθάνομεν μετὰ τὸ πρᾶξαι· πολλῷ δὲ σαφέστερον, ὅταν κολαζώμεθα. Οὕτω καὶ ὁ Κάϊν ἤδει μὲν ὅτι κακὸν ἡ ἀδελφοκτονία καὶ πρὸ τούτου· ἔμαθε δὲ ὕστερον διὰ τῆς κολάσεως σαφέστερον· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι καλὸν ἡ ὑγίεια, καὶ φορτικὸν ἡ νόσος καὶ πρὸ τῆς πείρας· πολλῷ δὲ μᾶλλον, ὅταν εἰς τὴν νόσον ἐμπέσωμεν, ἀμφοτέρων τὴν διαφορὰν γινώσκομεν.

probe nosset, ad hoc facinus prorupisse. Ut igitur iste noverat, antequam experiretur, cædem esse rem malam; postea vero didicit etiam manifestius, cum pœnam sustinuit audivitque, *Gemens ac tremens eris super terram :* sic et istius pater, antequam ederet, boni ac mali cognitione pollebat, tametsi non ita evidenti, ac cum de ligno comedisset. Dicam apertius. Mala scimus omnes, etiam antequam illa perpetremus; manifestius vero ea discimus, postquam illa perpetravimus, ac multo etiam manifestius, cum punimur. Sic etiam Caïn sciebat quidem antea cædem fraternam malum esse : postea vero didicit evidentius, cum supplicio mulctatus est : nos enim quoque sanitatem rem bonam esse novimus, et ægritudinem rem molestam, antequam illud experiamur : multo vero certius, cum in morbum inciderimus, utriusque rei discrimen agnoscimus.

Gen. 4. 12.

Mala melius novimus, postquam ea perpetravimus.

Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤδει μὲν ὅτι καλὸν ἡ ὑπακοή, καὶ κακὸν ἡ παρακοή· ὕστερον δὲ σαφέστερον ἔμαθεν, ὅτε τοῦ ξύλου γευσάμενος ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἐξέπεσεν. Ἐπεὶ οὖν εἰς τιμωρίαν ἐνέπεσεν, ὅτι, τοῦ Θεοῦ κωλύσαντος, ἐγεύσατο τοῦ ξύλου, ἡ τιμωρία αὐτὸν σαφέστερον ἐπαίδευσε διὰ τῆς πείρας, ὅσον κακὸν Θεοῦ παρακούειν, καὶ ὅσον ὑπακούειν καλόν· διὰ τοῦτο γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον καλεῖται. Καὶ τίνος ἕνεκεν, εἰ μὴ αὐτὴ ἡ φύσις τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν εἶχε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς τιμωρίας τῆς διὰ τὴν παρακοὴν τὴν ἐπὶ τῷ ξύλῳ σαφέστερον τοῦτο ἔμαθεν ὁ ἄνθρωπος, γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον καλεῖται; Ὅτι ἔθος τῇ Γραφῇ τοῦτο, ἐπειδὰν τὸ πρᾶγμα γένηται, ἢ ἐν τόποις, ἢ ἐν καιροῖς, ἀπὸ τῶν πραγμάτων καλεῖν καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς καιρούς. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ἐπὶ ὑποδείγματος ὑμῖν τοῦτο ποιήσω φανερόν. Ὁ Ἰσαὰκ ποτε φρέατα ὤρυξε· ταῦτα τὰ φρέατα ἐπεχείρησαν οἱ γείτονες διαφθεῖραι· ἐντεῦθεν ἐγένετό τις ἀπέχθεια, καὶ ἐκάλεσε τὸ φρέαρ ἔχθραν· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ τὸ φρέαρ ἤχθρανεν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἡ ἔχθρα γέγονεν. Οὕτω καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ εἶχε γνῶσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἐγένετο ὁ ἔλεγχος τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ. Πάλιν ὤρυξε φρέαρ ὁ Ἀβραάμ, ἐπεβούλευσεν ὁ Ἀβιμέλεχ· συνῆλθον, κατέλυσαν τὴν ἔχθραν, καὶ ὅρκους δόντες ἀλλήλους, ἐκάλεσαν τὸ φρέαρ ἐκεῖνο φρέαρ ὅρκου· οὐκ ἐπειδὴ τὸ φρέαρ ὤμοσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τὸ φρέαρ ὁ ὅρκος ἐγένετο. Ὁρᾷς πῶς οὐχὶ τῶν πραγμάτων οἱ τόποι αἴτιοι γίνονται, εἰ καὶ τῶν πραγμάτων λαμβάνουσι τὰ ὀνόματα; Καὶ γὰρ πολλὴ ἀνάγκη παρα-

3. Eadem nimirum ratione noverat etiam Adamus obedientiam rem bonam esse, inobedientiam vero malam : deinceps vero didicit evidentius, cum ligno gustato e paradiso ejectus est, et ab illa excidit felicitate. Cum igitur in pœnam incurrerit, quod, Deo vetante, lignum degustarit, manifestius cum per experientiam pœna docuit, Deo non obtemperare malum, at obtemperare bonum esse : propterea lignum scientiæ boni ac mali vocatur. Et qua de causa, si non ipsa ligni natura scientiam habuit boni et mali, sed ex ipsa pœna propter inobedientiam ob degustatum lignum illata manifestius hoc didicit homo, lignum scientiæ boni ac mali vocatur? Quod nimirum hic Scripturæ mos sit, ubi res quæpiam in locis aut temporibus quibusdam acciderit, a rebus illis et loca et tempora vocare. Sed ut clarius quod dico fiat, illud exemplo vobis illustrabo. Puteos aliquando fodit Isaac : hos autem puteos vicini destruere cum aggressi essent, inde simultas quædam est orta, et vocavit puteum Inimicitias : non quod puteus inimicitias exerceret, sed quod circa illum inimicitiæ exortæ essent. Sic et lignum scientiæ boni et mali vocatur, non quod ipsum scientia polleret, sed quod circa illud facta esset scientiæ boni ac mali declaratio. Rursus puteum fodit Abraham, insidias paravit Abimelech : convenerunt, inimicitias deposuerunt, ac præstito mutuo juramento puteum illum Juramenti puteum appellarunt; non quod jurasset puteus, sed quod circa puteum juramentum præstitum esset. Vides loca non fieri causas rerum,

Gen. 26. 21. 31. 32.

licet a rebus nomen accipiant? Siquidem valde necessarium est, ut adhibeantur exempla, quo manifestiora fiant quæ dicimus. Rursus occur-
Gen. 32. 2. rentes sibi angelos vidit Jacob et castra Dei, tum appellavit locum Castra. Tametsi locus castra non esset, nihilominus Castra vocatus est locus, quia illic castra viderat. Vides ut ab eventu rei, quæ in loco acciderat, locum appellarit? Sic etiam lignum scientiæ boni ac mali vocatur, non quod ipsum boni malique scientia polleret, sed quod scientiæ boni ac mali facta fuerit circa illud demonstratio, et inobedientiæ atque obedientiæ exercitatio. Rursus Deum vidit Jacob, quantum fieri potest, ut ab homine videatur, et
Gen. 32. 30. vocavit nomen loci illius *Species Dei*. Quare? *Quia vidi Deum,* inquit. Quamquam non locus Dei species erat, sed a re quæ evenerat in loco, nata est appellatio. Vides quam multis ex locis morem esse Scripturæ demonstraverimus, ut a rebus quæ acciderint nomina locis imponat? Idipsum quoque in temporibus agere consuevit. Sed ne tædio vos afficiamus, age sermonem a tristioribus ad jucundiora transferamus. Etenim jam defatigata est mens vestra subtilioribus sententiis immorata : quapropter operæ pretium fuerit illam recreare ac simplicioribus
De bonis agit per crucem invectis. lætioribusque sententiis illam pascere. Ad salutare igitur lignum crucis redeamus. Hoc enim omnia mala sustulit, quæ illud invexerat : vel potius non illud mala invexerat, sed homo ipse cuncta, quæ deinde Christus plane sustulit, atque illis ampliora multo bona invexit. Ob hoc
Rom. 5. 20. ipsum ait Paulus : *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia;* hoc est, majus est do-
Rom. 5. 15. num quam peccatum. Idcirco rursus ait : *Non sicut delictum, ita et donum :* non quantum peccavit homo, tantum donavit Deus : non quanta jactura, tantus est quæstus : non quantum naufragium, tanta etiam negotiatio fuit : sed plura bona fuere quam mala; et merito. Siquidem mala servus invexit, et minora erant : bona vero largitus est Dominus, quocirca fuerunt et plura : propterea dicit : *Non sicut delictum, ita et donum.* Deinde discrimen adjungit : *Nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Obscurius est, quod diximus : itaque necesse est, ut expositionem adjungamus. *Nam judicium quidem,* hoc est pœna, supplicium, mors; *Ex uno,* scilicet peccato : siquidem unum peccatum tantum malum invexit; gratia vero non illud solum peccatum, sed et

γαγεῖν παραδείγματα, ὥστε σαφέστερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον. Πάλιν εἶδεν ὁ Ἰακὼβ ἀγγέλους ἀπαντήσοντας αὐτῷ καὶ παρεμβολὴν Θεοῦ, καὶ ἐκάλεσε
C τὸν τόπον παρεμβολήν. Καίτοι οὐχ ὁ τόπος ἦν ἡ παρεμβολὴ, ἀλλ' ὅμως ἐκλήθη ὁ τόπος παρεμβολὴ, ἐπειδὴ ἐκεῖ εἶδε τὴν παρεμβολήν. Ὁρᾷς πῶς ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῦ συμβάντος ἐν τῷ τόπῳ τὸν τόπον ὠνόμασεν; Οὕτω καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ εἶχε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἐγένετο ἡ ἀπόδειξις τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ ἡ γυμνασία τῆς παρακοῆς καὶ τῆς ὑπακοῆς. Πάλιν εἶδε τὸν Θεὸν ὁ Ἰακὼβ, ὡς ἰδεῖν ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἦν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου εἶδος
D Θεοῦ. Διὰ τί; Ὅτι εἶδον τὸν Θεὸν, φησί. Καὶ μὴν οὐχ ὁ τόπος εἶδος Θεοῦ ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῦ συμβάντος ἐν τῷ τόπῳ ἡ προσηγορία γέγονεν. Ὁρᾷς διὰ πόσων ἀποδέδεικται, ὅτι ἔθος τῇ Γραφῇ ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν συμβαινόντων ἐν τοῖς τόποις αὐτοὺς τοὺς τόπους καλεῖν; Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ καιρῶν ποιεῖν εἴωθεν. Ἀλλ' ἵνα μὴ κατατείνωμεν ὑμᾶς, φέρε μεταγάγωμεν τὸν λόγον ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων ἐπὶ τὰ φαιδρότερα. Καὶ γὰρ ἔκαμεν ὑμῶν ἡ διάνοια τοῖς λεπτοτέροις νοήμασιν ἐνδιατριβουσα·
E διόπερ αὐτὴν ἀναπαῦσαι καλὸν, τοῖς ἀφελεστέροις καὶ φαιδροτέροις διαιτῶντας νοήμασιν. Ἐπανίωμεν τοίνυν ἐπὶ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο πάντα ἀνέλυσε τὰ δεινὰ, ὅσα ἐκεῖνο εἰσήγαγε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκεῖνο εἰσήγαγε τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ἅπαντα, ἅπερ μετὰ πολλῆς ὕστερον ἀνέλυσε τῆς περιουσίας ὁ Χριστὸς, πολλῷ μείζονα αὐτῶν εἰσαγαγὼν ἀγαθά. Δι' αὐτὸ τοῦτο ὁ Παῦλός φησιν· Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· τουτέστι, μεῖζον τὸ δῶρον τοῦ ἁμαρτήματος. Διὰ τοῦτο πάλιν φησίν· Οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα· οὐχ ὅσον ἥμαρτεν ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον ἐχαρίσατο ὁ Θεός· οὐχ ὅση ἡ ζημία, τοσαύτη
679 A καὶ ἡ πραγματεία· οὐχ ὅσον τὸ ναυάγιον, τοσαύτη καὶ ἡ ἐμπορία· ἀλλὰ πλείω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν· καὶ εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ κακὰ δοῦλος εἰσήγαγε, καὶ ἐλάττονα ἦν· τὰ δὲ ἀγαθὰ Δεσπότης ἐχαρίσατο, διὸ καὶ πλείονα ἦν. Διὰ τοῦτό φησιν· Οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν διαφοράν· Τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Ἀσαφέστερον τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν ἀνάγκη τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν. Τὸ μὲν γὰρ κρίμα, τουτέστιν ἡ κόλασις,
B ἡ τιμωρία, ὁ θάνατος· Ἐξ ἑνὸς, τουτέστιν ἁμαρτήματος· μία γὰρ, φησὶν, ἁμαρτία τοσοῦτον εἰσήγαγε κακόν· τὸ δὲ χάρισμα οὐκ ἐκείνην μόνην τὴν ἁμαρτίαν ἔλυσεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πολλάς. Διὰ τοῦτο λέγει· Τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς

δικαίωμα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἔβόα· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ', Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Εἶδες πῶς οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα, ἀλλὰ πλείονα εἰσήγαγε τοῦτο τὸ ξύλον ἀγαθὰ τῶν παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰσενεχθέντων κακῶν;

alia multa sustulit. Idcirco dicit: *'Gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Propterea Joannes etiam Baptista clamabat: *Ecce agnus Dei,* non, qui tollit peccatum Adami, sed, *Qui tollit peccatum mundi.* Vidisti, quo pacto non sicut delictum, ita et gratia, sed plura lignum hoc invexit bona, quam a principio fuerint invecta mala? *Joan.* 1.29.

Ταῦτα δὲ εἶπον, ἵνα μὴ νομίσῃς ἐπηρεάζεσθαί σε C παρὰ τῶν πρώτων. Ἐξέβαλεν ὁ διάβολος τὸν Ἀδάμ, εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν ὁ Χριστός. Καὶ σκόπει τὸ διάφορον. Ἐκεῖνος οὐκ ἔχοντα ἁμαρτίαν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μίαν κηλῖδα παρακοῆς, ἐξέβαλεν· ὁ Χριστὸς λῃστὴν μυρία φορτία ἁμαρτημάτων βαστάζοντα οὕτως εἰσήγαγεν εἰς τὸν παράδεισον. Ἆρ' οὖν τοῦτο μόνον τὸ θαῦμά ἐστιν, ὅτι λῃστὴν εἰσήγαγεν εἰς παράδεισον, ἄλλο δὲ οὐδέν; Ἔστι καὶ ἄλλο μεῖζον εἰπεῖν. Οὐ γὰρ λῃστὴν εἰσήγαγε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ πρὸ τῶν ἀποστόλων· ἵνα μηδεὶς τῶν μετὰ ταῦτα ἀπογνῷ τὴν εἴσοδον, μηδὲ ἀπελπίσῃ τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ, τὸν μυρίων γέμοντα κακῶν ἐν D ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς στρεφόμενον ὁρῶν. Ἀλλ' ἴδωμεν, μὴ πόνους ἐπεδείξατο καὶ κατορθώματα καὶ καρποὺς ὁ λῃστής. Οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἀπὸ ψιλοῦ ῥήματος, ἀπὸ πίστεως μόνης πρὸ τῶν ἀποστόλων εἰσεπήδησεν εἰς τὸν παράδεισον, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἡ ἐκείνου εὐγνωμοσύνη τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅσον τοῦ Δεσπότου ἡ φιλανθρωπία τὸ πᾶν ἐποίησε. Τί γὰρ εἶπεν ὁ λῃστής; τί δὲ ἔπραξεν; ἐνήστευσεν; ἐδάκρυσεν; πέρτεσχίσατο; μετάνοιαν ἐπεδείξατο ἐν πόλλῳ τῷ χρόνῳ; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ μετὰ τὴν E ἀπόφασιν σωτηρίας ἔτυχεν. Ὅρα τάχος· ἀπὸ σταυροῦ εἰς οὐρανὸν, ἀπὸ καταδίκης εἰς σωτηρίαν. Τίνα ἐστὶν ἄρα ἐκεῖνα τὰ ῥήματα; πόσην ἔχει τὴν δύναμιν, ὅτι τοσαῦτα τούτῳ ἐκόμισεν ἀγαθά; Μνήσθητί μου, φησὶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ τί τοῦτο; Ἤτησε λαβεῖν ἀγαθὰ, οὐ σπουδὴν τὴν δι' ἔργων ἐπεδείξατο· ἀλλ' ὁ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰδὼς, οὐ τοῖς ῥήμασι προσέσχεν, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς διανοίας. Οἱ μὲν γὰρ προφητικῶν ἀπολαύσαντες διδαγμάτων, οἱ τὰ σημεῖα ἰδόντες, οἱ τὰ θαύματα θεασάμενοι, ἔλεγον περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Δαιμόνιον ἔχει, καὶ, Πλανᾷ τὸν ὄχλον· δὲ λῃστὴς 680 A μὴ προφητῶν ἀκούσας, μὴ θαύματα ἰδὼν, ἰδὼν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσηλωμένον, οὐ προσέσχε τῇ ἀτιμίᾳ, οὐκ εἶδε τὴν ἀδοξίαν, ἀλλ' εἰς τὴν θεότητα αὐτὴν ἰδὼν, Μνήσθητί μου, φησὶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καινὸν τοῦτο καὶ παράδοξον. Σταυρὸν ὁρᾷς, καὶ βασιλείας μέμνησαι; Τί βασιλείας ἄξιον εἶδες; Ἐσταυρωμένον ἄνθρωπον, ῥαπιζόμενον, χλευαζόμενον, κατηγορούμενον, ἐμπτυόμενον, μαστιζόμενον· ταῦτα οὖν βασιλείας ἄξια, εἰπέ μοι; Ὁρᾷς ὅτι τοῖς τῆς πίστεως ἔβλεπεν ὀφθαλμοῖς, καὶ οὐ τὰ φαινόμενα ἐξήταζε; Διὰ τοῦτο

4. Hæc autem a me dicta sunt, ne a primis illis parentibus damno te affectum arbitreris. Diabolus Adamum ejecit, latronem Christus introduxit. Ac discrepantiam vide. Ille hominem nullo infectum peccato, sed sola inobedientiæ macula, ejecit: Christus latronem innumera peccatorum onera gestantem in paradisum introduxit. An igitur hoc tantum est admirabile, quod latronem in paradisum introduxit, aliud vero nihil? Potest et aliud majus dici. Non enim solum introduxit latronem, sed et ante mundum universum, et ante apostolos: ne quis posterorum se ingredi posse desperet, neque spem omnem suæ salutis abjiciat, cum innumeris scatentem malis se in regio versari palatio videat. Sed consideremus, num labores et recte facta et fructus exhibuerit latro. Ne hoc quidem dici potest, sed nudo verbo prolato, sola fide exhibita in paradisum ante apostolos insiliit, ut intelligas non ejus probitatem tantum valuisse, verum Domini benignitatem totum negotium peregisse. Quid enim latro dixit? quid fecit? num jejunavit? num flevit? num se afflixit? num longo tempore pœnitentiam exhibuit? Nequaquam: sed in ipsa cruce post sententiam salutem obtinuit. Vide celeritatem: a cruce in cælum, a supplicio in salutem. Quæ porro sunt illa verba? quam tandem vim habent, ut hoc uno tanta consequeretur bona? *Memento mei,* inquit, *in regno tuo.* Quid hoc rei est? Petiit bona dari, non operibus ipsis studium ullum adhibuit: verum is cui cor ejus notum erat, non attendit ad verba, sed ad mentis affectum. Nam illi quidem qui prophetarum fuerant documentis instructi, qui signa viderant, qui miracula fuerant contemplati, de Christo dicebant: *Dæmonium habet,* et, *Seducit turbam:* latro vero, qui prophetas non audierat, qui prodigia non viderat, qui in cruce suffixum viderat, non attendit ad ignominiam, non respexit ad infamiam, sed divinitatem ipsam considerans, *Memento,* inquit, *mei in regno tuo.* Hoc sane novum et inusitatum. Crucem vides, et regni meministi? Quid dignum regno vidisti? Hominem crucifixum, alapis ca-

Latro cur in paradisum introductus.

Luc. 23.42.

Matth. 11. 18.

sum, illusum, accusatum, sputis conspersum, flagellatum : hæccine sunt, quæso, digna regno? Vides eum oculis fidei respexisse, non ea quæ apparebant expendisse? Propterea neque Deus nuda verba expendebat, sed ut ille in divinitatem, sic Deus in cor latronis respiciebat, et ait: *Luc.* 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiso.* Hoc loco attendite : siquidem quæstio non vulgaris exoritur. Nam Manichæi, canes muti et rabidi, speciem quidem præ se ferunt modestiæ, intus vero gravem canum insaniam fovent, et ovis pelle lupum occultant. At tu ne quod apparet aspicias, verum intus latentem belluam pervestiga. Isti ergo locum hunc arripientes aiunt : Dixit Christus, *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* : igitur jam facta est bonorum retributio et superflua erit resurrectio. Si enim illo die latro bona recepit, corpus autem ejus nondum ad hunc usque diem resurrexit, non erit deinceps corporum resurrectio. Numquid intellexistis quod diximus, an vero iterum illud dici necesse est? *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Ingressus est igitur, inquit, in paradisum latro non cum corpore : quo enim pacto, cum sepultum non esset corpus ejus, neque dissolutum, et in cineres redactum? neque dictum usquam fuit resuscitatum illum a Christo fuisse. Quod si latronem introduxit, et absque corpore bonis potitus est, manifestum est corporis resurrectionem non esse. Nam si corporis esset resurrectio, non dixisset : *Hodie mecum eris in paradiso,* sed, In tempore consummationis, quando resurrectio corporum erit. Quod si jam latronem introduxit, corpus autem ejus foris corruptum remansit, plane liquet corporum resurrectionem non esse. Atque hæc quidem illi : jam vero quæ a nobis proficiscuntur accipite; imo vero non quæ a nobis, sed quæ a sacra Scriptura sunt : neque enim quæ nostra sunt dicimus, sed quæ Spiritus sancti. Quid ais? non venit in communionem coronarum caro? Sed in communionem quidem laborum venit, præmiis vero privatur? et quando certandum quidem fuit, majorem partem sudorum sustinuit, quando vero coronarum tempus adfuit, anima sola coronatur? Non audis Paulum dicentem? *Stare nos oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit,* 681 *sive bonum, sive malum?* Non audis ipsum rursus dicentem : *Oportet mortale hoc induere immortalitatem, et corruptibile hoc induere*

Objectionem refellit Manichæorum.

Rom. 14. 10. *2. Cor.* 5. 10.

1. Cor. 15. 53.

οὔτε ὁ Θεὸς τὰ ῥήματα ἐξήταζε τὰ ψιλὰ, ἀλλ' ὥσπερ οὗτος εἶδεν εἰς τὴν θεότητα, οὕτως ὁ Θεὸς εἶδεν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ληστοῦ, καί φησι· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἐνταῦθα προσέχετε· ζήτημα γὰρ οὐ τὸ τυχὸν ἐπιφύεται. Καὶ γὰρ οἱ Μανιχαῖοι, οἱ κύνες, οἱ ἔννεοι καὶ λυττῶντες, τὸ σχῆμα μὲν ἐπιδείκνυνται ἐπιεικείας, τὴν χαλεπὴν δὲ ἔνδον ἔχουσι τῶν κυνῶν μανίαν, καὶ κατακρύπτουσι τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον. Ἀλλὰ μὴ τὸ φαινόμενον ἴδῃς, ἀλλὰ τὸ ἔνδον κεκρυμμένον θηρίον ἐξέτασον. Οὗτοι τοίνυν ἐπιλαβόμενοι τοῦ χωρίου τούτου φασίν· εἶπεν ὁ Χριστός· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· οὐκοῦν ἀντίδοσις ἤδη γέγονε τῶν ἀγαθῶν, καὶ περιττὴ ἡ ἀνάστασις. Εἰ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέλαβεν ὁ λῃστὴς τὰ ἀγαθὰ, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἀνέστη οὐδέπω καὶ τήμερον, οὐκ ἔσται σωμάτων λοιπὸν ἀνάστασις. Ἆρα ἐνοήσατε τὸ λεχθὲν, ἢ δεύτερον αὐτὸ πάλιν εἰπεῖν ἀνάγκη; Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Εἰσῆλθεν οὖν, φησὶν, εἰς τὸν παράδεισον ὁ λῃστὴς οὐ μετὰ τοῦ σώματος· πῶς γὰρ, ὁπότε οὐκ ἐτάφη τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐδὲ διελύθη καὶ κόνις ἐγένετο; καὶ οὐδαμοῦ εἴρηται, ὅτι ἀνέστησεν ὁ Χριστὸς αὐτόν. Εἰ δὲ εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος ἀπήλαυσε τῶν ἀγαθῶν, εὔδηλον ὅτι σώματος οὐκ ἔστιν ἀνάστασις. Εἰ γὰρ ἦν σώματος ἀνάστασις, οὐκ ἂν εἶπε· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, ἀλλ', ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, ὅταν σωμάτων ἀνάστασις ᾖ. Εἰ δὲ ἤδη εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ φθαρὲν ἔμεινεν ἔξω, εὔδηλον ὅτι σωμάτων ἀνάστασις οὐκ ἔστι. Ταῦτα ἐκεῖνοι· δέχεσθε δὲ λοιπὸν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ οὐ τὰ παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ τὰ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· οὐ γὰρ τὰ ἡμέτερα λέγομεν, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τί λέγεις; οὐ κοινωνεῖ τῶν στεφάνων ἡ σάρξ; Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πόνοις ἐκοινώνησεν, ἐν δὲ τοῖς μισθοῖς ἀποστερεῖται; καὶ ὅτε μὲν ἀγωνίζεσθαι ἔδει, τὸ πλέον ἐδέξατο τῶν ἰδρώτων· ὅτε δὲ στεφάνων καιρὸς, μόνη ἡ ψυχὴ στεφανοῦται; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι Παραστῆναι ἡμᾶς δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἕκαστος κομίσηται τὰ ἴδια τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν; Οὐκ ἀκούεις αὐτοῦ λέγοντος πάλιν· Δεῖ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν; Τὸ θνητὸν, ποῖον; τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα; Εὔδηλον ὅτι τὸ σῶμα· ἡ γὰρ ψυχὴ φύσει ἀθάνατος, θνητὸν δὲ φύσει τὸ σῶμα. Ἀλλὰ πολλὰ περικόπτουσι

τούτων· πλὴν καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ὑπολελειμμένων τὴν συγγένειαν τῶν περικοπέντων ἐλέγξομεν. Εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον ὁ λῃστής, φησί. Καὶ τί τοῦτο; μὴ γὰρ ταῦτά ἐστι τὰ ἀγαθὰ, ἅπερ ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐπαγγέλλεται;

incorruptionem? Mortale? quodnam? animam an corpus? Haud dubium, quin corpus: siquidem anima natura sua est immortalis; corpus autem natura mortale est. At enim multa ex istis illi resecant: attamen ex illis ipsis quæ restant, cognationem eorum quæ resecta sunt deprehendemus. Ingressus est latro in paradisum, inquit. Quid tum postea? num enim hæc illa sunt bona, quæ nobis Deus pollicetur?

Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου περὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τί φησιν; Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· τὸν δὲ παράδεισον καὶ ὀφθαλμὸς εἶδε τοῦ Ἀδὰμ, καὶ οὖς ἤκουσε, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδέξατο· περὶ γὰρ αὐτοῦ τοσαύτας ἡμέρας διαλεγόμεθα· πῶς οὖν ἀπέλαβε τὰ ἀγαθὰ ὁ λῃστής; Οὐ γὰρ εἰς παράδεισον ἐπαγγέλλεται εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν· οὐδὲ βασιλείαν παραδείσου, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν ἐκήρυξεν. Ἤρξατο γὰρ, φησὶ, κηρύττειν καὶ λέγειν· μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ, οὐχ ἡ βασιλεία τοῦ παραδείσου, ἀλλ', ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ἀπώλεσας μὲν γὰρ παράδεισον, ἔδωκε δέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξηται, καὶ τὸν διάβολον δάκῃ, δεικνὺς ὅτι κἂν μυρία τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύσῃ γένει, οὐδὲν ἔσται πλέον αὐτῷ, τοῦ Θεοῦ πρὸς μείζονα ἀεὶ τιμὴν ἡμᾶς ἀνάγοντος. Ἀπώλεσας τοίνυν παράδεισον, καὶ ἀνέῳξέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· κατεδικάσθης πόνῳ προσκαίρῳ, καὶ ἐτιμήθης ζωῇ αἰωνίῳ. Ἐκέλευσε τῇ γῇ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνενεγκεῖν, καὶ ἐβλάστησέ σοι καρπὸν Πνεύματος ἡ ψυχή. Ὁρᾷς πῶς μείζων ἡ εὐπορία τῆς ζημίας; πῶς πλείων ὁ πλοῦτος; Οἷόν τι λέγω· ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. Οὐκ ἐγένετο χρήσιμος ὁ πλασθείς, ἀλλὰ διεστράφη. Οὐκέτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος αὐτὸν ἀναπλάττει, ἀλλ' ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος· καὶ οὐκ ἔτι παράδεισον ἐπαγγέλλεται πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν. Καὶ ὅπως, ἄκουε. Νικοδήμου γὰρ τοῦ ἄρχοντος τῶν Ἰουδαίων καταπεσόντος, καὶ τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἐπιζητοῦντος καὶ λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἄνωθεν, ὅρα πῶς ὁ Χριστὸς σαφέστερον αὐτῷ ἀποκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον. Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Εἰ τοίνυν βασιλείαν οὐρανῶν ἐπηγγείλατο, εἰς παράδεισον δὲ εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν, οὐδέπω ἀπέδωκεν αὐτῷ τὰ ἀγαθά. Ἀλλ' ἕτερόν τι πρὸς τοῦτο λέγουσι. Τὸν παράδεισον, φασὶν, ἐνταῦθα, οὐ τὸν παράδεισον εἶπεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ παραδείσου ὀνόματι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὠνόμασεν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς λῃστὴν διελέγετο, ἄνθρωπον οὐδὲν ἀκηκοότα τῶν ὑψηλῶν δογμάτων, οὐδὲ εἰδότα

5. Non audis quid de bonis illis Paulus dicat? *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt:* atqui paradisum et oculus vidit Adami, et auris audivit, et cor hominis excepit: multis enim jam diebus de illo verba facimus: quomodo igitur bona latro recepit? Non enim se in paradisum nos introducturum promittit Deus, sed in ipsum cælum: neque regnum paradisi, sed regnum cælorum prædicavit. *Cœpit* enim, inquit, *prædicare, et dicere, Pœnitentiam agite; appropinquavit enim,* non regnum paradisi, sed, *regnum cælorum.* Nam tu quidem paradisum amisisti, Deus autem cælum tibi dedit, ut suæ tibi specimen ederet benignitatis, ac diabolo dolorem inureret, et ostenderet, tametsi innumeras ille in genus humanum insidias moliatur, nihil tamen hoc illi profuturum, cum Deus semper majorem ad honorem nos evehat. Amisisti ergo paradisum, et cælum tibi Deus reseravit: temporario labore damnatus es, et vita æterna decoratus. Præcepit terræ ut spinas proferret ac tribulos, et fructum tibi Spiritus anima germinavit. Vides ut majores sint pœnis facultates, ut ampliores sint divitiæ? Exempli causa: formavit Deus hominem e terra et aqua, ipsumque posuit in paradiso. Non evasit bonæ frugis, qui formatus fuerat, sed depravatus est: non jam e terra et aqua ipsum refingit, sed ex aqua et Spiritu: non jam illi paradisum, sed regnum cælorum pollicetur. Et quo pacto id fiat, audi. Cum enim princeps Judæorum Nicodemus lapsus esset, et hujus vitæ natalia inquireret, diceretque, fieri non posse, ut senex denuo nasceretur, vide quo pacto Christus illi clarius modum detegat natalium. *Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum cælorum.* Si igitur regnum cælorum promisit, in paradisum autem latronem introduxit, nondum illi bona retribuit. Verum aliud præterea quiddam objiciunt. Paradisum, inquiunt, hoc loco, non paradisum dixit, sed paradisi nomine regnum cælorum designavit. Nam quia

1. *Cor.* 2. 9.

Matth. 4. 17.

Gen. 3. 18.

Joan. 3. 4. 5.

Quid nomine paradisi sit intelligendum.

latronem alloquebatur, hominem qui sublimibus dogmatibus imbutus non fuerat, neque de prophetia quidquam noverat, sed omne tempus in desertis locis transegerat, cædesque patrarat, neque ad concionem umquam in transitu declinarat, neque sacræ lectionis particeps fuerat, neque quid tandem esset regnum cælorum noverat, hoc dicebat: *Hodie mecum eris in paradiso;* notiori et usitatiori nomine paradisi regnum cælorum significat, et de illo Christus ad ipsum verba facit. Admitto. Unde igitur constat ipsum in regnum cælorum ingressum esse? Ex eo quod dixerit, *Hodie mecum eris in paradiso.* Quod si violentior hæc solutio videatur, dilucidiorem adjungemus. Quænam illa porro est? Christus dixit, *Qui non credit in Filium, jam judicatus est.* Quid igitur? jamne judicatus est? Atqui nondum est resurrectio, nondum supplicium et pœna: quomodo ergo jam judicatus est? Propter peccatum. Et rursus: *Qui credit in Filium,* inquit, *transivit de morte ad vitam.* Neque dixit, Transibit, sed, jam *Transivit,* et hic rursus propter bonum opus, et ille rursus propter peccatum. Ut igitur unus judicatus est, cum nondum fuerit judicatus, alter quoque transivit ad vitam, cum nondum transierit; et tam ad unum ob bonum opus, quam ad alterum ob peccatum, quasi jam res acciderint, cum nondum acciderint, verba facit: sic et ad latronem dicebat. Nam et medici postquam aliquem desperatum vident, eum periisse jam et mortuum esse dicunt, tametsi spirantem adhuc intuentur. Sed ut ille, quoniam nulla superest spes ejus salutis, apud medicos jam mortuus est: sic etiam latro, quoniam periculum omne reversionis ad perditionem jam evaserat, in cælum intravit. Sic etiam audivit Adam: *Qua die autem ederitis ex eo, morte moriemini.* Quid igitur? an illo ipso die mortuus est? Nequaquam, sed post illum diem nongentos vixit et plures annos. Cur igitur dixit Deus, Illa ipsa die moriemini? Sententia, non experientia. Sic etiam latro in cælum ingressus est. Audi sane, quid dicat Paulus, ut neminem adhuc bonorum retributionem accepisse declaret: nam cum de prophetis ac justis dissereret, adjecit: *Juxta fidem defuncti sunt isti omnes, cum repromissiones non accepissent, sed a longe eas aspexissent, et salutassent, Deo melius aliquid pro nobis providente, ut non sine nobis consummarentur.* Hæc notate, ac memoria tenete, eosque qui non audierunt, docete; atque

Luc. 23. 43.

Joan. 3. 18.

Joan. 5. 24.

Gen. 2. 17.

Hebr. 11. 13. 40.

περὶ προφητείας, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἐν ἐρημίαις διατρίψαντα, καὶ φόνους ἐργασάμενον, καὶ μηδὲ παρακύψαντά ποτε εἰς ἐκκλησίαν, μήτε μετασχόντα θείας ἀκροάσεως, μὴ εἰδότα τί ποτέ ἐστι βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦτο ἔλεγε· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· τῷ γνωριμωτέρῳ καὶ συνηθεστέρῳ 682
ὀνόματι τοῦ παραδείσου τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν A
δηλοῖ, καὶ περὶ ἐκείνης αὐτῷ διαλέγεται ὁ Χριστός. Δέχομαι. Οὐκοῦν, φησὶν, εἰσῆλθε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πόθεν δῆλον; Ἐξ ὧν εἶπε, Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Εἰ δὲ βιαιοτέρα ἡ λύσις αὕτη, τὴν σαφεστέραν ἐπάξομεν. Τί οὖν ἐστιν αὕτη; Εἶπεν ὁ Χριστὸς, Ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἤδη κέκριται Τί οὖν; ἤδη κέκριται; Καίτοι οὔπω ἀνάστασις, οὔπω κόλασις καὶ τιμωρία· πῶς οὖν ἤδη κέκριται; Ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Καὶ πάλιν, Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, φησὶ, μεταβέ- B
βηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. Καὶ οὐκ εἶπε, μεταβήσεται, ἀλλ', ἤδη Μεταβέβηκε· καὶ οὗτος πάλιν ἀπὸ τοῦ κατορθώματος, κἀκεῖνος πάλιν ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήματος. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος κέκριται, μηδέπω κρινόμενος, κἀκεῖνος μεταβέβηκεν εἰς τὴν ζωὴν, μηδέπω μεταβάς, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ κατορθώματος, καὶ πρὸς τοῦτον ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήματος, ὡς γεγενημένων δὴ πραγμάτων οὕπω γεγενημένων διαλέγεται· οὕτω καὶ πρὸς τὸν λῃστὴν ἔλεγε. Καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ, ἐπειδὰν ἴδωσί τινα ἀπεγνωσμένον, λέγουσιν, ὅτι ἤδη τέθνηκε καὶ νεκρός ἐστι, καίτοι γε ἔτι ἐμπνέοντα βλέποντες. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐπειδὴ C
ἐλπίδα σωτηρίας οὐκ ἔχει, τέθνηκε παρὰ τοῖς ἰατροῖς· οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς, ἐπειδὴ προσδοκίαν οὐκέτι εἶχεν ὑποστροφῆς εἰς ἀπώλειαν, εἰσελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανόν. Οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤκουσεν, Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Τί οὖν; αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέθανεν; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἔζησεν ἔτη ἐννεακόσια καὶ ἐπέκεινα μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Πῶς οὖν ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀποθανεῖσθε; Τῇ ἀποφάσει, οὐ τῇ πείρᾳ. Οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς εἰσῆλθεν εἰς τὸν D
οὐρανόν. Ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ Παῦλος, δηλῶν ὅτι οὐδεὶς οὐδέπω τῶν ἀγαθῶν ἀπέλαβε τὴν ἀντίδοσιν· περὶ γὰρ τῶν προφητῶν καὶ τῶν δικαίων διαλεγόμενος ἐπήγαγε· Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν εἰδότες αὐτὰς καὶ ἀσπασάμενοι, τοῦ Θεοῦ κρεῖσσόν τι περὶ ἡμῶν προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. Ταῦτα κατέχετε, καὶ μέμνησθε, καὶ τοὺς οὐκ ἀκηκοότας διδάσκετε· ταῦτα καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ μελετάτω ἕκαστος. Οὐδὲν γὰρ ἡδύτερον ἀκροάσεως θείας. Ἄκουσον γοῦν τί φησι περὶ ταύτης ὁ προφήτης· Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου E
τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. Τοῦτο τοίνυν παρατίθει τὸ κηρίον ἐπὶ τῆς τραπέζης

τῆς ἐσπερινῆς, ὥστε πᾶσαν αὐτὴν ἡδονῆς πληρῶσαι πνευματικῆς. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς εὐπόρους τῶν ἀνθρώπων, πῶς μετὰ τὰ σιτία κιθαρῳδοὺς καὶ αὐλητὰς ἐπεισάγουσι; Θέατρον ἐκεῖνοι ποιοῦσι τὴν ἑαυτῶν οἰκίαν· σὺ ποίησον τὴν οἰκίαν τὴν σὴν οὐρανόν· ποιήσεις δὲ, οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀμείβων, οὐδὲ μεταλλάττων τὰ θεμέλια, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν οὐρανῶν Δεσπότην ἐπὶ τὴν τράπεζαν καλῶν τὴν σήν. Οὐκ ἐπαισχύνεται τὰ τοιαῦτα δεῖπνα ὁ Θεός. Ἔνθα γὰρ διδασκαλία πνευματικὴ, ἐκεῖ καὶ σωφροσύνη, καὶ σεμνότης, καὶ ἐπιείκεια· ἔνθα ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ παιδία, καὶ [683] A ὁμόνοια καὶ φιλία, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς συνδεδεμένοι δεσμοῖς, ἐκεῖ μέσος ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ χρυσοῦν ὄροφον ζητεῖ, οὐδὲ ἀστραπὰς κιόνων, οὐδὲ κάλλη μαρμάρων, ἀλλὰ ψυχῆς ὥραν, καὶ διανοίας εὐμορφίαν, καὶ τράπεζαν δικαιοσύνης γέμουσαν καὶ ἐλεημοσύνης καρποὺς ἔχουσαν. Κἂν ἴδῃ ταυτὴν τράπεζαν, ταχέως κοινωνεῖ τοῦ συλλόγου, καὶ παραγίνεται. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς πένητος κάτωθεν μεγάλα βοῶντος, εἶτα ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν προκειμένων δῷς τι τῷ δεομένῳ, τὸν Δεσπότην ἐκάλεσας διὰ τοῦ δούλου πρὸς [B] τὴν τράπεζαν τὴν σὴν, πᾶσαν αὐτὴν εὐλογιῶν ἐνέπλησας, καὶ διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἀφορμὴν μεγίστην τοῦ πληθύνεσθαί σοι τὰ ταμεῖα ἀγαθῶν πολλῶν παρεσκεύασας. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ διδοὺς ἄρτον εἰς βρῶσιν, καὶ σπέρμα τῷ σπείροντι, πληθύνοι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσειε τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἐν πᾶσιν ὑμῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν διδοὺς, καὶ καταξιώσειε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ [C] δόξα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

hæc in ecclesia, in foro ac domi unusquisque meditetur. Nihil enim sacra lectione jucundius. Audi, quæso, quid de illa dicat propheta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo.* Hunc itaque favum in vespertina mensa appone, ut totam illam spirituali repleas voluptate. Non videtis homines opulentos, quomodo post epulas citharœdos ac tibicines introducant? Illi suas ædes theatrum efficiunt; tu tuas ædes cælum effice: id vero efficies, non parietes immutans, aut transferens fundamenta, sed si ad tuam mensam Dominum ipsum cælorum voces. Non erubescit ejusmodi convivia Deus. Ubi namque spiritualis doctrina, ibi et temperantia, et modestia, et lenitas: ubi vir et uxor ac liberi, concordia et amicitia, et virtutis vinculis fuerint colligati, illic versatur in medio Christus. Non enim aureum laqueare quærit, nec columnarum fulgorem, neque marmoris pulchritudinem, sed animæ decorem ac mentis formam, et mensam justitia refertam, et eleemosynæ fructibus abundantem. Quod si mensam ejusmodi viderit, confestim ejusmodi conventûs fit particeps, et in eum se infert. Ipse enim est, qui dixit: *Esurientem me vidistis, et aluistis.* Cum igitur inferius magna voce clamantem audiveris pauperem, deinde quidpiam eorum quæ apposita sunt de mensa egeno dederis, Dominum ad mensam vocasti per servum, et illam totam Dei benedictionibus replevisti, oblatisque primitiis maximam occasionem tua promtuaria plurimis complendi bonis præbuisti. Deus autem pacis et caritatis, qui dat panem ad manducandum, et semen seminanti, vestram sementem multiplicet, et augeat incrementa frugum justitiæ in omnibus vobis, suam dans gratiam, vosque regno cœlorum dignetur: cujus nos participes fieri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo gloria Patri, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 25. 35.

2. *Cor.* 9. 10

ΛΟΓΟΣ η'.

Εἰς τὴν ἡμέραν χειμέριον οὖσαν, καὶ εἰς τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων, καὶ εἰς τὴν δόσιν τῆς ἐντολῆς πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὅτι πολλῆς κηδεμονίας τὸν νόμον λαβεῖν.

SERMO VIII.

In diem nimbosum, et in conventum episcoporum, et de mandato quod traditum est Adamo, magnæque providentiæ fuisse quod legem acceperit.

Ἡ μὲν τῶν νεφῶν συνδρομὴ τὴν ἡμέραν ἡμῖν κατηφεστέραν ἐποίησεν· ἡ δὲ παρουσία τοῦ διδασκάλου [D] φαιδροτέραν αὐτὴν εἰργάσατο. Οὐ γὰρ οὕτως ἥλιος

1. Nubium quidem concursus diem nobis reddidit tristiorem: adventus autem doctoris hilariorem illum effecit. Non enim ita sol, cum

De Flaviano episcopo loquitur.

de medio cælorum fastigio radios emittit, corpora illustrat, ut ex medio suo throno facies paternæ caritatis emittens radios, animas nostras illuminat. Quod cum ipse quoque probe nosset, non nobis solus advenit, sed et luminarium cœtu comitatus appulit, ut lux nobis copiosior affulgeret. Quo fit ut nobis lætetur ecclesia et exsultent greges, nosque majori cum alacritate sermonem instituamus. Ubi enim pastorum concursus est, illic et ovium est securitas. Ita nautæ lætantur, cum plures illis adsunt gubernatores : dum enim maris tranquillitas et aeris est serenitas, gubernaculorum subsidio laborem illis remigationis levant, et dum mare procellis agitatur, arte ac multitudine operarum prælium undarum sedant. Idcirco nos etiam confidenter docendi causa sermonem aggredimur, et ipsorum precibus cuncta committimus. Ut autem facilius ac dilucidius quæ audietis percipere possitis, eorum quæ vobis hesterno die dicta sunt memoriam paucis refricabimus. Dixi hominem, antequam de ligno comederet, bonum ac malum novisse, neque postquam gustasset, hanc illum scientiam adeptum esse. Dixi, quare lignum scientiæ boni et mali diceretur, et quo pacto soleat Scriptura, postquam circa tempus aliquod locumve res quæpiam evenerit, ab illa re ductum loco vel tempori nomen tribuere : operæ pretium hodie fuerit ipsum mandatum recitare, cujus interventu arboris illius est esus prohibitus. Quodnam igitur illud est? *Et præcepit Dominus Deus Adam dicens : Ex omni ligno quod est in paradiso esca comedes.* Divina lex est, verum attendamus. Si enim homines dum regias legunt literas, universum spectatorum cœtum jubent consurgere : multo magis nos qui non hominum, sed Dei leges lecturi sumus, animos oportet erigere, atque iis quæ dicuntur attendere. Scio nonnullos Legislatorem accusare, ac legem causam lapsus esse dicere.

Gen. 2 16.

An lex sit causa peccati.

Adversus hoc igitur primum certandum est, ac rebus ipsis ostendendum, non quod hominem odio haberet, aut naturam nostram ignominia notare vellet, sed quod amaret ejusque curam gereret, legem dedisse. Ut enim discas in subsidium nobis eam datam esse, audi quid dicat Isaias : *Legem enim in auxilium dedit.* At qui odio prosequitur, non fert auxilium. Rursus vociferatur propheta : *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.* At qui odio prosequitur, tenebras lucerna non discutit, nec errantem cum luce deducit. Salo-

Isai. 8. 20.

Psal. 118. 105.

ἐκ μέσης τῶν οὐρανῶν τῆς κορυφῆς τὰς ἀκτῖνας ἀφιείς, καταλάμπει τὰ σώματα, ὡς ὄψις πατρικῆς φιλοστοργίας ἀκτῖνας ἀφιεῖσα ἐκ μέσου τοῦ θρόνου, καταυγάζει τὰς ἡμετέρας ψυχάς. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς συνιδὼν, οὐχὶ μόνος ἡμῖν παραγέγονεν, ἀλλὰ καὶ φωστήρων χορὸν ἔχων ἦλθε μεθ' ἑαυτοῦ, ὥστε πλέον γενέσθαι τὸ φῶς. Διὸ καὶ ἡ ἐκκλησία ἡμῖν ἀγάλλεται, καὶ σκιρτᾷ τὰ ποίμνια, καὶ ἡμεῖς μετὰ πλείονος προθυμίας τῶν λόγων ἁπτόμεθα. Ὅπου γὰρ συνδρομὴ ποιμένων, ἐκεῖ καὶ προβάτων ἀσφάλεια. Οὕτω καὶ ναῦται χαίρουσι, κυβερνητῶν αὐτοῖς παρόντων πολλῶν· καὶ γὰρ γαλήνης οὔσης καὶ νηνεμίας, τὸν τῆς κωπηλασίας πόνον αὐτοῖς ἐπικουφίζουσι διὰ τῶν οἰάκων· καὶ τῆς θαλάσσης στασιαζούσης, τῇ τέχνῃ καὶ τῇ πολυχειρίᾳ τὴν τῶν ὑδάτων καταστέλλουσι μάχην. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες, τὸν λόγον εἰς διδασκαλίαν προτείνομεν, ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν τὸ πᾶν ἐπιῤῥίψαντες. Ὥστε δὲ εὐμαθεστέραν καὶ σαφεστέραν ὑμῖν γενέσθαι τὴν ἀκρόασιν, καὶ τῶν χθὲς ὑμῖν εἰρημένων ἀναμνήσωμεν ἐν βραχεῖ. Εἶπον ὅτι πρὸ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως ᾔδει τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι οὐ μετὰ τὴν γεῦσιν ταύτην ἔλαβε 684 τὴν γνῶσιν. Εἶπον τίνος ἕνεκεν ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ἐλέγετο, καὶ πῶς ἔθος τῇ Γραφῇ, ἐπειδάν τι πρᾶγμα συμβῇ περὶ τόπον ἢ καιρὸν, ἀπὸ τοῦ πράγματος ὀνομάζειν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸν καιρόν. Σήμερον ἀναγκαῖον αὐτὴν ἀναγνῶναι τὴν ἐντολὴν, δι' ἧς ἐκώλυσε τοῦ ξύλου τὴν βρῶσιν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; Καὶ ἐνετείλατο Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ, λέγων· Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ. Θεῖος ὁ νόμος, ἀλλὰ προσέχωμεν. Εἰ γὰρ βασιλικὰ ἀναγινώσκοντες γράμματα ἄνθρωποι, ὁλόκληρον ἀνιστῶσι θέατρον· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ Θεοῦ νόμους ἀναγινώσκειν μέλλοντας διανίστασθαι χρὴ τῇ διανοίᾳ, καὶ προσέχειν τοῖς λεγομένοις. Οἶδα ὅτι κατηγοροῦσί τινες τοῦ νομοθέτου, καὶ τὸν νόμον αἴτιον εἶναί φασι τοῦ παραπτώματος. Πρὸς τοῦτο οὖν ἀνάγκη στῆναι πρότερον, καὶ δεῖξαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι οὐχὶ μισῶν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ ὑβρίσαι βουλόμενος τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ἀλλὰ φιλῶν καὶ κηδόμενος, τὸν νόμον ἔδωκεν. Ὅτι γὰρ εἰς συμμαχίαν ἡμῖν αὐτὸν ἔδωκεν, ἄκουσον τί φησιν Ἡσαΐας· Νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν. Ὁ δὲ μισῶν, οὐ βοηθεῖ. Πάλιν ὁ προφήτης βοᾷ· Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. Ὁ δὲ μισῶν, οὐ λύει τὸ σκότος διὰ τοῦ λύχνου, οὐδὲ ὁδηγεῖ μετὰ φωτὸς τὸν πεπλανημένον. Πάλιν ὁ Σολομῶν· Λύχνος ἐντολὴ νόμου, καὶ φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ ἔλεγχος, καὶ παιδεία. Ἰδοὺ οὐχὶ βοήθεια μόνον, οὐδὲ λύχνος μόνον, ἀλλὰ καὶ φῶς καὶ ζωή· ταῦτα δὲ οὐκ ἔστι μισοῦντος, οὐδὲ ἀπολέσαι βουλομένου, ἀλλὰ χεῖρα ὀρέγοντος καὶ διανιστῶντος. Διὰ τοῦτο

καὶ ὁ Παῦλος πρὸς τὸν Ἰουδαῖον ἀποτεινόμενος, καὶ δεικνὺς ὅσον εἰσήνεγκε κέρδος ὁ νόμος, καὶ ὅτι ἀνάπαυσις, οὐ βάρησις τῆς φύσεως ἡμῶν ἐστιν, ἔλεγεν· Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ. Ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ βαρῶν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἀναπαύων, τὸν νόμον ἔδωκεν ὁ Θεός; Βούλει μαθεῖν ὅτι καὶ τιμῶν; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἱκανὰ δεῖξαι τὴν τιμὴν καὶ τὴν κηδεμονίαν, πλὴν καὶ ἀφ' ἑτέρων μαρτυριῶν αὐτὸ τοῦτο ποιήσομαι φανερόν. Ἐπαίνει, φησίν, Ἱερουσαλήμ, τὸν Κύριον· αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών· ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί· ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην, καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Εἶτα εἰπὼν καὶ τὴν διὰ τῆς ἄλλης κτίσεως εὐεργεσίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγουμένην, ἐπήγαγε τὴν ἐξαίρετον καὶ μείζονα, οὕτως λέγων· Ὁ ἀποστέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ, δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Ὅρα πόσα κατέλεξεν ἀγαθά. Ἀσφάλειαν πόλεως· Ἐνίσχυσε γάρ, φησὶ, τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου· ἀπαλλαγὴν πολέμων· Ὁ τιθεὶς γάρ, φησὶ, τὰ ὅριά σου εἰρήνην· ἀφθονίαν τῶν ἀναγκαίων· Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Ἀλλ' ὅμως πάντων τούτων τὴν τοῦ νόμου δόσιν τιμιωτέραν ἀπέφηνεν. Ὅτι γὰρ καὶ ἀσφαλείας, καὶ εἰρήνης, καὶ ἀπαλλαγῆς πολέμων, καὶ εὐπαιδίας, καὶ πολυπαιδίας, καὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίας πολλῷ μεῖζον δῶρόν ἐστι τὸ νόμον λαβεῖν, καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ μαθεῖν, πάντων ὕστερον αὐτὸ θεὶς ὡς κεφάλαιον καὶ σύνδεσμον τῶν ἀγαθῶν, ἐπήγαγε λέγων· Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Οὕτω, πῶς; Καὶ μὴν καὶ ἀφθονίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀπηριθμημένων πολλοὶ πολλάκις ἀπήλαυσαν. Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν προειρημένων λέγω, φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ νόμου, ὅτι Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Καὶ διὰ τοῦτο ἐπήγαγε· Καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Ὁρᾷς πῶς τῶν ἀπηριθμημένων ἁπάντων ἀγαθῶν μεῖζον ὁ νόμος.

mon rursus : *Lucerna mandatum legis, et lux, et vita, et correptio, et disciplina.* Ecce non auxilium solum, nec lucerna solum, sed et lux est et vita : hæc porro non sunt odio prosequentis, neque perdere volentis, sed manum porrigentis et erigentis. Ideo Paulus quoque dum in Judæum invehitur, et quantam lex invexerit utilitatem, ostendit, eamque non gravare naturam nostram, sed reficere, dicebat : *Ecce tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege.* Vides non ut naturam nostram gravaret, sed ut eam recrearet, Deum legem dedisse? Visne discere, id etiam illum egisse, ut honorem deferret? Nam poterant et ista satis ostendere et honorem delatum, et curam impensam : sed hoc ipsum aliis adhibitis testimoniis demonstrabo. *Lauda, inquit, Jerusalem, Dominum ; lauda Deum tuum, Sion : quoniam confirmavit vectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te : qui ponit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te.* Deinde postquam alia dixit beneficia per alias creaturas collata, subjunxit præcipuum et cæteris majus, his verbis utens : *Qui annuntiat verbum suum Jacob, justificationes et judicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.* Vide quam multa enumerarit bona. Urbis securitatem : *Confirmavit* enim, inquit, *vectes portarum tuarum ;* bellorum depulsionem : *Qui ponit* enim, inquit, *fines tuos pacem :* ubertatem annonæ: *Et adipe frumenti satiat te.* Attamen his omnibus pretiosiorem legis donationem esse declaravit. Nam quoniam et securitate et pace, et depulsione bellorum, et liberorum fecunditate ac multitudine, atque annonæ ubertate multo majus est donum legem accepisse, ac Dei justificationes didicisse, cum illud omnium postremum tamquam caput et congeriem bonorum collocasset, adjecit dicens : *Non fecit taliter omni nationi. Taliter,* quo pacto? Atqui annonæ ubertate, atque aliis, quæ sunt enumerata, multi sæpius potiti sunt : verumtamen de illis quæ dicta sunt non loquor, inquit, sed de lege, quod omni nationi sic non fecerit. Propterea subjunxit : *Et judicia sua non manifestavit eis.* Vides omnium bonorum quæ sunt enumerata maximum esse legem.

Τοῦτο καὶ Ἱερεμίας ἐνέφηνε· τοὺς γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντας θρηνῶν, ἔλεγε, Τί ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ; Τὴν πηγὴν τῆς σοφίας ἐγκατέλιπες· τὸν νόμον λέγων. Καθάπερ ἡ πηγὴ πολλοὺς πανταχόθεν ἀφίησι ῥύακας, οὕτω καὶ ὁ νόμος πολλὰς πανταχό-

2. Hoc etiam Jeremias indicavit : dum enim eos qui in captivitate versabantur lugeret, dicebat : *Quid, quod in terra inimicorum es? Dereliquisti fontem sapientiæ :* legem ita vocans. Ut enim fons multos undique rivos emittit,

sic etiam lex multa undique mandata profundit, quibus animam nostram irrigat. Deinde præcipuum decus honoris, qui nobis a lege defertur, ostendens aiebat: *Non est audita in Chanaan hæc sapientia, neque visa est in Thæman, neque filii Agar mercatores, et exquisitores viam ejus noverunt, neque semitarum ejus sunt recordati.* Atque ut spiritualem ac divinam eam esse demonstraret, *Quis ascendit,* inquit, *in cœlum, et deduxit illam?* Tum adjunxit: *Hic est Deus noster, non æstimabitur aliūs ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ et dedit eam Jacob puero suo, et Israël dilecto suo.* Propterea dicebat etiam David: *Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.* Hoc nimirum et Paulus innuens scribebat: *Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis?* Multum per omnem modum. Primum quidem quoniam credita sunt illis eloquia Dei. Vides quo pacto hic etiam exposuerit illud, *Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis?* Si enim hoc illud est amplius Judæo, quod illi soli ex aliis hominibus legis scriptæ donatione sunt honorati, non igitur ut naturam nostram gravaret, sed ut honore afficeret, dedit legem Deus. Neque hoc tantum honore affecit, quod legem dedit, sed etiam quod per seipsum dedit: hoc enim genus honoris est maximum quod non solum bona præbuerit, sed per seipsum præbuerit. Hoc quippe magnum esse donum, audi quomodo Paulus ostendat. Cum enim inflatos esse Judæos cerneret, quod ad eos prophetæ venissent, ut eorum arrogantiam coerceat, nosque majori esse affectos honore demonstret, qui non servi, sed Domini opera delatam doctrinam accepimus, his verbis utitur ad Hebræos scribens: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus nostris, novissimis diebus istis loquutus est nobis in Filio.* Et rursus alibi: *Non solum autem, sed et gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et reconciliationem accepimus.* Vides eum non ob reconciliationem tantum gloriari, sed etiam quod per Christum reconciliationem acceperit? Et rursus cum resurrectionem magnifice celebraret, ait: *Ipse Dominus descendet de cælo.* Vide illic quoque per Dominum totum perfici: et hic non per aliquem famulum, non per angelum et archangelum, sed ipse per seipsum Adam præcepit, duplici hominem honore affi-

Bar. 3. 22. 23. *Ibid.* v. 29. *Ibid.* v. 36. 37. *Psal.* 147. 20. *Rom.* 3. 1. *Hebr.* 1. 1. 2. *Rom.* 5. 11. *Thess.* 4. 15.

θεν ἀφίησι τὰς ἐντολὰς, ἄρδων ἡμῶν τὴν ψυχήν. Εἶτα δηλῶν τὸ ἐξαίρετον τῆς τιμῆς τῆς διὰ τοῦ νόμου γενομένης, ἔλεγεν· Οὐκ ἠκούσθη ἐν Χαναὰν αὕτη ἡ σοφία, οὐδὲ ὤφθη ἐν Θαιμὰν, οὐδὲ υἱοὶ Ἄγαρ, οἱ ἔμποροι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ ἔγνωσαν τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τῶν τρίβων αὐτῆς. Καὶ δεικνὺς ὅτι πνευματική τίς ἐστι καὶ θεία, Τίς ἀνέβη, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ κατεβίβασεν αὐτήν; Εἶτα ἐπήγαγεν· Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν· Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Τοῦτο γοῦν καὶ Παῦλος αἰνιττόμενος ἔγραφε· Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Ὁρᾷς πῶς καὶ οὗτος ἡρμήνευσε τὸ, Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς; Εἰ γὰρ τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου τοῦτό ἐστιν, ὅτι αὐτοὶ μόνοι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐτιμήθησαν τῇ δόσει τοῦ γραπτοῦ νόμου, οὐκ ἄρα βαρῶν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλὰ τιμῶν, τὸν νόμον ἔδωκεν ὁ Θεός. Καὶ οὐ τούτῳ μόνον ἐτίμησε, τῷ δοῦναι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' ἑαυτοῦ δοῦναι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον εἶδος τιμῆς, τὸ μὴ μόνον παρασχεῖν τὰ ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτοῦ παρασχεῖν. Ὅτι γὰρ μέγα τοῦτό ἐστι τὸ δῶρον, ἄκουσον καὶ τοῦ Παύλου τοῦτο ἐνδεικνυμένου. Ὁρῶν γὰρ τοὺς Ἰουδαίους πεφυσιωμένους ἐν τῷ τοὺς προφήτας πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, καὶ καταστέλλων αὐτῶν τὸ φρόνημα, δεικνὺς ὅτι μείζονος ἡμεῖς ἀπηλαύσαμεν τῆς τιμῆς, οὐ διὰ δούλου, ἀλλὰ διὰ Δεσπότου τῆς διδασκαλίας τυχόντες, οὕτωσί πώς φησι πρὸς Ἑβραίους γράφων· Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. Ὁρᾷς αὐτὸν οὐκ ἐπὶ τῇ καταλλαγῇ καυχώμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ λαβεῖν τὴν καταλλαγήν; Καὶ πάλιν τὴν ἀνάστασιν σεμνύων, φησίν· Αὐτὸς ὁ Κύριος καταβήσεται ἐξ οὐρανοῦ. Ὅρα κἀκεῖ διὰ τοῦ Δεσπότου τὸ πᾶν γινόμενον· καὶ ἐνταῦθα οὐ δι' οἰκέτου τινὸς, οὐ δι' ἀγγέλου καὶ ἀρχαγγέλου, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐνετείλατο τῷ Ἀδὰμ, διπλῇ τιμῇ τὸν ἄνθρωπον τιμῶν, καὶ τῷ δοῦναι τὸν νόμον, καὶ τῷ δι' ἑαυτοῦ δοῦναι. Πῶς οὖν ὠλίσθησεν ἐκεῖνος; Παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ῥᾳθυμίαν· καὶ δηλοῦσιν ὅσοι νόμον ἔλαβον, καὶ οὐκ ὤλισθον, ἀλλὰ καὶ πλείω τῶν ἐπιτεταγμένων ἐποίησαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν καιρὸν ἡμᾶς ὁρῶ συνελαύνοντα

686

τοῦτον, εἰς ἑτέραν διάλεξιν ἀναβαλοῦμαι τὸν λόγον· ὑμεῖς δὲ τὰ εἰρημένα τέως φυλάττετε, καὶ μέμνησθε, καὶ τοὺς οὐκ ἀκηκοότας διδάσκετε, καὶ ταῦτα καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ μελετάτω ἕκαστος. [a] Οὐδὲν γὰρ ἡδύτερον ἀκροάσεως θείας. Ἄκουσον γοῦν τί φησι περὶ ταύτης ὁ προφήτης· Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. Τοῦτο τοίνυν παρατίθει τὸ κηρίον ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς ἑσπερινῆς, ὥστε πᾶσαν αὐτὴν ἡδονῆς πληρῶσαι πνευματικῆς. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς εὐπόρους τῶν ἀνθρώπων, πῶς μετὰ τὰ σιτία κιθαρῳδοὺς καὶ αὐλητὰς ἐπεισάγουσι; Θέατρον ἐκεῖνοι ποιοῦσι τὴν ἑαυτῶν οἰκίαν· σὺ ποίησον τὴν οἰκίαν τὴν σὴν οὐρανόν· ποιήσεις δὲ, οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀμείβων, οὐδὲ μεταλλάττων τὰ θεμέλια, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν οὐρανῶν Δεσπότην ἐπὶ τὴν τράπεζαν καλῶν τὴν σήν. Οὐκ ἐπαισχύνεται τὰ τοιαῦτα δεῖπνα ὁ Θεός. Ἔνθα γὰρ διδασκαλία πνευματικὴ, ἐκεῖ καὶ σωφροσύνη καὶ σεμνότης καὶ ἐπιείκεια· ἔνθα ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ παιδία, καὶ ὁμόνοια καὶ φιλία, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς συνδεδεμένοι δεσμοῖς, ἐκεῖ μέσος ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ χρυσοῦν ὄροφον ζητεῖ, οὐδὲ ἀστραπὰς κιόνων, οὐδὲ κάλλη μαρμάρων, ἀλλὰ ψυχῆς ὥραν, καὶ διανοίας εὐμορφίαν, καὶ τράπεζαν δικαιοσύνης γέμουσαν, καὶ ἐλεημοσύνης καρποὺς ἔχουσαν. Κἂν ἴδῃ τοιαύτην τράπεζαν, ταχέως κοινωνεῖ τοῦ συλλόγου, καὶ παραγίνεται. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς πένητος κάτωθεν μεγάλα βοῶντος, εἶτα ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν προκειμένων δῷς τι τῷ δεομένῳ, τὸν Δεσπότην ἐκάλεσας διὰ τοῦ δούλου πρὸς τὴν τράπεζαν τὴν σὴν, πᾶσαν αὐτὴν εὐλογιῶν ἐνέπλησας, καὶ διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἀφορμὴν μεγίστην τοῦ πληθύνεσθαί σοι τὰ ταμεῖα ἀγαθῶν πολλῶν παρεσκεύασας. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης, ὁ διδοὺς ἄρτον εἰς βρῶσιν, καὶ σπέρμα τῷ σπείροντι, πληθύνοι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσειε τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἐν πᾶσιν ὑμῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν διδοὺς, καὶ καταξιώσειε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B ciens, et quod legem dederit, et quod dederit per seipsum. Quomodo igitur lapsus est ille? Ob ignaviam suam: idque ostendunt quotquot legem acceperunt, nec lapsi sunt, sed et plura quam imperata fuerant, præstiterunt. Sed quoniam hoc tempus video nos in angustum redigere, in alteram dissertationem sermonem rejiciemus: vos vero quæ dicta sunt conservate, ac memoria tenete, illosque qui non audierunt, docete, atque hæc in ecclesia, in foro, ac domi unusquisque meditetur. Nihil enim sacra lectione jucundius. Audi sane quid de illa dicat propheta: *Quam dulcia faucibus meis elo-* *Psal.* 118.
C *quia tua, super mel et favum ori meo.* Hunc 103.
itaque favum in vespertina mensa appone, ut totam illam spirituali repleas voluptate. Non videtis homines opulentos, quomodo post epulas citharœdos ac tibicines introducant? Illi suas ædes theatrum efficiunt, tu tuas ædes cælum effice: id vero efficies, non parietes immutans, aut transferens fundamenta, sed si ad tuam mensam Dominum ipsum cælorum voces. Non erubescit ejusmodi convivia Deus. Ubi namque spiritualis doctrina, ibi et temperantia, et modestia, et lenitas; ubi vir et uxor ac liberi,
D concordia et amicitia et virtutis vinculis fuerint colligati, illic versatur in medio Christus. Non enim aureum laqueare quærit, nec columnarum fulgorem, neque marmoris pulchritudinem: sed animæ decorem ac mentis formam, et mensam justitia refertam, et eleemosynæ fructibus abundantem. Quod si mensam ejusmodi viderit, confestim ejusmodi conventus fit particeps, et in eum se infert. Ipse enim est, qui dixit, *Esu-* *Matth.* 25.
rientem me vidistis et aluistis. Cum igitur 35.
inferius magna voce clamantem audiveris pauperem, deinde quidpiam eorum quæ apposita
E sunt de mensa egeno dederis, Dominum ad mensam vocasti per servum, et illam totam Dei benedictionibus replevisti, oblatisque primitiis maximam occasionem tua promtuaria plurimis complendi bonis præbuisti. Deus autem pacis 2. *Cor.* 9.
et caritatis, qui dat panem ad manducandum, et 10.
semen seminanti, vestram sementem multiplicet, et augeat incrementa frugum justitiæ in omnibus vobis, suam dans gratiam, nosque regno cælorum dignetur: cujus nos participes fieri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Hæc ad verbum fere sunt in Homilia præcedenti.

687

MONITUM

AD SERMONEM

QUOMODO OPORTEAT FRATRUM PECCATA ARGUERE, ETC.

QUI EST NONUS IN GENESIM.

Hic sermo, longo post octo alios temporis intervallo habitus, in hac serie positus fuit, non modo quia in illo de Abraham et de Noë pluribus agitur, sed etiam quia non paucæ hic habentur similia, imo eadem pene quæ in Homiliis in Genesim. Hunc porro Sermonem eodem habuit anno quo Homilias triginta duas priores in Genesim, et quo Homilias in principium Actorum, et de mutatione nominum. Cujus chronologiæ rationem explicatam habes in Monito ad Homilias in principium Actorum Tomo 3, p. 47, itemque in Monito ad Homilias de mutatione nominum eodem Tomo p. 97. Quo autem anno hæc tanta homiliarum sermonumque series pronuntiata fuerit, nondum potuimus deprehendere. Illud solum pro certo exploratoque habemus omnes post annum 387 habitas fuisse. Ea de re vide quæ diximus in Monito ad Homilias in principium Actorum, atque in Præfatione ad hunc quartum Tomum.

Sequutus est hic Sermo Homiliam secundam de mutatione nominum; nam duæ priores de mutatione nominum homiliæ hic commemorantur, nempe num. 1 et num. 5. In hoc sermone perinde atque in præcedentibus de mutatione nominum homiliis longo procœmio usus est Chrysostomus : hinc querelæ populi Antiocheni, hinc reprehensiones ob nimiam procœmiorum longitudinem. Cujus quærimoniæ occasione paucis elapsis diebus illam de ferendis reprehensionibus homiliam habuit, quam nos in serie Homiliarum de mutatione nominum posuimus p. 115, T. 3.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

SERMO IX.

ΛΟΓΟΣ θ'.

Quomodo oporteat fratrum peccata arguere, et quod eorum salutis curam habere conveniat, et quare Abram vocatus sit Abraham, et de nomine Noë : quod non frustra aut sine causa justi illi fuerint his nominibus appellati, sed ita dispensante Dei providentia.

Εἰς τὸ, πῶς δεῖ ἐπιτιμᾷν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἁμαρτήμασι, καὶ ὅτι χρὴ τῆς τούτων σωτηρίας προνοεῖν, καὶ διὰ τί Ἄβραμ Ἀβραὰμ ἐκλήθη, καὶ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Νῶε· ὅτι οὐχ ἁπλῶς ταῦτα οἱ δίκαιοι ἐκαλοῦντο τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ.

1. Haud difficile foret ex consequentia nuper dictorum præsentis sermonis sumere procœmium, siquidem scire possetis quid nuper a nobis dictum, et quomodo finitus fuerit sermo. Verum quia plerique ex iis qui nuper affuere, hodie non adsunt, et ex iis qui nunc adsunt, nuper abfuere,

Εἰ μὲν ἦν δυνατὸν ὑμῖν εἰδέναι, τί μὲν ἡμῖν εἴρηται, τί δὲ ὑπολέλειπται, καὶ ποῦ μὲν τὸν λόγον κατελύσαμεν πρῴην, πόθεν δὲ αὐτὸν σήμερον ἀνελέσθαι χρὴ, εὐθέως τὰ προοίμια ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας τῶν πρῴην εἰρημένων ἐποιησάμην ἄν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν τότε ἀκηκοότων ἡμῶν πολλοὶ σήμερον οὐ παρή-

κασι, καὶ τῶν νῦν παρόντων τότε οὐκ ἤκουσαν, τὸ διάφορον τῶν ἀκρατῶν ἀναγκαίαν ποιεῖ γενέσθαι τῶν εἰρημένων ἡμῖν τὴν ἐξήγησιν· οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς παρηκολουθηκόσι τῷ λόγῳ μᾶλλον ἐμπαγήσεται τούτων ἡ μνήμη, πάλιν ἀναμιμνησκομένοις ὧν ἤκουσαν· καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσιν οὐ τοσαύτη ἔσται βλάβη, τοῦ λόγου γνωριμωτέραν αὐτοῖς ἄνωθεν ποιοῦντος τὴν διδασκαλίαν. Καὶ μὴν ἴσως ἂν εἴποιεν οἱ ἀεὶ παραγινόμενοι, ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἐχρῆν ἀναλαβεῖν τὰ εἰρημένα, ἵνα ἀπολειφθέντες καὶ τῶν συνάξεων καταφρονήσαντες, ἔργῳ τὴν βλάβην ὑπομείναντες, βελτίους γένωνται, τῇ ζημίᾳ σωφρονιζόμενοι. Ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ μὲν ὑμᾶς, ὅτι οὕτω δάκνεσθε ὑπὲρ τῆς ῥᾳθυμίας τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν ζῆλον θαυμάζω· βούλομαι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ τὸν ζῆλον ὑμᾶς κεράσαι τοῦτον. Ζῆλος γὰρ συγγνώμης ἀπεστερημένος, οὐ ζῆλος, ἀλλὰ θυμὸς μᾶλλόν ἐστι, καὶ νουθεσία, φιλανθρωπίαν οὐκ ἔχουσα, βασκανία τις εἶναι δοκεῖ. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς μᾶλλον παρακαλῶ, μὴ πικρῶς τὰ τῶν πλησίον κρίνειν ἁμαρτήματα. Ὥσπερ γὰρ ὁ χωρὶς συγγνώμης ὁρῶν τὰ τῶν ἀδελφῶν τραύματα, εἴ ποτε καὶ αὐτὸς ἁμάρτοι, οὐδένα εὑρήσει τὸν συγγνώμην αὐτῷ νέμοντα· οὕτως ὁ μετ' ἐλέου δικάζων τοῖς τῶν πλησίον παραπτώμασιν, εἴ ποτε ὑποσκελισθείη, πολλοὺς ὄψεται τοὺς χεῖρα ὀρέγοντας. Καὶ ταῦτα λέγω νῦν, οὐ τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν ἀπολειφθέντων αὐξῆσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κηδεμονίαν ἐπιτεῖναι σπουδάζων, ἵνα μετὰ λόγου γίνηται καὶ φιλοστοργίας. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς πολλοὺς καὶ μακρὰς τῇ προτεραίᾳ κατ' αὐτῶν ἀπετείναμεν λόγους, καὶ οὐδὲ ἀνθρώπους αὐτοὺς εἶναι ἔφαμεν, [a] καθάπερ μέμνησθε, κατηγόρους αὐτοῖς ἐπιστήσαντες δύο προφήτας τοὺς κορυφαίους· τὸν μὲν λέγοντα, Ἤλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουσόμενος· τὸν δὲ καταβοῶντα πάλιν καὶ πυνθανόμενον· Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτύρομαι; Ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Καὶ σφόδρα αὐτῶν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐδάκομεν τὴν διάνοιαν. Ἀλλὰ νῦν αὐτοὺς πάλιν παρακαλοῦμεν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἐκέλευσεν· Ἔλεγξον γάρ, φησὶν, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἀεὶ χρὴ ποιεῖν μόνον, οὔτε ἐκεῖνα μόνον, ἀλλ' ἑκάτερα μίξαντα ἀπηρτισμένην ἐργάζεσθαι τὴν ὠφέλειαν. Ἂν τε γὰρ διαπαντὸς ἐλέγχωμεν, ἀναισχυντοτέρους αὐτοὺς ἀπεργαζόμεθα· ἄν τε διαπαντὸς παρακαλῶμεν, ῥᾳθυμοτέρους ποιοῦμεν. Διὰ τοῦτο καὶ ἰατροὶ οὐχὶ τέμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τραύματα ἐπιδεσμοῦσιν· οὐδὲ ἀεὶ φάρμακα πικρὰ ἐπιβάλλουσιν, ἀλλὰ καὶ προσηνῆ πολλάκις· δι' ἐκείνων μὲν τῶν προτέρων τὸ σεσηπὸς

cogit auditorum varietas, ut repetenda sint, quæ nuper dicta : unde et ii qui prius sermonem audierant, melius dictorum memoriam firment : et iis qui abfuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si et ipsis innotescat doctrina pridem habita. Et fortassis dicent qui semper sunt præsentes, propter illos nuper dicta non esse resumenda, ut ii qui cum aliis convenire contemserunt, hoc damno emendentur, et fiant posthac diligentiores. Equidem laudo, quod fratrum doletis ignaviam, et admiror zelum : vellem autem vos zelum hunc 688
temperare misericordia. Zelus enim veniam ne- A
gans, potius furor est quam zelus, et admonitio, lenitate destituta, invidia quædam est. Quapropter magis vos obsecro, ne amare de proximorum judicetis peccatis. Nam sicut is qui absque commiseratione vulnera fratrum spectat, nullum inveniet qui se dignetur venia, si quando et ipse peccaverit : ita qui cum misericordia de lapsu proximi judicat, si quando et ipse supplantatus fuerit, multos videbit manum porrigentes. Et hæc nunc dico, non quod velim B
eorum qui raro huc conveniunt negligentiam augeri, sed quod majorem curam nostram erga illos cupiam, ita ut cum ratione et amoris affectu geratur. Alioquin et nos superioribus diebus multos et longos sermones adversum illos pronuntiavimus, et neque hominum nomine dignos diximus : sicut meministis nos in hoc produxisse prophetas duos præcipuos contra illos : quorum unus dicit : *Veni, et non erat homo : vocavi, et non erat qui audiret ;* alius autem C
clamat, et dicit : *Cui loquar et testificabor ? Incircumcisæ aures eorum, et non possunt audire.* Quibus verbis mentem eorum satis acriter perstrinximus. Nunc vero iterum obsecramus : sic enim et Paulus jussit : *Argue,* inquit, *increpa, obsecra.* Neque enim hoc semper solum agere oportet, neque semper illud solum : sed utrumque alternis vicibus, quo major inde sequatur utilitas. Nam si semper argueremus, impudentiores illi fierent : si semper obsecraremus, ignaviores redderentur. Quapropter et medici D
non solum secant, sed et vulnera obligant : neque semper amara, sed nonnumquam etiam lenia pharmaca infundunt : ut per priora illa purificentur sanies et putredo, per posteriora autem mitigetur inustus ab illis dolor. Et idcirco alibi quoque inquit Paulus : *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.*

Zelus sine venia furor.

Isai. 50. 2.

Jer. 6. 10.

2. Tim. 4. 2.

Galat. 6. 1.

[a] Hic denotat sermonem in illud, *Saulus adhuc spirans minas,* etc. qui est primus de Mutatione nominum. Vide Tomo 3, p. 98, 99.

tus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite illum, considerans temetipsum, ne et tu tenteris. Optima admonitio, perfectum consilium, quod paterna viscera declarat, et ejus qui magnam nostri curam gerit. Vere linguæ Pauli verba, fratres. Satis eximio nomine benevolum reddidit auditorem: quasi dicturus: Ejusdem uteri partu et doloribus prognatus es, eumdem habuisti patrem, iisdem alimentis educatus es, communicasti ei in partu spirituali; cognationem et fraternitatem hanc etiam in corrigendis proximi erratis declara. *Si præoccupatus fuerit.* Non dixit, Si peccet, sed ad genus peccati confugit, quod majorem meretur veniam. *Si præoccupatus fuerit:* hoc est, si graviter tentatus succubuerit, si erraverit, neque eum qui dedita opera peccavit dicit, sed eum qui studuit bene agere, supplantatus tamen est a potestate diabolica et victus. Nam talis non tam accusationem quam veniam meretur. *Si præoccupatus fuerit homo.* Iterum ad aliam veniæ speciem confugit, nempe naturæ infirmitatem, quam nomine hominis insinuat. Sicut igitur et magnus Job veniam a Deo impe-
Job. 7. 17. trare volens, dicebat: *Quid est homo quod reputas eum, et visitationem peccatorum ejus fecisti?* sic et nos faciamus, quando cum peccatore aliquo expostulatur, continue dicamus, Homo est: et naturæ recordatione ad misericordiam indignantem provocemus. Et ea de causa Paulus ad naturam et ejus infirmitatem confugit, cum dixit: *Si et præocupatus fuerit homo in aliquo delicto.* Non simpliciter magna peccata dicit, quæ majora quam ut veniam et misericordiam mereri videantur, sed parva et abjecta. *Vos qui spirituales.* Is qui peccat, homo; qui vero bene operantur, spirituales dicuntur. Hic virtutis vocabulum posuit, illic naturæ nomen dixit. Multum autem differt homo, et spiritua-
Spiritualis homo quis. lis. *Vos qui spirituales.* Si spiritualis es, ostende mihi virtutem tuam, non a tua, sed a mea salute, sed a subsidio quod lapso fers. Hoc enim spiritualis est, non despicere sua membra periclitantia. *Instruite talem.* Facite, ait, ne capi possit, nec certando defatigetur, nec præliando adversus diabolum succumbat. *Considerans temetipsum, ne et tu tenteris.*

2. Hoc summum consilium est, et admonitio maxime cogens. Etiamsi saxeus fueris, et audias, verbum hoc sufficiet ad terrendum, et provocandum, quo feras auxilium lapso. Non vis,

ἀποκαθαίροντες, διὰ τούτων δὲ τῶν δευτέρων τὴν ἐξ ἐκείνων ὀδύνην παραμυθούμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Παῦλος· Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἀρίστη παραίνεσις, ἀπηρτισμένη συμβουλὴ, πολλὴν ἔχουσα τὴν κηδεμονίαν, σπλάγχνα ἐνδεικνυμένη πατρικά· ὄντως τῆς Παύλου γλώττης τὰ ῥήματα, ἀδελφοί. Εὐθέως ἀπὸ τοῦ τῆς συγγενείας ὀνόματος πρὸς τὴν εὔνοιαν ἐπεσπάσατο τὸν ἀκροατήν. Τὰς αὐτὰς ὠδῖνας ἔλυσας αὐτῷ, τὰς αὐτὰς ἐτράφης τροφὰς, τὸν αὐτὸν ἔσχες πατέρα, ἐκοινώνησας αὐτῷ κατὰ τὸν τόκον τὸν πνευματικόν· τὴν συγγένειαν τοίνυν ταύτην καὶ ἐν τῇ τῶν πτωμάτων ἐπιδείκνυσο διορθώσει. Ἐὰν προληφθῇ. Οὐκ εἶπεν, ἐὰν ἁμάρτῃ, ἀλλ' ἐπὶ εἴδος ἁμαρτίας κατέφυγε συγγνώμην ἔχον. Τὸ γὰρ, Ἐὰν προληφθῇ, τουτέστιν, ἐὰν
689 ἐπηρεασθῇ, ἐὰν ἀπατηθῇ, οὐ τὸν ἐκ μελέτης ἁμαρτήσαντα λέγων, ἀλλὰ τὸν σπουδάζοντα μὲν κατορθῶσαι, ὑπὸ περιστάσεως δὲ διαβολικῆς ὑποσκελιζόμενον. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ τοσοῦτον κατηγορίας ὅσον συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος. Ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος. Πάλιν ἐφ' ἕτερον εἶδος συγγνώμης κατέφυγε, τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ἣν διὰ τῆς προσηγορίας ἠνίξατο. Καθάπερ οὖν ὁ μέγας Ἰὼβ ἐπισπάσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ συγγνώμην βουλόμενος, ἔλεγε· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι λογίζῃ αὐτὸν, καὶ ἐπισκοπὴν ἐποιήσω τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ; οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, ὅταν τινὰ τῶν ἡμαρτηκότων ἐξαιτώμεθα, ἄνθρωπός ἐστι συνεχῶς λέγοντες, καὶ τῆς φύσεως ἀναμιμνήσκοντες, καὶ ταύτῃ πρὸς ἔλεον ἐφελκόμενοι τὸν ἀγανακτοῦντα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἐπὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῆς κατέφυγεν εἰπὼν, Ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι. Οὐχ ἁπλῶς τὰ μεγάλα λέγει ἁμαρτήματα, τὰ συγγνώμης μείζονα καὶ τὰ φιλανθρωπίας οὐκ ἄξια, ἀλλὰ τὰ μικρὰ καὶ κατεσταλμένα. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. Ὁ μὲν ἁμαρτὼν, ἄνθρωπος, οἱ δὲ κατορθοῦντες, πνευματικοί. Ἐκεῖ τῆς φύσεως εἶπε τὸ ὄνομα, ἐνταῦθα τῆς ἀρετῆς ἔθηκε τὴν προσηγορίαν. Πολὺ δὲ τὸ μέσον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ πνευματικοῦ. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. Εἰ πνευματικὸς εἶ, δεῖξόν μοι τὴν ἰσχύν σου, μὴ ἀπὸ τῆς σῆς σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἐμῆς σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς βοηθείας τῆς εἰς τοὺς πεπτωκότας. Τοῦτο γὰρ πνευματικοῦ, μὴ περιορᾷν τὰ οἰκεῖα μέλη ἠμελημένα. Καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον. Ἀχείρωτον ποιεῖτε, φησὶν, ἀκαταγώνιστον, ἄμαχον τῷ διαβόλῳ. Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

Αὕτη μεγίστη συμβουλὴ, ἀναγκαστικὴ παραίνεσις. Κἂν λίθος ᾖ ὁ ἀκούων, ἱκανὸν αὐτὸν φοβῆσαι τὸ ῥῆμα, καὶ πρὸς ἀνάληψιν διεγεῖραι τοῦ πεπτωκότος. Οὐ βούλει, φησὶν, ὡς ἀδελφὸς ἐλεῆσαι; οὐ βούλει ὡς

ἀνθρώπῳ ὄντι δοῦναι συγγνώμην; οὐ βούλει ὡς πνευματικὸς χεῖρα ὀρέξαι; Τὰ κατὰ σαυτὸν σκόπησον, καὶ ποῦ δεήσῃ τοῦ συμβουλεύοντος, ὥστε βοηθῆσαι τῷ κειμένῳ, ἀλλ' οἰκοθεν καὶ παρὰ σαυτοῦ δέξαι τὴν παραίνεσιν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Σκοπῶν σεαυτὸν, φησὶ, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Οὐκ εἶπε, πάντως γὰρ καὶ σὺ ἁμαρτήσῃ, ἵνα μὴ φορτικώτερον ποιήσῃ τὸν λόγον· ἀλλὰ πῶς; Μή ποτε καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἴσως δὲ ἁμαρτήσῃ, ἴσως δὲ οὐχ ἁμαρτήσῃ. Ἐπεὶ οὖν ἄδηλον τὸ μέλλον, προαπόθου σοι φιλανθρωπίας ἔρανον, δι' ὧν εἰς τὸν πλησίον ποιεῖς, ἵν ποτε περιτραπείης, πολλὴν εὑρήσεις συγγνώμης ἀποθήκην ἀποκειμένην. Οὐκ εἶπε, μή ποτε καὶ σὺ ἁμάρτῃς, μή ποτε καὶ σὺ πέσῃς· προσέχετε ἀκριβῶς τῇ δυνάμει τῶν ῥημάτων αὐτῶν· ἀλλὰ, Μή ποτε καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἔδειξεν ὅτι πειρατὴν ἔχομεν ἐχθρόν· ὁ δὲ πειρατὴς οὐχ ὡμολογημένον τῆς ἐπιθέσεως τὸν καιρὸν ἔχει, ἀλλὰ πολλάκις ἡμῖν καὶ καθεύδουσι καὶ ῥᾳθυμοῦσιν ἐπιτίθεται· διὰ τοῦτο κἀκεῖνος ὁ προληφθεὶς συγγνώ- 690
μης ἄξιος, ἐπειδὴ ὑπὸ πειρατοῦ ἑάλω. Οὐ γὰρ ἦν A
αὐτῷ φανερὰ ἡ μάχη, οὐδὲ ὡμολογημένος ὁ καιρὸς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ ἀγνοοῦντι ἐπέθετο, καὶ διὰ τοῦτο περιεγένετο. Οὕτω καὶ οἱ πλέοντες τὴν θάλατταν τὴν μεγάλην ταύτην καὶ εὐρύχωρον ποιοῦσι. Κἂν ἐξουρίων αὐτοῖς φέρηται τὸ σκάφος, κἂν πάσης ἀπολαύωσιν ἀσφαλείας, ἴδωσι δὲ πόρρωθεν ναυαγήσαντας ἑτέρους, οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν βλέποντες, τῆς ἐκείνων καταφρονοῦσι συμφορᾶς· ἀλλὰ τὸ πλοῖον στήσαντες, καὶ τὰς ἀγκύρας χαλάσαντες, καὶ τὰ ἱστία καθελόντες, ἐξακοντίζουσι σχοίνους, καὶ ῥίπτουσι σανίδας, ὥστε ἐκεῖνον τὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων βαπτίζεσθαι μέλλοντα ἑνὸς τούτων ἐπιλαμβανόμενον, διαφεύγειν τὸ ναυάγιον. Μίμησαι τοίνυν καὶ σὺ τοὺς ναύτας, B
ἄνθρωπε· καὶ γὰρ καὶ σὺ θάλατταν πλέεις μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, τὸ μῆκος τοῦ παρόντος βίου, θάλατταν θηρία ἔχουσαν καὶ πειρατὰς, θάλατταν σκοπέλους ἔχουσαν καὶ σπιλάδας, θάλατταν ὑπὸ κυμάτων ταραττομένην πολλῶν καὶ χειμώνων· καὶ πολλοὶ πολλάκις καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ταύτῃ ναυαγίῳ περιπίπτουσιν. Ὅταν οὖν ἴδῃς τινὰ τῶν πλεόντων ὑπό τινος περιστάσεως διαβολικῆς ἀπολέσαντα τὸν πλοῦτον τῆς σωτηρίας, καὶ κλυδωνιζόμενον, καὶ μέλλοντα ὑποβρύχιον γίνεσθαι, στῆσόν σου τὸ πλοῖον, κἂν ἑτέρωθι σπεύδῃς, προνόησον τῆς ἐκείνου σωτηρίας, τὰ κατὰ C
σαυτὸν ἀφείς. Οὐ γὰρ ἀνέχεται ἀναβολῆς, οὐδὲ βραδυτῆτος ὁ βαπτίζεσθαι μέλλων. Ἐπίστηθι τοίνυν ταχὺ, ἐξάρπασον αὐτὸν ὀξέως τοῦ κλυδωνίου, πάντα κίνησον κάλων ὥστε αὐτὸν ἀνιμήσασθαι ἐκ τοῦ βάθους τῆς ἀπωλείας· κἂν μύρια σε ἔλκῃ πράγματα, μηδὲν ἔστω τῆς σωτηρίας τοῦ κάμνοντος ἀναγκαιότερον· κἂν γὰρ μικρὸν ἀναβαλέσθαι βουληθῇς, προδώσεις αὐτὸν τῇ τοῦ χειμῶνος ὀξύτητι. Διὸ τάχους ἡμῖν ἐν ταῖς τοιαύταις

ait, ut frater misereri? non vis ut hominibus concedere veniam? non vis ut spiritualis manum porrigere? Considera conditionem tuam: et non indigebis consiliario, sed per temetipsum jacentem juvabis, et a temetipso admoneberis. Quo pacto, et quo modo? *Considerans temetipsum*, ait, *ne et tu tenteris*. Non dixit: Nam omnino et tu peccabis, ne molestior esset: sed quomodo dixit? *Ne* quando *et tu tenteris*. Fieri enim po- E
test, ut pecces: fieri etiam potest, ut non pecces. Et quia incertum est futurum, para tibi misericordiæ sportulas, quas illi dones, ut per illa quæ proximo impendis, si et tu aliquando lapsus fueris, invenias promtuaria miseratione referta. Non dixit, Ne quando et tu pecces, ne quando et tu cadas: attendite diligenter ad vim verborum ipsorum: sed, *Ne* quando *et tu tenteris*. Quo simul indicatur, nos habere inimicum tentatorem: et tentator non statutum insidiandi tempus habet; plerumque enim in nos dormientes et negligentes impetum facit: et idcirco præoccupatus ille magis dignus est, cui condonetur, quoniam a tentatore captus est. Non enim erat ei manifesta pugna, neque condictus dies belli, sed in incautum impetum fecit, atque idcirco superavit. Sic nautæ quoque faciunt, cum per magnum et spatiosum mare navigant. Licet navis secundo vento feratur, licet omni fruantur securitate, cum tamen viderint alios vel procul naufragium facere, non, suam spectantes utilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sistunt navem, laxant anchoram, detrahunt vela, ejiciunt funes, projiciunt tabulas, ut ille qui a fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emergat. Imitare igitur et tu nautas, homo: nam et tu mare navigas magnum et spatiosum, nempe vitæ præsentis, quod multas habet belluas, piratas, petras, et latentes scopulos, crebrisque turbatur fluctibus, et in eo naufragantur plurimi. Cum igitur videris navigantium aliquem diaboli insidiis amittere divitias salutis, natare in fluctibus, et jam submergi, siste navem, et relictis negotiis tuis, statim illius provide saluti. Nam moram non sustinet, neque dilationem, qui C
submergi incipit. Igitur statim accurre, et quantocyus e fluctibus eum eripe, nihil non age ut ipsum ex profundo interitus extrahas: etiamsi te plurima negotia aliorsum vocent et trahant, nihil ducas magis necessarium salute sic laborantis; nam si parumper differre volueris, perdetur tempestate rabida. Unde in tantis periculis magna acceleratione opus est et studio. Audi

quomodo Paulus, viso homine quodam qui in profundum rapiebatur, sollicitus et anxius erat, et alios excitabat. *Confirmate in illum caritatem,* inquit, *ne forte tristitia abundantiore absorbeatur ille.* Et propter hoc jubet statim præbere manum, ut ne interim dum differimus præventus ille absorbeatur. Curam igitur geramus fratrum nostrorum. Hæc summa vitæ nostræ est; hoc signo internoscimur an Christiani simus, cum non solum quæ nostra sunt spectamus, sed et membra nostra perversa corrigimus et instruimus. Hoc maximum indicium fidei. *In hoc enim cognoscent omnes,* inquit, *quod discipuli mei estis, si vos diligitis mutuo.* Caritatem autem sinceram declarat non communio mensæ, non breve colloquium, non verborum adulatio, sed studium in considerando, quid proximo conducat, ut erigatur qui cecidit, et porrigatur lapso manus salutem negligenti, ut ante bona propria, inquirantur quæ proximi sunt. Hæc est vera caritas. Nam caritas non spectat quæ sua sunt, sed prius videt ea quæ proximi, quam quæ sua, ut per ea videat quæ sua sunt. Et ego nunc non propter memetipsum tam longis sermonibus utor, sed propter vos. Igitur et vos audite, non propter vosmetipsos, sed propter alios a vobis erudiendos. Quandoquidem Ecclesiæ corpus per membrorum cohærentiam nutritur. Sicut ergo membrum quod apud seipsum cibos omnes reservat, vicinoque non communicat, et seipsum offendit, et reliquum corpus corrumpit : quemadmodum in stomacho videmus : is enim si cibum solus continuerit, et reliquum corpus fame corrumpit, et seipsum sua inexplebili improbitate perdit : si autem acceperit quantum pro sua portione satis, et reliquum aliis membris transmiserit, et seipsum ac reliquum corpus in bona valetudine conservat : ita et tu nunc, si ea quæ a nobis audis, detinueris, aliique non communicaveris, et illum incommodabis, et teipsum jam corrupisti : quia ignaviæ et invidiæ gravissimos morbos foves. Satis enim ad perditionem tuam fuerit, vel ob malitiam, vel ob invidiam, vel etiam ob ignaviam non communicare aliis. Contra, si citra invidiam et ad alios transmiseris alimoniam, et tibi ipsi et aliis profuturus es. Sed de iis dictum est satis.

2. *Cor.* 2. 8. 7.

Quo signo internoscantur Christiani.

Joan. 13. 35.

1. *Cor.* 13. 5.

3. Nunc operæ pretium fuerit, venire ad contextum eorum quæ nuper dicta fuerunt. Quæ

συμφοραῖς δεῖ, τάχους καὶ σπουδῆς ἐπιτεταμένης. Ἄκουσον πῶς Παῦλος ἐπείγεται, καὶ ἑτέρους διεγείστησι πολλοὺς, ἰδών τινα ἄνθρωπον βυθίζεσθαι μέλλοντα. Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, φησὶ, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Διὰ τοῦτο κελεύει ταχέως ὀρέξαι χεῖρα, ἵνα μὴ, μελλόντων ἡμῶν καὶ ἀναβαλλομένων, φθάσῃ καταποθῆναι ἐκεῖνος. Γινώμεθα τοίνυν κηδεμονικοὶ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους. Τοῦτο κεφάλαιον τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας ἐστὶ, τοῦτο γνώρισμα, τὸ μὴ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη ἡμῶν διεστραμμένα διορθοῦν καὶ καταρτίζειν· τοῦτο δεῖγμα τῆς πίστεως μέγιστον. Ἐν τούτῳ γὰρ γνώσονται, φησὶ, πάντες, ὅτι μαθηταί μού ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἀγάπην δὲ δείκνυσι γνησίαν οὐ κοινωνία τραπέζης, οὐδὲ πρόσρησις ψιλὴ, οὐδὲ κολακεία ῥημάτων, ἀλλὰ τὸ διορθῶσαι καὶ σκοπῆσαι τὸ συμφέρον τοῦ πλησίον, τὸ τὸν πεπτωκότα διαναστῆσαι, τὸ τῷ κειμένῳ χεῖρα ὀρέξαι τῆς οἰκείας ἀφελήσαντι σωτηρίας, καὶ πρὸ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν τὰ τοῦ πλησίον ζητῆσαι. Τοῦτο ἀγάπης γνησίας. Ἡ γὰρ ἀγάπη τὰ αὐτῆς οὐ βλέπει, ἀλλὰ πρὸ τῶν αὐτῆς τὰ τοῦ πλησίον ὁρᾷ, ἵνα δι' ἐκείνων τὰ αὐτῆς ἴδῃ. Ἐπεὶ καὶ ἐγὼ νῦν οὐχὶ δι' ἐμαυτὸν ἀποτείνω τοσούτους λόγους, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Καὶ ὑμεῖς τοίνυν μὴ δι' ἑαυτοὺς ἀκούετε μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρους τοὺς παρ' ὑμῶν παιδεύεσθαι μέλλοντας. Κατὰ γὰρ τὴν ἀκολουθίαν τῶν μελῶν καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας τρέφεται σῶμα. Ὥσπερ οὖν τὸ μέλος, ἐὰν κατάσχῃ παρ' ἑαυτῷ τὴν τροφὴν πᾶσαν, καὶ μὴ μεταδῷ τῷ πλησίον, καὶ ἑαυτὸ λυμαίνεται, καὶ τὸ λοιπὸν διαφθείρει σῶμα· οἷον ὁ στόμαχος, ἐὰν τὴν τροφὴν αὐτὸς κατάσχῃ μόνος, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα τῷ λιμῷ κατατήκει, καὶ ἑαυτὸν ὑπὸ τῆς ἀμετρίας διαφθείρει· ἂν δὲ τὸ ἀρκοῦν λαβὼν κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, τὸ λοιπὸν τοῖς ἑτέροις παραπέμψῃ μέλεσι, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν ὑγιείᾳ διατηρεῖ· οὕτω καὶ σὺ νῦν, ἂν ἀκούσας τὰ παρ' ἡμῶν κατάσχῃς, ἑτέρῳ δὲ μὴ μεταδῷς, κἀκεῖνον ἐζημίωσας καὶ σεαυτὸν διέφθειρας, χαλεπώτατα νοσήματα ἐπισπασάμενος, νωθείαν καὶ φθόνον. Ἡ γὰρ διὰ πονηρίαν, ἢ δι' ἀργίαν καὶ ῥᾳθυμίαν οὐ μεταδίδομεν ἑτέροις. Ὁπότερον δὲ ἂν ᾖ τούτων, ἱκανὸν ἀπολέσαι τὸν ἔχοντα. Ἂν δὲ ἀφθόνως καὶ εἰς ἑτέρους παραπέμψῃς τὴν τροφὴν, καὶ ἑαυτὸν καὶ ἐκεῖνον ὠφέλησας. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

Δεῖ δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐλθεῖν τῶν πρώην λεχθέντων. Τίνα οὖν ἦν ἐκεῖνα; [a] Περὶ Σαύλου καὶ

[a] Vide Homiliam 2 de mutatione nominum, Tomo 3, p. 107. Vide Monitum supra.

Παύλου τότε ἐζητοῦμεν, διὰ τί ποτὲ μὲν Σαῦλος, ποτὲ δὲ Παῦλος ἐλέγετο· εἶτα ἐξέβημεν ἐκ τῆς ἀκολουθίας ταύτης εἰς ὀνομάτων ἱστορίαν πολλήν. Καὶ ἐπειδὴ ἐξέβημεν ἀπ' αὐτῶν, οὐκ ἔδοξεν ἡμῖν ἄξιον εἶναι παραδραμεῖν τὴν ἐμπορίαν ἐκείνην. Εἰ γὰρ καὶ διὰ Παῦλον ἤλθομεν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀλλ' ὅμως καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὀνομάτων εὕρεσιν ἐμπορεύσασθαι ἔγνωμεν. Οὕτω καὶ οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες κατ' ἐμπορίαν ποιοῦσι πολλάκις, ὑπὲρ πραγματείας ὀλίγων τινῶν ἐπιδημήσαντες· ἐπειδὰν εἰς τὴν πόλιν ἐλθόντες, εἰς ἣν ἐστέλλοντο, ἴδωσι καὶ ἑτέρων ἀγωγίμων ἔχουσαν ἀφθονίαν, πολλῷ πλείονα τῆς παρεσκευασμένης ποιοῦνται τὴν ἐμπορίαν. Κἂν ἐγκαλέσῃ τις, ταῦτα λέγουσι τὰ ῥήματα· μακρὰν, φασὶν, ἤλθομεν ὁδὸν, πολλοὺς χειμῶνας ὑπεμείναμεν, πολλοὺς κινδύνους, διαπόντιον ἀποδημίαν ἐστειλάμεθα· τί δὴ κωλύει ἀφθονωτέραν γενέσθαι τὴν πραγματείαν ἡμῖν; Ταῦτα δὴ καὶ ἡμεῖς ἀπολογώμεθα. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ζητοῦντες περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ Παύλου, εὕρομεν ἐκ τῆς ἀκολουθίας καὶ ἑτέραν ἐμπορίαν ὀνομάτων, [b] οἷόν τι ὁ Πέτρος Σίμων ἐκαλεῖτο πρὸ τούτου, καὶ οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ βροντῆς ὠνομάσθησαν. Εὕρομεν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὸν Ἀβραὰμ πρὸ τούτου μὲν Ἄβραμ καλούμενον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰακὼβ Ἰσραὴλ μετακληθέντα, καὶ τὴν Σάῤῥαν Σάραν. Εὕρομεν πρὸς τούτοις, ὅτι ἕτεροί τινες οὐ μετωνομάσθησαν, ὥσπερ οὗτοι, ἀλλ' ἐξαρχῆς ἔλαβον τὰ ὀνόματα, ὥσπερ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, ὡς ὁ Ἰσαὰκ, ὡς ὁ Ἀδάμ. Ἄτοπον τοίνυν ἡμῖν ἔδοξεν εἶναι καὶ βλακείας ἐσχάτης, τοσοῦτον ἀπὸ τῶν χειρῶν ῥῖψαι θησαυρόν. Διὰ τοῦτο μακρότερον ἐποιήσαμεν τὸν λόγον, καὶ περὶ τῶν ἐξαρχῆς ὀνομασθέντων πρώην εἰπόντες, σήμερον διανοούμεθα περὶ τῶν διωνύμων εἰπεῖν, ὧν εἷς ἐστιν ὁ Ἀβραάμ. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ τοῦτο ἐκλήθη διαπαντὸς τὸ ὄνομα, καὶ οὐκ ἔσχεν ἕτερον· καὶ ὁ Ἰσαὰκ οὕτω πάλιν οὐκ ἐδέξατο δευτέραν προσηγορίαν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους Ἰσαὰκ ἐλέγετο· ὁ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ πατὴρ Ἄβραμ πρὸ τούτου μὲν ἐλέγετο, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀβραάμ. Εἶπε γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεὸς, φησὶν, Οὐκέτι ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἄβραμ, ἀλλὰ Ἀβραὰμ κληθήσεται τὸ ὄνομά σου. Καὶ γὰρ Ἄβραμ ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον, ἀλλὰ τοῦτο τὸ ὄνομα οὐκ ἔστιν Ἑλληνικὸν, οὐδὲ τῇ ἡμετέρᾳ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ τῶν Ἑβραίων οὕτω λέγεται. [a] Τί οὖν ἐστιν ἑρμηνευόμενον τὸ ὄνομα τοῦτο; Περάτης. Καὶ γὰρ τὸ Ἄβραμ τῇ Σύρων φωνῇ τὸ πέραν λέγεται, καὶ ἴσασιν ὅσοι τῆς φωνῆς ταύτης εἰσὶν ἔμπειροι. Πολλὴ δὲ τῇ Σύρων φωνῇ πρὸς τὴν τῶν Ἑβραίων γλῶτταν ἡ συγγένεια. Καὶ διὰ τί

erant ergo illa? De Saulo et Paulo tunc exquirebamus, quare aliquando Saulus, et aliquando Paulus vocatus sit; et inde digressi sumus in multorum nominum historiam Verum quia semel hinc solvimus, non videtur dignum esse, ut cum utilis adhuc occurrit negotiatio, temere eam prætereuntes negligamus. Nam licet propter Paulum in hoc argumentum devenerimus, nihilominus et aliorum nominum rationes hac negotiatione invenire possumus. Sicut et mercatores, qui mare navigant, et propter minuta quædam in longinquas terras proficiscuntur : cum venerint in petitam civitatem, viderintque copiam aliarum rerum sibi conducibilium, præter eas propter quas a patria exierunt, multo plura quam decreverant, mercantur. Quod si quis eos reprehendat, his se verbis tuentur : Longa via venimus, multas tempestates, multa pericula pertulimus, transmarinam suscepimus peregrinationem : quid igitur vetat negotiationem nostram fieri ampliorem? Talia utique et nobis dicere licet. Nam inquirentes de nominibus Pauli, invenimus consequenter et nundinationem aliorum nominum : nempe Petrum antea Simonem dictum : et filios Zebedæi Joannem et Jacobum filios tonitrui nuncupatos. Invenimus et in Veteri Abraham, qui antea Abram vocatus fuit : et Jacob Israëlem nominatum; et Sarram Saram. Invenimus præterea aliis non fuisse mutata nomina sicut istis, sed illos a principio sibi indita nomina retinuisse, sicut Joannes Baptista, Isaac et Adam. Absurdum igitur fuerit et extremæ desidiæ, tantum e manibus thesaurum abjicere. Nam ideo longiorem facimus sermonem, et quia nuper diximus de iis qui primum nomen retinuerunt, hodie de dionymis, sive de iis, qui duplici sunt nomine appellati, dicere mens est, quorum unus est Abraham. Adam eodem semper nomine vocatus est; Isaac aliam appellationem non accepit, sed ab initio ad finem Isaac dictus est. Pater autem Isaac prius quidem Abram dicebatur, postea vero Abraham. Dixit enim ad eum Deus : *Non erit ultra nomen tuum Abram, sed Abraham vocabitur nomen tuum.* Etenim Abram vocabatur prius : sed hoc nomen non est Græcum, neque nostra, sed Hebræorum lingua sic vocatur. Quid igitur significat hoc nomen? Transitor. Nam Abram Syrorum voce idem est quod trans vel ultra : Gen. 17. 5.

692 A B C D E

[b] [Savil. οἷόν τι.]

[a] Non esse veram hanc nominis Abram etymologiam jam supra vidimus in Homiliis in Genesim p. 354, ubi vide sis.

et sciunt qui linguæ ejus periti sunt. Magna quoque Syrorum cum Hebræa lingua cognatio est. Sed dicis, quare Transitor vocabatur? Judæa regio, hoc est, Palæstina omnis, quæ ab Ægypto usque ad Euphratem e regione jacet Babyloniæ, unde erat Abraham : et fluvius communis terminus utriusque terræ, medius utramque secat. Et quia Abraham non Palæstinus erat, sed ab ulteriori ripa fluminis venerat, nempe a Babylonia : ideo a loco et facto nomen accepit, et dictus est Transitor : quia a loco ulteriori fluminis venit. Quare autem fluvium transiit? Quia Deus jusserat. Et quare Deus jussit? Ut ostenderetur obedientia justi. Et quomodo ostensa fuit obedientia justi? Quia propter præceptum Dei patriam suam quam reliquit, pro aliena commutavit. Vides quanta catena rerum in appellatione justi nectatur? Ingens historiarum pelagus nomen hoc nobis aperuit. Disce igitur ejus nomen primum, ut cum videris eum Palæstinam incolentem, appellatione nominis in memoriam antiquæ patriæ ejus, et causæ propter quam eam reliquit, manuducaris, et ita ad imitandum eum admoneare. Ecce enim ut ille ante legem et sub lege vitam agens, philosophiam quoque tempore gratiæ traditam suscepit implendam, et ante tempus gratiæ fecit, quod postea discipulis Christus dixit : *Amen dico vobis, quod nullus est qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, qui non centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Non solum autem hinc apparet, quam sapienter vixerit justus, sed etiam Dei promissio hoc declarat. *Veni* enim, inquit, *in terram, quam monstravero tibi.* Nam tametsi utræque illæ regiones Chaldæa et Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena : illa certa, hæc incerta : illa in manibus, hæc in spe : ipse autem relictis certis, manifestis, et iis quæ in manu erant, festinavit et transiit ad incerta, incognita, et ad ea in quibus sibi non licebat dominari, ut persuadeat erudiatque, neque contradicendum, neque cunctandum, quando Deus manifesta relinquere jubet, et ad ea quæ non apparent respicere. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in spe : non enim sic manifesta est præsens hæc vita ut futura illa. Hanc enim videmus nostris oculis, illam videmus oculis fidei : hanc videmus in manibus nostris positam, illam videmus in promissionibus Dei custoditam.

Euphrates limes Palæstinæ et Babyloniæ.

Abraham discipulis Christi par.

Matth. 19. 28. 29.

Gen. 12. 1.

Promissa

4. Promissiones autem Dei multo certiores

περάτης ἐλέγετο, φησίν; Ἡ Ἰουδαία χώρα, τουτέστιν, ἡ Παλαιστίνη πᾶσα, ἡ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου μέχρι τοῦ Εὐφράτου, κατ' ἀντικρὺ κεῖται τῆς Βαβυλωνίας, ὅθεν ἦν ὁ Ἀβραάμ· καὶ μέσος ῥεῖ δι' ἀμφοτέρων ὁ ποταμὸς, κοινὸν μεθόριον ὢν ἑκατέρας τῆς γῆς. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθεν ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας, διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τοῦ πράγματος τὸ ὄνομα ἔλαβε, καὶ περάτης ἐλέγετο, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθε. Διὰ τί δὲ ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθεν; Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐκέλευσε. Καὶ διὰ τί ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν; Ἵνα δείξῃ τὴν ὑπακοὴν τοῦ δικαίου. Καὶ πῶς ἐδείκνυ τὴν ὑπακοὴν τοῦ δικαίου; Ὅτι διὰ τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα τὴν οἰκείαν ἀφεὶς, τὴν ἀλλοτρίαν ἀντὶ ἐκείνης ἠλλάξατο. Εἶδες πόση πλέκεται σειρὰ ἀπὸ τῆς τοῦ δικαίου προσηγορίας; Ὁλόκληρον ἡμῖν πέλαγος ἱστορίας τὸ ὄνομα ἤνοιξε τοῦτο. Μάθε τοίνυν αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ παλαιὸν, ἵνα ὅταν ἴδῃς αὐτὸν τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦντα, διὰ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ πρὸς τὴν ἀρχαίαν πατρίδα χειραγωγούμενος, καὶ μανθάνων τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτὴν ἐγκατέλιπεν, ἱκανὴν πρὸς τὸν αὐτὸν ζῆλον λάβῃς παράκλησιν. Ἄνθρωπος γὰρ πρὸ νόμου καὶ τῆς ἐννόμου πολιτείας ὤν, τὴν ἐν τῇ χάριτι φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο, καὶ ὅπερ ἔλεγεν ὕστερον ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ὃς οὐχ ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει· τοῦτο ἐκεῖνος διὰ τῶν ἔργων πρὸ τῆς χάριτος ἐποίησεν. Οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ μόνον τὴν φιλοσοφίαν ἐστὶν ἰδεῖν τοῦ δικαίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑποσχέσεως αὐτῆς τοῦ Θεοῦ. Δεῦρο γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Εἰ γὰρ καὶ ἀμφότεραι αἰσθηταὶ αἱ πατρίδες, ἀλλ' ἡ μὲν οἰκεία ἦν, ἡ δὲ ἀλλοτρία· καὶ ἡ μὲν φανερὰ, ἡ δὲ ἄδηλος· καὶ ἡ μὲν ἐν χερσὶν, ἡ δὲ ἐν ἐλπίσι· καὶ ὅμως τὰ φανερὰ καὶ δῆλα καὶ τὰ ἐν χερσὶν ἀφεὶς, πρὸς τὰ ἀφανῆ καὶ ἄδηλα, καὶ ὧν οὐκ ἦν κύριος ἔτρεχεν, ἵνα σε πείσῃ καὶ παιδεύσῃ, ὅταν ὁ Θεὸς τὰ μὲν δῆλα ἀφεῖναι κελεύῃ, πρὸς δὲ τὰ ἄδηλα βλέπειν, μὴ ἀντιλέγειν, μηδὲ ἀμφισβητεῖν. Οὐ γὰρ οὕτω δῆλά ἐστι τὰ ἐν χερσὶν, ὡς ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐλπίσιν· οὐχ οὕτω δήλη ἐστὶν ἡ παροῦσα ζωὴ, ὡς ἐκείνη ἡ μέλλουσα. Ταύτην μὲν γὰρ ὁρῶμεν τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς, ἐκείνην ὁρῶμεν τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς· ταύτην ὁρῶμεν ἐν ταῖς ἡμετέραις χερσὶ κειμένην, ἐκείνην ὁρῶμεν καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις τοῦ Θεοῦ φυλαττομένην.

Αἱ δὲ ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ πολλῷ δυνατώτεραι

τῶν ἡμετέρων χειρῶν. Βούλει μαθεῖν πῶς αὕτη μὲν B sunt, quam quæ in nostris sunt manibus. Vis Dei certissima.
ἡ ζωὴ ἡ παροῦσα ἐν ἀδήλῳ κεῖται διαπαντὸς, ἐκείνη discere quomodo hæc quidem vita in incerto sita
δὲ ἡ μέλλουσα, ἡ δοκοῦσα ἄδηλος εἶναι, φανερωτέρα est semper, futura autem illa, quæ videtur in-
τῆς παρούσης ἐστὶ καὶ βεβαιοτέρα καὶ μόνιμος; Ἐξε- certa esse, hac præsenti certior sit et solidior?
τάσωμεν, εἰ δοκεῖ, τὰ λαμπρὰ τῆς παρούσης ζωῆς, Inquiramus, si placet, quæ sunt illa præsentis
τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τὴν δυναστείαν, τὰς τιμὰς vitæ præclara; divitiæ, gloria, potentia; ma-
τὰς παρὰ ἀνθρώπων· καὶ ὄψει τούτων οὐδὲν ἀδηλότε- gnum existimari ab hominibus : et videbis
ρον. Τί γὰρ ἀπιστότερον πλούτου, τοῦ μηδὲ μέχρι nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius
τῆς ἑσπέρας πολλάκις ἡμῖν παραμένοντος; Καθάπερ divitiis, quæ sæpe nec usque ad vesperam nobis
γὰρ δραπέτης ἀγνώμων ἀπὸ τούτου εἰς ἐκεῖνον συν- permanent? Sicut enim ingratus transfuga, ab
εχῶς μεθίσταται, καὶ πάλιν ἀπὸ τούτου πρὸς ἄλλον. hoc ad illum, et ab illo ad alium subinde trans-
Τοιοῦτόν τι καὶ ἡ δόξα ἐστίν. Ὁ γὰρ πρὸ τούτου C eunt. Hujusmodi est gloria. Sæpenumero qui
λαμπρὸς καὶ ἐπίσημος, ἄτιμος καὶ ἀνώνυμος ἐξαίφνης clarus erat et nobilis, repente contemtus et igno-
γίνεται· καὶ τὸ ἐναντίον πάλιν. Καὶ καθάπερ τὸν τρο- bilis habetur : et e diverso quoque sæpe ob-
χὸν συνεχῶς στρεφόμενον οὐκ ἔστιν ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ αὐ- scuri subito clarescunt. Et sicut videri nequit Res hujus vitæ quam incertæ.
τοῦ τῆς ἄντυγος μέρους· τῇ γὰρ πυκνότητι τῆς δίνης in rota, quæ continuo versatur, aliqua pars ejus,
διαπαντὸς τὰ ἄνω κάτω γίνεται, καὶ τοὐναντίον πά- eo quod crebra circumferentia semper summa
λιν· οὕτω καὶ ἡ τῶν πραγμάτων τῶν ἡμετέρων φορὰ fiunt ima, et ima summa : ita et nostrarum rerum
συνεχῶς στρεφομένη, τὰ ἄνω κάτω ποιεῖ· οὕτω καὶ impetus, dum continuo vertuntur, summa facit
ἐπὶ τοῦ πλούτου καὶ ἐπὶ τῆς δυναστείας καὶ ἐπὶ τῶν infima : ut videre licet in divitiis, potentiis, et
ἄλλων ἁπάντων. Οὐδέποτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἕστηκεν aliis. Numquam enim in eodem statu manent,
ἕδρας, ἀλλὰ τὰ τῶν ποταμῶν μιμεῖται ῥεύματα, μη- sed semper instabiles fluminum fluxus imitan-
δαμοῦ ποτε ἱστάμενα. Τί οὖν τούτων γένοιτ' ἂν ἀδη- tur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro
λότερον, τῶν οὕτω συνεχῶς μεταβαλλομένων, καὶ D transferuntur, et priusquam recte appareant,
πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπταμένων, πρὶν ἢ παραγενέσθαι avolant, priusquam adveniant, resiliunt? Unde
ἀποπηδώντων; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης περὶ τρυφῆς propheta de deliciis et divitiis deque rebus ta-
καὶ πλούτου καὶ τῶν τοιούτων διαλεγόμενος, καὶ σκώ- libus disserens, et eos insectans qui illis quasi
πτων εἰς τοὺς πρὸς αὐτὰ κεχηνότας ὡς διαμένοντα, permanentibus vacant, dicit : *Reputarunt hæc* Amos 6. 5.
φησίν· Ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο ταῦτα, καὶ οὐχ ὡς *quasi stantia, et non quasi fugientia.* Non
φεύγοντα. Οὐκ εἶπεν, οὐ παρερχόμενα, ἀλλ', ὃ dixit, quasi prætereuntia, sed, quod multo majus,
πολλῷ μεῖζόν ἐστιν, Ὡς φεύγοντα· οὐδὲ γὰρ ἡρέμα *Quasi fugientia* : non enim paulatim recedunt,
ἀναχωρεῖ, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους. Ἀλλ' οὐχ ὁ sed mira celeritate. At patriarcha ille non sic
πατριάρχης οὕτως, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἀφεὶς, πρὸς egit, sed relictis omnibus illis, tantum ad pro-
τὰς ἐπαγγελίας τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ μόνον ἔβλεπε, missiones Dei spectavit, viam nobis parans ad
προοδοποιῶν ἡμῖν πρὸς τὴν τῶν μελλόντων πίστιν, futurorum fidem : ut cum promiserit tibi Deus
ἵν', ὅταν ἐπαγγέλληταί σοι ὁ Θεὸς τὰ μέλλοντα καὶ E futura et quæ non videntur, ne dicas, hæc esse
οὐχ ὁρώμενα, μὴ λέγῃς, ὅτι ἄδηλά ἐστιν ἐκεῖνα καὶ incerta et obscura. Incerta enim illa certiora
ἀφανῆ. Τὰ γὰρ ἄδηλα ἐκεῖνα τούτων ἐστὶ σαφέστερα sunt iis quæ videntur, modo oculos fidei ha-
τῶν ὁρωμένων, ἐὰν τοὺς τῆς πίστεως ἔχωμεν ὀφθαλ- beamus. Quamvis enim illa non videamus,
μούς. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἑωράκαμεν αὐτὰ, ἀλλ' ὁ Θεὸς Deus tamen ea promisit, et pollicitus est. Quan-
αὐτὰ ἐπηγγείλατο καὶ ὑπέσχετο. Ὅταν ὁ Θεὸς ἐπαγ- do Deus promittit, nulla variatio promissionibus
γέλληται, οὐδεμία μεταβολὴ τῶν ὑποσχέσεων ἅπτε- adjungitur; atque adeo illa maxime manent,
ται· ὥστε ἐκεῖνα μάλιστα μένει καὶ πέπηγεν ἐν τῇ quæ in manu Dei sunt. *Ex manu* enim *Dei,* Joan. 10.
χειρὶ τοῦ Θεοῦ. Ἐκ γὰρ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἁρ- inquit, *nullus rapere potest.* Igitur quia nullus 29.
πάζειν οὐδεὶς δύναται, φησίν. Ἁρπάζειν ἐκ τῆς rapere potest ex manu Dei, certus ille thesaurus
χειρὸς τοῦ Πατρός μου οὐδεὶς δύναται. Ἐπεὶ οὖν 694 semper manet. Præsentia autem omnigenis va-
οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ, A riationibus et vicissitudinibus sunt obnoxia;
ἐν δήλῳ μένει θησαυρῷ διαπαντός. Ταῦτα δὲ παν- ideo pro eis sæpe laborem ferimus, et fine eorum
τοίαις μεταβολαῖς ὑπόκειται καὶ τροπαῖς· διὰ τοῦτο frustramur. In iis autem quæ speramus, non ita
πολλάκις τὸν μὲν πόνον αὐτῶν ὑπομένομεν, τοῦ est, sed is qui laboravit, necessario coronas et
δὲ τέλους αὐτῶν ἀπυστερούμεθα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐλπί- præmia consequitur. Nam *Spes non pudefacit,* Rom. 5. 5.
δων ἐκείνων οὐκ ἔνι τοῦτο, ἀλλὰ τὸν πονέσαντα πάν- quia Dei est promissio : et dona promissa se-

quuntur ejus naturam, qui promisit. Relictis igitur incertis, apprehende ea quæ conspicua sunt : conspicua autem sunt, non præsentia, sed futura. Jam quod aliqui ad præsentia spectant, et futura respuunt : non ideo respuunt, quod obscura et incerta, sed quod sublimia sint, et supra suam imbecillitatem. Considera igitur quanta sit virtus justi. Promiserat ei Deus corporalia, et ipse spiritualia quærebat. Ubi, dices, promisit ei Deus corporalia, et ipse spiritualia quæsivit? *Egredere,* inquit, *de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero tibi.* Corporalis erat terra prior, ut et futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? Imo non illum, sed audiamus de illo dicentem Paulum, ut discamus eum, licet hanc terram promisisset Deus, relictis tamen præsentibus, eam non respexisse, sed festinasse ad futura. Quid igitur Paulus dicit? *Juxta fidem mortui sunt hi omnes,* de Abraham loquens, Isaac et Jacob, et justis omnibus. Neque enim Abraham solus, sed omnes ejusdem erant philosophiæ participes. *Juxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent.* Quid dicis? non obtinuit Abraham promissiones? non venit in Palæstinam? Falsa ergo ea quæ dicta sunt? Nequaquam, inquit. Venit quidem in Palæstinam, non hanc autem spectavit, sed aliam quæ in cælis, desideravit. Cujus rei et Paulus testis, cum adjicit : *Et confessi sunt se hospites et peregrinos in terra.* Hospesne est, qui tantam accepit patriam, et tantam regionem? dic, obsecro. Sane, inquit : non enim hanc, sed cælum spectavit. *Nam qui hæc dicunt,* inquit, *declarant se aliam inquirere patriam, cujus artifex et opifex est Deus,* illam, inquam, Jerusalem cælestem, et supernam. Vidisti quomodo promiserit illi Deus corporalem, et ipse quæsierit supernam Jerusalem? *Qui enim hæc dicunt,* inquit, *significant se patriam inquirere. Ac si illius quidem meminissent, ex qua sunt egressi, tempus illis redeundi suppeteret : jam vero alterius melioris desiderio ducuntur, hoc est, cælestis.* Itaque corporalis est promissio, spirituale autem justi desiderium. At nos plane diversa facimus. Deus illi promiserat Palæstinam, sed ille spectabat cælum : nobis promissum est cælum, et ad terram tendimus.

Gen. 12. 1.

Hebr. 11. 13.

Ibid.

Ibid. v. 14. 10.

Ibid. v. 15. 16.

5. Hæc lucra ex Abraham nobis contigerunt, quia nomen ejus didicimus, et quare Transitor dictus sit, et quod relicta terra sua in alienam

τως δεῖ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιτυχεῖν. Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Θεοῦ γάρ ἐστιν ὑπόσχεσις, καὶ τὴν ὑποσχόμενον μιμεῖται τὰ δῶρα. Ἀφεὶς τοίνυν τὰ ἄδηλα, κάτεχε τὰ φαινόμενα· τὰ γὰρ φαινόμενα οὐ τὰ παρόντα ἐστὶν, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα. Εἰ δέ τινες, πρὸς τὰ παρόντα ἐπτοημένοι, τῶν μελλόντων ὑπερορῶσιν, ἐπειδὴ ἀσθενέστεροί εἰσι τοῦ ὕψους τῆς ἐλπίδος ἐκείνης, διὰ τοῦτο ὑπερορῶσιν, οὐκ ἐπειδὴ ἀφανῆ B ταῦτά ἐστι καὶ ἄδηλα. Σκόπει γοῦν τὴν φιλοσοφίαν τοῦ δικαίου. Ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο αὐτῷ αἰσθητὰ πράγματα, καὶ αὐτὸς νοητὰ ἐζήτει. Καὶ ποῦ ὁ Θεὸς αἰσθητὰ αὐτῷ ἐπηγγείλατο, αὐτὸς δὲ νοητὰ ἤθελεν; Ἔξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Αἰσθητὴ καὶ ἡ προτέρα γῆ, καὶ ἡ μέλλουσα δίδοσθαι ὕστερον. Τί οὖν αὐτός; Μᾶλλον δὲ μὴ αὐτοῦ ἀκούσωμεν, ἀλλὰ Παύλου περὶ αὐτοῦ λέγοντος, ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ πρὸς ταύτην ἔβλεπε τὴν γῆν, εἰ καὶ ταύτην ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὰ παρόντα ἀφεὶς, πρὸς τὰ μέλλοντα C ἐκεχήνει. Τί οὖν ὁ Παῦλός φησι; Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, περὶ Ἀβραὰμ λέγων, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τῶν δικαίων ἁπάντων. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ μόνος, ἀλλὰ πάντες τῆς αὐτῆς ἦσαν φιλοσοφίας κοινωνοί. Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες. Τί λέγεις; οὐκ ἐκομίσατο τὰς ἐπαγγελίας ὁ Ἀβραὰμ, οὐδὲ ἦλθεν εἰς τὴν Παλαιστίνην; Ψεῦδος οὖν τὰ εἰρημένα; Οὐχὶ, φησίν. Ἦλθε μὲν γὰρ εἰς τὴν Παλαιστίνην, οὐ πρὸς ταύτην δὲ ἔβλεπε τὴν ἐπαγγελίαν, ἀλλ' ἑτέρας ἐπεθύμει τῆς ἐν οὐρανοῖς, καὶ τῶν D παρόντων ξένον ἑαυτὸν ἐνόμιζεν εἶναι ἁπάντων. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτῷ μαρτυρῶν ὁ Παῦλος ἐπήγαγε· Καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσι. Ξένος ὁ πατρίδα λαβὼν, εἰπέ μοι, καὶ χώραν τοσαύτην; Ναὶ, φησίν· οὐ γὰρ πρὸς ταύτην, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἔβλεπεν. Οἱ γὰρ ταῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσιν, ὅτι ἑτέραν πατρίδα ζητοῦσιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ἐκείνην τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἄνω. Εἶδες πῶς ἐπηγγείλατο αὐτῷ ὁ Θεὸς αἰσθητά; πῶς ἐκεῖνος τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐζήτει; Οἱ γὰρ ταῦτα λέγοντες, φησὶν, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα E ζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμέμνηντο, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι· νυνὶ δὲ ἑτέρας κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν, ἐπουρανίου. Οὐκοῦν αἰσθητὴ μὲν ἡ ὑπόσχεσις, νοητὴ δὲ ἡ ἐπιθυμία τοῦ δικαίου, ἀπεναντίας ἡμῖν. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐπηγγείλατο τὴν Παλαιστίνην, ὁ δὲ περιεβλέπετο τὸν οὐρανόν· ἡμῖν δὲ ἐπαγγέλλεται τὸν οὐρανὸν, καὶ πρὸς τὴν γῆν κεχήναμεν.

Ταῦτα ἐκερδάναμεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ὀνόματος, μαθόντες διὰ τί περάτης ἐλέχθη, καὶ ὅτι τὴν οἰκείαν 695 A ἀφεὶς γῆν, πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν μετέστη; καὶ τὰ

BRANCH OF THE ASIATIC SOCIETY

δῆλα παραδραμὼν, πρὸς τὰ ἄδηλα ἔβλεπε, τὰ ἐν χερσὶ ῥίψας, ἐκεχήνει πρὸς τὰ ἐν ἐλπίσι, καὶ αἰσθητὰ λαβὼν, πρὸς τὰ νοητὰ ἀνετείνατο, καὶ ταῦτα πρὸ τῆς χάριτος, πρὸ τοῦ νόμου, πρὸ τῆς ἀπὸ τῶν προφητῶν διδασκαλίας. Ὅθεν δῆλον, ὡς οὐδένα ἔσχε καθηγητὴν, ἀλλ' ἤρκεσεν αὐτῷ ἡ φύσις τοὺς τοῦ συνειδότος κινήσασα λογισμοὺς, καὶ οὕτως εὗρε τὸν Θεὸν τὸν τοῦ παντὸς δημιουργόν· διὰ τοῦτο Ἄβραμ ἐλέγετο, διὰ τοῦτο καὶ οἱ γονεῖς αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐπέθηκαν τοῦτο. Ἀλλὰ τάχα ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι τοῦτο ψεῦδος. Μὴ γὰρ δίκαιοι ἦσαν οἱ γονεῖς τοῦ Ἀβραάμ; B μὴ γὰρ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ; μὴ γὰρ ᾔδεισαν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι; μὴ γὰρ προεώρων τὴν ὑπόσχεσιν τὴν παρὰ τοῦ Δεσπότου μέλλουσαν ῥηθήσεσθαι; οὐχὶ ἀσεβεῖς ἦσαν καὶ εἰδωλολάτραι, βαρβάρων βαρβαρικώτατοι; Οἶδα κἀγὼ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαινῶ τὸν δίκαιον, ὅτι τοιούτους ἔχων πατέρας, τοιοῦτος αὐτὸς ἐγένετο. Καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἐξ ἀλλοτρίας ῥίζης καὶ ἀγρίας ἥμερος ἠνέχθη καρπός. Οὐ γάρ ἐστι κατηγορία παίδων ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων ἡ τῶν πατέρων κακία, ἀλλ' εἰ χρή τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, καὶ ἐγκώμιον μᾶλλον, ὅτι μὴ παρὰ προγόνων δεξάμενοι τὴν εὐσέβειαν, μηδὲ τοὺς χειραγωγοῦντας ἔχοντες, C ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ ὁδεύοντες, ἠδυνήθησαν τὸν ὁδὸν τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν εὑρεῖν. Οὐ τοίνυν κατηγορία ἀσεβῆ πατέρα ἔχειν, ἀλλὰ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέβειαν τοῦ πατρός· καὶ ἔγκλημα μέγιστον, οὐχ ὅταν φαύλους ἔχωμεν γονεῖς, ἀλλ' ὅταν αὐτῶν μὴ ἐπιμελώμεθα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν πάντα εἰσφέρωμεν πρὸς τὸ τῆς κακίας αὐτοὺς ἀπαλλάξαι ταύτης. Ὡς ὅταν ἡμεῖς μὲν πάντα ἐπιδειξώμεθα περὶ τὴν ἐκείνων ψυχὴν, ἐκεῖνοι δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῶν μένωσι πονηρίας, πάσης μέμψεως ἀπηλλάγμεθα καὶ αἰτίας. Ταῦτα δὲ εἶπον, ἵνα μὴ αἰσχυνθῇς, ἀγαπητὲ, ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι πατέρα ἀσεβῆ ἔσχεν ὁ Ἀβραάμ. Καὶ D γὰρ ὁ Τιμόθεος ἀσεβῆ πατέρα εἶχεν· Υἱὸς γὰρ Ἰουδαίας γυναικὸς ἦν, φησὶ, πιστῆς μητρὸς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος. Καὶ ὅτι ἔμεινεν ἐν ἀσεβείᾳ καὶ οὐ μετεβάλλετο ὁ πατὴρ, δῆλον ἐκεῖθεν· ἐπαινῶν γὰρ τοῦ Τιμοθέου τὴν πίστιν, οὕτω φησὶν ὁ Παῦλος· Ἥτις ἐνῴκησεν ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ μητρὶ Εὐνίκῃ, πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί. Καὶ οὐδαμοῦ τοῦ πατρὸς τὸ ὄνομα. Διὰ τί; Ὅτι ἐν τῇ ἀσεβείᾳ ἔμεινεν, οὐκ ἦν ἄξιος ἀριθμεῖσθαι μετὰ τοῦ παιδός. Καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ πονηροὺς ἔσχον πατέρας, καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ Χριστὸς εἰπών· Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ E ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλουσι; Διὰ τοῦτο αὐτοὶ ἔσονται κριταὶ ὑμῶν. Ἀλλὰ μή σε θορυβείτω τοῦτο, μηδὲ σκανδαλιζέτω. Καὶ γὰρ ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι οὐ φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετή. Εἰ γὰρ φύσεως ἦν, πάντως ἂν οἱ πονηροὶ πονηροὺς ἔτεκον, καὶ οἱ χρηστοὶ τοιού-

concessit, præteritisque certis ad incerta se convertit, abjectis iis quæ in manibus, aspiravit ad ea quæ spe concipiebat, et acceptis sensibilibus ad spiritualia tetendit, idque ante gratiam, ante legem, ante prophetarum doctrinam. Unde manifestum est, eum præceptore caruisse, eique satis fuisse naturam moventem cogitationes conscientiæ, ut sic inveniret Opificem universi: et propter hoc dicebatur Abram, quod nomen ei parentes ea de causa indiderunt. Sed forte statim dixerit aliquis: Mendacium hoc est. Parentes Abrahæ num justi fuerunt? num placuerunt Deo? num sciverunt futura? num pollicitationem a Domino dandam præviderunt? annon impii erant et idololatræ, plusquam barbari? Scio et ego, ac propterea laudo justum, quod tales parentes habens, talis ipse factus sit. Etenim valde rarum et admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At non accusandi sunt ob parentum malitiam filii pie viventes, sed si quid admirabile dicendum est, eo magis laudandi, quod cum pietatem a parentibus non acceperint, nec habuerint qui manu ducerent, quasi in eremo et invio euntes, viam quæ in cælum fert, invenire potuerint. Non igitur crimen est, habere patrem impium, sed imitari patris impietatem; et crimen est maximum, non quod habeamus improbos parentes, sed quod illorum non agamus curam, neque pro virili nostra demus operam, ut ab impietate sua eos eruamus. Itaque ubi nos illorum animæ, quantum in nobis situm est, subsidium tulerimus, illi vero in sua improbitate perseverarint, ab omni crimine ac reprehensione sumus immunes. Hæc autem dixi, ut ne turberis, dilecte, cum audis Abraham impium patrem habuisse. Nam et Timotheus impium patrem sortitus fuit: *Filius* enim *Judææ mulieris erat, fidelis matris, patris autem gentilis.* Et quod pater ejus manserit in impietate et non fuerit conversus, manifestum est ex hoc: laudans enim Timothei fidem Paulus, sic dicit: *Quæ habitavit in avia tua Loïde, et matre tua Eunice, confido autem quod et in te.* Nusquam hic patris nomen legitur. Et quare? Quia in impietate perseverans, non erat dignus qui cum filio numeraretur. Et apostolos malos habuisse patres declaravit Christus, cum dixit: *Si ego in Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejicient? Propter hoc ipsi erunt judices vestri.* Sed te ne turbet hoc, neque offendat. Nam ex hoc discimus, non naturæ, sed voluntatis esse vitium et

Ex impiis patribus pii quandoque filii.

Act. 16. 1.

2. *Tim.* 1. 5.

Matth. 12. 27.

Virtus et vitium non naturæ, sed liberi arbitrii.

virtutem. Enimvero si naturæ esset, omnino mali malos parerent, et boni bonos : sed quia electionis et voluntatis est probum vel improbum esse, idcirco sæpe malis patribus boni filii, et ignavis filiis studiosi patres fuerunt, ut non naturæ, sed voluntati semper illa imputemus. Verum cum parentes Abrahæ, ut dixi, fuerint impii, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus divinæ sapientiæ per incredulam linguam dispensantis, ut puero nomen imponeretur, habens in se futurorum historiam. Nam eamdem virtutem et in Balaam declaravit, cogens eum futura prædicere : declarans se non solum in suis, sed et in alienis dominari posse. Et ut discas, parentes etiam non valde pios, sæpius nescios imponere nomina justis, quæ multam futurorum dispensationem declarent, docebimus etiam alio exemplo. Lamech qui fuit pater Noë, illius Noë cujus tempore factum est diluvium, non erat justus, non Deo gratus, non Deo probatus : nam si justus, si Deo gratus et acceptus fuisset, non dixisset, Noë solum perfectum inventum in generatione sua : neque præteriisset justi patrem, si justus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarum rerum haberet historiam, eratque appellatio justi prophetia. Significabat enim nomen ejus futurum diluvium. Quomodo? Nomen ejus Hebraïca lingua vocavit Noë, quod interpretatum est, quietis auctor. Nia enim Syrorum voce quies est. Sicut igitur Abraham ab Abar, quod est trans vel ultra, dictus est, et Adam ab Ædem, quod est terra, eo quod sit terrenus : ita hic a Nia vocatus est Noë, hoc est, auctor quietis : declarat autem hoc et adjecta particula. Vocavit enim eum Noë, dicens : *Hic nos quiescere faciet,* quietem diluvium vocans. Nam quia sub illo futurum erat diluvium, diluvium autem mors fuit, *Mors* vero *quies viro est :* idcirco hominem, sub quo diluvium factum est, quietis auctorem vocavit.

Num. 23.

Gen 6. 9.

Gen. 5. 29.

Nomen Noë quomodo interpretandum.

Genes. 5. 29.

Job. 3. 23.

τους· ἐπειδὴ δὲ προαιρέσεώς ἐστι τὸ φαῦλον εἶναι καὶ σπουδαῖον, διὰ τοῦτο καὶ πατέρων πονηρῶν παῖδες ἐγένοντο χρηστοὶ, καὶ παίδων ῥᾳθύμων πατέρες σπουδαῖοι πολλάκις, ἵνα μὴ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ πανταχοῦ ταῦτα ἑκάτερα λογιζώμεθα. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ὅτι ἀσεβεῖς ὄντες οἱ γονεῖς τοῦ Ἀβραὰμ, πῶς τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐπέθηκαν τοῦτο; Τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας μάλιστα ἔργον καὶ τοῦτο ἦν διὰ ἀπίστου γλώττης οἰκονομήσαντος ἐπιτεθῆναι ὄνομα, τῶν μελλόντων ἔχον τὴν ἱστορίαν. Καὶ γὰρ τὸν Βαλαὰμ ἠνάγκασέ ποτε τὰ μέλλοντα εἰπεῖν, τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπιδεικνύμενος, καὶ δηλῶν ὅτι οὐχὶ ἐν τοῖς οἰκείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις κρατεῖν δύναται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐπὶ τῶν δικαίων, κἂν μὴ εὐσεβεῖς ὦσιν οἱ πατέρες, πολλάκις οὐκ εἰδότες ἐπιτιθέασιν ὀνόματα πολλὴν τῶν μελλόντων δηλοῦντα τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἐξ ἑτέρου σοι παραδείγματος τοῦτο ποιήσω φανερόν. [a] Ὁ Λάμεχ ὁ τοῦ Νῶε πατὴρ, τοῦ Νῶε ἐκείνου, ἐφ' οὗ ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, οὐκ ἦν δίκαιος, οὐκ ἦν εὐάρεστος τῷ Θεῷ, οὐκ ἦν δόκιμος τῷ Θεῷ· εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, εἰ ἦν εὐάρεστος, εἰ ἦν εὐδόκιμος τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι Νῶε μόνος εὑρέθη τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· οὐκ ἂν παρέδραμε τοῦ δικαίου τὸν πατέρα, εἰ δίκαιος ἦν. Τί οὖν ἐκεῖνος; Ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ παιδίῳ, πολλὴν ἔχον τῶν μελλόντων πραγμάτων τὴν ἱστορίαν, καὶ αὐτὸ προφητεία ἦν ἡ προσηγορία τοῦ δικαίου. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν ἔσεσθαι ἐδήλου. Καὶ πῶς τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι κατακλυσμὸν ἐδήλου τὸ ὄνομα τοῦ Νῶε; Τὸ, Νῶε, τοῦτο τὸ ὄνομα Ἑβραϊκῇ λέγεται γλώττῃ καὶ ἑρμηνεύεται, ὁ ἀναπαύων. Τὸ γὰρ, Νία, τῇ Σύρων φωνῇ, ἀνάπαυσίς ἐστιν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ ἀπὸ τοῦ Ἄβαρ, ὅπερ ἐστὶ πέρα, Ἀβραὰμ ἐλέγετο, καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰδὲμ, ὅπερ ἐστὶ γῆ, Ἀδὰμ ἐλέγετο, ὅπερ ἐστὶ γήϊνος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ τοῦ Νία, ὅπερ ἐστὶν ἀνάπαυσις, Νῶε ἐκλήθη, ὅπερ ἐστὶν ἀναπαύων· δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ ἐπαγωγή. Ἐκάλεσε γὰρ αὐτὸν Νῶε, λέγων· Οὗτος ἡμᾶς διαναπαύσει, ἀνάπαυσιν τὸν κατακλυσμὸν καλῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἐπ' αὐτοῦ ὁ κατακλυσμὸς γίνεσθαι, ὁ δὲ κατακλυσμὸς θάνατος ἦν, Θάνατος δὲ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ κατακλυσμὸς, τὸν ἀναπαύοντα ἐκάλεσε.

6. Et quod non torqueam Scripturas, ex Scriptura ipsa audiamus hoc. *Vixit Lamech annos centum octoginta octo, et genuit filium, e vocavit nomen ejus Noë, dicens : Hic nos quiescere faciet a laboribus nostris et mœroribus et ab operibus manuum nostrarum, et a terra, cui maledixit Dominus.* Quid ais, *Quie-*

Gen. 5. 28. 29

Καὶ ὅτι οὐ βιάζομαι τὴν ἑρμηνείαν, ἀπ' αὐτῆς τῆς Γραφῆς ἀκούσωμεν τοῦτο. Ἔζησε Λάμεχ ἔτη ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε, λέγων· οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πόνων ἡμῶν, καὶ τῶν λυπῶν, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο ὁ Θεός. Τί λέγεις, Ἀναπαύσει ἡμᾶς; Καὶ

[a] His similia habes supra in Homiliis in Genesim. Ubi de nomine Noë pene eadem. Vide notam ibi. Hic autem adjicit Nia Syrorum lingua esse *quietem.*

διὰ τί μὴ εἶπε, φησὶν, οὗτος ἀποκτενεῖ ἡμᾶς, οὗτος E
ποιήσει τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι· ἀλλ' εἶπεν, Ἀνα-
παύσει ἡμᾶς; Ἀνεστοιχειώθη ἡ κτίσις ἅπασα, ἄβυσσοι
ἀνερράγησαν κάτωθεν, καταῤῥάκται ἀνεῴχθησαν ἄνω-
θεν, ἅπαντα πέλαγος ἦν ξένον καὶ παράδοξον καὶ φρι-
κῶδες, καὶ ἐν τάφῳ κοινῷ τῇ ἰλύϊ καὶ σώματα ἀνθρώ-
πων καὶ σώματα ἵππων καὶ θηρίων ἐκρύπτετο· καὶ
τοσαῦτα κακὰ, εἰπέ μοι, καὶ τοσαύτην συμφορὰν ἀνά-
παυσιν καλεῖς; Ναὶ, φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν κακίᾳ ἔζων
οἱ ἄνθρωποι, ὁ δὲ κατακλυσμὸς τὴν κακίαν ἀνέκοψεν, 697
οἱ τῆς κακίας ἀπαλλαγέντες ἀνέπαυσαν. Καθάπερ γὰρ A
σῶμα ποικίλοις νοσήμασι κατεχόμενον, καὶ ἰατρείαν
οὐδεμίαν εὑρίσκον, ἐὰν ἐπελθὼν ὁ θάνατος λάβῃ, ἀνέ-
παυσεν· οὕτω δὴ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων γε-
νεὰν, καθάπερ σῶμα ἀνίατα νοσοῦν καὶ πολλοῖς προ-
κατειλημμένον δεινοῖς παραμυθίαν οὐδεμίαν ἔχουσιν,
ἐπελθὼν ὁ κατακλυσμὸς ἐξήρπασε καὶ ἀνέπαυσεν. Εἰ
γὰρ Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἐν
κακίᾳ ἀδιορθώτως ζῶσιν ἀνάπαυσις ὁ θάνατος, τῶν
πόνων αὐτοὺς ἀπαλλάττων, καὶ οὐκ ἐῶν περαιτέρω
τῆς πονηρίας τὴν νομὴν προελθεῖν, οὐδὲ βαρύτερον
τοῦ ὄντος γενέσθαι τῶν ἁμαρτημάτων τὸ φορτίον. Οὐ-
δὲν γὰρ οὕτω βαρὺ καὶ δυσβάστακτον, ὡς ἁμαρτίας
φύσις· οὐδὲν οὕτω κάματον καὶ πόνον ἡμῖν παρέχει,
ὡς τὸ τῆς πονηρίας εἶδος καὶ τὰ πλημμελήματα. Διὰ B
τοῦτο ὁ Χριστὸς τοῖς ἐν ἁμαρτίαις ζῶσιν ἔλεγε· Δεῦτε
πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀνα-
παύσω ὑμᾶς. Διὰ ταῦτο καὶ ὁ Λάμεχ ἀνάπαυσιν τὸν
κατακλυσμὸν ἐκάλεσεν, ἐπελθόντα καὶ στήσαντα τὴν
πονηρίαν. Ἐβουλόμην περαιτέρω τὸν λόγον ἐκτεῖ-
ναι τοῦτον· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπολέλειπται ἀπὸ τῆς
προσηγορίας τοῦ Νῶε· ἀλλὰ τέως ταῦτῃ τῇ μνήμῃ
τῆς ὑμετέρας διανοίας ἐναποθέμενοι, καὶ πρὸς τοὺς
ἡμετέρους ἀδελφοὺς τοὺς ἀπολειφθέντας εἰπόντες, ἵνα
μὴ πάλιν ἀναγκαζώμεθα μακρότερα ποτεῖν τὰ προοί-
μια, τῶν εἰρημένων τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαμβάνοντες,
εἰς εὐχὰς τὸν λόγον καταλύσωμεν, εὐχαριστοῦντες τῷ
ταῦτα δεδωκότι εἰπεῖν Θεῷ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα, εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

scere faciet nos? Quare non dixit: Hic occidet nos, hic inducet diluvium: sed dixit: *Faciet nos quiescere?* Creatura omnis resolvitur, abyssi erumpunt, cataractæ superius aperiuntur, omne pelagus erat mirum, stupendum et horribile, et in luto quasi communi sepulcro promiscua hominum, equorum ac ferarum corpora occultabantur: et tantam calamitatem, tantaque mala quietem vocas? Profecto, inquit. Nam homines in magna malitia vivebant: diluvium autem quoniam malitiam resecuit, ideo liberati illi a malitia, quiescere dicuntur. Ut enim corpus variis morbis obsessum, cui nulla reperitur medela, si forte mors adveniens corripiat, et quietem affert: sic etiam generationem hominum illorum quasi corpus incurabiliter languens, et malis multis, nullam consolationem admittentibus, obnoxium, superveniens diluvium eripuit, et quiescere fecit. Nam si *Mors viro quies,* Job. 3. 23 multo magis iis qui inemendabiles in malitia vivunt, mors quies est, liberans eos a laboribus, nec sinens ulterius iniquitatis ulcus serpere, neque supra modum grave fieri peccatorum pondus. Non est enim gravius, aut intolerabilius pondus, quam peccati natura: nihilque ita labores et ærumnas nobis affert, ut malitiæ species et delicta. Propterea Christus iis qui in peccatis vivunt, dicebat: *Venite qui laboratis et one-* *Matth.* 11. *rati estis, et ego vos quiescere faciam.* Et 28. idcirco Lamech diluvium quietem appellavit, eo quod superveniens malitiæ finem impositurum erat. Volebam sermonem hunc longiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noë pertinent: sed hæc nunc memoria retinete, et fratribus vestris, qui absunt, dicite: ut ne cogamur iterum productioribus uti proœmiis, et dictorum repetere consequentiam; sermonem ergo in precibus finiamus, gratias agentes Deo, qui hæc ut diceremus, dedit: quoniam ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

AD SERMONES QUINQUE IN ANNAM

MONITUM.

Quo tempore Chrysostomus hos Sermones habuerit, et in qua concionum serie ii locandi sint, ipse indicat paulo post initium. *Vos enim*, inquit, *fortasse nunc estis obliti* (Græca quippe non referenda ducimus), *nos multos interim sermones de aliis rebus habuisse. Nam reverso a longinqua illa peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in comitatu acciderant, ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deserto gentilium errore sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati ad tantam lucem veritatis accurrissent. Post illa rursus multis diebus martyrum festivitatibus potiti sumus, neque tempori conveniens fuisset, nos qui juxta martyrum sepulcra versaremur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his rursus cohortatio ad abstinendum a juramentis : cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hoc illos instructos a nobis viatico censuimus dimittendos.*

Quod ait primo Chrysostomus post reditum Flaviani episcopi se omnia quæ ipsi acciderant in comitatu, id est in aula Imperatoria, commemorasse; illud, inquam, respicit Homiliam 21 de statuis,
698 Tomo 2, p. 213, quæ habita fuit post reditum Flaviani, qui reditus contigit in fine Quadragesimæ anni 387. Hæcque concio habita est ipso die Resurrectionis Domini: illud enim initio Chrysostomus significat cum dicit : *Benedictus Deus qui hanc nos vobiscum sacram solennitatem cum gaudio et lætitia multa hodie celebrare dignatus est.* Secundum hanc homiliam ad gentiles concionatus est, ut eorum quosdam vi calamitatis abductos, et religionem Christianam amplexos confirmaret : hujus vero concionis aut plurium, si plures de re eadem habuerit, argumentum ille et præcipua capita postea refert : liquet autem eas vel injuria temporum periisse, vel hactenus latere. Dies sequentes, quia festa martyrum occurrebant, celebrandis eorum laudibus insumtæ sunt, absente tamen ob infirmitatem Chrysostomo. His successit, inquit, cohortatio ad abstinendum a juramentis, in gratiam rusticorum facta, qui magno numero in urbem advenerant. Hanc vero cohortationem esse eam quæ decimanona fertur in Homiliis ad populum Antiochenum, Tom. 2, p. 188, vix est quod dubitemus. In illa enim sic ordiitur : Κατετρυφήσατε τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ταύταις ἡμέραις, *Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus,* posteaque, de adventu rusticorum pluribus agit, et de juramento vitando sermonem texit longiorem, quam in cæteris 20 Homiliis ad populum Antiochenum, in quarum pene singulis aliquid contra juramenta agitatur. Omnes itaque notæ, quæ in hoc de Anna Sermone primo habentur, in Homilia illa 19 ad populum Antiochenum recensentur, ita ut hic concionum ordo fuerit ; et prima locanda sit Homilia de reditu Flaviani, quæ nunc est 21 ad populum Antiochenum ; secundo adversus gentiles concionem unam vel plures habuit ; tertio laudes martyrum multis diebus, πολλὰς ἡμέρας, celebratæ sunt ; quarto coram rusticis contra juramenta loquutus est ; demum hos de Anna Sermones cœpit. Agmen ergo ducit Homilia de reditu Flaviani. Postrema autem homilia, in Dominica τῆς ἐπισωζομένης, quam Dominicam esse quintam post Pascha quæ præcedit Ascensionem Domini, ait Leo Allatius, Savilius esse putat Dominicam in albis ; Tillemontius vero opinatur esse Dominicam Passionis ; huic postremo ego adstipulatus sum in Præfatione Tomi 2. Sed jam vereor ut hæc quadrare possint, libentiusque accederem ad Allatium, quandoquidem quinta concio, quæ est postrema in Annam, habita fuit post Pentecosten ; nam vox μεσοπεντηκοστή, quæ bis irrepsit in textum, est librariorum error, ut ibidem probamus ex Manuscriptis. Omnibus itaque perpensis, ita res constituenda prorsus videtur : atque hoc modo calculus ponendus, qui ut intelligatur attentum lectorem omnino postulat. In concionibus hic memoratis primum haud dubie locum obtinet Homilia de reditu Flaviani, quæ est 21 ad populum Antiochenum : hanc autem habuit in die Paschæ, ut supra diximus. Postea

vero cum gentilibus disputavit, et multa prosequutus est, quorum capita refert ibidem : utrum vero hæc vel una, vel pluribus concionibus absolverit, incertum. Deinde *multis diebus* SS. martyrum festa, quæ observabant, laudibus celebrata fuerunt, tum præsente et circumagente duce, inquit, hoc est, Flaviano episcopo : nam Chrysostomus tum æger domi manebat, ut ait ipse initio Homiliæ 19 ad Antiochenos, quam contra juramenta habuit, in gratiam rusticorum, qui Antiochiam adventarant : hæc vero concio, ut fert titulus, facta in Dominica τῆς ἐπισωζομένης, nunc est decima nona Homiliarum ad populum Antiochenum. Verum contra hunc Homiliarum ordinem quidam insurgit scrupulus : in Homilia quippe decima nona ait Chrysostomus, se, dum martyrum festi dies celebrarentur, ægrum domi mansisse : at in Homilia prima in Annam nulla morbi mentio, imo videtur Chrysostomus tunc temporis vel de martyribus conciones habuisse, vel saltem habere potuisse; licet enim non dicat expresse illas se conciones habuisse, id clare dicit, laudes nempe martyrum impedimento fuisse, quominus aliud argumentum tractaret. Verum in more est Chrysostomo in hujusmodi recensionibus plurima reticere, quæ negotium facessant : aliunde vero cum in præcedenti Homilia, quæ est decima nona ad Antiochenos, ægritudinem suam commemorasset, noluit prima concione in Annam, quæ post illam habita fuit, idipsum repetere. Verum ex duobus impedimentis quominus propositum sibi argumentum tractaret alterum tacuit, nempe ægritudinem; alterum memoravit, nimirum festa martyrum. Jam hinc constat Dominicam τῆς ἐπισωζομένης non esse Dominicam illam quam Passionis vocamus; tum quia pluribus ante illam diebus Flavianus advenerat, quod certe dici nequeat de Dominica Passionis, tum quia ex supra dictis hæc concio diu post Homiliam de reditu Flaviani dicta fuit, quæ homilia in ipso die Paschæ habita est. Nec potest esse Dominica τῆς ἐπισωζομένης ea, quam in Albis vocamus, ut voluit Savilius; sex enim illi dies qui inter Pascha et Dominicam in Albis intercurrunt, non satis fuissent ad ea omnia complectenda, nempe Concionem de reditu Flaviani, Disputationem aut Disputationes, si plures fuerint, contra gentiles, Festa martyrum multis diebus, πολλὰς ἡμέρας celebrata, et 699 ægritudinem restitutamque valetudinem Chrysostomi. Quamobrem, nihil obstante scrupulo illo, quem supra memoravimus, Leonis Allatii sententiam amplectimur, dicentis esse Dominicam quintam post Pascha, quæ præcedit Ascensionem. Sic omnia quadrabunt; nam statim post illam in gratiam rusticorum habitam concionem primum in Annam sermonem dixerit, puta feria secunda ante Ascensionem; secundum feria sexta post Ascensionem; tertium feria secunda hebdomadæ sequentis; quartum, qui periit, feria quarta; quintum feria sexta; sextum post Pentecosten; non alia autem de causa hosce præ aliis dies assignamus, quam ut rem fieri potuisse declaremus : nam fatemur potuisse sermones illos in dies alios incidisse.

Quartus, ut diximus, sermo intercidit, ut colligitur ex iis quæ in quinto sermone, qui jam quartus illo amisso inscribitur, dicuntur num. 3, nempe in præcedenti sermone explicata fuisse hæc verba Cantici Annæ, *Confirmatum est cor meum in Domino* etc., quorum interpretatio non habetur in eo qui nunc tertius est. His adde quæ disseruimus in Præf. § VII.

Primi sermonis interpretatio est Frontonis Ducæi; secundi et tertii Desiderii Erasmi; quarti et quinti Sigismundi Gelenii, quas omnes interpretationes accurate castigavimus.

SERMO I.

[a] ΛΟΓΟΣ α'.

Quod oporteat et in Pentecoste et semper jejunii meminisse, et quod non præsentia solum, sed etiam recordatio jejunii sit utilis : et de Dei providentia, quodque non minima pars ipsius sit præter alia parentum erga liberos amor : quodque non patribus solum, sed et matribus præceptum sit, ut liberorum mores componant, et ad extremum de Anna.

Εἰς τὸ δεῖν καὶ ἐν τῇ πεντηκοστῇ καὶ ἀεὶ τῆς νηστείας μεμνῆσθαι, καὶ ὅτι οὐ παρουσία μόνον, ἀλλὰ καὶ μνήμη νηστείας ὠφελεῖ· καὶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, καὶ ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων οὐ μικρὸν μέρος αὐτῆς ἡ φυσικὴ τῶν γονέων περὶ τὰ ἔκγονα φιλία· καὶ ὅτι οὐ πατράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ μητράσιν ἐπιτέτακται τὰ παιδία ῥυθμίζειν, καὶ πρὸς τῷ τέλει περὶ τῆς Ἄννης.

1. Ubi peregrinum aliquem apud nos diversatum, ad aliquot dies comiter exceptum, et colloquii mensæque participem factum dimiserimus : postridie profectionis illius, mensa posita, statim ejus ac verborum congressus recordamur, ac multa cum caritate ipsum requirimus : hoc nobis erga jejunium quoque præstandum est. Nam cum apud nos dies quadraginta fuerit diversatum, comiter illud excepimus ac dimisimus : quando igitur mensa jam nobis spiritualis apponenda est, reminiscamur illius, bonorumque omnium, quæ nobis invexit. Non enim præsentia tantum jejunii, sed etiam memoria jejunii maxime utilis esse potest. Et sicut illi quos amamus, non solum cum adsunt, verum etiam cum nobis in mentem veniunt, multa nos voluptate perfundunt : ita quoque dies jejunii, collectæ, communesque conventus et alia quibus ejus beneficio fruebamur bona, vel sola memoria nos oblectant, et hæc omnia si in memoriam revocemus, multum inde lucrum hoc etiam tempore colligemus. Hæc autem a me non eo dicuntur, quod cogere vos ad jejunandum velim, sed ut vobis persuadeam, ut ne genio indulgeatis, neve sic afficiamini, ut plerique homines solent, siquidem homines appellandi sunt, qui tantam pusillanimitatem præ se ferunt, qui tamquam e vinculis emissi, et gravi quopiam carcere liberati sic alloquuntur se mutuo : Tandem molestum illud jejunii pelagus emensi sumus : alii vero qui multo pejus, et imbecillius sunt affecti, etiam ob futuram Quadragesimam pertimescunt. Hoc vero propterea, quod totō reliquo tempore deliciis, luxuriæ, atque

Jejunii memoria utilis.

Ἐπειδὰν ξένον τινὰ καταχθέντα πρὸς ἡμᾶς ἡμέρας τινὰς ὑποδεξάμενοι φιλοφρόνως, καὶ λόγων αὐτῷ καὶ ἀλῶν κοινωνήσαντες, ἀποπέμψωμεν· τῇ μετὰ τὴν ἀποδημίαν ἐκείνην ἡμέρᾳ, ὡραπέζης παρατεθείσης, εὐθέως ἀναμιμνησκόμεθα αὐτοῦ τε καὶ τῶν λόγων τῆς συνουσίας, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἐπιζητοῦμεν τῆς ἀγάπης· τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ τῆς νηστείας ποιήσωμεν. Καὶ γὰρ κατήχθη πρὸς ἡμᾶς ἡμέρας τεσσαράκοντα, ὑπεδεξάμεθα αὐτὴν φιλοφρόνως, καὶ ἀπεπέμψαμεν· ἐπεὶ οὖν μέλλομεν παρατιθέναι τράπεζαν νῦν πνευματικὴν, ἀναμνησθῶμεν αὐτῆς, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἁπάντων ἐγγενομένων ἡμῖν ἀγαθῶν. Οὐ γὰρ δὴ παρουσία νηστείας μόνον, ἀλλὰ καὶ μνήμη νηστείας τὰ μέγιστα ὠφελῆσαι δύναιτ' ἄν. Καὶ καθάπερ οἱ φιλούμενοι παρ' ἡμῶν, οὐχὶ παρόντες μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς νοῦν ἡμῖν ἐρχόμενοι, πολλῆς ἡμᾶς πληροῦσιν ἡδονῆς· οὕτω καὶ αἱ τῆς νηστείας ἡμέραι, καὶ οἱ σύλλογοι, καὶ αἱ διατριβαὶ αἱ κοιναὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἃ παρ' ἐκείνης ἐχαρπούμεθα καλὰ, καὶ ἀπὸ τῆς μνήμης εὐφραίνει, κἂν ταῦτα ἅπαντα συλλέξαντες ἀναμνησθῶμεν, μεγάλα καὶ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν κερδανοῦμεν. Ταῦτα δὲ λέγω οὐκ ἀναγκάζων νηστεύειν, ἀλλὰ πείθων μὴ τρυφᾶν, μηδὲ κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων διακεῖσθαι, εἴγε ἀνθρώπους τοὺς οὕτω μικροψύχους διακειμένους [b] χρὴ καλεῖν, οἳ καθάπερ ἐκ δεσμῶν ἀφεθέντες, καὶ δεσμωτηρίου τινὸς ἀπαλλαγέντες χαλεποῦ, πρὸς ἀλλήλους λέγουσι· μόλις ποτὲ τὸ χαλεπὸν τῆς νηστείας διηνύσαμεν πέλαγος· ἄλλοι δὲ τούτων ἀσθενέστερον διακείμενοι, καὶ ὑπὲρ τῆς μελλούσης δεδοίκασι τεσσαρακοστῆς. Τοῦτο δὲ γίνεται ἐκ τοῦ τὸν ἄλλον ἅπαντα καιρὸν τρυφῇ, καὶ ἀσωτίᾳ, καὶ μέθῃ πάσῃ μεθ' ὑπερβολῆς ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι. Ὡς εἴγε μεμελετήκειμεν τὰς ἄλλας ἡμέρας σεμνῶς καὶ ἐπιεικῶς ζῆν, καὶ ἀπελθοῦσαν ἂν ἐπο-

[a] Collati cum Codicib. Colbert. num. 49, et 974, cum Regio 1936.

[b] Reg. χρὴ λέγειν.

θήσαμεν τὴν νηστείαν, καὶ παραγίνεσθαι μέλλουσαν μετὰ πολλῆς ἂν ὑπεδεξάμεθα τῆς ἡδονῆς. Τί γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ἡμῖν ἀπὸ νηστείας; Πάντα γαλήνης γέμει καὶ καθαρᾶς εὐδίας. Οὐχὶ καὶ οἰκίαι θορύβων καὶ δρόμων B καὶ πάσης εἰσὶν ἠλευθερωμέναι ταραχῆς; Καὶ πρὸ τῶν οἰκιῶν δὲ ἡ τῶν νηστευόντων διάνοια ταύτης ἀπολαύει τῆς ἡσυχίας· πόλις δὲ ἅπασα τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τὴν ἐν ταῖς οἰκίαις εὐταξίαν μιμεῖται. Οὔτε γὰρ ἐν ἑσπέρᾳ ᾀδόντων ἐστὶν ἀκοῦσαι, οὔτε ἐν ἡμέρᾳ θορυβούντων καὶ μεθυόντων, οὐ κραζόντων, οὐ μαχομένων, ἀλλὰ πολλὴν πανταχοῦ τὴν ἡσυχίαν ἐστὶν ὁρᾶν. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν οὕτως, ἀλλ' εὐθέως ὑπὸ τὴν ἕω κραυγαί, καὶ θόρυβοι, καὶ μαγείρων δρόμοι, καὶ πολὺς μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις, πολὺς δὲ ἐν τοῖς λο- C γισμοῖς ὁ καπνός, τῶν παθῶν ἡμῖν ἔνδον ὑποκαιομένων, καὶ τῆς φλογὸς διεγειρομένης τῆς ἐν ταῖς ἀτόποις ἐπιθυμίαις ὑπὸ τῆς τρυφῆς. Διὰ ταῦτα ζητῶμεν καὶ ἀπελθοῦσαν τὴν νηστείαν· ἐκείνη γὰρ ταῦτα πάντα κατέστελλε. Κἂν τὸν πόνον αὐτῆς ἀπεθέμεθα, ἀλλὰ τὸν πόθον αὐτῆς μὴ καταλύσωμεν, μηδὲ τὴν μνήμην σβέσωμεν· ἀλλ' ὅταν ἀριστήσας καὶ καθευδήσας εἰς τὴν ἀγορὰν [a] ἐμβάλῃς, καὶ τὴν ἡμέραν πρὸς ἑσπέραν ἤδη ἐπειγομένην ἴδῃς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ταύτην, καὶ παρὰ τὸ βῆμα τοῦτο ἐλθών, ἀναμιμνήσκου τοῦ καιροῦ τῆς νηστείας, καθ' ὃν μεστὴ μὲν ἡ D ἐκκλησία τοῦ πλήθους ἡμῖν ἦν, σφοδρὰ δὲ ἡ τῆς ἀκροάσεως προθυμία, πολλὴ δὲ ἡδονή, καὶ διεγηγερμένη πάντων ἡ διάνοια· καὶ πάντα ταῦτα συλλέγων, ἀναμιμνήσκου τῶν ποθεινῶν ἡμερῶν ἐκείνων. Κἂν μέλλῃς παρατίθεσθαι τράπεζαν, μετὰ τῆς μνήμης ταύτης ἅπτου τῶν ἐδεσμάτων, καὶ οὐδέποτε εἰς μέθην ἐξολισθῆσαι δυνήσῃ· ἀλλ' ὥσπερ οἱ γυναῖκα σεμνὴν καὶ σώφρονα καὶ ἐλευθέραν ἔχοντες, καὶ σφόδρα αὐτῆς περικαιόμενοι, οὐδὲ ἀπούσης αὐτῆς, πόρνης καὶ διεφθαρμένης ἐρασθεῖεν ἄν, τοῦ πόθου τοῦ περὶ ἐκείνην προκατέχοντος τὴν διάνοιαν, καὶ ἕτερον ἐπεισελθεῖν E ἔρωτα οὐκ ἐῶντος· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς νηστείας καὶ τῆς μέθης γίνεται. Ἂν τοίνυν ἐκείνης τῆς ἐλευθέρας καὶ σώφρονος μνημονεύωμεν, τὴν πάνδημον πόρνην ταύτην, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης μητέρα, τὴν μέθην λέγω, μετὰ πολλῆς διακρουσώμεθα τῆς εὐκολίας, τοῦ πόθου τῆς νηστείας, πάσης χειρὸς σφοδρότερον, ἀπωθοῦντος τὴν ταύτης ἀναισχυντίαν. Διὰ ταῦτα δὴ πάντα, παρακαλῶ, κατὰ νοῦν ἀεὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἔχωμεν· ἵνα δέ τι κἀγὼ πρὸς τὴν μνήμην ἐκείνην συμβάλωμαι, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, ἣν τότε κινεῖν παρεσκευαζόμην, ταύτην καὶ νῦν εἰς μέσον ἀγαγεῖν πειράσομαι, ὥστε καὶ τῇ κατὰ τὴν διδασκαλίαν ὁμοιότητι γενέσθαι τινὰ τοῦ καιροῦ μνήμην ἡμῖν

ebrietati se totos dedant. Quod si aliis diebus castæ modestæque vitæ agendæ nos assuefaceremus, et præteritum desideraremus jejunium, et venturum multa cum voluptate susciperemus. Quid enim boni jejunii nobis opera non obvenit? Omnia tranquillitatis ac puræ serenitatis plena sunt. Nonne domus tumultibus, cursitationibus, omnique perturbatione sunt liberatæ? Quinetiam ante ipsas domos eorum animus, qui jejunant, hac quiete perfruitur; civitas ipsa tota modestiam, quæ in animo ac domibus cernitur, imitatur. Nam neque sub vesperam audire canentes licet, neque interdiu tumultuantes et ebrios, non clamantes, non pugnantes, sed multam ubique tranquillitatem licet cernere. Nunc autem non ita est, sed jam inde ab exortu solis clamores ac turbæ, coquorum cursitationes, ac multus in domibus, multus in mentibus fumus, dum intus in nobis succenduntur affectus, et flamma turpium cupiditatum a deliciis excitatur. Propterea quod præteriit jejunium requiramus: illud enim hæc omnia coercebat. Ac licet laborem ejus excusserimus, ejus tamen desiderium non exstinguamus, neque memoriam deponamus: sed cum pransus et expergefactus in forum veneris, diemque videris vergentem ad vesperam, hanc ingressus ecclesiam, et juxta sanctuarium istud veniens, jejunii temporis recordare, quo multitudinis plenam ecclesiam cernebamus, omnes autem audiendi desiderio succensi erant, multa ubique lætitia, mens omnium erat erecta: hæc omnia tecum reputans, dies illos optabiles recordare. Quod si mensæ accubiturus sis, cum hac recordatione cibos degusta, nec umquam in ebrietatem labi poteris; sed sicut qui honestam, castam et ingenuam uxorem duxerint, et ejus vehementi amore sint inflammati, ne absente quidem illam meretricem et perditam mulierem adamare possunt, quod illius amor eorum mentem præoccupaverit, nec alium amorem ingredi sinat: sic et in jejunio fit, et in ebrietate. Ergo si illius ingenuæ castæque meminerimus, publicam hanc meretricem omnisque turpitudinis matrem, ebrietatem inquam, facillime repellemus, dum amor jejunii vehementius quam manus ulla impudentiam istius repellet. Propter hæc omnia dies illos, quæso, semper mente versemus: ut autem quidpiam ego quoque ad memoriam illam conferam, idem argumentum,

Jejunii bona quanta.

[a] Colb: unus ἐμβάλλῃς.

quod tractare tum paratus eram, in medium nunc quoque proferre conabor, ut ipsa similitudo doctrinæ recordationem temporis illius excitet. Vos enim fortasse nunc estis obliti, nos multos interim sermones de aliis rebus habuisse. Nam reverso a longinqua illa peregrinatione patre nostro, necessarium fuit, omnia commemorare, quæ in comitatu acciderant, ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deserto gentilium errore sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurrissent.

Festa martyrum et reliquiæ.

Post illa rursus multis diebus martyrum festivitatibus potiti sumus, neque tempori conveniens fuisset, nos qui juxta martyrum sepulcra versaremur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio : cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo instructos a nobis viatico censuimus dimittendos.

2. Vobis quidem non facile fuerit disputationem referre, quam tum adversus gentiles instituimus : ego vero semper in his exercitatus, et huic palæstræ addictus, nullo negotio paucis ex iis, quæ tum diximus, repetitis, potero totius orationis argumenti vobis memoriam refricare.

Deus homines quo pacto quondam instruxerit.

Quodnam ergo fuit argumentum? Quærebamus quo pacto Deus a principio generi humano provideret, et quo pacto quæ utilia forent doceret, cum nullæ exstarent literæ, neque Scripturæ datæ essent : et ostendimus per contemplationem creaturarum illud ad Dei cognitionem esse deductum : quo tempore vos non manu prehensos, at mente per universam creaturam circumduxi, cælum ostendens, terram, mare, lacus, fontes, fluvios, æquora immensa, prata, pomaria, florentes segetes, fructibus onustas arbores, obtecta nemoribus montium culmina : tum quoque de seminibus, de oleribus, de floribus, de plantis tam fructuosis quam infructuosis, de bestiis cicuribus simul et agrestibus, aquatilibus et terrestribus, quæ ancipites in utraque sede vivunt, de iis quæ aerem pennis secant, de illis quæ humi repunt, deque ipsis mundi elementis multa disserui, et in singulis una voce simul acclamabamus omnes, cum mens nostra tot immensas opes capere non posset : *Quam magnificata* *Psal.* 91. 6.

701 ἐκείνου. [b] Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἴσως ἐπιλέλησθε, διὰ τὸ A μεταξὺ πολλὰς γεγενῆσθαι διαλέξεις ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ ἑτέρων πραγμάτων. Καὶ γὰρ ἐλθόντος τοῦ πατρὸς ἐκ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας, ἀναγκαῖον ἦν τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον συμβάντα ἅπαντα εἰπεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς Ἕλληνας ἀποτείνεσθαι, ὥστε τούτους ἀπὸ τῆς συμφορᾶς βελτίους γενομένους, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς αὐτομολήσαντας πλάνης, μετ' ἀκριβείας ῥιζῶσαι, καὶ διδάξαι, οἷον μὲν ἀπηλλάγησαν σκότους, οἷῳ δὲ προσέδραμον ἀληθείας φωτί. Μετ' ἐκεῖνο πάλιν, πολλὰς ἡμέρας τῆς τῶν μαρτύρων ἀπελαύσαμεν πανηγύρεως, καὶ ἄκαιρον ἦν ἐν τάφοις μαρτύρων B διατρίβοντας, τῶν τοῖς μάρτυσι πρεπόντων ἐγκωμίων ἀμοίρους ἀπελθεῖν. Ταῦτα τὰ ἐγκώμια διεδέξατο πάλιν ἡ περὶ τῶν ὅρκων παραίνεσις· ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἀγροικίαν ἅπασαν τῆς πόλεως εἴδομεν ἐπιβᾶσαν, ἐβουλήθημεν αὐτοῖς δόντες ἐφόδια ταῦτα, οὕτως αὐτοὺς ἐκπέμψαι παρ' ἡμῶν ἅπαντας.

Ὑμῖν μὲν οὖν διὰ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ῥαδίως ἀνενεγκεῖν τὴν τότε ἡμῖν γενομένην πρὸς Ἕλληνας ζήτησιν· ἐγὼ δὲ ὁ διὰ παντὸς ἐν τούτοις ἐσχολακὼς, καὶ ταύτην ἔχων μελέτην, ῥᾷστα πρὸς ὑμᾶς C ὀλίγα τῶν τότε εἰρημένων εἰπὼν, ὁλοκλήρου τῆς τῶν λόγων ὑποθέσεως ἀναμνῆσαι δυνήσομαι. Τίς οὖν ἦν ἡμῖν ἡ ὑπόθεσις; Ἐζητοῦμεν πῶς ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἡμῶν προενόει τοῦ γένους, καὶ πῶς τὰ συμφέροντα [a] ἐπαίδευσεν, οὔτε γραμμάτων ὄντων, οὔτε Γραφῶν δοθεισῶν· καὶ ἐδείκνυμεν ὅτι διὰ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν θεωρίας πρὸς τὴν αὐτοῦ θεογνωσίαν ἐχειραγώγησεν· ὅτε καὶ λαβόμενος ὑμῶν οὐχὶ τῆς χειρὸς, ἀλλὰ τῆς διανοίας, πανταχοῦ τῆς κτίσεως περιήγαγον, δεικνὺς οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ λίμνας, καὶ πηγὰς, καὶ ποταμοὺς, καὶ πελάγη μακρὰ, καὶ λειD μῶνας, καὶ παραδείσους, καὶ κομῶντα τὰ λήϊα, καὶ βριθόμενα τοῖς καρποῖς τὰ δένδρα, καὶ καλυπτομένας δρυμοῖς κορυφὰς ὀρῶν· ὅτε καὶ περὶ σπερμάτων, καὶ περὶ βοτανῶν, καὶ περὶ ἀνθέων, καὶ περὶ φυτῶν ἐγκάρπων τε καὶ ἀκάρπων, καὶ περὶ ἀλόγων, ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων, ἐνύδρων τε καὶ χερσαίων, καὶ ἀμφιβίων, περὶ τῶν τὸν ἀέρα τεμνόντων, περὶ τῶν χαμαὶ συρομένων, καὶ περὶ αὐτῶν τῶν τοῦ παντὸς στοιχείων πολλὰ διελέχθην, καὶ καθ' ἕκαστον ἐπεβοῶμεν κοινῇ πάντες, ἀτονούσης ἡμῖν πρὸς τὸν ἄπειρον πλοῦτον τῆς διαE νοίας, καὶ τὸ πᾶν καταλαβεῖν μὴ δυναμένης· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ

[b] Hæc, quæ ad hujus homiliæ habitæ tempus pertinent, pluribus excussimus in Monito supra.

[a] Reg. ἐπαίδευεν.

ἐποίησας. Οὐ διὰ τὸ πλῆθος δὲ μόνον ἐθαυμάζομεν τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ καὶ δι' ἀμφότερα ταῦτα, ὅτι καὶ καλὴν καὶ μεγάλην καὶ θαυμαστὴν τὴν κτίσιν ἐποίησε, καὶ ὅτι πολλὰ πάλιν τῆς ἀσθενείας αὐτῆς δείγματα ἐναπέθετο τοῖς ὁρωμένοις· τὸ μὲν, ἵνα θαυμάζηται ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ λατρείαν τοὺς ὁρῶντας ἐφέλκηται· τὸ δὲ, ἵνα μὴ τὸν ποιήσαντα ἀφέντες οἱ θεωροῦντες αὐτῶν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, ἀντ' ἐκείνου προσκυνήσωσι τὰ ὁρώμενα, τῆς ἐν αὐτοῖς ἀσθενείας δυναμένης τὴν τοιαύτην διορθώσαι πλάνην. Καὶ πῶς φθαρτὴ πᾶσά ἐστιν ἡ κτίσις, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεταστήσεται σχῆμα, καὶ πλείονος ἀπολαύσεται δόξης, καὶ πότε, καὶ διὰ τί, καὶ τίνος ἕνεκεν φθαρτὴ γέγονε, καὶ ταῦτα ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς ἐφιλοσοφοῦμεν τότε, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν κἀντεῦθεν ἐδείκνυμεν, ὅτι ἐν φθαρτοῖς σώμασι τοσοῦτον εἰργάσατο κάλλος, ὅπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς συνεκλήρωσεν ὁ Θεὸς, τὸ τῶν ἄστρων, τὸ τοῦ οὐρανοῦ, τὸ τοῦ ἡλίου. Καὶ γὰρ ὄντως ἐστὶ θαυμάσαι, πῶς ἐτῶν παρελθόντων τοσούτων, οὐδὲν ἔπαθον, οἷον τὰ ἡμέτερα σώματα, οὐδὲ τῷ γήρᾳ ἀσθενέστερα γέγονεν, οὐδὲ νόσῳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ [a] τινὶ κατεμαλακίσθη, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν ἀκμὴν καὶ τὸ κάλλος, ὅπερ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς συνεκλήρωσεν ὁ Θεὸς, μένει διατηροῦντα, καὶ οὔτε τὸ ἡλιακὸν ἐξετρίβη φῶς, οὔτε τὸ τῶν ἄστρων ἄνθος ἀμαυρότερον γέγονεν, οὐχ ἡ τοῦ οὐρανοῦ φαιδρότης ἐξερρύη, οὐχ οἱ τῆς θαλάττης ἐκινήθησαν ὅροι, οὐχ ἡ τῆς γῆς ἐσθέσθη δύναμις ἡ περὶ τοὺς τόκους τῶν ἐτησίων καρπῶν. Καὶ ὅτι μὲν φθαρτὰ ταῦτά ἐστι, καὶ ἀπὸ λογισμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἀπεδείξαμεν· ὅτι δὲ καλὰ, καὶ φαιδρὰ, καὶ τὸ ἄνθος ἀκμάζον διετήρησεν, ἡ καθημερινὴ μαρτυρεῖ τῶν ὁρώντων ὄψις, ὃ δὴ μάλιστά ἐστι θαυμάσαι τοῦ ποιήσαντος οὕτως αὐτὰ ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα λεγόντων ἡμῶν τότε τινὲς ἀντέτειναν, λέγοντες· οὐκοῦν πάντων τῶν ὁρωμένων ἀτιμότερον ὁ ἄνθρωπος, εἴγε οὐρανοῦ μὲν σῶμα, καὶ γῆς, καὶ ἡλίου, καὶ τὸ τῶν ἄστρων ἁπάντων πρὸς τοσοῦτον διήρκεσε χρόνον, οὗτος δὲ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη διαλύεται, καὶ ἀπόλλυται· πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι οὐχ ὁλόκληρον διαλύεται τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸ κυριώτερον αὐτοῦ καὶ ἀναγκαιότερον, ἡ ψυχὴ, μένει διηνεκῶς ἀθάνατος, οὐδενὶ τούτων εἴκουσα τῶν παθῶν, καὶ ἡ φθορὰ περὶ τὸ ἔλαττον γίνεται· δεύτερον ὅτι καὶ τούτῳ αὐτῷ τιμώμεθα μειζόνως. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ἄνευ αἰτίας τινὸς, ἀλλὰ καὶ δικαίως, καὶ ἐπὶ χρησίμῳ, καὶ γῆρας καὶ νόσους ὑπομένομεν· δικαίως μὲν, ὅτι πρὸς ἁμαρτίαν κατεπέσομεν· χρησίμως δὲ, ἵνα τὴν ἐκ τῆς ῥᾳθυμίας ἐγγινομένην ἡμῖν ἀπόνοιαν διὰ τῆς ἐνδείας ταύτης καὶ τῶν παθῶν διορ-

sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti. Neque vero propter multitudinem tantum Dei sapientiam mirabamur, sed et propter utraque hæc duo, quod et pulchram et magnam et admirabilem condiderit creaturam, et quod multa imbecillitatis ejus indicia rebus quæ cernuntur indiderit, tum ut ob sapientiam laudetur, atque ad cultum suum eos qui cernunt alliciat; tum ne Creatore dimisso, qui pulchritudinem ac magnitudinem illarum intuentur, pro illo res 702 oculis subjectas adorent, cum ea quæ in illis A apparet imbecillitas, ejusmodi corrigere possit errorem. Item quo pacto creatura omnis corruptioni est obnoxia, et ad meliorem speciem transferetur, majori gloria perfruetur, et quando, et quare, et cur obnoxia corruptioni sit edita, atque hæc omnia tum apud vos philosophabamur, Deique potentiam inde demonstrabamus, quod in corruptibilibus corporibus tantam condiderit pulchritudinem, quam et a principio Deus illis attribuit, siderum, cæli et solis. Vere namque mirari possumus, qua ratione, cum tot B anni sint elapsi, nihil tale sint passa, quale nostra corpora patiuntur, neque senectute reddita fuerint imbecilliora, neque morbo vel ægritudine aliqua debilitata sint, sed vim ac pulchritudinem suam, quam, ut ante dixi, Deus illis attribuerat, perennem conservent, et neque solis consumtum sit lumen, neque siderum splendor obscuratus, neque cæli fulgor effluxerit, non maris termini loco moti sint, non terræ virtus ad partus annuos fructuum edendos exstincta sit. Hæc autem omnia corruptioni esse obnoxia cum C ex rationibus, tum ex sacris literis demonstravimus : pulchra vero illa esse ac splendida suumque semper integrum vigorem conservasse, quotidianus eorum qui cernunt testatur aspectus, in quo maxime admirandus est Deus, qui sic ea ab initio condidit. Sed quoniam, dum hæc a nobis dicerentur, refragabantur nonnulli dicentes : *Igitur omnium quæ sub aspectum cadunt,* vilissimum est homo, siquidem cæli corpus, terræ, solis, et omnium siderum tanto tempore duravit, hic vero post annos septuaginta dissolvitur atque interit : primum quidem illud dixerimus, non totum animal dissolvi, sed præcipuam magisque necessariam partem perpetuo manere, animam immortalem, quæ nullis ejusmodi morbis est obnoxia, minorem autem corruptioni esse obnoxiam : deinde hoc ipsum majorem

[a] Colb. unus et Reg. *τινὶ κατεμαλάχθη.*

cedere nobis in honorem. Neque enim temere, vel sine causa, sed et juste atque in rem nostram et senectutem et morbos sustinemus : juste quidem, quod in peccatum lapsi fuerimus : in rem nostram autem, ut ingenitam nobis ex ignavia superbiam per hos defectus ac morbos retundamus. Non igitur ut contumelia nos afficeret, hoc fieri permisit Deus. Si enim afficere contumelia voluisset, non immortalem esse animam nostram sivisset. Sed neque, quod impotens esset, tale nostrum corpus effecit. Etenim si imbecillis esset, nequaquam cælum et sidera, et terræ corpus tanto tempore tueri in rerum natura potuisset : sed ut nos meliores moderatioresque redderet sibique magis obsequentes, quod omnis nobis salutis occasionem largitur. Propterea non effecit, ut aut senectute cælum, aut aliis quibusdam talibus morbis corriperetur. Cum enim libero arbitrio sit et anima destitutum, neque peccare, neque recte agere potest : unde neque ejusmodi emendatione illi est opus : nobis autem qui ratione sumus et anima exornati, necessarium fuit, ut per has infirmitates morbosque modestia et humilitas ingeneraretur, quandoquidem a principio præ cæteris omnibus primus homo fuerit in superbiam elatus. Alioquin si quemadmodum nostra corpora, sic etiam cælum constitutum fuisset ac senectuti obnoxium, multi Conditorem imbecillitatis accusassent, ut qui minime posset unum corpus in multos annorum circuitus conservare : jam vero præcisa est illis hæc occasio, cum tanto tempore opera ipsius permaneant.

Cur obnoxios morbis nos esse voluerit Deus.

3. Accedit ad ea quæ diximus, quod non intra hoc sæculum res nostræ subsistunt, sed postquam in hac vita probe fuerimus castigati, majori corpora nostra cum gloria resurgent, et cælo, sole ac cæteris omnibus splendidiora cernentur, et ad meliorem sortem conditionemque transferentur. Unus ergo modus est cognitionis Dei, per universam nempe rerum naturam : alter vero nihilo minor, is quem suppeditat conscientia, quem ipsum tunc pluribus verbis exposuimus, simulque ostendimus insitam esse nobis a natura bonarum malarumque rerum cognitionem, et conscientiam nobis interius hæc cuncta dictare. Duo quippe nobis a principio dati sunt a natura doctores, creatura, et conscientia, qui sine voce ulla homines instituebant. Nam et creatura conspectu suo spectatorem obstupefaciens, illum cun-

θώσωμεν. Οὐ τοίνυν ἀτιμάζων ἡμᾶς ὁ Θεὸς τοῦτο γενέσθαι εἴασεν. Εἰ γὰρ ἠτίμαζεν, οὐκ ἂν τὴν ψυχὴν ἡμῖν ἀφῆκεν ἀθάνατον εἶναι. Ἀλλ' οὐδὲ ἀσθενῶν, τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἐποίησε τοιοῦτον. Εἰ γὰρ ἠσθένει, οὐκ ἂν τὸν οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ σῶμα τῆς γῆς ἴσχυσε τοσοῦτον διακρατῆσαι χρόνον· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ βελτίους ποιῆσαι καὶ σωφρονεστέρους, καὶ αὐτῷ μᾶλλον καταπειθεῖς, ὅπερ ἁπάσης ἐστὶ σωτηρίας ὑπόθεσις. Διὰ τοῦτο οὐρανὸν μὲν οὐκ ἐποίησεν οὔτε γήρᾳ ἁλίσκεσθαι τέως, οὔτε ἄλλαις τισὶ τοιαύταις ἀῤῥωστίαις. Ὁ γὰρ προαιρέσεως καὶ ψυχῆς ἀπεστερημένος οὔτε ἁμαρτεῖν, οὔτε κατορθῶσαι δύναιτ' ἄν· ὅθεν οὐδὲ διορθώσεως αὐτῷ χρεία τοιαύτης. Ἡμῖν δὲ τοῖς λόγῳ καὶ ψυχῇ τετιμημένοις ἀναγκαίως γέγονεν ἡ διὰ τῶν παθῶν τούτων ἐγγενομένη σωφροσύνη, καὶ ταπεινοφροσύνη, ἐπειδὴ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰς ἀπόνοιαν ἀπεσκίρτησεν ὁ πρῶτος γενόμενος ἄνθρωπος. Ἄλλως δὲ, εἰ καθάπερ τὰ ἡμέτερα σώματα, οὕτω [a] καὶ ὁ οὐρανὸς ἔμελλε κατασκευάζεσθαι καὶ γηρᾶν, πολλὴν ἂν πολλοὶ τοῦ ποιοῦντος κατέγνωσαν ἀσθένειαν, ὡς οὐκ ἰσχύοντος ἓν σῶμα διακρατῆσαι ἐπὶ πολλὰς ἐτῶν περιόδους· νῦν δὲ αὐτοῖς καὶ αὕτη ἡ πρόφασις ἀνῄρηται, τῶν ἔργων ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον μενόντων.

Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲ μέχρι τούτου στήσεται τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἐπειδὰν τῷ παρόντι βίῳ σωφρονισθῶμεν καλῶς, μετὰ πλείονος ἀναστήσει δόξης τὰ σώματα, καὶ οὐρανοῦ, καὶ ἡλίου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔσται λαμπρότερα, καὶ πρὸς τὴν ἄνω μεταστήσεται λῆξιν. Εἷς μὲν οὖν θεογνωσίας τρόπος, ὁ διὰ τῆς κτίσεως ἁπάσης· ἕτερος δὲ οὐκ ἐλάττων, ὁ τοῦ συνειδότος, ὃν καὶ τοῦτον ἅπαντα τότε διὰ πλειόνων ἐξεθέμεθα λόγων, δεικνύντες πῶς αὐτοδίδακτος ἡμῖν ἐστιν ἡ τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων γνῶσις, καὶ πῶς ἔνδοθεν ἡμῖν τὸ συνειδὸς ἅπαντα ἐνηχεῖ ταῦτα. Δύο γὰρ οὗτοι διδάσκαλοι γεγόνασιν ἡμῖν ἐξαρχῆς, ἡ κτίσις, καὶ τὸ συνειδός· καὶ οὐδέτερος αὐτῶν φωνὴν ἀφιεὶς, σιγῇ τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευον. Ἥ τε γὰρ κτίσις διὰ τῆς ὄψεως ἐκπλήττουσα τὸν θεατὴν, εἰς τὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν θαῦμα παραπέμπει τὸν ὁρῶντα ἅπαντα· τό τε συνειδὸς ἔνδον ἐνηχοῦν, ἅπαντα ὑπο-

[a] Colbertini duo et Reg. ὁ οὐρανὸς· ὁ μὲν ἤμελλεν γηρᾶν, ὁ δὲ κατασκευάζεσθαι, πολλήν.

βάλλει τὰ πρακτέα· καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τῆς ψήφου τὴν κρίσιν διὰ τῶν τῆς ὄψεως πραγμάτων καταμανθάνομεν. Ὅταν γὰρ ἔνδον κατηγορῇ τῆς ἁμαρτίας, συγχεῖ τὴν ὄψιν ἔξωθεν, καὶ πολλῆς τῆς ἀθυμίας πληροῖ. Πάλιν ὠχροὺς ἐργάζεται καὶ περιδεεῖς, ὅταν ἐπί τινι τῶν αἰσχίστων ἁλῶμεν, καὶ τῆς φωνῆς μὲν οὐκ ἀκούομεν, διὰ δὲ τῆς ἔξωθεν ὄψεως τὴν D ἔνδον γινομένην ἀγανάκτησιν θεωροῦμεν. Μετὰ δὲ τούτων τῶν δύο καὶ τρίτον ἡμῖν διδάσκαλον ἐδείκνυ προστεθέντα παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὁ λόγος, οὐκέτι ἄφωνον, καθάπερ τοὺς προτέρους, ἀλλὰ λόγῳ, καὶ παραινέσει, καὶ συμβουλῇ ῥυθμίζοντα ἡμῶν τὴν γνώμην. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ὁ συγκεκληρωμένος ἑκάστῳ πατήρ. Διὰ γὰρ τοῦτο φιλεῖσθαι παρὰ τῶν γεννησάντων ἡμᾶς κατεσκεύασεν ὁ Θεὸς, ἵνα παιδευτὰς ἔχωμεν τῆς ἀρετῆς. Οὐ γὰρ τὸ σπεῖραι ποιεῖ πατέρα μόνον, ἀλλὰ τὸ παιδεῦσαι καλῶς· οὐδὲ τὸ κυῆ- E σαι μητέρα ἐργάζεται, ἀλλὰ τὸ θρέψαι καλῶς. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ ποιεῖ πατέρας, αὐτοὶ συνομολογήσαιεν ἂν ἡμῖν οἱ γονεῖς. Τοὺς γοῦν υἱοὺς τοὺς ἑαυτῶν πολλάκις, ἐπειδὰν φαύλους ἴδωσι γενομένους, καὶ εἰς πονηρίαν ἀποσκιρτήσαντας, τῆς συγγενείας τῆς ἑαυτῶν ἐκκόπτουσιν, ἀποκηρύττοντες, ἑτέρους ποιοῦντες υἱοὺς οὐδαμόθεν αὐτοῖς πολλάκις προσήκοντας. Ἆρά τι τούτου γενοιτ' ἂν παραδοξότερον, ὅταν οὓς μὲν ἐγέννησαν 704 ἐκβάλλωσιν, οὓς δὲ οὐκ ἐγέννησαν εἰσάγωσιν; Οὐχ A ἁπλῶς ἡμῖν ταῦτα εἴρηται, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι προαίρεσις φύσεως δυνατωτέρα, καὶ αὕτη μᾶλλον ἐκείνης καὶ υἱοὺς καὶ πατέρας ποιεῖν εἴωθε. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ἔργον ἐγένετο, τὸ μήτε γυμνοὺς τῆς φυσικῆς διαθέσεως ἀφεῖναι γενέσθαι τοὺς παῖδας, μήτε τὸ πᾶν ἐπιτρέψαι πάλιν ἐκείνῃ. Εἰ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως ἔμελλον φιλεῖν τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς οἱ γονεῖς ἀνάγκῃ κινούμενοι φυσικῇ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τρόπων, καὶ τῶν κατορθωμάτων μόνον, πολλοὺς ἂν εἶδες ἔξω τῆς πατρῴας οἰκίας γινομένους διὰ τὴν οἰκείαν ὀλιγωρίαν, καὶ διασπώμενον ἡμῶν τὸ γένος. Πάλιν εἰ τὸ πᾶν B ἐπέτρεψε τῇ τυραννίδι τῆς φύσεως, καὶ μηδὲ πονηροὺς ὄντας μισεῖν ἀφῆκεν, ἀλλὰ καὶ ὑβριζόμενοι καὶ μυρία πάσχοντες παρ' αὐτῶν οἱ πατέρες δεινὰ, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην ἔμενον θεραπεύοντες ὑβρίζοντας καὶ ἐμπαροινοῦντας αὐτοῖς τοὺς παῖδας, εἰς ἔσχατον ἂν κακίας τὸ γένος ἡμῖν ἐξώλισθεν. Εἰ γὰρ νῦν οὐ τὸ πᾶν ἔχοντες τῇ φύσει θαῤῥεῖν οἱ παῖδες, ἀλλ' εἰδότες ὅτι πολλοὶ γενόμενοι φαῦλοι, καὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῆς οὐσίας ἐξέπεσον τῆς πατρικῆς, ὅμως πολλαχοῦ τῷ τῶν γονέων φίλτρῳ θαῤῥοῦντες ἐνυβρίζουσιν εἰς τοὺς τε- C κόντας· εἰ μὴ συνεχώρησεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς καὶ ἀγανακτεῖν, καὶ ἐπεξιέναι, καὶ κακοὺς γινομένους ἐκβάλλειν τοὺς παῖδας, ποῦ πονηρίας ἂν ἔστησαν; Διὰ ταῦτα καὶ τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ, καὶ τῷ τῶν παι-

cta cernentem ad ejus qui ipsam condidit admirationem traducit: conscientia vero, quæ intus dictat, omnia quæ facienda sunt suggerit, ejusque virtutem et judicium ex ipso rerum aspectu deprehendimus. Dum enim intus peccatum accusat, vultum confundit exterius, ac multo mœrore complet. Rursus pallidos reddit et pavidos, cum in re aliqua turpi fuerimus deprehensi; vocem non audimus, sed per externum aspectum ingeneratam intus indignationem contemplamur. Cum his autem duobus tertium quoque doctorem a Dei providentia fuisse adjunctum oratio demonstrabat, non jam mutum ut priores, sed qui sermone, admonitione, consilio animum nostrum componeret. Quis ille porro est? Qui attributus est unicuique nascenti pater. Ideo namque fecit Deus, ut a parentibus diligeremur, ut præceptores virtutis haberemus. Non enim genuisse tantum patrem efficit, sed recte instituisse: neque peperisse tantum, sed recte educasse matrem reddit. Atque hoc verum esse, neque naturam sed virtutem patres efficere, confitebuntur parentes ipsi. Sane quidem filios suos sæpe cum depravatis moribus esse viderint, atque in improbitatem degenerasse, ex suorum illos cognatorum numero ejiciunt, abdicant, alios sibi adoptant filios, qui nulla sibi erant propinquitate conjuneti. An vero quidquam hoc fieri potest mirabilius, quam ut quos genuerant, ejiciant: quos autem non genuerunt, sibi adsciscant? Non sine causa dicta sunt hæc a nobis, sed ut scias majorem esse vim liberi arbitrii quam naturæ, atque ipsam potius quam illam patres efficere consuevisse. Enimvero divinæ hoc opus fuit providentiæ, ut neque naturali affectu destitutos liberos relinqueret, neque totum rursus illi committeret. Si enim nulla penitus impulsi necessitate naturæ filios suos parentes dilecturi fuissent, sed morum probitate tantum et recte factorum studio ducti, multos paternis ædibus exactos ob ignaviam suam, totumque genus humanum passim distractum ac dissipatum vidisses. Si rursus rem totam tyrannidi naturæ commisisset, et ne improbos quidem odio prosequi permisisset, sed ab illis contumelias et innumera mala passi patres naturæ necessitate devincti filiis in se contumeliosis ac debacchantibus blandiri non cessassent, ad summum nequitiæ culmen genus humanum provectum esset. Nam si nunc cum omnino confidere naturæ non possint filii, sed multos sciant, cum depravati essent, et domo et facultatibus paternis excidisse, sæpe tamen parentum amore

Liberi arbitrii major vis, quam naturæ.

Filii pravi abdicantur a parentibus.

freti contumeliis eos afficiunt : nisi permisisset Deus, ut illos succensi ulciscerentur, et improbos factos liberos procul amandarent, quo non se nequitiæ genere contaminassent? Ideo et naturæ necessitate, et liberorum moribus niti parentum amorem voluit Deus, ut et mediocriter peccantibus liberis, ad hoc eos invitante natura, veniam darent, et depravatos atque immedicabili morbo laborantes punirent, ne ad vitium illos indulgentia sua erudirent, si natura rursus vinceret, eosque liberis suis blandiri cogeret, etiam cum improbi essent. Quantæ hoc quæso providentiæ, cum et diligere jubeat et amori modum ponere, et rursus optimæ liberorum educationi mercedem constituat? Propositam enim esse mercedem et non viris tantum, sed etiam feminis ut intelligas, audi quo pacto multis in locis et ad illas et de illis Scriptura verba faciat, neque minus ad illas quam ad viros. Cum enim dixisset Paulus, *Mulier autem seducta in prævaricatione fuit*, adjecit, *Salvabitur autem per filiorum generationem.* Quod autem ait, hanc sententiam habet : Doles quod te mulier prima in partus dolores laboresque, ac longam uteri gestationem conjecerit? At tu noli succensere : neque enim tanto damno propter dolores partus et labores affecta es, quantum quæstum facis, si velis, dum bonorum operum occasionem ex recta liberorum educatione sumis. Qui enim nati sunt liberi, si convenientem fuerint cultum nacti, ac tua cura fuerint ad virtutem informati, multam tibi offerent occasionem salutis ; ac præter propria bona opera multam ob studium in ista collatum recipies mercedem.

1. *Tim.* 2. 14. 15.

4. Atque ut discas non partum matrem efficere, neque mercedem huic esse rei propositam, alibi quoque viduam alloquens Paulus ita dixit : *Si filios educavit :* neque dixit, Si filios peperit, sed, *Si filios educavit.* Nam illud quidem naturæ, hoc vero liberi est arbitrii. Propterea cum hic etiam dixisset, *Salvabitur per filiorum generationem,* neque hic substitit, sed cum ostendere vellet non liberos genuisse, sed recte liberos educasse, hoc nobis afferre mercedem, adjecit : *Si permanserint in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.* Quorum verborum hic sensus est : Tunc multam mercedem accipies, si qui procreati sunt liberi permanserint in fide, et dilectione et sanctificatione. Si igitur ad hæc eos incites, si admoneas, si doceas,

1. *Tim.* 5. 10.

1. *Tim.* 2. 15.

δίων τρόπῳ τὸ φίλτρον ἐνεπίστευσε τῶν γονέων ὁ Θεὸς, ἵνα καὶ ἁμαρτάνουσι σύμμετρα συγγινώσκωσι τοῖς παισὶ, τῆς φύσεως αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο πρωμνούσης, καὶ πονηροὺς γινομένους καὶ ἀνίατα νοσοῦντας μὴ παιδοτριβῶσιν [a] ἐπὶ κακίαν τῇ πονηρίᾳ, τῆς φύσεως πάλιν ἐλεγχούσης καὶ δυναμένης ἀναγκάσαι καὶ φαύλους γενομένους θεραπεύειν τοὺς παῖδας. Πόσης ταῦτα προνοίας, εἰπέ μοι, καὶ τὸ κελεῦσαι δὲ φιλεῖν, καὶ τὸ μέτρον ἐπιθεῖναι τῷ φίλτρῳ, καὶ τὸ πάλιν ἀμοιβὴν ὁρίσαι τῇ καλῇ παιδοτροφίᾳ; Ὅτι γὰρ ἀμοιβὴ κεῖται, καὶ οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν, ἄκουσον πῶς πολλαχοῦ καὶ ταύταις καὶ περὶ τούτων ἡ Γραφὴ διαλέγεται, καὶ οὐχ ἧττον ταύταις, ἢ τοῖς ἀνδράσιν. Εἰπὼν γὰρ ὁ Παῦλος, Ἡ δὲ γυνὴ ἐξαπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν, ἐπήγαγε· Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλγεῖς, φησὶν, ὅτι σε ἡ πρώτη γυνὴ εἰς ὠδῖνας καὶ πόνους ἐνέβαλε καὶ κύησιν μακράν; Ἀλλὰ μὴ δυσχεράνῃς· οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐπηρεάσθης ἀπὸ τῶν ὠδίνων, καὶ τῶν πόνων, ὅσον κερδαίνεις, ἐὰν θέλῃς, ἀπὸ τῆς παιδοτροφίας πρόφασιν λαμβάνουσα κατορθωμάτων. Τὰ γὰρ παιδία τὰ τικτόμενα, ἂν τῆς προσηκούσης ἀπολαύῃ θεραπείας, καὶ εἰς ἀρετὴν ἐνάγηται παρὰ τῆς σῆς προνοίας, πολλῆς σοι σωτηρίας ἀφορμὴ καὶ πρόφασις γίνεται, καὶ πρὸς τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι, καὶ τῆς περὶ ταῦτα θεραπείας πολλὴν ἀπολήψῃ τὴν ἀμοιβήν.

Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ τὸ τεκεῖν ποιεῖ μητέρα, οὐδὲ τούτῳ κεῖται μισθὸς, καὶ ἀλλαχοῦ μὲν χήρα διαλεγόμενος ὁ Παῦλος οὕτως εἶπεν, Εἰ ἐτεκνοτρόφησε· καὶ οὐκ εἶπεν, εἰ ἐτεκνοποίησεν, ἀλλ' Εἰ ἐτεκνοτρόφησε. Τὸ μὲν γὰρ τῆς φύσεως, τὸ δὲ τῆς προαιρέσεώς ἐστι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, Σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐ τὸ γεννῆσαι τέκνα, ἀλλὰ τὸ θρέψαι τέκνα καλῶς, τοῦτο ἡμῖν φέρει τὸν μισθὸν, ἐπήγαγεν · Ἐὰν ἐπιμείνωσι τῇ πίστει, καὶ τῇ ἀγάπῃ, καὶ τῷ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι · τότε λήψῃ πολὺν τὸν μισθὸν, ἐὰν οἱ γεννηθέντες παῖδες ἐπιμείνωσι τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ. Ἂν τοίνυν αὐτοὺς εἰς ταῦτα ἐνάγῃς, ἂν παρακαλῇς, ἂν διδάξῃς, ἂν συμβουλεύσῃς, τῆς ἐπιμελείας ταύτης κείσεταί σοι παρὰ

[a] Unus ἐπὶ κακίᾳ.

τοῦ Θεοῦ πολλὴ ἡ ἀμοιβή. Μὴ τοίνυν ἀλλότριον αὐτῶν εἶναι νομιζέτωσαν αἱ γυναῖκες τὸ καὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐπιμελεῖσθαι. Οὐ γὰρ διέκρινεν ἐνταῦθα τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ ἁπλῶς εἶπεν, Εἰ ἐτεκνοτρόφησε, καὶ ἐνταῦθα, Ἐὰν ἐπιμείνωσι τῇ πίστει, καὶ τῇ ἀγάπῃ, καὶ τῷ ἁγιασμῷ. Ὥστε ἀμφοτέρων ἡμῖν ἐπιμελητέον τῶν παιδίων, καὶ μάλιστα ταῖς γυναιξίν, ὅσῳ καὶ τὰ πλείονα οἶκοι κάθηνται. Τοὺς μὲν γὰρ ἄνδρας καὶ ἀποδημίαι, καὶ αἱ τῆς ἀγορᾶς φροντίδες, καὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα περιέλκουσι πολλάκις· ἡ δὲ γυνὴ πάσης τοιαύτης φροντίδος ἀτέλειαν ἔχουσα, εὐκολώτερον δύναιτ' ἂν τῶν τεχθέντων ἐπιμελεῖσθαι, πολλῆς ἀπολαύουσα τῆς σχολῆς. Οὕτως αἱ παλαιαὶ ἐποίουν γυναῖκες· οὐ γὰρ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν ἀναγκαῖον τοῦτο τὸ ὄφλημα· λέγω δὲ τὸ τῶν οἰκείων προνοεῖσθαι παίδων, καὶ εἰς φιλοσοφίαν αὐτοὺς ἐνάγειν. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἀρχαίαν τινὰ ἱστορίαν ὑμῖν διηγήσομαι. Ἄννα τις ἐγένετο παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις γυνή. Αὕτη ἡ Ἄννα πολὺν ἐνόσησεν ἀπαιδίας χρόνον, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς παίδων ἦν μήτηρ πολλῶν. Ἴστε δὲ ὡς τῇ φύσει καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἀφόρητόν ἐστι ταῖς γυναιξίν· ὅταν δὲ καὶ ἀντίζηλος προσῇ παῖδας ἔχουσα, πολλῷ χαλεπώτερον γίνεται· ἐν γὰρ τῇ τῆς γυναικὸς ἐκείνης εὐπραγίᾳ τὴν οἰκείαν ἀκριβέστερον [b] καταμανθάνει συμφοράν· καθάπερ οὖν καὶ οἱ πενίᾳ συζῶντες ἐσχάτῃ, τότε ὀδυνῶνται μειζόνως, ὅταν ἐννοήσωσι τοὺς πλουτοῦντας. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ὅτι παῖδας αὕτη μὲν οὐκ εἶχεν, ἐκείνη δὲ εἶχεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντίζηλος ἦν, καὶ οὐχ ὅτι ἀντίζηλος ἦν μόνον, ἀλλ' ὅτι παρώργιζεν αὐτὴν διὰ τὸ ἐξουθενεῖν αὐτήν. Ὁ δὲ Θεὸς ταῦτα πάντα ὁρῶν ἠνείχετο, καὶ Οὐκ ἔδωκεν αὐτῇ Κύριος, φησὶ, παιδίον κατὰ τὴν θλῖψιν αὐτῆς, καὶ κατὰ τὴν ἀθυμίαν τῆς ψυχῆς αὐτῆς. Τί ἐστι, Κατὰ τὴν θλῖψιν αὐτῆς; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι πράως ὁρῶν φέρουσαν τὴν συμφορὰν, ἐπεῖχεν αὐτῆς τὸν τόκον, ἀλλὰ καίτοι διακοπτομένην ὁρῶν, ὀδυνωμένην, θλιβομένην, οὐκ ἔλυσε τὴν ἀθυμίαν, ἕτερόν τι πολλῷ μεῖζον οἰκονομῶν. Ταῦτα μὴ παρέργως ἀκούωμεν, [a] ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν μάθωμεν μεγίστην φιλοσοφίαν, καὶ ἐπειδὰν δεινῷ τινι περιπέσωμεν, κἂν ἀλγῶμεν, κἂν ὀδυρώμεθα, κἂν ἀφόρητον ἡμῖν εἶναι δοκῇ τὸ κακὸν, μὴ σπεύδωμεν, μηδὲ ἀλύωμεν, ἀλλ' ἀναμένωμεν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν. Ἐκεῖνος γὰρ οἶδε σαφῶς πότε δεῖ λῦσαι τὸ ποιοῦν τὴν ἀθυμίαν ἡμῖν· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης συνέβη. Οὐ γὰρ μισῶν αὐτὴν, οὐδὲ ἀποστρεφόμενος ὁ Θεὸς ἀπέκλεισεν αὐτῆς τὴν μήτραν, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν ἀνοίξῃ τὰς θύρας τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν

si consilio juves, ob hanc curam multa tibi apud Deum merces erit constituta. Ne igitur alienum a se mulieres arbitrentur, si et feminarum et marium curam gerant. Non enim hic sexum distinxit Deus, sed et illic simpliciter dixit, *Si filios educavit*; et hic, *Si permanserint in fide, et dilectione, et sanctificatione.* Itaque utriusque generis liberorum suscipienda nobis est cura, tantoque magis mulieribus, quanto sæpius domi resident. Nam viros quidem peregrinationes, ac fori sollicitudines, et negotia civitatis sæpe distrahunt: mulier autem ab his curis immunitatem sortita facilius poterit, cum tanto fruatur otio, liberorum curam gerere. Ita faciebant antiquæ mulieres: non enim a viris solum, sed etiam a mulieribus hoc postulatur, ut suos, inquam, liberos curent, atque ad philosophiam illos incitent. Quod ut verum esse constet, veterem vobis historiam narrabo. Fuit apud Judæos Anna mulier quædam. Hæc Anna multo tempore sterilitate laboravit, quodque gravius fuit, ejus æmula multorum liberorum mater erat. Scitis autem quam natura sua et per seipsam res illa mulieribus sit intolerabilis: cum vero liberos habens accedit æmula, multo fit gravior: siquidem ex mulieris illius prosperitate melius calamitatem suam intelligit; sicut et qui extrema premuntur egestate, tum dolent acrius, cum divites illis in mentem venerint. Neque vero calamitosum hoc tantum fuit, quod hæc liberos non haberet, illa haberet, sed quod æmula esset: neque quod æmula tantum esset, verum etiam quod ipsam ad iracundiam provocaret, eo quod illam sperneret. Deus autem cum hoc cerneret, tolerabat, et *Non dedit ei Dominus*, inquit, *filium secundum tribulationem ejus et secundum tristitiam animæ ejus.* Quid est, *Secundum tribulationem ejus?* Dici non potest, inquit, eum videntem illam æquo animo calamitatem ferre, cohibuisse partum ejus, quamvis eam cruciari, dolere, affligi videret, mœrorem tamen ejus non discussit, ut majus aliquid moliretur. Hæc ne tamquam aliud agentes audiamus, sed maximam philosophiam hinc discamus, et si quando in malum aliquod inciderimus, licet doleamus, licet lamentemur, licet intolerabile nobis malum videatur, ne properemus, nec animo concidamus, sed Dei providentiam exspectemus. Ille namque probe novit, quando illud discutiendum sit,

Mulieri maxime convenit educatio liberorum.

Historia Annæ matris Samuelis.

1. Reg. 1. 6.

[b] Colb. duo et Reg. κατεμάνθανεν.

[a] Colb. duo et Reg. ἀλλ' ἐνταῦθα φιλοσοφῶμεν μεγίστην φιλοσοφίαν.

quod tristitiam nobis parit : quod et isti contigit. Non enim quod ipsam odio prosequeretur, aut aversaretur, Deus concluserat vulvam ejus, sed ut fores nobis philosophiæ reseraret, qua prædita mulier fuit, ejusque fidei divitias conspiceremus, ac nobiliorem illam hinc ab eo fuisse redditam cognosceremus. Audi vero etiam quæ sequuntur. *Et sic faciebat*, inquit, *singulis annis a multo tempore, cum ascenderet ipsa in domum Domini. Et tristabatur, et plorabat, et non comedebat.* Intensus dolor, diuturna ægritudo, non duo tresve dies, nec viginti, nec centum, nec mille, nec bis totidem : multis annis dolebat mulier, et cruciabatur; hoc enim est illud, *A multo tempore :* verumtamen non impatienter tulit, neque temporis longitudo philosophiam ejus superavit, neque probra et convicia ipsius æmulæ, sed orabat assidue ac supplicabat : quod omnibus majus est, ejusque potissimum erga Deum amorem indicat, non simpliciter hunc ipsum obtinere filium optabat, sed Deo fructum dicare, atque uteri sui primitias offerre, ac præclaræ istius promissionis mercedem referre. Unde id constat? Ex iis verbis quæ sequuntur. Scitis utique omnes mulieribus propter viros intolerandam esse sterilitatem. Sunt enim homines plurimi tam immanes, ut mulieribus vitio vertant, si forte non pariant, nec sciunt hoc pariendi donum de cælis atque a providentia divina originem trahere, ac neque naturam mulieris, neque congressum, neque aliud quidquam ad hoc per se sufficere. Verumtamen quamvis sciant immerito se vitio vertere, exprobrant et aversantur persæpe, neque illarum consortio delectantur.

1. Reg. 1. 7.

Sterilitas quantum malum.

5. Videamus ergo, num huic mulieri hoc ipsum acciderit. Nam si despectam quidem illam, contemtam et contumeliis affectam videris, neque gratia apud maritum valere, qui nec ulla ipsam benevolentia complectatur, idcirco illam filium exoptasse conjicere poteris, ut multa fiducia et libertate gauderet, ac viro gratior fieret. Sin autem contrarium deprehenderis, eamque gratiorem illa fuisse, quæ liberos habebat, quod eam vir suus majori benevolentia complecteretur, hinc apparet non ob humanum aliquem affectum, neque ut virum sibi magis conciliaret, eam optasse liberos, sed ob eam causam, quam diximus. Unde igitur hoc liquet? Audi hoc dicentem auctorem. Non enim

B τῇ γυναικὶ, καὶ τὸν πλοῦτον αὐτῆς τῆς πίστεως κατίδωμεν, καὶ γνῶμεν ὅτι λαμπροτέραν αὐτὴν ἐκ τούτου εἰργάζετο. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ οὕτως ἔφη, φησὶν, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ ἱκανοῦ, ἐν τῷ ἀναβαίνειν αὐτὴν εἰς οἶκον Κυρίου. Καὶ ἠθύμει, καὶ ἔκλαιε, καὶ οὐκ ἤσθιεν. Ἐπιτεταμένη ἡ ὀδύνη, πολὺ τὸ μῆκος τῆς λύπης, οὐ δύο καὶ τρεῖς ἡμέραι, οὐδὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, οὐδὲ χίλιαι καὶ δὶς τοσαῦται · [b] ἀλλ', Ἐξ ἱκανοῦ, φησὶν, ἔτη πολλὰ λυπουμένη καὶ ὀδυνωμένη ἦν ἡ γυνή · τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Ἀπὸ ἱκανοῦ · καὶ ὅμως οὐκ ἀπαδυσπέτησεν, οὐδὲ ἤλεγξεν αὐτῆς τὴν

C φιλοσοφίαν τοῦ χρόνου τὸ μῆκος, οὐδὲ τὰ ὀνείδη καὶ αἱ λοιδορίαι τῆς ἀντιζήλου, ἀλλ' ηὔχετο συνεχῶς καὶ ἱκέτευε · καὶ τὸ δὴ μεῖζον ἁπάντων, καὶ ὃ μάλιστα δείκνυσιν αὐτῆς τὸν περὶ τὸν Θεὸν πόθον, ὅτι οὐχ ἁπλῶς αὐτὸ τοῦτο τὸ παιδίον κτήσασθαι ἐπεθύμει, ἀλλὰ καρπὸν ἀναθεῖναι τῷ Θεῷ, καὶ τῆς οἰκείας γαστρὸς ἀπάρξασθαι, καὶ τῆς καλῆς ταύτης ὑποσχέσεως λαβεῖν τὸν μισθόν. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ῥημάτων. Ἴστε γὰρ δήπου πάντες, ὅτι ταῖς γυναιξὶ διὰ τοὺς ἄνδρας μάλιστα ἀφόρητον ἡ ἀπαιδία. Πολλαὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὕτως ἀλόγως διάκεινται,

D ὡς ταῖς γυναιξὶν ἐγκαλεῖν, ἐπειδὰν μὴ τίκτωσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ τεκεῖν ἄνωθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, καὶ οὔτε γυναικὸς φύσις, οὔτε συνουσία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν αὐταρκὲς πρὸς τοῦτό ἐστιν. Ἀλλ' ὅμως, καίτοι γε εἰδότες ὅτι ἀδίκως ἐγκαλοῦσιν, ὀνειδίζουσι, καὶ ἀποστρέφονται πολλάκις, καὶ οὐχ ἡδέως πρὸς αὐτὰς ἔχουσιν.

Ἴδωμεν τοίνυν καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς εἰ τοῦτο συνέβαινεν. Ἂν μὲν γὰρ ἴδῃς αὐτὴν καταφρονουμένην, ἀτιμαζομένην, ὑβριζομένην, παῤῥησίαν οὐκ

E ἔχουσαν πρὸς τὸν ἄνδρα, οὐδὲ πολλῆς ἀπολαύουσαν τῆς εὐνοίας, δυνήσῃ στοχάσασθαι, ὅτι διὰ τοῦτο ἐπεθύμει παιδίου, ἵνα παῤῥησίαν ἔχῃ καὶ ἐλευθερίαν πολλὴν, καὶ ποθεινοτέρα γένηται τῷ ἀνδρί. Ἂν δὲ τοὐναντίον ἅπαν εὕρῃς, αὐτὴν τῆς τὰ παιδία ἐχούσης μᾶλλον ἀγαπωμένην, καὶ πλείονος ἀπολαύουσαν εὐνοίας, εὔδηλον ὅτι οὐ δι' ἀνθρώπινόν τι, οὐδ' ἵνα τὸν ἄνδρα ἐπισπάσηται μᾶλλον, ἐπεθύμει παιδίου, ἀλλὰ

707 διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. Πόθεν οὖν τοῦτο δῆλον; A Ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως αὐτὸ λέγοντος · οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸ τέθεικεν, ἀλλ' ἵνα τῆς γυναικὸς μάθῃς τὴν ἀρετήν. Τί οὖν οὗτός φησιν; Ἠγάπα γὰρ ὁ

[b] Hæc, ἀλλ' ἐξ ἱκανοῦ φησιν, deerant in Edito; sed Colbertini habent

Ἑλκανὰ τὴν Ἄνναν ὑπὲρ τὴν Φενάνναν. Εἶτα μετὰ ταῦτα ἰδὼν αὐτὴν οὐκ ἐσθίουσαν, ἀλλὰ κλαίουσαν, φησί· Τί ἐστι σοι, ὅτι κλαίεις; καὶ ἵνα τί οὐκ ἐσθίεις; καὶ ἵνα τί τύπτει σε ἡ καρδία σου; οὐκ ἀγαθὸς ἐγώ σοι ὑπὲρ δέκα τέκνα; Ὁρᾷς πῶς αὐτῆς ἐξήρτητο, καὶ ὑπὲρ ἐκείνης ἦλγει πλέον, οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν παιδία, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁρᾷν ἀθυμοῦσαν αὐτὴν καὶ περιοδυνίᾳ κατεχομένην; Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔπεισεν αὐτὴν ἀποστῆναι τῆς ἀθυμίας. Οὐ γὰρ δι' αὐτὸν ἐζήτει τὸ παιδίον, ἀλλ' ἵνα τινὰ καρπὸν ἐπιδείξηται τῷ Θεῷ. B Καὶ ἀνέστη, φησὶ, μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοὺς ἐν [a]Σηλὼμ, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν, καὶ κατέστη ἐνώπιον Κυρίου. Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο εἴρηται, ὅτι Μετὰ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν· ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν καιρὸν, ὃν ἀνέσεως ἕτεροι καὶ ἀδείας ποιοῦνται, τοῦτον εὐχῆς καὶ δακρύων ἐποιεῖτο καιρὸν, διὰ τὸ σφόδρα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι. Καὶ κατέστη ἐνώπιον Κυρίου· καὶ Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς, φησὶν, ἐκάθητο ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐπὶ τῶν φλιῶν ναοῦ Κυρίου. Οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς εἴρηται, ὅτι ὁ Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἐκάθητο ἐπὶ τῶν φλιῶν ναοῦ Κυρίου· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὴν θερμότητα τῆς γυναικός. Καθά- C περ γὰρ χήρα πολλάκις γυνὴ ἀπροστάτευτος οὖσα καὶ ἔρημος, ἐπηρεαζομένη, πολλὰ ἀδικουμένη, βασιλέως εἰσελαύνειν μέλλοντος, δορυφόρων, ἀσπιδηφόρων, ἱππέων, ἑτέρας πολλῆς θεραπείας προαπαντώσης, οὐ καταπλήττεται, οὐδὲ προστάτου δεῖται, ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς διατεμοῦσα μετὰ πολλῆς ἐντυγχάνει τῷ βασιλεῖ παῤῥησίας, τὴν οἰκείαν ἐκτραγῳδοῦσα συμφορὰν, τῆς ἀνάγκης αὐτὴν χειραγωγούσης· οὕτω δὴ καὶ αὕτη ἡ γυνὴ οὐκ ἠρυθρίασεν, οὐκ ἠσχύνθη, τοῦ ἱερέως καθημένου, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς αἰτῆσαι καὶ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τῷ βασιλεῖ προσελθεῖν· ἀλλ' D ὑπὸ τοῦ πόθου πτερωθεῖσα, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβᾶσα τῇ διανοίᾳ, ὡς αὐτὸν ὁρῶσα τὸν Θεὸν, οὕτω μετὰ πάσης αὐτῷ θερμότητος διελέγετο. Καὶ τί φησι; Μᾶλλον δὲ οὐδὲν φθέγγεται πρότερον, ἀλλ' ἀπ' ὀδυρμῶν ποιεῖται τὰ προοίμια, καὶ θερμὰς ἀφίησι πηγὰς δακρύων. Καὶ καθάπερ, ὄμβρων καταφερομένων, καὶ ἡ σκληροτέρα γῆ [b]καταβρεχθεῖσα καὶ καταμαλαχθεῖσα, ῥᾳδίως ἑαυτὴν πρὸς τὰς τῶν καρπῶν διεγείρει γονὰς, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς ταύτης ἐγένετο. Καθάπερ γὰρ ὑπ' ὄμβρων τῶν δακρύων ἡ E μήτρα μαλαττομένη, καὶ διὰ τῆς ὀδύνης διαθερμαινομένη, πρὸς τὴν καλὴν ἐκείνην τεκνογονίαν ἤρχετο διεγείρεσθαι. Ἀκούσωμεν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων, καὶ τῆς καλῆς ταύτης ἱκετηρίας. Κλαίουσα ἔκλαυσε, φησὶ, καὶ ηὔξατο εὐχὴν τῷ Κυρίῳ, λέγουσα· ΑΔΩΝΑΙ ΚΥΡΙΕ ΕΛΩΙ ΣΑΒΑΩΘ. Φοβερὰ τὰ ῥήματα, καὶ φρίκης γέμοντα· καὶ καλῶς ἐποίησεν ὁ συγγραφεὺς μὴ μετενεγκὼν αὐτὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν

hoc temere posuit, sed ut mulieris virtutem agnoscas. Quid ergo inquit ille? *Diligebat enim Annam Elcana super Phenannam.* 1. Reg. 1. 5. Deinde porro cum illam videret non comedere, sed plorare, inquit: *Quid est tibi, quia ploras? et cur non comedis? et cur verberat te cor tuum? nonne bonus ego tibi super decem filios?* Ibid. v. 8. Vides quam illi devinctus esset? et ejus causa potius dolebat, non quod liberis careret, sed quod tristem illam et mœrore confectam videret? Non tamen persuasit, ut tristitiam discuteret. Non enim propter illum filium quærebat, sed ut aliquem Deo fructum exhiberet. *Et surrexit,* Ibid. v. 9. inquit, *postquam ipsi comederant in Selom, et biberant, et stetit coram Domino.* Non sine causa dictum est hoc quoque, *Postquam comederant, et biberant:* sed ut intelligas, quod alii voluptatibus et otio tempus impendunt, illud eam precibus ac lacrymis impendisse, quod sobria plurimum ac vigilans esset. *Et stetit coram Domino: et Heli sacerdos,* inquit, *sedebat super sellam in liminibus templi Domini.* Ne hoc quidem temere positum est, *Heli sacerdos sedebat in liminibus templi Domini;* sed ut fervor mulieris ostendatur. Nam ut sæpe vidua mulier auxilio destituta ac deserta, contumeliis ac variis injuriis affecta, cum forte imminet Imperatoris adventus, satellitibus, clypeatis militibus, equitibus, alioque multo famulitio præcedente, minime terretur, neque patrono indiget, sed omnes illos perrumpens multa cum fiducia Imperatorem alloquitur suamque calamitatem deplorat, ad ejus alloquium ab ipsa necessitate deducta: sic nimirum et mulier ista non erubuit, neque illam puduit sedente sacerdote per seipsam petere, ac multa cum fiducia ad Imperatorem accedere, sed impulsa desiderio, atque in cælum mente subvecta, tamquam ipsum contueretur Deum, ita cum summo illum fervore compellabat. Quid vero ait? Imo vero nullum verbum prius emittit, sed fletuum præmittit exordium, et calidos lacrymarum rivos effundit. Et sicut, cum imbres decidunt, tellus ipsa durior irrigata et emollita seipsam facilius ad producendas fruges excitat, sic etiam in hac muliere contigit. Siquidem tamquam ab imbribus quibusdam a lacrymis emollita vulva, et dolore calefacta cœpit ad præclaram hanc liberorum procreationem excitari. Audiamus autem ipsa verba, pulchramque istam

[a] Σιλώμ Reg. et Colb. unus.

[b] Καταβραχεῖσα Reg. et Colb. unus.

1. Reg. 1. 10. 11.

supplicationem. *Plorans,* inquit, *ploravit, et votum vovit Domino dicens,* ADONAÏ DOMINE ELOÏ SABAOTH. Tremenda verba et horroris plena; recteque factum est a scriptore, cum in nostram linguam ea non transtulit: neque enim propria retenta virtute in Græcum illa sermonem convertere potuisset. Nec uno illum vocabulo mulier appellavit, sed pluribus quæ illi tribuuntur, ut amorem erga illum suum, et ardentem affectum ostenderet. Et sicut qui libellos supplices offerendos Imperatori scribunt, non unum inserunt nomen, sed Triumphatorem, Augustum, Imperatorem, et alia multa sublimiora istis cum addiderint, tum demum suas preces offerunt: sic et ista cum libellum quemdam supplicem offerret Deo, multa in exordio supplicationis suæ nomina ponit, cum ut affectum, ut ante dixi, proprium, tum ut honorem indicet, quo prosequitur eum cui supplicat. Enimvero preces ipsas dictavit dolor: quapropter et confestim exaudita est, cum illas admodum prudenter scripsisset. Tales quippe sunt, quæ ex animi dolore funduntur orationes. Nam pro charta fuit mens ejus, pro calamo lingua, lacryma pro atramento: quam ob causam ad hunc usque diem ejus supplicatio permansit. Indelebiles quippe fiunt ejusmodi literæ, quæ illo tinctæ fuerint atramento. Atque exordium quidem libelli supplicis tale fuit; quæ vero sequuntur,

Tituli Imperatoribus delati.

1. Reg. 1. 11.

quænam? *Si respiciens respexeris,* inquit, *super humiliationem ancillæ tuæ.* Necdum quidquam accepit, et a promissione orationis duxit exordium. Remuneratur Deum, cum nihildum manibus teneat. Adeo fervebat, et ad hoc potius quam ad illud aspirabat, ideoque sibi filium dari precabatur. *Si respiciens respexeris super humiliationem ancillæ tuæ.* Duplici jure nitor, inquit, servitutis, et calamitatis. *Et da mihi ancillæ tuæ semen viri; dabo illud datum coram te.* Quid est, *Coram te datum?* Deditium, et plane servum. Omni potestate me abdico. Eatenus enim tantum fieri mater cupio, quatenus a me filius ducat initium, tum deinceps meo jure cedo, ac rursus ei renuntio.

6. Ac vide mulieris pietatem. Non dixit, Si dederis mihi tres, duos tibi do: sin autem duos, unum do tibi: sed, Si unum solum dederis, totum tibi fructum consecro. *Et vinum et omne quod inebriare potest non bibet.* Nondum filium accepit, et jam prophetam informat, ac de

708 φωνήν· οὐ γὰρ ἴσχυσε μετὰ τῆς οἰκείας αὐτὰ ἀρετῆς μεταθεῖναι πρὸς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν. Οὐκ ἀφ' ἑνὸς δὲ αὐτὸν ἐκάλεσε ῥήματος ἡ γυνή, ἀλλ' ἀπὸ πολλῶν τῶν προσόντων αὐτῷ, τὸν περὶ αὐτὸν πόθον ἐνδείκνυμένη, καὶ τὴν θερμὴν διάθεσιν. Καὶ καθάπερ οἱ τὰς δεήσεις γράφοντες τῷ βασιλεῖ, οὐκ ἐντιθέασιν ἓν ὄνομα μόνον, ἀλλὰ τὸν τροπαιοῦχον, τὸν αὔγουστον, τὸν αὐτοκράτορα, καὶ πολλὰ ἕτερα τούτων ἄνω προθέντες, τότε ποιοῦνται τὴν ἱκετηρίαν· οὕτω καὶ αὕτη δέησίν τινα ἀναφέρουσα τῷ Θεῷ, πολλὰ τίθησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς δεήσεως ὀνόματα, τήν τε οἰκείαν διάθεσιν ἐνδεικνυμένη, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, καὶ τὴν εἰς τὸν παρακαλούμενον τιμήν. Καὶ τὴν [a] δέησιν αὐτὴν ὑπηγόρευσεν ἡ ὀδύνη· διὸ καὶ ταχέως ἠκούετο μετὰ πολλῆς αὐτὴν γράψασα τῆς συνέσεως. Τοιαῦται γὰρ αἱ ἐξ ὀδύνης ψυχῆς γινόμεναι εὐχαί. Καὶ γὰρ ἀντὶ χάρτου μὲν ἦν αὐτῆς ἡ διάνοια, ἀντὶ καλάμου δὲ ἡ γλῶττα, τὰ δάκρυα δὲ ἀντὶ μέλανος· διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας ἡ δέησις ἔμεινεν. Ἀνεξάλειπτα γὰρ τὰ τοιαῦτα γίνεται γράμματα, ἅπερ ἂν ἐκείνῳ βαφῇ τῷ μέλανι. Καὶ τὰ μὲν προοίμια τῆς δεήσεως τοιαῦτα· τὰ δὲ ἑξῆς τίνα; Ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς, φησὶν, ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου. Οὔπω οὐδὲν ἔλαβε, καὶ ἐξ ὑποσχέσεως τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς εὐχῆς. Ἀμείβεται τὸν Θεὸν ἤδη, μηδὲν ἐν χερσὶ κατέχουσα. Οὕτως ἔζεε καὶ ὤδινε πρὸς τοῦτο μᾶλλον, ἢ πρὸς ἐκεῖνο, καὶ διὰ τοῦτο ἡδέως λαβεῖν τὸ παιδίον. Ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου. Δύο δικαιώματα, φησὶν, ἔχω, τὴν δουλείαν, καὶ τὴν συμφοράν. Καὶ δός μοι τῇ δούλῃ σου σπέρμα ἀνδρός· δώσω αὐτὸ ἐνώπιόν σου δοτόν. Τί ἐστιν, Ἐνώπιόν σου δοτόν; Ἔκδοτον καὶ ὁλόκληρον δοῦλον. Ἀφίσταμαι τῆς ἐξουσίας ἁπάσης. Τοσοῦτον γὰρ βούλομαι γενέσθαι μήτηρ μόνον, ὅσον τὴν ἀρχὴν παρ' ἐμοῦ λαβεῖν τὸ παιδίον, καὶ λοιπὸν ἐξίσταμαι καὶ παραχωρῶ.

Καὶ σκόπει γυναικὸς εὐλάβειαν. Οὐκ εἶπεν, ἐὰν δῷς μοι τρεῖς, τοὺς δύο σοι δίδωμι, ἐὰν δὲ δύο, τὸν ἕνα σοι δίδωμι· ἀλλ', ἐὰν μόνον ἕνα δῷς, ὁλόκληρον ἀνατίθημί σοι τὸν καρπόν. Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ μὴ πίεται. Οὔπω ἔλαβε τὸ παιδίον, καὶ ἤδη διαπλάττει προφήτην, καὶ περὶ τῆς παιδοτροφίας αὐτοῦ δια-

[a] Colb. δέησιν ταύτην, et sic etiam Reg.

λέγεται, καὶ συνθήκας ποιεῖται πρὸς τὸν Θεὸν. Ὦ παῤῥησίας γυναικός. Ἐπειδὴ καταβαλεῖν οὐδὲ τότε εἶχε διὰ τὸ μηδέπω λαβεῖν, ἀπὸ τῶν μελλόντων καταβάλλει τὴν τιμήν. Καὶ καθάπερ πολλοὶ τῶν γηπόνων ἐν πενίᾳ ζῶντες ἐσχάτῃ, καὶ ἀργύριον οὐκ ἔχοντες ὥστε μόσχον ἢ πρόβατον πρίασθαι, ἐφ' ἡμισείᾳ παρὰ τῶν δεσποτῶν αὐτὰ λαμβάνουσιν, ἀπὸ τῶν μελλόντων καρπῶν τὴν τιμὴν ὑπισχνούμενοι καταβαλεῖν· οὕτω δὴ καὶ αὕτη, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον ἐποίησεν. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμισείᾳ τὸν υἱὸν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὥστε ὁλόκληρον αὐτῷ ἀποδοῦναι πάλιν, καὶ τὴν παιδοτροφίαν καρπώσασθαι. Ἀρκοῦσαν γὰρ ἀμοιβὴν εἶναι ἐνόμισε, τὸ πονέσαι περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἱερέα. Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ μὴ πίεται, φησίν. Οὐκ ἐνενόησε πρὸς ἑαυτὴν, λέγουσα· [a] τί δὲ ἂν ἄπαλὸς ὢν ὑπὸ τῆς ὑδροποσίας διαφθείρηται; τί δὲ ἂν ἀῤῥωστίᾳ περιπέσῃ; τί δὲ ἂν ἀποθάνῃ, νόσῳ παραδοθεὶς χαλεπῇ; Ἀλλ' ἐννοήσασα ὅτι ὁ δοὺς αὐτὸν, αὐτὸς καὶ τῆς ὑγείας προνοῆσαι δυνήσεται, ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων καὶ τῶν ὠδίνων εἰς τὴν ἁγιωσύνην αὐτὸν ἐνεβίβασεν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥίψασα τὸ πᾶν, καὶ πρὸ τῶν ὠδίνων ἡ γαστὴρ αὐτῆς ἡγιάζετο προφήτην ἔχουσα, καὶ ἱερέα κυοῦσα, καὶ τὸ ἀνάθημα φέρουσα, ἀνάθημα ἔμψυχον. Διὰ ταῦτα ἠνείχετο ἀθυμούσης αὐτῆς ὁ Θεὸς, διὰ τοῦτο βραδέως ἐδίδου, ἵνα λαμπροτέραν αὐτὴν τῷ τρόπῳ τοῦ τόκου ποιήσῃ, ἵνα δείξῃ τὴν φιλοσοφίαν. Καὶ γὰρ εἰς τὴν εὐχὴν καταστᾶσα οὐκ ἐμνήσθη τῆς ἀντιζήλου, οὐκ εἶπεν αὐτῆς τὰς λοιδορίας, οὐκ ἤνεγκεν εἰς μέσον τὰ ὀνείδη, οὐκ εἶπεν· ἐκδίκησόν με ἐκ τῆς μιαρᾶς καὶ πονηρᾶς γυναικὸς ἐκείνης· ἅπερ πολλαὶ ποιοῦσι γυναῖκες· ἀλλὰ μηδὲ μνησθεῖσα τῶν ὀνειδῶν ἐκείνων, περὶ τῶν αὐτῇ συμφερόντων ηὔχετο μόνον. Τοῦτο καὶ σὺ ποίησον, ἄνθρωπε, καὶ ὅταν ἴδῃς ἐχθρὸν λυποῦντα, πρὸς ἐκεῖνον μὲν μηδὲν ἐκβάλῃς ῥῆμα πικρὸν, μηδὲ εὔξῃ κατ' αὐτοῦ πρὸς σὲ ἀπεχθῶς ἔχοντος· εἰσελθὼν δὲ, καὶ τὰ γόνατα κάμψας, καὶ δάκρυα ἀφεὶς, παρακάλει τὸν Θεὸν λῦσαι τὴν ἀθυμίαν, σβέσαι τὴν λύπην· ὅπερ οὖν καὶ αὕτη πεποίηκε, καὶ τὰ μέγιστα παρὰ τῆς ἐχθρᾶς ἐκαρπώσατο γυναικός. Ἐκείνη γὰρ πρὸς τὸν τόκον τοῦ παιδίου συνέπραξε. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ἐπειδὴ ὠνείδισεν, ἔθλιψε, καὶ μείζονα τὴν ὀδύνην εἰργάσατο, ἀπὸ τῆς ὀδύνης ἡ εὐχὴ προσεκτικωτέρα γέγονεν, ἡ εὐχὴ τὸν Θεὸν ἐπεσπάσατο, καὶ ἐπινεῦσαι ἐποίησε, καὶ οὕτως ὁ Σαμουὴλ ἐτέχθη. Ὥστε, ἐὰν νήφωμεν, οὐ μόνον ἡμᾶς οἱ ἐχθροὶ οὐδὲν παραβλάψαι δυνήσονται, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσουσι τὰ μέγιστα, πρὸς πάντα ἡμᾶς σπουδαιοτέρους ἐργαζόμενοι, μόνον ἂν μὴ πρὸς λοιδορίας καὶ ὕβρεις, ἀλλὰ πρὸς εὐχὰς ἑαυτοὺς ἄγωμεν ἀπὸ τῆς παρ' ἐκείνων ἐγγινομένης ἡμῖν ἀθυμίας. Τεκοῦσα δὲ τὸ

illius educatione verba facit, et cum Deo pactum init. O confidentiam mulieris! Quia non tum persolvere poterat, quod nondum accepisset, a futuris sumtum pretium persolvit. Et quemadmodum sæpe multi agricolæ summa pressi egestate, cum tantum pecuniæ non suppetat, ut vitulum possint aut ovem emere, hac conditione a dominis ea accipiunt animalia, ut semissem fructuum reddant, seque pretium ex futuris deductum fructibus persoluturos promittunt: sic etiam ista, vel potius majus quiddam præstitit. Non enim ea conditione, ut semissem fructuum reddat, filium accipit, sed ut totum illi deinde restituat, et fructuum loco filii educationem accipiat. Sufficientem enim esse mercedem existimavit, ut labores suos in Dei sacerdotis educationem impenderet. *Et vinum et omne quod inebriat non bibet,* inquit. Non illi venit in mentem hæc apud se dicere: Quid vero fiet, si dum tener est infans, aquæ potu ejus valetudo lædatur? quid si in morbum incidat? quid si gravi morbo oppressus moriatur? Sed cum cogitasset eum, a quo fuerat datus, posse illius quoque sanitati providere, ab ipsis incunabulis et partus secundinis in sanctitatem illum invexit, Deoque rem totam commisit, et ante partum sanctificabatur ejus uterus in quo propheta gestabatur, et sacerdos concipiebatur, et donarium ferebatur, donarium, inquam, animatum. Ideo diutius eam mœrore confici permittebat Deus, ideo tarde dabat, ut eam ipso genere partus illustriorem redderet, ut philosophiam ejus animique moderationem ostenderet. Nam in oratione non meminit æmulæ, non ejus convicia memoravit, non in medium protulit ejus opprobria, non dixit, Ulciscere me de improba et scelesta illa muliere, quod multæ faciunt mulieres: sed neque probrorum recordata, de iis tantum quæ sibi proderant preces offerebat. Ita fac tu quoque, mi homo, cumque videris inimicum dolore afficientem, in eum quidem nullum asperius verbum mittas, neque male erga te affecto impreceris: sed ingressus, ac flexis genibus, fusisque lacrymis, Deum precare, ut tristitiam discutiat doloremque restinguat; quod hæc quoque mulier fecit, nec mediocrem fructum ex inimica collegit. Illa enim ad hunc partum infantis obtinendum opitulata est. Quo pacto id factum sit, ego dicam. Quia opprobria jactata, afflixerat, majoremque dolorem reddiderat, a

709 A B C D E

[a] Reg. τί δαί hic et in sequenti.

dolore ardentior fuit oratio, Deum vero illi conciliavit, atque ut impetraret effecit, sicque Samuel est partu editus. Itaque si vigiles sumus, non modo nihil nos lædere poterunt inimici, sed et plurimum proderunt, dum in omnibus nos diligentiores efficient, tantum ne propter molestiam ac dolorem, quem nobis inurunt, ad convicia probraque nos abripi sinamus, sed ad preces nos potius convertamus. Postquam autem peperit filium, vocavit illum Samuelem, hoc est, Audiet Deum. Nam quoniam ex eo, quod exaudita fuerit, et precum opera ipsum accepit, non beneficio naturæ, memoriam quæstus illius tamquam in ænea quadam columna in appellatione pueruli voluit esse defixam. Neque dixit, Vocemus eum nomine patris sui, vel patrui, vel avi, vel proavi: sed, Ille ipse, qui dedit eum, inquit, appellatione pueruli honoretur. Hanc æmulamini mulieres, hanc imitemur viri, tantamque liberorum curam geramus, ita natos educemus, cum in aliis omnibus, tum maxime in castitate. Nihil enim adeo contendendum et curandum est, quam ut juvenes casti sint et pudici. Hæc enim maxime ægritudo illi ætati molestiam exhibet: et quod in lucernis agimus, hoc et erga liberos observemus. Certe sæpe ancillam admonemus, quæ lucernam accendit, ne in eum locum lucernam transferat, in quo stipula fœnumve fuerit, aut aliquid ejusmodi, ne forte nobis insciis excidat scintilla quæpiam, et materiam illam corripiens totam domum incendat: eamdem quoque sollicitudinem erga liberos impendamus, neque vultus eorum illuc traducamus, ubi lascivæ sunt famulæ, ubi luxuriosæ puellæ, ubi petulantes ancillæ, sed jubeamus ac denuntiemus illis, si forte talis nobis sit famula, seu vicina, sive quævis ejusmodi, ut neque in conspectum, neque in sermonis congressum cum juvenibus veniat, ne qua inde scintilla excidens totam pueruli animam incendat, et irreparabilem illi calamitatem importet. Neque vero tantum a spectaculis, sed etiam a mollibus ac dissolutis cantilenis abducamus, ne his eorum anima fascinetur; neque illos ad theatra deducamus, nec ad convivia et compotationes, sed cautius quam conclavi abditæ virgi-

Samuelis nomen quid sonet.

παιδίον, ἐκάλεσεν αὐτὸ Σαμουήλ, τουτέστιν, [b] ἀκούσει Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ ἀκουσθῆναι, καὶ ἐξ εὐχῆς αὐτὸν ἔλαβε, καὶ οὐκ ἀπὸ φύσεως, τῆς ἐργασίας τὴν μνήμην, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ προσηγορίᾳ τοῦ παιδίου λοιπὸν ἐναπέθετο. Καὶ οὐκ εἶπε, καλέσωμεν αὐτὸν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἢ τοῦ θείου, ἢ τοῦ πάππου, ἢ τοῦ ἐπιπάππου· ἀλλ' αὐτὸς ὁ δεδωκὼς αὐτὸν, αὐτὸς καὶ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ παιδίου τιμάσθω, φησί. Ταύτην ζηλώσατε γυναῖκες, ταύτην μιμησώμεθα ἄνδρες, καὶ τοσαύτην περὶ τὰ παιδία ποιώμεθα τὴν ἐπιμέλειαν, οὕτως ἐκτρέφωμεν τοὺς τεχθέντας, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἔν τε τῷ τῆς σωφροσύνης λόγῳ. [c] Οὐδὲν γὰρ οὕτω σπουδάζειν χρὴ καὶ φροντίζειν τῶν νέων, ὡς σωφροσύνης ἕνεκεν καὶ σεμνότητος. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πάθος ἐκείναις ἐνοχλεῖ ταῖς ἡλικίαις· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν λύχνων ποιοῦμεν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων φυλάττωμεν. Πολλάκις γοῦν θεραπαινίδι λύχνον ἁπτούσῃ παρακελευόμεθα μὴ παραγαγεῖν τὸν λύχνον, ἵνθα ἂν ᾖ καλάμη, ἢ χόρτος, ἤ τι τῶν τοιούτων, μήποτε ἀγνοούντων ἡμῶν, σπινθήρ τις ἐκπεσὼν, καὶ τῆς ὕλης ἐπιλαβόμενος ἐκείνης, ὁλόκληρον ἐμπρήσῃ τὴν οἰκίαν· ταύτην καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων τὴν πρόνοιαν ἔχωμεν, καὶ μὴ παράγωμεν αὐτῶν τὰς ὄψεις, ἵνθα θεραπαινίδες ἀσελγεῖς, ἵνθα κόραι ἄσωτοι, ἵνθα δοῦλαι ἀκόλαστοι, ἀλλὰ κελεύωμεν, καὶ παρεγγυῶμεν, κἂν θεραπαινίδα τοιαύτην ἔχωμεν, κἂν γείτονα, κἂν ἁπλῶς ἑτέραν τινὰ τοιαύτην, μήτε εἰς ὄψιν, μήτε εἰς συνουσίαν λόγων τοῖς νέοις ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ σπινθῆρα ἐκεῖθεν ἐκπεσόντα ὁλόκληρον ἀνάψαι τοῦ παιδίου τὴν ψυχὴν, καὶ ἀπαραμύθητον γενέσθαι τὴν συμφοράν. Μὴ θεαμάτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκουσμάτων αὐτοὺς μαλθακῶν καὶ διακεκλασμένων ἀπάγωμεν, ἵνα μὴ γοητεύηται διὰ τούτων αὐτοῖς ἡ ψυχή· μηδὲ εἰς θέατρα αὐτοὺς ἀνάγωμεν, μηδὲ εἰς συμπόσια καὶ μέθας, ἀλλὰ τῶν θαλαμευομένων παρθένων μᾶλλον ἡμῖν οἱ νέοι φυλαττέσθωσαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὴν ἡλικίαν ἐκείνην κοσμεῖν πέφυκεν, ὡς ὁ τῆς σωφροσύνης στέφανος, καὶ τὸ πάσης ἀσελγείας καθαρεύοντα πρὸς γάμον ἐλθεῖν. Οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς γένοιντ' ἂν ποθειναὶ, ὅταν μὴ πορνείαν ἡ ψυχὴ προμεμελετηκυῖα, μηδὲ διεφθαρμένη ᾖ, ὅταν ἐκείνην εἰδὼς ἢ τὴν γυναῖκα μόνην ὁ νέος τὴν γάμῳ συναφθεῖσαν αὐτῷ. Οὕτω καὶ οἱ ἔρωτες θερμότεροι, καὶ ἡ εὔνοια γνησιωτέρα, καὶ ἡ φιλία ἀκριβεστέρα γίνεται, ὅταν μετὰ τοιαύτης φυλακῆς ἐπὶ τοὺς γάμους οἱ νέοι βαδίζωσιν. Ὡς τάγε νῦν

[b] Reg. ἀκούσει θεόν.

[c] Οὐδὲν γὰρ οὕτω σπουδάζειν χρὴ καὶ φροντίζειν τῶν νέων, ὡς σωφροσύνης ἕνεκεν καὶ σεμνότητος. τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πάθος, etc. Hic aliquid deesse putat Savilius: « qui enim, » inquit, « σωφροσύνη dicatur πάθος, aut ἐκείναις ἡλικίαις ἐνοχλεῖν? » At ego libentius dixerim esse ἀποσιώπησιν, et postquam de continentia dixit, τοῦτο γὰρ τὸ πάθος addidisse Chrysostomum, de vitio continentiæ opposito loquentem, nec tamen id indicantem, quia id sufficienter auditores intelligebant. Hujusmodi ἀποσιωπήσεις apud Græcos frequentes sunt.

γινόμενα, οὐ γάμος ἐστὶν, ἀλλ' ἁπλῶς χρημάτων ἐμπορία, καὶ καπηλεία. Ὅταν γὰρ καὶ πρὸ τῶν γάμων διεφθαρμένος ὁ νέος ᾖ, καὶ μετὰ τὸν γάμον πάλιν πρὸς ἑτέραν βλέπῃ γυναῖκα, τί τῶν γάμων ὄφελος, εἰπέ μοι; Μεῖζων μὲν οὖν ἡ κόλασις, ἀσύγγνωστος ἡ ἁμαρτία, ὅταν γυναικὸς ἔνδον οὔσης εἰς πόρνας ἑαυτὸν καταισχύνῃ, καὶ μοιχείαν ἐργάζηται. Μετὰ γὰρ γυναῖκα, [a] κἂν πόρνη ᾖ ἡ προσφθειρομένη τῷ γεγαμηκότι, μοιχεία τὸ πρᾶγμά ἐστι. Ταῦτα δὲ γίνεται, καὶ μετὰ γάμον πρὸς τὰς ἑταιριζομένας γυναῖκας τρέχουσιν, ἐπειδὴ πρὸ τοῦ γάμου σωφρονεῖν οὐκ ἐμελέτησαν. Ἐντεῦθεν μάχαι, καὶ λοιδορίαι, καὶ οἰκιῶν ἀνατροπαὶ, καὶ καθημερινοὶ πόλεμοι· ἐντεῦθεν ὁ πρὸς τὴν γυναῖκα ἔρως ὑπορρεῖ καὶ μαραίνεται, τῆς ἐν τοῖς πορνείοις ὁμιλίας ἐκλυούσης αὐτόν. Ὡς ἐὰν σωφρονεῖν μάθῃ, πάντων ποθεινοτέραν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἡγήσεται, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὴν ὄψεται τῆς εὐνοίας, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὴν τηρήσει τὴν ὁμόνοιαν· εἰρήνης δὲ οὔσης καὶ ὁμονοίας, πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην εἰσελεύσεται τὰ ἀγαθά. Ἵν' οὖν καὶ τὰ ἐνταῦθα ἡμῖν καλῶς οἰκονομῆται, καὶ μετὰ τούτων καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν, χρὴ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν παιδίων προνοῶμεν, ταύτης ἕνεκεν μάλιστα τῆς ἐντολῆς, ὅπως μὴ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένοι ἱμάτια, εἰς τὸν πνευματικὸν ἐκεῖνον εἰσέλθωμεν γάμον, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς ἐκεῖ κειμένης τοῖς ἀξίοις τιμῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

χαιρον καὶ τὸ ἱερεῖον, αὐτὸς ὢν σὺ καὶ ἱερεὺς, καὶ θυσιαστήριον, καὶ ἱερεῖον. Ὅπου γὰρ ἂν ᾖς, δύνασαι στῆσαι τὸν βωμὸν, προαίρεσιν νήφουσαν ἐπιδειξάμενος μόνον, καὶ οὐδὲν κωλύει τόπος, οὐδὲ ἐμποδίζει καιρὸς, ἀλλὰ κἂν γόνατα μὴ κλίνῃς, κἂν μὴ στῆθος τύψῃ, καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνῃς, διάνοιαν δὲ μόνον ἐπιδείξῃς θερμὴν, τὸ πᾶν ἀπήρτισας C τῆς εὐχῆς. Ἔξεστι καὶ γυναῖκα ἠλακάτην κατέχουσαν, καὶ ἱστουργοῦσαν ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν τῇ διανοίᾳ, καὶ καλέσαι μετὰ θερμότητος τὸν Θεόν· ἔξεστι καὶ ἄνθρωπον εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλοντα, καὶ καθ' ἑαυτὸν βαδίζοντα εὐχὰς ποιεῖσθαι ἐκτενεῖς· καὶ ἕτερον ἐπ' ἐργαστηρίου καθήμενον καὶ δέρματα ῥάπτοντα, τὴν ψυχὴν ἀναθεῖναι πρὸς τὸν Δεσπότην· ἔξεστιν οἰκέτῃ, καὶ ὠνουμένῳ, καὶ ἀναβαίνοντι καὶ καταβαίνοντι, καὶ μαγειρείῳ παρεστῶτι, ὅταν μὴ δυνατὸν εἰς ἐκκλησίαν ἐλθεῖν, εὐχὴν ποιεῖσθαι ἐκτενῆ καὶ διεγηγερμένην. Οὐκ ἐπαισχύνεται τόπον ὁ Θεός· ἓν ζητεῖ μόνον, διάνοιαν θερμὴν, καὶ ψυχὴν σωφρονοῦσαν. Καὶ D ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ σχήματος χρεία καὶ τόπων πάντως καὶ καιρῶν, ἀλλὰ φρονήματος γενναίου καὶ διεγηγερμένου, ὁ Παῦλος ὕπτιος ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου κείμενος, καὶ οὐκ ὀρθὸς ἑστὼς (οὐ γὰρ ἠφίει τὸ ξύλον, ᾧ τοὺς πόδας ἐδέδετο), ἐπειδὴ μετὰ προθυμίας ἠύξατο κείμενος, τὸ δεσμωτήριον ἔσεισε, καὶ τὰ θεμέλια [a] διεσάλευσε, καὶ τὸν δεσμοφύλακα ἔδησε, καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν μετὰ ταῦτα μυσταγωγίαν ἐχειραγώγησε. Πάλιν δ' Ἐζεκίας οὐκ ὀρθὸς ἑστὼς, οὐδὲ γόνατα κλίνας, ἀλλ' ὕπτιος ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενος διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν, στρέψας ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν τοῖχον, ἐπειδὴ τὸν E Θεὸν θερμῶς ἐκάλεσε καὶ μετὰ ψυχῆς σωφρονούσης, καὶ ἀπόφασιν ἐξενεχθεῖσαν ἀνεκαλέσατο, καὶ πολλὴν ἐπεσπάσατο τὴν εὔνοιαν, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανῆλθε ὑγείαν. Οὐκ ἐπ' ἀνδρῶν δὲ ἁγίων καὶ μεγάλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πονηρῶν τοῦτο ἴδοι τις ἂν συμβαῖνον. Καὶ γὰρ ὁ λῃστὴς, οὐκ ἐν οἴκῳ στὰς εὐκτηρίῳ, οὐδὲ γόνατα κλίνας, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τεταμένος, ἀπὸ ῥημάτων ὀλίγων τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπέτυχεν· ἄλλος ἐν βορβόρῳ καὶ λάκκῳ, ἄλ- 739 λος ἐν λάκκῳ καὶ θηρίοις, ἕτερος ἐν αὐτῇ τοῦ κήτους A τῇ νηδύϊ, τὸν Θεὸν παρακαλέσαντες, τὰ ἐπικείμενα ἅπαντα διέλυσαν, καὶ τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν ἐπεσπάσαντο. Καὶ ταῦτα μὲν λέγων, παραινῶ συνεχῶς ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιχωριάζειν, καὶ ἐν οἰκίᾳ μετὰ πολλῆς ἡσυχίας εὔχεσθαι, καὶ κατὰ σχολὴν γόνατα κλίνοντας, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνοντας· εἰ δὲ ἢ διὰ καιρὸν, ἢ διὰ τόπον ἀπολειφθείημεν μεταξὺ πολλῶν ἑτέρων, μὴ διὰ τοῦτο τὰς συνήθεις ἀπολιμπάνειν εὐχὰς, ἀλλὰ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅνπερ εἶπον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, εὔχεσθε καὶ παρακαλεῖτε τὸν Θεὸν, ὡς οὐδὲν

sed ubicumque fueris, præsto tibi est et altare, et culter, et victima: tu ipse et altare, et sacerdos, et victima es. Ubicumque enim fueris, potes erigere altare, si sobriam modo voluntatem afferas, nec te aut locus aut tempus impedit, sed etiamsi nec genua flectas, nec pectus tundas, nec manus ad cælum tendas, si mentem solum afferas fervidam, nihil tibi ad precationem deerit. Licet etiam mulieri colum tenenti aut telam texenti mente suspicere in cælum, et ardenti pectore Deum invocare: licet etiam viro in foro versanti aut iter facienti attente precari: alteri itidem in officina sedenti ac coria suenti animam ad Dominum erigere: licet servo obsonanti, ac sursum deorsum cursitanti, vel in culina ministranti, si non licet adire ecclesiam, precationem intentam ex imo pectore ciere. Non pudet loci Deum: unum postulat, mentem ferventem animamque modestam. Et ut scias non habitu aut locorum temporumve opportunitate esse opus, sed animo probo ac vigili, Paulus supinus in carcere jacens, non erectus stans (neque enim compes lignea permittebat), quoniam magna alacritate precabatur jacens, carcerem concussit, ejusque fundamenta commovit, et custodem terruit, ac mox initiatum ad mysteria sacra perduxit. Rursum Ezechias ille non erectus stans neque genibus flexis, sed supinus in lecto cubans ob infirmitatem, versa ad parietem facie, quoniam ardenter et temperanti animo Deum invocavit, sententiam adversus se latam revocavit, magnam sibi gratiam conciliavit, et in pristinam restitutus est sanitatem. Nec solum magnis et sanctis viris hoc contigisse videas, sed malis etiam. Nam et latro ille, non stans in oratorio, aut genua flectens, sed in cruce *distensus*, paucis verbis regnum cælorum impetravit: alius in lacum cœnosum conjectus, alius in foveam bestiis objectus, alius ceti alvo conclusus, invocato Deo mala instantia discusserunt, divinamque sibi conciliarunt benevolentiam. Hoc sermone hortor ut continue frequentetis ecclesias, et domi cum magna quiete precemini per otium, genua flectentes, manusque attollentes: quod si tempus aut locus nos in multitudine hominum deprehendat, non est ob hoc a consuetis orationibus cessandum, sed ita ut vestram caritatem monui, precamini et invocate Deum, certi nihilominus tali precatione optata vos impetraturos. Non hæc ideo dixi ut applaudatis et laudetis, sed et opere ea præstetis, utque

Ubique orare possumus.

Act. 16.

4. *Reg.* 20.

Luc. 23. 42. 43.

[a] Reg. ἐσάλευσε.

tam nocturnum quam diurnum et operandi tempus votis ac precationibus occupetis. Quod si res nostras sic disposuerimus, et præsentem vitam tuto transigemus, et cæleste regnum assequemur: quo nobis omnibus pervenire detur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simul cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B ἔλαττον παρὰ ταύτην ἔχοντες τὴν εὐχήν. Ταῦτα εἰπὼν, οὐχ ἵνα κροτήσητε καὶ θαυμάσητε, ἀλλ' ἵνα διὰ τῶν ἔργων αὐτὰ ἐπιδείξησθε, καὶ τὸν καιρὸν τὸν τῆς νυκτὸς καὶ τὸν τῆς [a] ἡμέρας, καὶ τὸν τῆς ἐργασίας καιρὸν ἐν εὐχαῖς καὶ δεήσεσι διαλαμβάνοντες. Ἂν οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, καὶ τὸν παρόντα μετὰ ἀσφαλείας διανύσομεν βίον, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτευξόμεθα· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SERMO V.

C

ΛΟΓΟΣ ε'.

Adversus eos qui tantum in festis conveniunt, et quidnam sit festum; item adversus eos qui incusant divinam providentiam, eo quod in hac vita quidam sint divites, quidam pauperes: quod paupertas utilissima sit, et quod paupertas plus voluptatis ac securitatis ubique habeat, quam divitiæ; itemque de Anna.

Πρὸς τοὺς ἐν ἑορταῖς μόνον συναγομένους, καὶ τί ποτέ ἐστιν ἑορτή· καὶ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, διὰ τὸ πλουσίους εἶναι καὶ πένητας ἐν τῷ βίῳ· καὶ ὅτι χρησιμώτατον ἡ πενία, καὶ ὅτι πλούτου πλείονα ἡδονὴν ἔχει πανταχοῦ καὶ ἀσφάλειαν· καὶ εἰς τὴν Ἄνναν.

Frustra, ut videtur, eos qui præcedenti adfuerunt collectæ, hortati sumus, ut in paterna domo permanerent, et non una cum iis, qui festis diebus solum hic se sistunt, accederent ad nos, ac rursum decederent: imo vero non frustra. Nam etsi nemini ex eis persuasum esset oratione nostra, nobis tamen merces integra manet, plenamque habemus apud Deum defensionem. Quamobrem oportet concionatorem, etiamsi nemo attendat, semina jacere, et pecuniam deponere, ut postea Deus non ab illo, sed a numulariis rationem reposcat. Quod sane etiam nos fecimus, arguendo, increpando, obsecrando, admonendo. In hoc enim vobis commemoravimus filium illum paternarum facultatum absumtorem, tandem ad paternam domum postliminio reversum, universamque ejus miseriam, famem, dedecus, opprobria, et quidquid apud exteros pertulit, adduximus in medium, ut hoc exemplo ad sobrietatem vos redigeremus: neque hic sermonem finivimus, verum etiam paternam erga eos pietatem exhibuimus, non negligentiæ pœnas exigentes, sed supinis manibus eos excipientes, veniam delictorum concedentes, aperta domo mensam apponentes, doctrinæ amictu eos amicientes, cæteramque

D

E

740 A

[b] Μάτην, ὡς ἔοικε, τοὺς τῇ προτέρᾳ συνάξει παραγενομένους ἡμῖν παρεκαλέσαμεν, πείθοντες μένειν ἐπὶ τῆς οἰκίας τῆς πατρῴας, καὶ μὴ μετὰ τῶν ἐν ἑορτῇ μόνον ἡμῖν φαινομένων ἐφίστασθαι καὶ ἀφίστασθαι πάλιν· μᾶλλον δὲ οὐ μάτην. Εἰ γὰρ καὶ μηδεὶς τούτων ἐπείσθη τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἡμῖν ὁ μισθὸς ἀπήρτισται, καὶ τὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀπολογίας πεπλήρωται. Διόπερ τὸν λέγοντα, κἂν προσέχῃ τις, κἂν μὴ προσέχῃ, τὰ σπέρματα χρὴ καταβάλλειν, καὶ τὸ ἀργύριον κατατιθέναι, ἵνα μηκέτι πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς τραπεζίτας ὁ λόγος ᾖ τῷ Θεῷ. Ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, ἐλέγξαντες, ἐπιτιμήσαντες, παρακαλέσαντες, νουθετήσαντες. Καὶ γὰρ τοῦ τὴν οὐσίαν κατεδηδοκότος υἱοῦ, καὶ πρὸς τὴν πατρικὴν οἰκίαν ἐπανελθόντος ἀνεμνήσαμεν, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ἅπασαν, καὶ τὸν λιμὸν, καὶ τὴν αἰσχύνην, καὶ τὰ ὀνείδη καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ὑπέμεινε, προσεθήκαμεν, τῷ παραδείγματι τούτῳ σωφρονεστέρους ποιῆσαι βουλόμενοι· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα τὸν λόγον ἐστήσαμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς φιλοστοργίαν περὶ αὐτοὺς ἐπεδείξάμεθα, οὐκ ἀπαιτήσαντες αὐτοὺς τῆς ῥᾳθυμίας εὐθύνας, ἀλλ' ὀπτίαις τούτους δεξάμενοι ταῖς χερσὶ, καὶ συγγνώμην δόντες ὑπὲρ τῶν πεπλημμεληκότων, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνοίξαντες, καὶ τὴν τράπεζαν παραθέντες, καὶ στολὴν αὐτοὺς περιβαλόντες

[a] Reg. et Colb. unus ἡμέρας ποιεῖν ἐργασίας.

[b] [Proœmium hujus Sermonis, ad verba usque καὶ γὰρ οἱ θησαυρὸν εὑρόντες, infra p. 741, C, legitur in Edit. Savil. Tom. 8, p. 8 et 9. Reliqua orationis pars, proœmio truncata, legitur in illa Ed., T. 5, p. 78 sqq.]

τὴν ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν παρασχόντες αὐτοῖς θεραπείαν. Ἐκεῖνοι δὲ τὸν υἱὸν ἐκεῖνον οὐκ ἐμιμήσαντο, οὐδὲ κατέγνωσαν τῆς ἔμπροσθεν ἀναχωρήσεως, οὐδὲ ἔμειναν ἐπὶ τῆς πατρῴας οἰκίας, ἀλλ' ἀπεπήδησαν πάλιν. Ὑμέτερον μὲν οὖν εἴη, ὑμῶν τῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν ὄντων, ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς, καὶ πεῖσαι κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς καθ' ἑκάστην σύναξιν ἑορτῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἡ πεντηκοστὴ παρῆλθεν, ἀλλ' ἡ ἑορτὴ οὐ παρῆλθε· πᾶσα γὰρ σύνοδος ἑορτή. Πόθεν δῆλον τοῦτο; Ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων, δι' ὧν B φησιν· Ὅπου ἂν ὦσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ ᾖ τῶν συνειλεγμένων, ποίαν ἑτέραν ζητεῖς ἀπόδειξιν ἑορτῆς ταύτης μείζονα; Ὅπου διδασκαλία καὶ εὐχαὶ, ὅπου πατέρων εὐλογίαι καὶ θείων νόμων ἀκρόασις, ὅπου σύνοδος ἀδελφῶν καὶ γνησίας ἀγάπης σύνδεσμος, ὅπου πρὸς Θεὸν ὁμιλία, καὶ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους διάλεξις, πῶς οὐκ ἂν εἴη ἑορτὴ καὶ πανήγυρις; Τὰς γὰρ ἑορτὰς οὐ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ τῶν συλλεγομένων ποιεῖν εἴωθεν· οὐχ ἡ πολυτέλεια τῶν ἱματίων, ἀλλ' ὁ τῆς εὐλαβείας καλλωπισμός· οὐχ ἡ δαψίλεια τῆς τραπέζης, ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς C πρόνοια. Ἑορτὴ γὰρ μεγίστη, συνειδὸς ἀγαθόν. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν πανηγύρεων, ὁ μὲν μήτε ἱμάτιον ἔχων περιβαλέσθαι λαμπρὸν, μήτε δαψιλεστέρας ἀπολαῦσαι τραπέζης, ἀλλ' ἐν πενίᾳ καὶ λιμῷ ζῶν καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, οὐκ αἰσθάνεται τοῦ καιροῦ τῆς ἑορτῆς, κἂν πᾶσαν τὴν πόλιν ἴδῃ χορεύουσαν, ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον ὀδυνᾶται καὶ δάκνεται, ὅσῳ καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὁρᾷ ἐν ἀπολαύσει, ἑαυτὸν δὲ ἐν ἀπορίᾳ· ὁ δὲ πλουτῶν καὶ τρυφῶν, καὶ στολὰς καθ' ἑκάστην ἀμείβειν ἔχων, καὶ πολλῆς ἀπολαύων εὐημερίας, κἂν μὴ παρῇ καιρὸς ἑορτῆς, ἑορτάζειν D νομίζει· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πραγμάτων, ὁ μὲν ἐν δικαιοσύνῃ ζῶν καὶ κατορθώμασι, κἂν μὴ παρούσης ἑορτῆς, ἑορτὴν ἄγει, τὴν καθαρὰν ἡδονὴν καρπούμενος τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος· ὁ δὲ ἐν ἁμαρτίᾳ καὶ πονηρίᾳ καὶ τρεφόμενος, καὶ πολλὰ κακὰ συνειδὼς ἑαυτῷ, καὶ παρούσης ἑορτῆς, ἀνέορτος μάλιστα πάντων ἐστίν. Ὥστε ἔξεστιν ἡμῖν, ἂν ἐθέλωμεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑορτὴν ἄγειν, ἂν ἀρετῆς ἐπιμελώμεθα, καὶ τὸ συνειδὸς ἡμῶν ἐκκαθαίρωμεν. Τί γὰρ ἡ παρελθοῦσα σύναξις τῆς παρούσης πλεονεκτεῖ; ἢ οὐχὶ τῷ θορύβῳ καὶ τῇ ταραχῇ μόνον, ἄλλῳ δὲ οὐ- E δενί; Ὅταν γὰρ καὶ ἡ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἀπόλαυσις, καὶ ἡ τῶν ἄλλων τῶν πνευματικῶν κοινωνία, οἷον εὐχῆς λέγω, καὶ ἀκροάσεως, καὶ εὐλογιῶν, καὶ ἀγάπης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἡ αὐτὴ καὶ σήμερον ᾖ, οὐδὲν ἔσται ἐλάττων ἐκείνης αὕτη ἡ ἡμέρα, οὔτε ὑμῖν, οὔτε ἐμοὶ τῷ λέγοντι. Οἱ γὰρ τότε ἡμῶν ἀκούσαντες, οὗτοι καὶ νῦν ἀκούσονται· οἱ δὲ μὴ παρόντες νῦν, οὐδὲ τότε παρῆσαν, εἰ καὶ ἐδόκουν παρεῖ-

omnem curam ipsis adhibentes. Illi autem filium illum non sunt imitati, nec eos relicti cœtus pœnituit, neque in paterna domo manserunt, sed denuo abscesserunt. Vestrum igitur esset, vestrum, inquam, qui semper nobiscum estis, reducere ipsos, persuadereque ut nobiscum per singulas collectas velint festi esse participes. Quamvis enim Pentecoste præteriit, festum tamen non præteriit; omnis enim conventus festum est. Unde hoc patet? Ex ipsis Christi verbis, dicentis: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in meo nomine, ibi sum in medio eorum.* Quoties autem Christi interest in medio cœtus, quod majus quæris festi argumentum? Ubi sacra doctrina et preces, ubi patrum benedictiones et divinæ legis auditorium, ubi conventus fratrum, germanæque caritatis vinculum, ubi cum Deo colloquium, et Dei cum hominibus sermo, qui fieri potest ut ibi non sit festa celebritas? Festa enim non multitudo convenientium facere solet, sed virtus; non sumtuosus vestitus, sed pietatis ornatus; non mensæ lautitia, sed cura animæ. Maximum enim festum est conscientia bona. Et sicut in externis celebritatibus is qui nec vestem habet, qua induatur, splendidam, nec mensam, qua fruatur, lautam, sed vivit in paupertate, fame, extremaque miseria, non afficitur festo die, etiamsi universam urbem choreas agere videat, sed eo magis angitur ac dolet quod alios in deliciis videat, dum ipse omnibus eget; dives vero delicatus, mutatoriis vestibus abundans, et in summa prosperitate vivens, etiam extra festa tempora festum agere sibi videtur: ita et in spiritualibus rebus usuvenit: qui vivit in justitia et operibus bonis, vel absque festo festum agit, sinceram voluptatem ex bona conscientia percipiens: qui vero in peccato et malitia degit, multorum malorum sibi conscius, etiam cum festum est, tam festo caret quam qui maxime. Quapropter licet nobis, si velimus, per singulos dies festum habere, si virtutem exerceamus, et conscientiam purificemus. Qua enim re præterita collecta hac præsenti est potior? annon tumultu tantum et strepitu, nullaque re alia? Quando enim et sanctorum mysteriorum perceptio, et aliarum spiritualium rerum communio, puta precationum, concionis, benedictionum, caritatis, cæterorumque omnium eadem est etiam hodie, nulla in re hæc dies superatur ab illa, quantum vel ad vos vel ad me concionantem attinet. Nam qui tunc nos audiebant, hi nunc quoque audituri sunt; et qui nunc absunt, ne tunc quidem aderant, etiamsi corpore adesse

Matth. 18. 20.

Festorum ornatus veri

viderentur: non audiunt nunc; imo tunc minus audiebant; nec solum non audiebant, sed etiam audientibus obstrependo molesti erant. Quapropter et tunc et nunc æquale mihi est theatrum, idemque auditorum conventus, nec ulla in re altero hic inferior. Imo, si mirum aliquid dicere permittitis, hic illo est præstantior; quod sine strepitu sit sermo, et sine tumultu doctrina, et cum majore intellectu auscultatio, nullo tumultu auditum nostrum interrumpente.

Paucitas auditorum ne contristet.

2. Hæc autem dico, non quod contemnam multitudinem illius conventus, sed ut vobis persuadeam ne doleatis, neve contristemini ob paucitatem eorum, qui nunc huc convenerunt. Non enim corporum, sed auditorum multitudinem in ecclesia requirimus. Quandoquidem igitur iidem convivæ qui tunc, etiam nunc nobis adsunt, pari alacritate hodie quoque convivium vobis exhibebo, ad argumentum reversus, quod nobis festivitatis tempus interrupit. Quemadmodum enim in Pentecoste intempestivum erat, omissa beneficiorum per id tempus in nos collatorum commemoratione, inceptum antea contextum continuare: ita nunc exacta Pentecoste, opportune historiam in manus resumtam prosequemur, pristinum de Anna argumentum tractaturi. Non enim spectandum quam multa jam dicta sint, sed utrum ad finem hujus argumenti pervenerimus. Nam et qui thesaurum invenerunt, licet plurimas inde capiant divitias, non prius absistunt quam totum exhauserint, ut quos non tam juvat multa accepisse, quam nihil reliquum fecisse. Quod si ii qui in pecunias insaniunt, tanto rerum perituraram nec mansurarum tenentur studio, multo magis hoc nos in divinis facere thesauris oportet, nec prius absistere, quam totum hoc quod ibi videmus exhauserimus. Dixi autem, quod ibi videmus, quia universum exhaurire non datur. Fons enim est perenniter manans divinarum vis sententiarum, numquam deficiens, numquam evacuanda. Itaque ne defatigemur: non enim de vulgaribus rebus nobis est oratio, sed de precatione, spe nostra; precatione per quam sterilis mater est

741 A

B

C

D

ναι τῷ σώματι· οὐκ ἀκούουσι νῦν· μᾶλλον δὲ καὶ τότε ἤκουον· οὐ μόνον δὲ οὐκ ἤκουον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν ἠνώχλουν, θόρυβον καὶ ταραχὴν ἐμποιοῦντες. Ὥστε ἴσον ἐμοὶ τὸ θέατρον καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ ὁ τῶν ἀκροατῶν σύλλογος ὁ αὐτὸς, καὶ οὐδὲν οὗτος ἐλάττων ἐκείνου. Ἀλλ', εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, ἔχει τι πλέον οὗτος ἐκείνου, ὅσῳ καὶ ἀταράχως ἡ διάλεξις, καὶ ἀθόρυβος ἡ διδασκαλία, καὶ μετὰ πλείονος συνέσεως ἡ ἀκρόασις, οὐδενὸς ἡμῶν τὴν ἀκοὴν ἐνοχλοῦντος θορύβου.

Ταῦτα δὲ λέγω, οὐκ ἀτιμάζων τὸ πλῆθος τῶν τότε συλλεγέντων, ἀλλὰ πείθων ὑμᾶς μὴ στυγνάζειν, μηδὲ κατηφιᾷν διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν νῦν συλλεγέντων ἐνταῦθα. Οὐ γὰρ δὴ σωμάτων πλῆθος βουλόμεθα ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὁρᾷν, ἀλλὰ ἀκροατῶν πλῆθος. Ἐπεὶ οὖν οἱ αὐτοὶ δαιτυμόνες καὶ τότε καὶ νῦν ἡμῖν πάρεισι, μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας καὶ σήμερον τὴν ἑστίασιν ὑμῖν παραθήσομαι, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανελθών, ἣν ὁ τῆς ἑορτῆς καιρὸς διέκοψεν. Ὥσπερ γὰρ [a] τῆς πεντηκοστῆς παρούσης, ἄκαιρον ἦν, ἀφέντας λέγειν περὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀγαθῶν, τῆς ἀκολουθίας τῆς προτέρας ἔχεσθαι· οὕτω νῦν τῆς πεντηκοστῆς παρελθούσης, εἰς καιρὸν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἱστορίας ἀναλημψόμεθα, ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Ἄνναν ὑποθέσεως [b] ἐχόμενοι. Οὐδὲ γὰρ εἰ πολλὰ τὰ εἰρημένα χρὴ σκοπεῖν, καὶ ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀλλ' εἰ πρὸς τὸ τέλος ἤλθομεν τῆς ὑποθέσεως. Καὶ γὰρ οἱ θησαυρὸν εὑρόντες, κἂν μυρία λάβωσιν ἐκεῖθεν χρήματα, οὐ πρότερον ἀφίστανται, ἕως ἂν τὸ πᾶν ἐξαντλήσωσιν· οὐ γὰρ τὸ πολλὰ λαβεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲν ἀφεῖναι, τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἀνακτᾶσθαι πέφυκεν. Εἰ δὲ οἱ περὶ τὰ χρήματα μαινόμενοι τοσαύτῃ περὶ τὰ ἀπολλύμενα καὶ μὴ μένοντα κέχρηνται τῇ σπουδῇ, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἐπὶ τῶν θείων θησαυρῶν τοῦτο ποιεῖν χρὴ, καὶ μὴ πρότερον ἀφίστασθαι, ἕως ἅπαν τὸ φαινόμενον ἐξαντλήσωμεν. Τὸ φαινόμενον δὲ εἶπον, ἐπειδὴ πάντα ἐξαντλῆσαι ἀμήχανον. Πηγὴ γάρ ἐστι διηνεκῶς βλύζουσα τῶν θείων νοημάτων ἡ δύναμις, οὐδέποτε ἐπιλείπουσα, οὐδὲ δαπανωμένη. Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ εὐχῆς, τῆς ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας· εὐχῆς δὲ, δι' ἧς ἡ στεῖρα μήτηρ ἐγένετο, καὶ πολύπαις ἡ ἄπαις, καὶ ἡ κατώδυνος ἐν εὐθυμίᾳ· δι' ἣν ἡ πεπηρωμένη διωρθοῦτο φύσις, καὶ μήτρα ἀπο-

[a] Colb. duo et Reg. τῆς πεντηκοστῆς. Infra etiam τῆς πεντηκοστῆς. Edit. Morel. habet τῆς μεσοπεντηκοστῆς, in utroque loco. Qua ducti omnium Mss. auctoritate lectionem mutavimus, suadente etiam loco illo supra paulo post initium, εἰ γὰρ καὶ ἡ πεντηκοστὴ παρῆλθεν, quo innuitur hic legendum esse in secundo loco τῆς πεντηκοστῆς παρελθούσης. Mesopentecoste autem erat feria quarta hebdomadis quartæ post Pascha; sic dicta, quia medium spatium occupabat Pascha inter et Pentecosten. De illa plura Cangius in Glossario Græco. Inferiori ævo frequentissime hæc vox occurrit. Aliquis ergo imperitus librarius hic μεσοπεντηκοστὴν temere induxit. Adde quæ diximus in Præf. Tomi hujus § VIII.

[b] Colbertini ἐρχόμενοι. [Savil. ἐπὶ uncis inclusit.] Infra Savil. οἱ θησαυρὸν ἀνορύττοντες [ἐν τῷ κόσμῳ].

κεκλεισμένη ἀνεῴγνυτο, καὶ τὰ ἀδύνατα δυνατὰ πάντα ἐγίνετο. Διὸ δὴ κατὰ μικρὸν διερευνώμεθα E πάντα, καθ' ἑκάστην ῥῆσιν [c]ἀναπτύξαντες, ὥστε μηδὲ τὸ μικρότατον ἡμᾶς, ὡς οἷόν τε, παραδραμεῖν. Διὰ δὴ τοῦτο δύο διαλέξεις ὁλοκλήρους εἰς δύο ῥήσεις ἀνηλώσαμεν μόνας, εἴς τε τὴν πρώτην τὴν λέγουσαν, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν δευτέραν τὴν μετ' ἐκείνην, Ὑψώθη κέρας μου ἐν Θεῷ μου. Ἀκό- 742 A λουθον δὴ σήμερον ἐπὶ τὴν τρίτην ἐλθεῖν. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Ἐπλατύνθη στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου, φησίν· εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου. Προσέχετε τῇ ἀκριβείᾳ τῆς λέξεως. Οὐκ εἶπεν· ἠκονήθη στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου· οὐ γὰρ πρὸς λοιδορίας καὶ σκώμματα παρεσκεύαστο, οὐ πρὸς ὀνείδη καὶ κατηγορίαν, ἀλλὰ πρὸς παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν, πρὸς διόρθωσιν καὶ νουθεσίαν. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ἠκονήθη ἡ γλῶσσά μου ἐπ' ἐχθρούς μου, ἀλλ' Ἐπλατύνθη. Ἀνέσεως ἀπέλαυσα, φησὶν, ἐλευθεροστομεῖν δύναμαι. Νῦν ἀπε- B κρουσάμην τὴν αἰσχύνην, πρὸς παῤῥησίαν ἐπανῆλθον. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἶπεν ὀνομαστὶ τὴν γυναῖκα τὴν ἀντίζηλον, ἀλλὰ ἁπλῶς τῷ τῆς προσηγορίας ἀδιορίστῳ, καθάπερ προσωπείῳ, κατέκρυψε τὴν τοσαῦτα λυπήσασαν. Οὐκ εἶπεν, ὃ πολλαὶ λέγουσι γυναῖκες· κατῄσχυνεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, κατέῤῥαξε καὶ κατέβαλε τὴν μιαρὰν καὶ ἀλαζόνα καὶ μεγαλήγορον· ἀλλ' ἁπλῶς, Ἐπλατύνθη στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου· εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου. Ὅρα πῶς τὸν αὐτὸν διατηρεῖ νόμον διὰ τῆς εὐχῆς ἁπάσης. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἔλεγεν, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, C ὑψώθη κέρας μου ἐν Θεῷ μου, ἐπλατύνθη στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου. Οὐχ ἁπλῶς, ἐν σωτηρίᾳ, ἀλλ', Ἐν σωτηρίᾳ σου. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἐσώθην, φησὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ σοῦ ἐσώθην, διὰ τοῦτο χαίρω καὶ ἀγάλλομαι. Τοιαῦται τῶν ἁγίων αἱ ψυχαί· τῶν δώρων μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τῷ δεδωκότι Θεῷ· οὐ γὰρ αὐτὸν διὰ τὰ αὐτοῦ φιλοῦσιν, ἀλλ' ἐκεῖνα δι' αὐτόν. Τοῦτο οἰκετῶν εὐγνωμόνων, τοῦτο δούλων εὐχαρίστων, πάντων τῶν ἑαυτῶν τὸν Δεσπότην τὸν ἑαυτῶν προτιθέναι. Οὕτω, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς διακεώμεθα· κἂν ἁμάρ- D τωμεν, μὴ ἀλγῶμεν, ἐπειδὴ κολαζόμεθα, ἀλλ' ἐπειδὴ παρωξύναμεν τὸν Δεσπότην· κἂν κατορθώσωμεν, μὴ χαίρωμεν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἠρέσαμεν τῷ βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν. Τῷ γὰρ νοῦν ἔχοντι γεέννης ἁπάσης φοβερώτερον τὸ προσκροῦσαι Θεῷ, ὥσπερ καὶ βασιλείας ἁπάσης ποθεινότερον τὸ ἀρέσαι Θεῷ. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, ὅπου γε καὶ ἐπ' ἀνθρώπων οὕτω πολλοὶ διάκεινται. Υἱοὺς γοῦν ἔχομεν πολλάκις γνη-

facta, et numerosæ prolis parens quæ filiis carebat, et ex mœrente læta; per quam vitiosa reparabatur natura, clausaque reserabatur matrix, et impossibilia fiebant possibilia. Quapropter omnia paulatim perscrutemur, singulas explicantes dictiones, ut ne minimum quidem nos, quantum fieri potest, effugiat. Siquidem propterea duas integras dissertationes in duo sola ejus dicta insumsimus: primum, *Confirmatum est cor meum in Domino,* et quod mox sequitur, *Exaltatum est cornu meum in Deo meo.* Consequens igitur est hodie ad tertium venire. Quod vero hoc est? *Dilatatum est os meum super inimicos meos: lætata sum in salute tua.* Animadvertite accuratam orationem: non dixit, Exacutum est os meum super inimicos meos: non enim ad convicia et dicteria præparatum erat, non ad opprobria et accusationem, sed ad monitionem et consilium, ad correctionem et instructionem. Propterea non dixit, Exacuta est lingua mea super inimicos meos, sed, *Dilatatum est os.* Relaxatione, inquit, fruor: libere loqui possum: jam pudore discusso ad libertatem redii. Ac ne nunc quidem mulierem æmulam nominavit, sed simpliciter indefinita nuncupatione, quasi quadam larva, tantæ tristitiæ causam abscondit. Non dixit, quod multæ dicunt mulieres: Confudit eam Deus, dissipavit et dejecit scelestam et arrogantem et magniloquam: sed simpliciter, *Dilatatum est os meum super inimicos meos; lætata sum in salute tua.* Vide quomodo eamdem legem per totam precationem servat. Sicut enim in principio dicebat, *Confirmatum est cor meum in Domino, exaltatum est cornu meum in Deo meo, dilatatum est os meum super inimicos meos:* ita et hic, *Lætata sum in salute tua.* Non simpliciter, In salute, sed, *In salute tua.* Non enim quoniam servata sum, sed quoniam per te servata sum, propterea lætor et exsulto. Tales quippe sunt sanctorum animæ; de Deo magis lætantur auctore munerum, quam de ipsis muneribus: non enim propter dona ipsum, sed dona propter illum diligunt. Hoc servos gratos decet, hoc famulos beneficii memores, videlicet rebus suis omnibus præponere Dominum. Sic etiam nos affecti simus: cum peccaverimus, non doleamus quia punimur, sed quia Dominum offendimus: et si quod opus bonum nostrum est, non gaudeamus

1. Reg. 2. 1.

In salutari Dei lætari quid sit.

[c] Reg. ἀναπτύσσοντες, et sic etiam Colb. unus. [Supra Savil. in textu ἀνέῳκτο, in marg. ἀνεῴγνυτο.]

propter regna cælorum, sed quia rem cælorum Regi gratam fecimus. Qui enim sanæ mentis est, offensam Dei magis timet, quam ullam gehennam, et placere Deo pluris æstimat, quam ullum regnum. Nec mireris si erga Deum esse sic affectum oportet, cum erga homines multi sic affecti sint. Sæpe enim qui germanos liberos habemus, si vel inviti eos læserimus, a nobis ipsis pœnas reposcimus; et erga amicos idem facere solemus. Quod si amicos aut filios offendere multo gravius putamus quam pœnas luere, multo magis erga Deum sic affici decet, et omni gehenna gravius putandum est, aliquid fecisse quod illi displiceat. Talis erat beatus Paulus : propterea dicebat, *Certus sum quod neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, nec alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Quin et sanctos martyres cum beatos vocamus, ob vulnera primum prædicamus, mox ob præmia; prius ob plagas, et tum demum ob coronas repositas. Præmia enim propter vulnera contingunt, et non vulnera propter præmia.

Rom. 8. 39. 40.

3. Ita beatus quoque Paulus non tam repositis sibi bonis, quam molestiis propter Christum perferendis gaudebat, clamabatque dicens, *Gaudeo in passionibus pro vobis* : et iterum, *Non solum autem, verum et gloriamur in tribulationibus* : et rursum, *Quoniam nobis donatum est a Deo, ut non solum in eum credamus, sed etiam pro eo patiamur.* Est enim gratia vere maxima, dignum censeri propter Christum aliquid pati, et corona vere perfecta, et merces futura retributione non minor : et hoc norunt qui legitime ac ferventer Christum diligere sciunt. Talis erat et hæc mulier, ardentissimum habens in Deum desiderium, et ignitum amorem : propterea dicebat, *Lætata sum in salutari tuo.* Nihil enim ipsi fuit cum terra commune, sed omne humanum auxilium despiciebat, et erat Spiritus gratia sublimis, in omnibusque ad Deum respiciebat, et ab urgentibus molestiis illinc liberari rogabat. Noverat enim, plane noverat, humana quidem, qualiacumque sint, dantium imitari naturam : nobis autem divino semper opus esse auxilio, si velimus ancoram in tuto firmare. Quapropter ad Deum semper confugiebat; et accepta gratia, quod Deus ejus auctor esset, magis gaudebat, et gratias

Col. 1. 24. *Rom.* 5. 3. *Philipp.* 1. 29.

Ærumnæ pro Christo toleratæ, sunt gratia, corona, merces.

σίους· κἂν ἄκοντες αὐτοὺς διαθῶμέν τι κακὸν, ἐαυτοὺς τιμωρούμεθα καὶ κολάζομεν· καὶ ἐπὶ φίλων δὲ τοῦτο ποιοῦμεν. Εἰ δὲ ἐπὶ φίλων καὶ υἱῶν τοῦ κολασθῆναι τὸ λυπῆσαι ἐκείνους πολλῷ χαλεπώτερον, εἶναι νομίζομεν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, καὶ γεέννης ἁπάσης χαλεπώτερον εἶναι νομίζειν τὸ ποιῆσαί τι τῶν μὴ δοκούντων αὐτῷ. Τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Παῦλος· διὰ τοῦτο ἔλεγε· Πέπεισμαι ὅτι οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Καὶ ἡμεῖς δὲ τοὺς ἁγίους μάρτυρας ὅταν μακαρίζωμεν, ἀπὸ τῶν τραυμάτων πρότερον μακαρίζομεν, καὶ τότε ἀπὸ τῶν βραβείων· ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ τότε ἀπὸ τῶν ἀποκειμένων στεφάνων. Ἀπὸ γὰρ τῶν τραυμάτων τὰ βραβεῖα, οὐκ ἀπὸ τῶν βραβείων τὰ τραύματα τὴν ἀρχὴν λαμβάνει καὶ τὴν ὑπόθεσιν.

Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος πρὸ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν αὐτῷ διὰ τὸν Χριστὸν λυπηροῖς ἔχαιρε, καὶ ἐβόα λέγων, Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν· καὶ πάλιν, Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι· καὶ πάλιν, Ὅτι ἡμῖν ἐχαρίσθη ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Καὶ γὰρ ὄντως χάρις μεγίστη, τὸ καταξιωθῆναι διὰ Χριστόν τι παθεῖν, καὶ στέφανος δὲ ἀπηρτισμένος, καὶ ἀμοιβὴ τῆς μελλούσης ἀντιδόσεως οὐκ ἐλάττων· καὶ τοῦτο ἴασιν ὅσοι γνησίως καὶ θερμῶς φιλεῖν ἴασι τὸν Χριστόν. Τοιαύτη τις ἦν καὶ ἡ γυνὴ αὕτη, θερμὸν ἔχουσα περὶ τὸν Θεὸν πόθον, καὶ φίλτρον διακαές· διὰ τοῦτο ἔλεγεν, Εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου. Οὐδὲν γὰρ κοινὸν αὐτῇ πρὸς τὴν γῆν ἦν, ἀλλ' ὑπερεώρα ἀνθρωπίνης βοηθείας ἁπάσης, καὶ ἐπτέρωτο τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, καὶ μετάρσιος ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ἅπασιν ἔβλεπε, καὶ τῶν ἐπικειμένων δεινῶν τὴν λύσιν ἐκεῖθεν ἐζήτει. Ἴδει γὰρ, ἴδει σαφῶς, ὅτι τὰ μὲν ἀνθρώπινα, οἷα ἂν ᾖ, μιμεῖται τὴν φύσιν τῶν δεδωκότων· δεῖ δὲ πανταχοῦ τῆς ἄνωθεν ἡμῖν ῥοπῆς, εἴγε μέλλοιμεν ἐπ' ἀσφαλοῦς [a]ὁρμεῖν τῆς ἀγκύρας. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸν ἐν ἅπασι κατέφευγε, καὶ λαβοῦσα τὴν χάριν, ἐπὶ τῷ δεδωκότι μᾶλλον ἔχαιρε, καὶ εὐχαριστοῦσα ἔλεγεν· Οὐκ ἔστιν ἅγιος, ὡς ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ

[a] Colb. et Reg. ὁρμᾷν.

ἔστιν ἅγιος πλήν σου. Ἄληπτος γὰρ ἡ κρίσις αὐτοῦ, φησὶ, καθαρὰ καὶ ἀπαραλόγιστος ἡ ψῆφος. Εἶδες ψυχῆς εὐγνώμονος ἔννοιαν; Οὐ γὰρ εἶπε πρὸς ἑαυτήν· τί μοι μέγα γέγονε; τί δὲ πλέον τῶν ἄλλων; Ὅπερ ἡ ἀντίζηλος πάλαι ἔλαβε καὶ μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας, τοῦτο μετὰ πολὺν χρόνον ἐγὼ, μετὰ καμάτου, καὶ δακρύων, καὶ ἱκετηρίας, καὶ δεήσεως, καὶ πόνου πολλοῦ. Ἀλλ' ἐπειδὴ καλῶς ἐπέπειστο περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, οὐκ ἀπαιτεῖ τὸν Δεσπότην εὐθύνας τῶν γινομένων, ὃ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσι, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ Θεῷ δικάζοντες. Κἂν ἴδωσι τὸν μὲν πλουτοῦντα, τὸν δὲ πενόμενον, μυρίους κατὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ κινοῦσι λόγους. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Τῷ συνδούλῳ δικάζειν σε οὐκ ἀφῆκε Παῦλος οὕτω λέγων· Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος· καὶ τὸν Δεσπότην εἰς δικαστήριον ἕλκεις, καὶ λόγον ἀπαιτεῖς τῶν πεπραγμένων, καὶ οὐ φρίττεις, οὐδὲ δέδοικας; Καὶ ποίας τεύξῃ συγγνώμης, ποίας δὲ ἀπολογίας, εἰπέ μοι, τοσαύτας μὲν τῆς προνοίας αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ἀποδείξεις λαμβάνων, ἀπὸ δὲ τῆς κατὰ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν δοκούσης ἀνωμαλίας εἶναι καταψηφιζόμενος τῆς ἐν ἅπασιν εὐταξίας, καὶ ταῦτα ἀδίκως; Εἰ γὰρ μετὰ τῆς προσηκούσης γνώμης, καὶ πεπονημένης διανοίας καὶ ταῦτα ἐξετάζειν ἤθελες, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἦν τὸ συνιστῶν τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν, ὁ πλοῦτος καὶ ἡ πενία ταύτην ἂν μάλιστα σαφῶς ἀπέδειξεν. Ἂν γὰρ ἀνέλῃς τὴν πενίαν, τοῦ βίου τὴν σύστασιν ἀνεῖλες ἅπασαν, καὶ διέφθειρας ἡμῶν τὴν ζωήν· καὶ οὔτε ναύτης, οὔτε κυβερνήτης, οὐ γεωργὸς, οὐκ οἰκοδόμος, οὐχ ὑφάντης, οὐχ ὑποδηματορράφος, οὐ τέκτων, οὐ χαλκοτύπος, οὐ σκυτοτόμος, οὐ σιτοποιὸς, οὐκ ἄλλος τις τῶν δημιουργῶν ἔσται τούτων· τούτων δὲ οὐκ ὄντων, πάντα ἡμῖν οἰχήσεται. Νῦν μὲν γὰρ, καθάπερ διδάσκαλός τις ἀρίστη, ἑκάστῳ τούτων ἐπικαθημένη ἡ τῆς πενίας ἀνάγκη, πρὸς τὰ ἔργα καὶ ἄκοντας συνωθεῖ· εἰ δὲ ἅπαντες ἔμελλον πλουτεῖν, ἅπαντες ἔμελλον ἐν ἀργίᾳ ζῆν· καὶ οὕτω πάντα ἂν ἀπώλετο καὶ διεφθάρη. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτερος αὐτοὺς ἀπ' αὐτῶν, ὧν ἐγκαλοῦσι, πάλιν ἐπιστομίσαι ῥᾴδιον. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, κατηγορεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας; ἐπειδὴ ὁ μὲν πλείω, ὁ δὲ ἐλάττω κέκτηται χρήματα; Τί οὖν; ἂν ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις, καὶ πολλῷ μείζοσι, καὶ συνέχουσιν ἡμῶν τὴν ζωὴν, δείξωμεν ἰσομοιρίαν οὖσαν πᾶσιν ἀνθρώποις, ψηφιῇ τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ; Ἀνάγκη πᾶσα. Εἰ γὰρ τὸ μὴ πάντας [a] ἐπίσης ἀπολαύειν ἑνὸς πράγματος, χρημάτων λέγω, ἀπόδειξιν ποιῇ τοῦ μηδεμίαν εἶναι πρόνοιαν, ἂν φανῶσιν ἐξίσης ἅπαντες ἀπολαύοντας, οὐχ ἑνὸς πράγματος, οὐδὲ οὕτως εὐτελοῦς, ἀλλὰ πλειόνων καὶ πολὺ μειζόνων,

agens dicebat : *Non est sanctus, ut est Dominus, et non est justus sicut Deus noster, et non est sanctus præter te.* Etenim irreprehensibile, inquit, judicium ejus, et incorrupta infallibilisque sententia. Vidisti gratæ animæ cogitatum? Non dixit intra se : Quid magnum, aut quid præ aliis accepi? Quod æmulæ meæ jam dudum copiose contigit, id ego vix tandem magno conatu, et lacrymis, et precibus, et supplicationibus impetravi. Sed quoniam bene sentiebat de Dei providentia, rationem beneficentiæ non reposcit a Domino, quod multi faciunt, quotidie Deum in jus vocantes. Si viderint hunc divitem, alium inopem, non desinunt adversum ejus providentiam obloqui. Quid facis, o homo? De conservo te judicare non sinit Paulus dicens, *Nolite ante tempus judicare, donec veniat Dominus* : et tu Dominum in judicium trahis, et factorum rationem ab eo exigis, nec exhorres aut expavescis? Et quam consequeris veniam, obsecro, quam excusationem habebis, cum singulis diebus, imo vero singulis horis experimentum providentiæ ejus capias; et tamen ob inæqualitatem, quæ inter divites et pauperes videtur, omnium rerum bonam ordinationem damnes, idque injuste? Si enim ita ut decebat, cum magna mentis attentione hæc scrutari voluisses, etiamsi nullum aliud divinæ providentiæ argumentum habuisses, certe ex divitiis et paupertate eam deprehendere potuisses. Paupertate enim sublata, vitæ totius constitutio tolleretur, et omnis vivendi ratio perturbaretur : neque nauta erit neque gubernator, non agricola, non cæmentarius, non textor, non sutor, non faber, non ærarius, non coriarius, pistorve, nec alius ullus opifex : quibus non exstantibus, omnia pessum ibunt. Nunc enim, quasi magistra quædam optima, necessitas paupertatis singulos ad opera vel invitos urget : quod si omnes essent divites, omnes etiam in otio viverent, atque ita omnia pessum irent, et nihil non periret. Præterea suis ipsorum verbis convinci possunt, et ad silentium redigi. Cur enim, quæso, Dei providentiam accusas? nempe quod alius plus, alius minus pecuniarum possidet. Quid tum? si in majoribus rebus, et quibus vita nostra constat, pares esse omnes homines ostendam, necesse erit ut per omnia divinam providentiam approbes. Nam si inde colligis nullam esse providentiam, quod una in re po-

1. *Reg.* 2. 2.

Ratio beneficentiæ a Deo non reposcenda.

1. *Cor.* 4. 5.

Paupertas artes invenit.

[a] Colb. et Reg. ἐξ ἴσης.

tior sit divitum conditio, videlicet pecuniis; si compertum fuerit omnes æqualiter potiri, non una re, neque tam vili, sed pluribus et multo majoribus, perspicuum est te inde vel invitum cogi Dei providentiæ adstipulari. Age, ad ea quibus nostra vita constat, sermone progrediamur, eaque diligenter inquiramus, et videamus an in illis plus paupere dives habeat. Puta, dives habet Thasium, et alios multos arte confectos potus et ad voluptatem conditos : at fontes aquarum omnibus sunt propositi, tam pauperibus quam divitibus. Risisti forte audiens hanc æqualitatem. Audi igitur quanto præstantior sit quovis vino aquæ natura, magisque necessaria et utilis; et revocabis tuam sententiam, verasque pauperum divitias intelliges. Nam vino quidem sublato, non magnum fuerit detrimentum præterquam infirmis solis : si quis autem fontes sustulerit et aquarum elementum, vitam omnem nostram subverterit, et omnes perdiderit artes : ac ne biduum quidem durare poterimus, sed statim omnes moriemur morte quadam miserabili atque gravissima.

An plus paupere dives habeat.

4. In necessariis itaque rebus quibus vita constat, pauper non est inferior, imo, si mirum quiddam dicendum est, superat etiam divitem. Multos enim divites cernimus propter delicias valetudinarios, ut plurimum aquæ potu abstinere : pauper autem per totam vitam his fluentis libere fruitur, tamquam ad mellis fontes, ad aquarum currens rivulos, sinceram inde et puram percepturus voluptatem. Quid autem ignis natura? nonne thesauris innumeris utilior, humanisque divitiis omnibus? Et hic quoque thesaurus ex æquo diviti pariter ac pauperi propositus est. Quæ vero nascitur ab aere corporibus nostris utilitas, et lux solaris, numquid divitibus magis quam pauperibus exhibetur, et eam illi quatuor, hi duobus tantum oculis vident? Sed neque hoc quisquam dicere potest : utrique enim pari mensura ea perfruuntur : imo vero et hic pauperum partes sunt potiores, quanto et sensus habent vegetiores, et acutiorem oculum, et vim percipiendi præstantiorem. Quapropter et veriorem hauriunt voluptatem, et creaturarum contemplatione magis delectantur. Non in solis autem elementis, sed in omnibus aliis naturæ muneribus, multam videbis æqualitatem, imo prærogativam etiam pauperum. Nam somnus omnibus deliciis suavior magisque necessarius, omni-

Somnus suavior pauperi.

εὔδηλον ὅτι καὶ ἄκων ἐκεῖθεν συναναγκασθήσῃ ψηφίσασθαι τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ. Δεῦρο οὖν ἐπὶ τὰ συνέχοντα τὴν ζωὴν ἡμῶν ἴωμεν τῷ λόγῳ, καὶ διερευνησώμεθα αὐτὰ μετὰ ἀκριβείας, καὶ ἴδωμεν εἰ πλεονεκτεῖ τὸν πένητα ὁ πλούσιος ἐν ἐκείνοις. Οἷον, ὁ πλούσιος ἔχει [b] Θάσιον, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα πόματα πεφαρμακευμένα, καὶ μετὰ πολλῆς κατεσκευασμένα τῆς καρυκείας· ἀλλ' αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ κοιναὶ πᾶσι πρόκεινται, καὶ πλουσίοις, καὶ πένησι. Τάχα ἐγέλασας ἀκούων τὴν ἰσότητα ταύτην. Οὐκοῦν μάθε, πόσῳ τιμιώτερον οἴνου παντὸς, ὕδατος φύσις, καὶ ἀναγκαιότερον καὶ χρησιμώτερον· καὶ τότε σαυτοῦ καταγνώσῃ, καὶ τὸν ἀληθῆ τῶν πενήτων εἴσῃ πλοῦτον. Οἴνου μὲν γὰρ ἀναιρεθέντος, οὐ πολλή τις ἂν γένοιτο βλάβη τινὶ, πλὴν τοῖς ἀσθενέσι μόνοις· ἂν δέ τις σβέσῃ τὰς τοῦ ὕδατος πηγὰς καὶ τὸ στοιχεῖον ἀνέλῃ, τὸν βίον ἡμῶν ἀνέτρεψεν ἅπαντα, καὶ πάσας τὰς τέχνας ἠφάνισε· καὶ οὔτε δύο δυνησόμεθα μόνον διαρκέσαι ἡμέρας, ἀλλ' εὐθέως ἀποθανούμεθα πάντες θάνατον ἐλεεινόν τινα καὶ χαλεπώτατον.

Ὥστε ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καὶ συνέχουσιν ἡμῶν τὴν ζωὴν ὁ πένης οὐδὲν πλεονεκτεῖται, ἀλλ', εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, καὶ πλεονεκτεῖ τοῦ πλουτοῦντος. Πλουσίους μὲν γὰρ πολλοὺς ἐστιν ἰδεῖν ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀῤῥωστίας τῆς διὰ τὴν τρυφὴν ἐγγινομένης αὐτοῖς τὰ πολλὰ ὑδροποσίας ἀπεχομένους· ὁ δὲ πένης διὰ τοῦ βίου παντὸς ἀδεῶς ἀπολαύει τῶν ναμάτων τούτων, ὡς ἐπὶ πηγὰς μέλιτος, οὕτως ἐπὶ τὰς τῶν 745 A ὑδάτων τρέχων πηγὰς, καὶ εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν ἐκεῖθεν καρπούμενος τὴν ἡδονήν. Τί δὲ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις; οὐχὶ μυρίων ἀναγκαιοτέρα θησαυρῶν καὶ πλούτου παντὸς ἀνθρωπίνου; Καὶ οὗτος πάλιν ἐξ ἴσης πλουσίῳ καὶ πένητι πρόκειται τῆς χρείας ὁ θησαυρός. Ἡ δὲ παρὰ τοῦ ἀέρος γινομένη τοῖς σώμασιν ἡμῶν ὠφέλεια, καὶ τὸ φῶς τῆς ἀκτῖνος, ἆρα τοῖς μὲν εὐπόροις πλέον, τοῖς δὲ πένησιν ἔλαττον παραγίνεται, κἀκεῖνοι μὲν τέτρασιν, οὗτοι δὲ δύο μόνον καθορῶσιν αὐτὸ ὀφθαλμοῖς; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν· καὶ γὰρ καὶ πλουσίοις καὶ πένησιν ἴσον τῆς ἀπολαύσεως ὥρισται μέτρον, μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοὺς B πένητας τῶν πλουτούντων πλεονεκτοῦντας ἴδοι τις ἄν, ὅσῳ καὶ τρανοτέρας τὰς αἰσθήσεις, καὶ ὀξύτερον τὸ ὄμμα, καὶ ἀκριβεστέρας ἔχουσι τὰς ἀντιλήψεις ἁπάσας. Διὸ καὶ γνησιωτέραν καρποῦνται τὴν ἡδονὴν, καὶ μᾶλλον ἐντρυφῶσι καὶ ἀπολαύουσι τῇ θεωρίᾳ τῆς κτίσεως. Οὐκ ἐπὶ τῶν στοιχείων δὲ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν παρὰ τῆς φύσεως εἰσενεχθέν-

[b] Celeberrimum erat Thasium vinum, ut videas apud Aristophanem, Plautum, et alios.

των ἡμῖν, πολλὴν ὄψει τὴν ἰσότητα, μᾶλλον δὲ τὴν πλεονεξίαν παρὰ τοῖς πένησιν οὖσαν. Καὶ γὰρ ὕπνος, ὁ πάσης τρυφῆς ἡδίων καὶ ἀναγκαιότερος, καὶ τροφῆς ἁπάσης χρησιμώτερος, εὐκολώτερος τοῖς πένησιν, ἢ τοῖς πλουσίοις ἐστίν· οὐκ εὐκολώτερος δὲ μόνον, ἀλλὰ C καὶ εἰλικρινέστερος. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ἡ πολλὴ τρυφὴ, καὶ τὸ μήτε πεινῶντας ἐσθίειν, μήτε διψῶντας πίνειν, μήτε καθεύδειν νυστάζοντας, τὴν ἐν ἅπασιν ἡδονὴν ἐκλύειν εἴωθεν· οὐ γὰρ οὕτως ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, ὡς τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον ἕκαστον ἡμῖν τούτων ἡδὺ καθίστησιν. Οὐχ οὕτω γοῦν τὸ πίνειν οἶνον ἡδὺν καὶ ἀνθοσμίαν, ὡς τὸ διψῶντας πίνειν ὕδωρ εὐφραίνειν εἴωθεν· οὐχ οὕτω τὸ [a]πλακοῦντας ἐσθίειν, ὡς τὸ πεινῶντας ἐσθίειν· οὐχ οὕτω τὸ καθεύδειν ἐπὶ στρωμνῆς ἁπαλῆς, ὡς τὸ νυστάζοντας καθεύδειν· ἅπερ ἅπαντα παρὰ τοῖς πένησι μᾶλλόν ἐστιν, ἢ παρὰ τοῖς πλουτοῦσι. D Τὰ δὲ τῆς ὑγιείας τοῦ σώματος καὶ τῆς ἄλλης εὐεξίας ἁπάσης οὐ κοινὰ καὶ πλουσίοις καὶ πένησι πρόκειται; Μὴ δύναταί τις εἰπεῖν ἢ δεῖξαι, ὅτι πένητες μὲν ἀῤῥωστοῦσι μόνον, πλούσιοι δὲ διὰ παντὸς ἐν καθαρᾷ διαμένουσιν ὑγιείᾳ; Τοὐναντίον μὲν οὖν ἐστιν ἰδεῖν, πένητας μὲν οὐ ῥᾳδίως ἁλισκομένους τοῖς ἀνιάτοις νοσήμασι, πανταχοῦ δὲ ἐν τοῖς τῶν πλουτούντων σώμασι ταῦτα βλαστάνοντα. Ποδαλγίαι γοῦν, καὶ καρηβαρίαι, καὶ παρέσεις, καὶ νεύρων ἀνήκεστοι διαστροφαὶ, καὶ πονηρὰ καὶ διεφθαρμένα ῥεύματα παντοδαπὰ, κἀκείνοις μάλιστα ἐνοχλεῖν εἴωθε τοῖς τρυφῶσι, τοῖς μύρων ὄζουσιν, οὐ τοῖς πονοῦσι καὶ ταλαιπωρουμένοις, καὶ E ἐκ τῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐργασίας τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν πορίζουσι.

que utilior nutrimento, pauperibus est quam divitibus facilior : neque vero facilior tantum, sed etiam sincerior. Illi enim, ut qui in deliciis degunt, cibo famem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem præveniunt, atque ita omnem voluptatem sibi intercipiunt : non enim perinde in natura istorum, atque in usu necessario, voluptas consistit. Non ita delectat vinum ipsumque suave olens potare, ut sitientem bibere aquam ; non ita placentas edere juvat, ut esuriendo quemvis cibum sumere; non ita molli cubare strato, ut oppressum somno jacere : quæ omnia magis apud pauperes sunt, quam apud divites. Quæ vero pertinent ad corporis valetudinem, et omnem aliam bonam habitudinem, nonne communia sunt divitibus æque atque pauperibus? An vero dicere quispiam potest illud aut ostendere, quod pauperes semper ægrotent, divites semper prospera utantur valetudine? Contrarium quidem videre licet, pauperes non facile insanabilibus morbis capi, sed morbos passim in divitum corporibus grassari. Certe podagræ, gravedines, dissolutiones nervorum, aut contractiones, varii fluxus vitiosi ac corrupti, delicatos illos magis infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui laborant et exercentur, et quotidiana opera victum sibi parant.

Valetudo prospera æque pauperibus et divitibus.

Διὰ τοῦτο καὶ τῶν προσαιτῶν οἱ τρυφῇ συζῶντες ἀθλιώτεροι πάντες· καὶ τοῦτο οὐδ' ἂν αὐτοὶ οἱ τρυφῶντες ἀντείποιεν. Πολλάκις γοῦν πλούσιος ἐπὶ στρωμνῆς κατακείμενος ἁπαλῆς, οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων παρόντων, πολλῆς θεραπείας ἀπολαύων παρὰ πάντων, πένητος διὰ τοῦ στενωποῦ ἀκούσας βοῶντος, ἄρτον αἰτοῦντος, ἐδάκρυσε, καὶ ἐστέναξε, καὶ ἠύξατο γενέσθαι τοιοῦτος μετὰ τῆς ὑγιείας, ἢ μετὰ τοῦ πλούτου A τὴν ἀῤῥωστίαν ἔχειν. Οὐκ ἐπὶ τῆς ὑγιείας δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς παιδοποιίας πάλιν οὐδὲν ὄψεταί τις τὸν πλούσιον τοῦ πένητος πλεονεκτοῦντα· ἀλλ' ὁμοίως καὶ παρὰ τούτοις, καὶ παρ' ἐκείνοις καὶ πολυπαιδίαι καὶ ἀπαιδίαι· μᾶλλον δὲ κἀνταῦθα ἴδοι τις ἂν τὸν πλούσιον ἐλαττούμενον. Ὁ μὲν γὰρ πένης, κἂν μὴ γένηται πατὴρ, οὐ πολλῆς αἰσθάνεται τῆς ὀδύνης· ὁ δὲ πλούσιος, ὅσῳ τὴν οὐσίαν αὐξομένην ὁρᾷ, τοσούτῳ δάκνεται μᾶλλον ὑπὸ τῆς ἀπαιδίας, οὐδεμιᾶς ἡδονῆς αἰσθανόμενος διὰ τὴν ἐρημίαν τοῦ κληρονόμου. Καὶ τοῦ πένητος μὲν ὁ κλῆρος, κἂν ἅπαις ἀπέλθῃ, διὰ B τὴν εὐτέλειαν οὐκ ὢν περιμάχητος, εἰς φίλους διέβη

5. Quapropter mendicis etiam miseriores sunt, quotquot in deliciis vivunt; id quod nec ipsi infitiari possunt. Frequenter quippe dives molli lectulo cubans, inter omnimoda servorum ac ancillarum obsequia, audito mendico per vicum clamore panem petente ingemuit, et cum lacrymis precatus est, ut talis fieret, dummodo sanus, potius quam in deliciis adversa laboraret valetudine. Nec tantum valetudine bona, sed prolis etiam felicitate, divites nihilo potiores videas, quam pauperes; sed utrobique indifferenter aut nullam aut numerosam sobolem : quin potius et hac parte divitem videas inferiorem. Pauper enim licet pater non fiat, haud multum sentit dolorem : dives autem quanto magis auctam rem videt, tanto magis orbitate angitur, præ heredis desiderio nullam sentiens voluptatem. Et pauperis quidem hereditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatem non sit contentione digna, ad amicos transit

[a] Reg. πλακοῦνδας.

atque cognatos : divitis autem, eo quod multorum ad se alliciat oculos, non raro ad inimicos defuncti devenit : quod cum ille vivens in aliis fieri videat, vitam degit morte molestiorem, in se quoque exspectans idem factum iri. Quod autem ad mortem attinet, nonne et hic eodem æqualitas? nonne tam divitibus quam pauperibus immaturæ mortes accidunt? atque etiam post mortem non tam his quam illis omnibus similiter corpus dissolvitur, favillaque fit et pul-

Funera divitum et pauperum.

vis, et vermes gignit? At funeralia nequaquam similia. Sed quæ utilitas? Cum enim defuncto multam substraveris vestem pretiosam et auratam, nihil aliud nisi majorem invidiam et criminationem attuleris, et adversus defunctum omnium ora aperueris, et innumeras ei paraveris maledictiones, et avaritiæ criminationes, dum singuli rumpuntur indignatione, et mortuum exsecrantur, qui ne post obitum quidem insanire in pecunias desiverit. Huc accedit aliud malum, quod furum oculi irritantur. Itaque quo major est cultus, eo majoris illi fit occasio contumeliæ. Pauperis enim cadaver nemo spoliare curat, ipsa indumentorum vilitate tutum. Hic autem obices et seræ, fores atque custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum aviditate nihil non audeant, qui talibus maleficiis se assuefecerunt. Itaque major honor defuncto majorem infert injuriam; et is, cui vilia funeralia contingunt, jacet inviolato sepulcri honore : cui vero pretiosa, is spoliatur et dehonestatur; aut si hoc ludibrium evadat, ne sic quidem potior erit, nisi quod major corruptio fiet, largiusque vermi pabulum. Hæccine sunt, quæso, ob quæ beatos prædicemus? Et quis est adeo miser, atque ærumnosus, ut ob hæc hominem existimet invidia dignum? Verum non hæc solum, sed et alia singula percurrentes, diligenterque scrutantes, pauperes divitibus præponendos comperiemus. Hæc igitur diligenter considerantes, et

Prov. 9. 9.

aliis narrantes (dicitur enim, *Da sapienti occasionem, et erit sapientior*), et illud continue retinentes memoria, pecuniarum copiam nihil amplius afferre possessoribus, quam curas, sollicitudines, timores, et pericula : nihilo deteriorem quam divitum nostram conditionem putemus. Si enim advigilaverimus, potiores etiam partes habebimus, tam in hujus sæculi rebus, quam in divinis. Nam et voluptatem et securitatem

καὶ συγγενεῖς· ὁ δὲ τοῦ πλουτοῦντος πολλοὺς πάντοθεν πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμοὺς ἕλκων, εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν τοῦ τετελευτηκότος ἦλθε πολλάκις· καὶ ταῦτα ζῶν ἐκεῖνος, καὶ βλέπων ἐφ' ἑτέρων στμβαίνοντα, θανάτου παντὸς χαλεπώτερον βιώσεται βίον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο συμβήσεσθαι προσδοκῶν. Ἀλλὰ τὰ τοῦ θανάτου οὐ κοινά; οὐχὶ καὶ ἐπὶ πλουσίων καὶ ἐπὶ πενήτων ἄωροι γίνονται θάνατοι; καὶ μετὰ τὸν θάνατον δὲ οὐχ ἅπασιν ὁμοίως καὶ τοῦτο κἀκεῖνο τὸ σῶμα διαλύεται, καὶ γίνεται τέφρα καὶ κόνις, καὶ σκώληκας τίκτει; Ἀλλὰ τὰ τῶν ἐνταφίων οὐ κοινά, φησί. Καὶ τί τὸ ὄφελος; Ὅταν γὰρ πολλὴν [a] ἐπιστιβάσῃς τῷ πλουσίῳ στολὴν καὶ πολυτελῆ καὶ διάχρυσον, οὐδὲν ἕτερον ἢ πλέον αὐτῷ προξενεῖς τὸ μῖσος, καὶ μείζονα τὴν κατηγορίαν, καὶ τὰ πάντων ἀνοίγεις στόματα κατὰ τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἀρὰς μυρίας ἐπισπάσαι κατ' αὐτοῦ, καὶ σφοδροτέραν τῆς πλεονεξίας ἀνάπτεις τὴν διαβολήν, ἑκάστου διαῤῥηγνυμένου, καὶ ἀποπνιγομένου, καὶ καταρωμένου [b] τὸν τελευτήσαντα, ὅτι μηδὲ ἀποθανὼν τὴν περὶ τὰ χρήματα μανίαν κατέλυσε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς τῶν τοιχωρύχων ἀνοίγει ὀφθαλμούς. Ὥστε ἡ πλείων θεραπεία πλείονος ἀσχημοσύνης αὐτῷ γίνεται πρόφασις. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ πένητος οὐκ ἄν τις ἕλοιτο γυμνῶσαι λοιπόν· ἡ γὰρ εὐτέλεια τῶν ἱματίων φυλακὴ τῇ περιβολῇ τοῦ σώματος γίνεται. Ἐνταῦθα δὲ κλεῖθρα καὶ μοχλοὶ καὶ θύραι καὶ φύλακες, καὶ πάντα εἰκῇ καὶ μάτην, τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας τοὺς τὰ τοιαῦτα κακουργεῖν ἐπισταμένους πάντα τολμᾷν ἀναπειθούσης. Ὥστε ἡ πλείων τιμὴ πλείονα ἐπάγει τῷ τετελευτηκότι τὴν ὕβριν, καὶ ὁ μὲν εὐτελῆ λαβὼν ἐντάφια, κεῖται τῆς τιμῆς ἀπολαύων· ὁ δὲ πολυτελῆ, γυμνοῦται καὶ ἀτιμάζεται· εἰ δὲ μηδὲν τούτων γένοιτο, οὐδὲ οὕτως ἔσται τι πλέον αὐτῷ, ἀλλ' ἢ τὸ δαψιλεστέραν παρασχεῖν τῷ σκώληκι τὴν τράπεζαν, καὶ πλείω γενέσθαι τὴν σηπεδόνα. Ταῦτα οὖν, εἰπέ μοι, μακαρισμῶν ἄξια; Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, ὡς ἀπὸ τούτων ζηλωτὸν νομίζειν εἶναι ἄνθρωπον; Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα καθ' ἕκαστον ἐπιόντες, καὶ μετὰ ἀκριβείας διερευνώμενοι, τοὺς πένητας τῶν πλουτούντων πολὺ πλέον εὑρήσομεν ἔχοντας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας σκοποῦντες, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπεξιόντες (Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται), κἀκεῖνο μεμνημένοι διηνεκῶς, ὅτι οὐδὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας ἔσται τι πλέον τοῖς κεκτημένοις, ἀλλὰ φροντίδες, καὶ ἀγωνίαι, καὶ φόβοι, καὶ κίνδυνοι· μηδὲν νομίζωμεν ἔλαττον ἔχειν τῶν πλουτούντων.

[a] Reg. ἐπιστοιβάσῃς.

[b] Colb. τῷ τελευτήσαντι, et Reg. quoque, atque alius a Savilio laudatus.

Ἐὰν γὰρ νήφωμεν, καὶ πλέον ἔξομεν, ἔν τε τοῖς κατὰ Θεὸν πράγμασιν, ἔν τε τοῖς παροῦσιν ἅπασι. Καὶ γὰρ ἡδονὴν καὶ ἀσφάλειαν, καὶ δόξαν ἀγαθὴν, καὶ ὑγίειαν σώματος, καὶ φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ἁμαρτάνειν παρὰ τοῖς πένησιν εὑρήσει τις μᾶλλον, ἢ παρὰ τοῖς πλουτοῦσι. Μὴ τοίνυν κατὰ τοὺς ἀγνώμονας τῶν οἰκετῶν γογγύζωμεν, μηδὲ τοῦ Δεσπότου κατηγορῶμεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εὐχαριστῶμεν, καὶ ἓν μόνον νομίζωμεν εἶναι δεινὸν, ἁμαρτίαν, καὶ ἀγαθὸν, δικαιοσύνην. Ἂν γὰρ οὕτως ὦμεν διακείμενοι, οὐ νόσος, οὐ πενία, οὐκ ἀτιμία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν ἡμᾶς δήξεται· ἀλλὰ καθαρὰν ἡδονὴν καρπωσάμενοι διὰ πάντων, τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tem, bonamque famam ac valetudinem, tum rectam vivendi rationem, spem bonam, minoremque peccandi occasionem apud pauperes magis, quam apud divites invenias. Ne igitur more servorum ingratorum murmuremus, aut incusemus Dominum, sed pro omnibus gratias agamus, nihil malum ducentes nisi peccatum, nihil bonum nisi justitiam. Si sic senserimus, non ægritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit : sed puram ex omnibus rebus percipientes voluptatem, futura consequemur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simul et sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD TRES HOMILIAS DE DAVIDE ET SAÜLE.

Eodem quo superiores Sermones anno 387 Chrysostomus has de Davide et Saüle homilias habuit, ut colligere est ex Homilia prima de Davide et Saüle, numero 1, ubi ait se nuper sermonem fecisse de debitore decem millium talentorum, et ostendisse quantum malum esset injuriarum recordatio. Illa autem Homilia de debitore etc. quæ prima est in Tomo tertio, eodem anno scripta est, quo per totam Quadragesimam de vitando juramento egerat. Is est annus 387, ut diximus in Monito ibidem. Quod itaque argumentum in Homilia de debitore ceperat, nempe de injuriarum recordatione depellenda, deque earumdem condonatione facienda, idem ipsum argumentum in hisce tribus homiliis exemplo Davidis strenue persequitur, et quidem adeo παθητικῶς, ut auditorum lacrymas excusserit, atque, ut videre est, Antiochenos ad præceptum illud evangelicum, *Diligite inimicos vestros,* implendum adduxerit; ut in Quadragesima proxima eosdem a juramentis, quibus assueti erant, avocarat.

Interpretationem Latinam Erasmi multis in locis castigavimus.

[a] ΟΜΙΛΙΑ α'.

748 A

HOMILIA I.

Εἰς τὰ κατὰ τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Σαοὺλ, καὶ περὶ ἀνεξικακίας, καὶ τοῦ δεῖν φείδεσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ μηδὲ ἀπόντας λέγειν κακῶς.

De Davide et Saüle, deque tolerantia, et quod oporteat inimicis parcere, nec de absentibus male loqui.

Ὅταν χρονία τις καὶ σκληρὰ φλεγμονὴ τοῖς σώμασιν ἐναποσκιρρωθεῖσα τύχοι, πολλοῦ μὲν χρόνου καὶ

1. Quoties diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæsit, tum et longo tempore, mul-

[a] Collata cum cod. Regio 1975, item cum 1963. Infra ἐναποσκιρρωθεῖσα. Composita vox ignota Lexicis; ubi tamen reperimus σκιρρόω, et ἀποσκιρρόω, *obduro* et *quasi callum facio.*

toque labore, et multa sapientia in admovendis remediis est opus, ut collectus tumor absque vitæ periculo dissolvatur. Idem videre est in anima. Quoties enim aliquis morbum, qui jam B radices egit in anima, multoque tempore concretus sit, radicitus evellere voluerit, non satis est ad correctionem unius duorumve dierum admonitio : verum oportet frequenter ac diebus compluribus hanc rem tractare; si modo non ad ambitionem ac voluptatem, sed ad fructum et utilitatem munus hoc concionatoris gesturi sumus. Ideo sicut de juramentis fecimus, multis ordine diebus vobis de eodem disserentes argumento : itidem de ira nunc faciamus, conti- C nuamque de ea persequamur exhortationem pro nostra quidem virili. Nam hic mihi videtur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacumque de re, quam viderimus admonitionem ad effectum pervenisse. Etenim qui hodie de eleemosyna, cras de oratione, perendie de humanitate, deinde rursus de animi modestia disserit, nihil horum in auditorum animis perficere recte poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper alio transiliens : D sed necesse est, ut qui velit orationem in auditorum animis fructum destinatum assequi, non ante desistat iisdem de rebus admonens consulensque, nec prius ad aliud quidpiam transiliat, quam conspexerit superiorem admonitionem in eis bene fixam ac radicatam. Idem hoc facere solent ludimagistri : non prius ad syllabas adducunt pueros, quam elementorum cognitionem in eis viderint recte confirmatam. Nuper igitur E parabolam vobis de centum denariis, ac decem millibus talentorum enarrantes, ostendimus quantum esset malum injuriarum meminisse. Quem enim decem millia talentorum non perdiderant, hunc centum denarii exitio demerserunt, ac veniam pro debitis concessam in irritum revocarunt, debitæque pecuniæ remissionem dissiparunt, eumque, qui fuerat a criminibus liberatus, in judicium retraxerunt, indeque in carcerem conjecerunt, denique immortali supplicio tradiderunt. Sed hodie de diverso argumento dicere 749 A tentabimus. Oportebat enim, si fieret quod æquum erat, de humanitate ac mansuetudine verba facientem ex sese istius præclaræ philosophiæ exempla præbere, atque ita simul et verbis eam docere et factis ad eam instituere. Quoniam autem nos ab hac virtute longo absumus inter-

Homilia de debitore decem millium talentorum.

Matth. 18.

πόνου, πολλῆς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν φαρμάκων δεῖται σοφίας, ὥστε ἀσφαλῶς αὐτῆς χαλασθῆναι τὸν ὄγκον. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐστιν ἰδεῖν. Ὅταν γὰρ πάθος ἐρρίζωμένον καὶ πολὺν ἐμφιλοχωρῆσαν τῇ ψυχῇ χρόνον βούληταί τις πρόρριζον ἀνελεῖν, οὐκ ἀρκεῖ μιᾶς, οὐδὲ δύο ἡμερῶν πρὸς τὴν διόρθωσιν ταύτην παραίνεσις, ἀλλὰ χρὴ πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἡμέραις περὶ ταύτης διαλέγεσθαι τῆς ὑποθέσεως· εἴ γε μὴ μέλλοιμεν πρὸς φιλοτιμίαν καὶ τέρψιν, ἀλλὰ πρὸς κέρδος καὶ ὠφέλειαν δημηγορεῖν. Διὰ δὴ τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τῶν ὅρκων ἐποιήσαμεν, πολλὰς ἐφεξῆς ἡμέρας περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διαλεχθέντες ὑμῖν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ὀργῆς ἐργασώμεθα, καὶ συνεχῆ περὶ αὐτῆς ποιησώμεθα συμβουλὴν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ γὰρ οὗτος ἄριστος διδασκαλίας εἶναί μοι δοκεῖ τρόπος, τὸ μὴ πρότερον ἀφίστασθαι συμβουλεύοντας ὑπὲρ ὁτουοῦν, ἕως ἂν εἰς ἔργον τὴν συμβουλὴν ἐξελθοῦσαν ἴδωμεν. Ὁ γὰρ σήμερον μὲν περὶ ἐλεημοσύνης, αὔριον δὲ περὶ εὐχῆς, μετ' ἐκείνην δὲ περὶ ἐπιεικείας, εἶτα πάλιν περὶ ταπεινοφροσύνης διαλεγόμενος, οὐδέτερον τούτων ἐν τοῖς ἀκροαταῖς κατορθῶσαι δυνήσεται, ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνο, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἕτερον συνεχῶς μεταπηδῶν· ἀλλὰ χρὴ τὸν μέλλοντα κατορθοῦν ἐν τοῖς ἀκούουσι τὰ λεγόμενα, μὴ πρότερον ἀφίστασθαι περὶ τῶν αὐτῶν παραινοῦντα καὶ συμβουλεύοντα, μηδὲ ἐφ' ἕτερόν τι μεταπηδᾷν, ἕως ἂν ἴδῃ τὴν προτέραν παραίνεσιν καλῶς ἐν αὐτοῖς ῥιζωθεῖσαν. Τοῦτο καὶ οἱ διδάσκαλοι ποιοῦσιν· οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς συλλαβὰς τοὺς παῖδας ἄγουσιν, ἕως ἂν τῶν στοιχείων τὴν γνῶσιν ἐν αὐτοῖς κατορθωθεῖσαν ἴδωσι. Πρῴην μὲν οὖν ὑμῖν τὴν παραβολὴν ἀναγνόντες τῶν ἑκατὸν δηναρίων, καὶ τῶν μυρίων ταλάντων, ἐδείκνυμεν ὅσον ἦν κακὸν τὸ μνησικακεῖν. Ὃν γὰρ οὐκ ἀπώλεσε τὰ μυρία τάλαντα, τοῦτον ἑκατὸν δηνάρια [b] κατεπόντισε, καὶ τὴν δοθεῖσαν συγγνώμην ἀνεκαλέσατο, καὶ τὴν δωρεὰν ἀπεκρούσατο, καὶ ἀπαλλαγέντα τῶν εὐθυνῶν εἰς τὸ δικαστήριον πάλιν εἰσήγαγε, κἀκεῖθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνέβαλε, καὶ οὕτως ἀθανάτῳ αὐτὸν παρέδωκε τιμωρίᾳ. Σήμερον δὲ ἐφ' ἑτέραν ὑπόθεσιν τὸν λόγον χειραγωγήσομεν. Ἔδει μὲν γὰρ, εἴπερ δίκαιον ἐγίνετο, τὸν λέγοντα περὶ ἐπιεικείας τε καὶ πραότητος, οἰκοθέν καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὰ παραδείγματα παρέχειν τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας, ὥστε καὶ διὰ τῶν λόγων διδάσκειν, καὶ διὰ τῶν ἔργων παιδεύειν. Ἐπειδὴ δὲ πολὺ ταύτης ἀποδέομεν τῆς ἀρετῆς ἡμεῖς, ἕνα τινὰ τῶν ἁγίων ἑλκύσαντες εἰς μέσον, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν στήσαντες τῶν ὑμετέρων, ἐναργῆ τινα καὶ δυνατὴν ὑμῖν ποιησόμεθα τὴν παράκλησιν, ὥσπερ ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα, τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίου μιμεῖσθαι,

[b] Reg. κατεδίκασε. Morel. κατεπόντισε.

παραχελευόμενοι καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς. Τίνα οὖν εἰς μέσον ἀγαγεῖν χρὴ περὶ ἐπιεικείας διαλεγόμενον; Τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ' ἢ τὸν μαρτυρίαν ἄνωθεν δεξάμενον καὶ ἐπὶ τούτῳ μάλιστα θαυμασθέντα; Εὗρον γάρ, φησὶ, Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. Ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἀποφαίνηται, οὐδεμία τοῖς ἀντιλέγουσιν ὑπολέλειπται πρόφασις. Ἀδέκαστος γὰρ ἡ ψῆφος ἐκείνη, οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τοῦ Θεοῦ κρίνοντος, ἀλλὰ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ γυμνῇ ψηφιζομένου. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὸν εἰς μέσον ἄγομεν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον ἐδέξατο, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τραφέντων ἐστί. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς χάριτος φανῆναί τινα καθαρὸν ὀργῆς, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀφιέντα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τῶν λελυπηκότων φειδόμενον, θαυμαστὸν οὐδὲν [a] μετὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον, μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, μετὰ τὰ φιλοσοφίας γέμοντα ἐπιτάγματα· τὸ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, ἡνίκα ὁ νόμος συνεχώρει ὀφθαλμὸν ἐξορύττειν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικήσαντα, φανῆναί τινα ὑπερβάντα τὰ μέτρα τῶν προσταγμάτων, καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν φθάσαντα φιλοσοφίαν, τίνα μὲν οὐκ ἂν ἐκπλήξειε τῶν ἀκουόντων; τίνα δὲ οὐκ ἂν τῶν μὴ ζηλούντων πάσης ἀποστερήσειε συγγνώμης τε καὶ ἀπολογίας; Ἵνα δὲ ἀκριβέστερον αὐτοῦ καταμάθωμεν τὴν ἀρετὴν, ὅτε μοι μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν, καὶ τὰς εὐεργεσίας εἰπεῖν, ἃς εἰς τὸν Σαοὺλ κατέθετο ὁ μακάριος οὗτος ἀνήρ. Τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς ἐχθρὸν λυπήσαντα μὴ ἀμύνασθαι, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ ἄνθρωπον εὐεργετηθέντα πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, εἶτα ἀντὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ἀνελεῖν ἐπιχειρήσαντα τὸν εὐεργέτην, λαβόντα εἰς χεῖρας, καὶ κύριον γενόμενον ἀνελεῖν, καὶ αὐτὸν ἀφεῖναι, καὶ τῆς ἑτέρων ἐπιβουλῆς ἐξαρπάσαι, καὶ ταῦτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιθήσεσθαι μέλλοντα, τίνα ἂν καταλίποι λοιπὸν φιλοσοφίας ὑπερβολήν;

vallo, uno quopiam e numero sanctorum in medium producto, oculisque vestris subjecto, perspicuam quamdam ac potentem adhibebimus exhortationem, ut quasi ad archetypi cujusdam æmulationem adhortemur et vos et nos ipsos. Quis igitur in medium proferendus est de humanitate dicturo? Quis vero alius, quam is qui cælesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maxime suspiciendus? *Inveni*, inquit, *David filium Jesse, virum secundum cor meum.* Porro posteaquam Deus pronuntiavit, nulla contradicendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo quod Deus nec ad gratiam, nec per odium judicat, sed pro mera animi virtute fert suffragium. At non ob id tantum hunc in medium produximus, quod Dei suffragio fuerit laudatus, verum etiam quod sit ex iis qui sub veteri lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ exstitisse quempiam ab ira purum, et inimicis delicta condonantem, ac parcentem iis a quibus fuerit molestia affectus, nihil sane mirum, videlicet post Christi mortem, postquam ille tam clementer nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta evangelicæ philosophiæ: cæterum in Vetere Testamento cum lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentem pro dente extundere, eumque qui læsisset talionis pœna ulcisci, aliquem exstitisse qui præceptorum fines transilierit, adque apostolicam pervenerit philosophiam, quem auditorum non adducet in stuporem? quem si non imitemur, non privet omni venia, omnique excusatione? Sed ut accuratius ejus virtutem cognoscatis, concedite mihi ut orationem paulo altius repetam, ac beneficia commemorem quæ beatus ille vir in Saülem contulit. Nam non ulcisci inimicum qui simpliciter læsit, non minimum est: at qui hominem a se multis affectum beneficiis, sed qui pro benefactis beneficum semel atque iterum, imo frequenter interficere conatus sit, posteaquam in manus incidisset, ut jam liceret occidere, non ipsum dimisit tantum, verum etiam ex aliorum insidiis eripuit; præsertim cum sciret illum post eadem moliturum: quid is reliquum fecit, quod ad summam philosophiam possit adjungi?

David exemplar humanitatis.

1. *Reg.* 13. 14. *Act.* 13. 22.

Exod. 21. 24.

Τίνας οὖν εὐηργέτησεν ὁ Δαυὶδ εὐεργεσίας τὸν Σαοὺλ, καὶ πότε καὶ πῶς, ἀνάσχεσθε διὰ βραχέων διηγουμένου. Πολέμου γάρ ποτε τοὺς Ἰουδαίους καταλαβόντος χαλεπωτάτου, καὶ πάντων κατεπτηχότων

2. Quibus autem beneficiis David affecerit Saülem, quando et quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Cum aliquando Judæi bello difficillimo premerentur, adeo ut omnes pavore

Beneficia Davidis in Saülem.

[a] Reg. μετὰ γὰρ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον φανῆναι τοῦτο ποιῶν· μετὰ τήν.

essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset civitas, singulis mortem præ oculis habentibus, quotidieque interitum exspectantibus cunctis, ut vitam agerent miseriorem iis qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ovibus veniens ad exercitum, cum per ætatem nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro universis bellum in se recepit, ac feliciter rem gessit, supra quam quispiam sperasset. Quamquam etiam si virtuti defuisset eventus, tamen ob solam animi promtitudinem egregiumque propositum coronandus erat. Jam si quis e numero militum ætate vigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirum, videlicet id postulante militari lege. At hic qui nullam videbat necessitatem huc adigentem, ac multos etiam habebat dehortantes : nam et frater illum increpavit, et rex perspiciens illum nondum ætate maturum, ac periculis perferendis inhabilem cohibuit, ac manere jussit, dicens : *Non poteris ire, quoniam puer es : ille vero vir est bellator ab adolescentia sua* : attamen cum nulla illum provocaret occasio, suapte sponte et ex sese divino accensus zelo, patriæque caritate, perinde quasi oves cerneret verius quam homines, et quasi canes invasurus esset potius quam tam numerosum hominum exercitum, adeo intrepide ad barbaros cucurrit : idque temporis tantam erga regem sollicitudinem declaravit, ut illum etiam ante prælium ac victoriam in faciem prostratum erexerit. Neque enim factis modo juvit illum, sed ante factum etiam verbis hortatus est bono animo ut esset, ac persuasit, utque de eventu bonam conciperet spem, effecit ita loquens : *Ne concidat cor domini mei in ipso, quoniam servus tuus ibit, pugnabitque cum alienigena hoc*. Quæso, num hoc parvum videtur, nulla necessitate compulsum, suam ipsius vitam prodere, et in eorum utilitatem a quibus nihil umquam acceperat beneficii, in medios hostes irruere? Annon par erat, hunc post tale facinus ornato titulo domini columnis inscripto, et publicum civitatis servatorem appellare, qui et regni decus, et civitatum fundamenta, et omnium vitam opitulante Dei gratia servavit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc majus? Neque enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius vitam beneficium hoc contulit, et ab ipsis mortis portis revocavit :

1. *Reg.* 17. 33.

Ibid. v. 32.

καὶ δεδοικότων, καὶ οὐδενὸς προκύψαι τολμῶντος, ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις τῆς πόλεως οὔσης ἁπάσης, καὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἑκάστου βλέποντος, καὶ καθ' ἑκάστην ἀποθανεῖσθαι τὴν ἡμέραν προσδοκώντων ἁπάντων, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀγομένων ἀθλιώτερον ζώντων τὸν βίον, εἰσελθὼν οὗτος ἀπὸ τῶν προ- 750
βάτων ἐπὶ τὴν παράταξιν, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς A
τέχνης ἀτέλειαν παρεχούσης αὐτῷ τῶν πολεμικῶν πόνων, τὸν ἁπάντων αὐτὸς ἀνεδέξατο πόλεμον, καὶ κατώρθωσεν ἐλπίδος ἁπάσης κρείττονα κατορθώματα. Καίτοι εἰ καὶ μηδὲν ἦν κατωρθωκὼς, τῆς προθυμίας αὐτὸν, καὶ τῆς προθέσεως ἕνεκεν στεφανοῦν ἔδει μόνον. Τὸ μὲν γὰρ στρατιώτην τινὰ τῶν ἐν ἡλικίᾳ ποιῆσαι τοῦτο, θαυμαστὸν οὐδέν· ὁ γὰρ τῆς στρατείας νόμος τοῦτο ἀπῄτει. Οὗτος δὲ οὐδεμίαν ὁρῶν ἀνάγκην ἐπικειμένην, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τοὺς κωλύοντας ἔχων· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐπετίμησε, καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τῆς B
ἡλικίας ἄωρον καὶ τὸ τῶν κινδύνων ἀφόρητον βλέπων, κατεῖχε καὶ μένειν ἐκέλευε λέγων· Οὐ δυνήσῃ πορευθῆναι, ὅτι σὺ παιδάριον εἶ, αὐτὸς δὲ ἀνὴρ πολεμιστὴς ἐκ νεότητος αὐτοῦ· ἀλλ' ὅμως οὐδεμιᾶς αὐτὸν ἐλκούσης προφάσεως, οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ διαθερμανθεὶς θείῳ ζήλῳ καὶ τῷ τῆς πατρίδος ἔρωτι, ὥσπερ πρόβατα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους ὁρῶν, καὶ ὡς κύνας μᾶλλον ἢ στρατόπεδον ἀνθρώπων τοιοῦταν μέλλων ἐλαύνειν, οὕτω μετὰ ἀδείας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔτρεχε· καὶ τοσαύτην περὶ τὸν βασιλέα κηδεμονίαν ἐπεδείξατο τότε, ὡς καὶ πρὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς C
νίκης ἐπ' ὄψιν αὐτὸν κείμενον ἀναστῆσαι. Οὐ γὰρ ὃ μόνον αὐτὸν τοῖς ἔργοις μετὰ ταῦτα ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου τοῖς ῥήμασι παρεκάλει καὶ θαῤῥεῖν ἔπειθε, καὶ χρηστὰς περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας ἔχειν, οὕτω λέγων· Μὴ συμπεσέτω ἡ καρδία τοῦ κυρίου μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὁ δοῦλός σου πορεύσεται, καὶ πολεμήσει μετὰ τοῦ ἀλλοφύλου τούτου. Ἆρα μικρὸν τοῦτο, εἰπέ μοι, [a]τὸν μηδεμίαν ἀνάγκην ἔχοντα, τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦναι τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ὠφελείας εἰς μέσους πηδῆσαι τοὺς πολεμίους, μηδὲν μηδέποτε παρ' αὐτῶν εὖ παθόντα; Ἆρα οὐκ ἔδει αὐτὸν μετὰ ταῦτα δεσπότην ἐπιγράφεσθαι, καὶ σωτῆρα κοινὸν D
τῆς πόλεως ἀναγορεύειν, τὸν καὶ τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ τὸ τῶν πόλεων ἔδαφος, καὶ τὴν ἁπάντων ζωὴν μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν διατηρήσαντα; Ποία γὰρ ταύτης εὐεργεσίας μείζων ἑτέρα ἦν; Οὐ γὰρ εἰς χρήματα, οὐδὲ εἰς δόξαν καὶ δυναστείαν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τὴν εὐεργεσίαν κατέθετο, καὶ ἐξ αὐτῶν αὐτὸν [b]ἀνεκαλέσατο τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, καὶ τό γε εἰς ἄνθρωπον ἦκον, δι' ἐκεῖνον ἔζη λοιπὸν ὁ E
βασιλεὺς, καὶ ἀπέλαυε τῆς ἀρχῆς. Τίσιν οὖν αὐτὸν μετὰ ταῦτα ἠμείψατο; Εἰ μὲν γὰρ αὐτό τις τῶν

[a] Regii duo τὸ μηδεμίαν.

[b] Regii duo ἀνεκάλεσε.

κατορθωμάτων ἴδοι τὸ μέγεθος, οὐδ' εἰ τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ λαβὼν κεφαλῆς ἐπὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ ἔθηκεν, οὐδέπω τὴν ἀξίαν ἦν ἀποδεδωκώς, ἀλλὰ τὸ πλέον ὀφείλων. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ζωὴν καὶ βασιλείαν αὐτῷ ἐχαρίσατο· οὗτος δὲ βασιλείας αὐτῷ παραχωρεῖν ἔμελλε μόνης. Πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τὰς ἀμοιβάς. Τίνες οὖν ἦσαν αὗται; Δι' ὑποψίας εἶχεν αὐτὸν λοιπὸν, καὶ ὑπεβλέπετο ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τῆς ὑποψίας τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Οὐδὲν μὲν γὰρ, ὅπερ ἂν εἴπῃ τις, ἐρεῖ δίκαιον. Πρὸς γὰρ τὸν τὴν ψυχὴν χαρισάμενον, καὶ τὴν ζωὴν δωρησάμενον, ποία δικαίας ὑποψίας πρόφασις ἦν; Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας ἴδωμεν, ἵνα μάθητε, ὅτι καὶ τῆς νίκης οὐκ ἔλαττον καὶ διὰ ταῦτα τιμᾶσθαι δίκαιος ἦν, δι' ἅπερ ὑπωπτεύετο καὶ ἐπεβουλεύετο μετὰ ταῦτα. Τίς οὖν ἡ αἰτία τῆς ὑποψίας ἦν; Ἐπειδὴ τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλὴν ἔλαβε, καὶ τὰ λάφυρα ἔχων ἐπανῆλθε, Ἐξῆλθον αἱ χορεύουσαι, φησὶν, ᾄδουσαι καὶ λέγουσαι· ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ. Καὶ ὠργίσθη Σαοὺλ, καὶ ἦν ὑποβλεπόμενος τὸν Δαυὶδ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ἐπέκεινα. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; Μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἀδίκως ταῦτα ἐλέγετο, οὐδὲ οὕτως πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διατεθῆναι ἔδει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γεγενημένων τὴν εὔνοιαν αὐτοῦ μαθόντα, καὶ ὅτι μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, ἐξ οἰκείας εὐνοίας τοσοῦτον ὑπέμεινε κίνδυνον, μηδὲν μηκέτι λοιπὸν ὑπεπτεύειν περὶ αὐτοῦ πονηρόν. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ δίκαιον εἶχον αἱ εὐφημίαι· καὶ εἰ χρή τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, τῷ Σαοὺλ ἐχαρίσαντο μᾶλλον, ἢ τῷ Δαυὶδ ταῦτα λέγουσαι· καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν ἐχρῆν, ὅτι τὰς χιλιάδας γοῦν ἔδωκαν αὐτῷ. Τί οὖν ἀγαναχτεῖ, ὅτι ἔδωκαν τὰς μυριάδας ἐκείνῳ; Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι συντελέσας εἰς τὸν πόλεμον, καὶ μικρὰν γοῦν τινα μοῖραν εἰσενεγκών, καλῶς ταῦτα ἐλέγετο, ὅτι Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν δεδοικὼς καὶ τρέμων ἔνδον ἐκάθητο, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶν, οὗτος δὲ τὸ πᾶν εἰργάσατο, πῶς οὐκ ἄτοπον ἦν, τὸν μηδὲν εἰς τοὺς κινδύνους ἐκείνους συμβαλλόμενον ἀγαναχτεῖν, ὅτι μὴ τὸ πλέον τῆς εὐφημίας ἔλαβεν; Εἰ γὰρ ἀγαναχτεῖν ἐχρῆν, τὸν Δαυὶδ ἀγαναχτεῖν ἔδει, ὅτι τὸ πᾶν αὐτὸς κατορθώσας, μεριστὴν ἕτερον ἔσχε τῆς εὐφημίας.

itaque si humanum quidem subsidium spectes, illius beneficio deinde vixit rex, ac principatum servavit. Et postea, quam illi reposuit gratiam? Nam si quis perpendat præclare gestorum magnitudinem, etiamsi rex a suo capite detractam coronam Davidis capiti imposuisset, numquam parem retulisset gratiam, sed ampliorem debuisset. Hic enim et vitam et regnum illi donavit, ille vero huic regnum tantum erat cessurus. Verumtamen consideremus relatam pro benefactis gratiam. Quæ tandem erat illa? De cætero et ab illo die suspectum habuit David, et ab illo metuit sibi. Cur et quam ob causam? Nam et suspicionis causa commemoranda est. Neque enim quidquid aliquis dixerit, idem esse justum affirmabit. Nam erga eum qui animam impendit, et vitam dedit, quæ poterat esse justa suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimicitiæ causam inspiciamus, ut aliquid discatis, quod nec ipsa victoria sit inferius : quodque David sit honore dignus ob ea ipsa, propter quæ deinceps venit in suspicionem, insidiis appetitus est. Quæ igitur erat suspicionis causa? Postquam barbari illius caput abstulit, et spolia gestans rediit : *Exierunt*, inquit, *mulieres canentes ac dicentes : Percussit Saül in millibus suis, et David in decem millibus suis. Et iratus est Saül, et suspectum habuit David ab eo die ac deinceps.* Cujus, obsecro, rei gratia? Etiamsi hæc præter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Davidem gerere animum : sed postquam ex rebus gestis illius erga se benevolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, suapte benevolentia tantum subisset discriminis, non oportebat deinceps quidquam de illo suspicari mali. Nunc autem jure laudes proferebantur; et si fas est vera proloqui, in Saülis gratiam illa dicta sunt potius, quam in Davidis; debebat autem satis habere, quod illi tribuissent mille. Cur igitur indignatus est, quod Davidi tribuerint decem millia? Etenim si rex ad bellum finiendum vel paululum aliquid momenti contulisset, recte tum dictum fuisset, *Saül in millibus, David in decem millibus*. Quod si ipse quidem pavidus ac tremens domi desedit, in singulos dies mortem exspectans, hic autem totum facinus peregit : annon absurdum erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quod non plus laudis tulisset? Nam si indignandum erat, Davidem potius conveniebat indignari, quod cum solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem.

1. Reg. 18. 6.—9.

3. Sed horum nihil dico : verum illud dixerim : ut donemus non recte fecisse mulieres, easque fuisse crimini obnoxias, et accusatione dignas, quid hæc ad Davidem? Neque enim ipse composuerat cantionem, neque illis suaserat, ut dicerent quæ dicebant, neque adornarat illum laudationis modum. Proinde etiamsi indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non de civitate benemerito, et infinitis digno coronis. At Saül omissis illis in David irascebatur. Jam si ea laude sublatus ille beatus invidisset rerum potienti, fuissetque ipsi contumeliosus, et aspernatus fuisset ejus imperium, forsitan aliqua fuisset invidendi causa : at si factus fuit humanior ac modestior, si in subditorum ordine se continuit, quæ tandem erat justa dolendi causa? Siquidem cum is qui honore afficitur, attollitur adversus eum a quo provectus est, nec desinit in illius contemtum honore abuti, habet dolor nonnullam excusationem : cæterum ubi persistit in honorando illum, aut potius magis obsequitur, ceditque in omnibus, quem postea potest habere prætextum invidiæ? Itaque etiamsi nihil aliud præclare gestum fuisset, ob hoc ipsum tamen magis erat diligendus, quod cum tantam nactus esset occasionem occupandi regni, perstiterit in sua modestia. Neque enim quæ prius gesta sunt tantum, verum nec ea quæ consequuta sunt, superioribus illis multo præclariora, sustulerunt illi animos. Quæ tandem illa? *Erat*, inquit, *David prudens in omnibus viis suis, et Dominus omnipotens erat cum eo, universusque Israël et Juda diligebat David, quoniam ipse ingrediebatur et egrediebatur ante conspectum populi. Et Melchol filia Saül*, et universus Israël *diligebat illum. Et sapiebat supra omnes servos Saül; et honorabatur nomen illius valde. Et Jonathas filius Saül diligebat David vehementer.* Verumtamen cum universum populum ac regis familiam sibi conciliatam haberet, cum ubique in bellis vinceret, nec umquam frustraretur successu, cumque pro bene gestis rebus illis talem gratiam reciperet, non erexit cervicem, nec regnum affectavit, nec hostem ultus est, sed perseveravit in benefaciendo, et in bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam efferatus et crudelis, cui ista non fuerint persuasura, ut inimicitiam deponeret, et invidiam abjiceret? At crudelem illum et inhumanum nihil horum flexit; sed ad

Non efferatur David ob prosperum successum.

1. *Reg.* 18. 14.
Ibid. v. 15.
Ibid. v. 20.
Ibid. v. 30.
1. *Reg.* 18. 2.

Πλὴν ἀλλ' οὐδὲν τούτων λέγω, ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· ἔστω κακῶς πεποιηκέναι τὰς γυναῖκας, καὶ ἐγκλημάτων ἀξίας εἶναι καὶ κατηγορίας· τί ταῦτα πρὸς τὸν Δαυίδ; Οὐ γὰρ δὴ τὰ ᾄσματα αὐτὸς συνέθηκεν, οὐδὲ ἐκείνας λέγειν ἅπερ ἔλεγον αὐτὸς ἀνέπεισεν, οὐδὲ κατεσκεύασε τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τῆς εὐφημίας. Ὥστε εἰ καὶ ἀγαναχτεῖν ἔδει, ἐκείναις ἐχρῆν ἀγαναχτεῖν, οὐ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως εὐεργέτῃ, καὶ μυρίων στεφάνων ἀξίῳ. Ὁ δὲ ἐκείνας ἀφεὶς, ἐπὶ τοῦτον ἦει. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς εὐφημίας ἐκείνης ἐπαρθεὶς ὁ μακάριος ἐφθόνει τῷ κρατοῦντι καὶ ὕβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ διέπτυσεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τάχα εἶχέ τινα λόγον ὁ φθόνος· εἰ δὲ ἐπιεικέστερος ἐγίνετο καὶ πραότερος, καὶ τὴν τῶν ἀρχομένων ἔμενε διατηρῶν τάξιν, ποίαν εἶχε δικαίαν πρόφασιν ἡ λύπη; Ὅταν μὲν γὰρ ὁ τιμώμενος ἐπαίρηται κατὰ τῶ παρευδοκιμουμένου, καὶ διατελῇ ταῖς τιμαῖς εἰς ὕβριν κεχρημένος ἐκείνου, λαμβάνει τινὰ ἀφορμὴν τὸ πάθος· ὅταν δὲ μένῃ τιμῶν, μᾶλλόν δὲ θεραπεύων μειζόνως, καὶ εἴκων ἐν ἅπασι, ποίαν ἂν ἔχοι πρόφασιν ἡ βασκανία λοιπόν; Ὥστε εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ [a]κατώρθωται ἕτερον, δι' αὐτὸ τοῦτο μειζόνως αὐτὸν ἀγαπᾶν ἔδει, ὅτι τοσαύτην ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς τυραννίδος ἐπίθεσιν, ἔμενε τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἐπιείκειαν διατηρῶν. Οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον τὰ πρότερα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ ταῦτα πολλῷ μείζονα ὄντα ἐπῆρεν αὐτόν. Ποῖα δὴ ταῦτα; Ἦν Δαυὶδ συνιὼν, φησὶν, ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ Κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας ἠγάπων τὸν Δαυὶδ, ὅτι αὐτὸς ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο πρὸ προσώπου τοῦ λαοῦ. Καὶ Μελχὼλ ἡ θυγάτηρ Σαοὺλ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτὸν. Καὶ συνῆκε παρ' ἅπαντας τοὺς δούλους Σαούλ· καὶ ἐτιμήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ σφόδρα. Καὶ Ἰωνάθαν υἱὸς Σαοὺλ ἠγάπα τὸν Δαυὶδ σφόδρα. Ἀλλ' ὅμως τὸν δῆμον ἅπαντα καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως οἰκειωσάμενος, καὶ κρατῶν ἐν τοῖς πολέμοις πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ διαμαρτάνων, καὶ τοιαύτας ἀντὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἀπολαβὼν τὰς ἀμοιβὰς, οὐκ ἐξετραχηλίζετο, οὐδὲ ἐπεθύμει τῆς βασιλείας, οὐδὲ ἠμύνατο τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἔμενεν εὐεργετῶν, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πολέμους κατορθῶν. Τίνα οὐκ ἂν ἔπεισε ταῦτα ἐκτεθηριωμένον καὶ ἄγριον καταθέσθαι τὴν ἔχθραν, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς βασκανίας; Ἀλλὰ τὸν ὠμὸν ἐκεῖνον καὶ ἀπάνθρωπον οὐδὲν τούτων ἔπεισεν· ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ἀποτυφλωθεὶς, καὶ τῇ βασκανίᾳ τὴν ψυχὴν ἐπιδοὺς, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ· καὶ τί ποιοῦντα; (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μεῖζον καὶ θαυμαστόν·) ψάλλοντα καὶ καταστέλλοντα αὐτοῦ τὴν μανίαν. Δαυὶδ ἔψαλλε τῇ χειρὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν· καὶ τὸ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ Σαούλ· καὶ

[a] Reg. κατώρθωτο.

ASIATIC

ἦρε Σαοὺλ τὸ δόρυ, καὶ εἶπε· πατάξω ἐν Δαυὶδ· καὶ ἐπάταξεν ἐν τῷ τοίχῳ· καὶ ἐξέκλινε Δαυὶδ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ δίς. Ἆρα ἂν [b] ἔχοι τις εἰπεῖν μείζονα τούτων πονηρίας ὑπερβολήν; Ἆρα δὲ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. Ἄρτι τῶν πολεμίων ἀπελαθέντων, καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὴν ἀνακτησαμένης, καὶ πάντων ἐπινίκια θυόντων, τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων αἴτιον ἀνελεῖν ἐπεχείρησε φάλλοντα, καὶ οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὑπόθεσις τὸν μεμηνότα καὶ παραπαίοντα κατέστειλεν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἠκόντισε, βουλόμενος ἀνελεῖν. Καὶ τοιαύτας αὐτῷ ἀντὶ τῶν κινδύνων τὰς ἀμοιβὰς ἐδίδου. Καὶ πολλάκις τοῦτο ἐποίησε, καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ὁ δὲ ἅγιος ἐκεῖνος καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἔμενε τὰ ἐκείνου θεραπεύων, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ κινδυνεύων, καὶ παρατάττομενος ἐν τοῖς πολέμοις ἅπασι, καὶ τὸν ἑαυτοῦ διασώζων σφαγέα τοῖς οἰκείοις κινδύνοις, καὶ οὔτε ἐν ῥήμασιν, οὔτε ἐν πράγμασιν ἐλύπησε τὸν ἄγριον θῆρα ἐκεῖνον, ἀλλὰ πρὸς πάντα εἶκε καὶ ὑπήκουε, καὶ τὸ ὁρισθὲν αὐτῷ τῆς νίκης ἔπαθλον οὐ λαβών, ἀλλ' ἀποστερηθεὶς τὸν μισθὸν τῶν κινδύνων ἐκείνων, οὐδὲ λόγῳ ποτὲ ἐνεκάλεσεν, οὐ τοῖς στρατιώταις, οὐ τῷ βασιλεῖ· οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ ταῦτα ἔπραττεν ἀνθρωπίνῳ, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ἐκδεχόμενος ἀμοιβήν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἀπῄτησε τὸν μισθὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ διδόμενον διεκρούσατο διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Σαοὺλ πάντα κινῶν καὶ πραγματευόμενος οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν ἀνελεῖν, ῥάπτει τὸν διὰ τοῦ γάμου δόλον, καὶ καινόν τινα προικὸς καὶ [a] ἕδνων ἐπινοεῖται τρόπον. Οὐ γὰρ βούλεται, φησὶν, ὁ βασιλεὺς ἕδνα, ἀλλ' ἢ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἐκδικῆσαι εἰς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀνελέ μοι, φησὶν, ἑκατὸν ἄνδρας, καὶ τοῦτο ἀντὶ τῶν ἕδνων ἔσται μοι. Ταῦτα δὲ ἔλεγε βουλόμενος αὐτὸν προφάσει τοῦ γάμου παραβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς.

hæc omnia cæcus, et invidiæ deditus, conatus est illum e medio tollere : et quid obsecro facientem? (nam id majus est ac stupendum,) canentem cithara, et ipsius insaniam sedantem, *David*, inquit, *psallebat manu sua quotidie: et hasta in manu Saül: ac sustulit Saül lanceam, dixitque, Infigam in David; et fixit in parietem: et declinavit David a facie ejus bis.* Potestne huic malitiæ quidquam adjungi? Illa forte quæ post subsequuta sunt. Qui nuper hostes abegerat, per quem civitas sibi fuerat reddita, cunctis pro victoria victimas immolantibus : Saül beneficum et servatorem, ac bonorum illorum auctorem conatus est interficere psallentem : ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirantem coercuit, sed semel et bis torsit in illum lanceam, cupiens occidere. Et hujusmodi mercedem illi pro susceptis periculis reposuit. Idque fecit non uno die, sed sæpius. At sanctus ille post hæc omnia perseveravit curare regis negotia, proque salute illius suscipere pericula, et in acie stare in præliis omnibus, suoque periculo servare trucidatorem suum : denique nec dictis, nec factis contristavit immitem illam feram, sed concessit in omnibus dictoque audiens fuit : cumque victoriæ præmium non accepisset, sed omnium illorum periculorum mercede fraudatus esset, ne verbo quidem expostulavit umquam, non cum militibus, non cum rege, quod hæc non gessisset spe mercedis, supernam exspectans retributionem. Nec id solum est admiratione dignum, quod non poposcit præmium, sed quod etiam cum daretur, ob eximiam animi modestiam recusavit. Siquidem posteaquam Saül, omnia molitus, et omnibus tentatis, non potuit illum interficere, consuit illi dolum per nuptias, ac novam quamdam dotis ac dotalium formam commentus est. *Non* enim *cupit*, inquit, *rex dotem, sed ut centum præputia exsolvat ab hostibus regis.* Id est : Occide mihi, inquit, centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice. Hæc autem dicebat, cupiens illum obtentu conjugii hostibus objicere.

Ἀλλ' ὅμως ὁ Δαυὶδ κατὰ τὴν αὐτοῦ πραότητα τὰ πράγματα κρίνων, διεκρούσατο τὸν γάμον, οὐ διὰ τὸν κίνδυνον, οὐδὲ διὰ τὸν φόβον τῶν πολεμίων, ἀλλὰ διὰ τὸ νομίζειν ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι τῆς πρὸς ἐκεῖνον συγγενείας, καὶ ταυτὶ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ λέγει τὰ ῥήματα· Εἰ κοῦφόν ἐστιν ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν ἐπιγαμ-

4. Nihilo secius David pro sua modestia res æstimans, recusavit conjugium, non deterritus periculis, aut hostium metu, sed quod existimaret sese indignum affinitate regia; atque his verbis respondit ad servos illius : *An leve est in oculis vestris me facere generum regis, cum ego*

[b] Sic Reg. melius quam Editi [qui habent ἆρα ἂν ἔχοι τινὰ πονηρίας ὑπερβ.].

[a] Unus ἕδνων ποιεῖται τρόπον.

sim vir humilis ac nullius pretii? Atque debebatur hoc honoris, ac merces et pensatio laborum: verum usque adeo cor habebat contritum, ut post tot res cum laude gestas, post adeo splendidam victoriam, post expressam promissionem, indignum se judicaret, qui debitam reciperet mercedem, idque cum denuo esset se periculis objecturus. Posteaquam autem hostes
1. *Reg.* 19. devicerat, ac filiam regis acceperat, rursus *Psal-*
9. 10. *lebat David, et quærebat Saül eum lancea percutere, et percussit: David autem declinavit; et hasta impacta est parieti.* Quem non ista vel apprime philosophum ad iracundiam excitassent? quis, etsi nulla alia adfuisset causa, saltem ut securitatem sibi pararet, injuste insidiantem non occidisset? Neque enim id homicidium fuisset, sed modum a lege præscri-
Exod. 21. ptum mansuetudine superasset. Nam illa oculum
24. pro oculo jussit effodere: hic autem licet occidisset, pro tribus homicidiis unum exacturus fuisset, pro tribus, inquam, homicidiis, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen horum tentavit David, sed potius habuit fugere, et a patriis ædibus exsulare, atque erronem profugumque agere, et in calamitate sibi necessarium parare victum, quam regi cædis occasionem dare. Nec enim eo spectabat, ut seipsum ulcisceretur, sed ut illum ab eo morbo liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, ut sedaret tumorem, contraheretque ardorem ulceris et invidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeraque pati acerba, quam hunc apud Deum de innocentis cæde condemnari. Hæc non audiamus tantum, verum etiam 754
imitemur, nihil non faciamus et patiamur, ut A
inimici simultatem erga nos deponant; nec illud inquiramus, utrum merito, an immerito malevolum animum erga nos gerant, sed hoc solum spectemus, ut nobis inimici esse desinant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo liberet ægrotum, non utrum merito, an immerito sibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus es ejus qui te læsit: unum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egestatem præ divitiis, solitudinem præ patria, labores periculaque præ deliciis ac securitate, perpetuum exsilium præ ædibus elegit, ut illum ab odio in ipsum malevolentiaque liberaret. At nec sic quidem melior factus est Saül, sed persequebatur, sed ubique circumibat

βρεῦσαί με τῷ βασιλεῖ; ἐγὼ δὲ ἀνὴρ ταπεινὸς καὶ C
οὐκ ἔντιμος. Καὶ μὴν ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ μισθὸς καὶ ἀνταπόδοσις τῶν πόνων· ἀλλ' οὕτως ἦν συντετριμμένην ἔχων τὴν καρδίαν, ὡς μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα, καὶ λαμπρὰν οὕτω νίκην, καὶ ὑπόσχεσιν ὡμολογημένην, ἀνάξιον εἶναι νομίζειν τοῦ λαβεῖν τὸν ὀφειλόμενον αὐτῷ μισθόν· καὶ ταῦτα ἐνόμιζε, πάλιν μέλλων κινδυνεύειν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολεμίων ἐκράτησε, καὶ τὴν θυγατέρα ἔλαβε τοῦ βασιλέως, πάλιν Ἔψαλλεν ὁ Δαυὶδ, καὶ ἐζήτει Σαοὺλ τοῦ πατάξαι αὐτὸν ἐν τῷ δόρατι, καὶ ἐπάταξε· καὶ ἐξέκλινεν ὁ Δαυὶδ· καὶ ἐπάταξε τὸ δόρυ ἐν τῷ τοίχῳ. Τίνα οὐκ ἂν καὶ τῶν σφόδρα φιλοσοφεῖν ἐπισταμένων εἰς θυμὸν ταῦτα D
ἐξήνεγκε, καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, τῆς οἰκείας προνοοῦντα ἀσφαλείας ἔπεισεν ἀνελεῖν τὸν ἀδίκως ἐπιβουλεύοντα; Οὐδὲ γὰρ φόνος τὸ πρᾶγμα λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὸ μέτρον τοῦ νόμου τότε ὑπερβαίνειν ἔμελλεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἐξορύττειν ἐκέλευεν· οὗτος δὲ εἰ καὶ ἔσφαξεν, ἀντὶ τριῶν φόνων ἕνα εἰργάζετο, τριῶν φόνων οὐδεμίαν εὔλογον ἐχόντων πρόφασιν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἡρεῖτο φυγεῖν μᾶλλον, καὶ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκπεσεῖν, καὶ πλανήτης εἶναι, καὶ δραπετεύειν, καὶ ταλαιπωρούμενος τὴν ἀναγκαίαν πορίζειν τροφὴν, ἢ τῷ E
βασιλεῖ γενέσθαι σφαγῆς αἴτιος. Οὐ γὰρ ὅπως ἑαυτὸν ἐκδικήσειεν, ἀλλ' ὅπως ἐκεῖνον ἀπαλλάξειε τοῦ πάθους ἐσκόπει. Διὰ τοῦτο τῶν ὀφθαλμῶν ἑαυτὸν ὑπεξήγαγε τοῦ ἐχθροῦ, ὥστε ὑποσῦραι τὸν ὄγκον, καὶ καταστεῖλαι τὴν φλεγμονὴν, καὶ παραμυθήσασθαι τὴν βασκανίαν. Βέλτιον ἐμὲ, φησὶν, ταλαιπωρεῖσθαι καὶ μυρία πάσχειν δεινὰ, ἢ τοῦτον ἀδίκου σφαγῆς παρὰ τῷ Θεῷ κρίνεσθαι. Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, καὶ πάντα ὑπομένωμεν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥστε ἀπαλλάξαι τοὺς ἐχθροὺς τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθείας· καὶ μὴ τοῦτο ζητῶμεν, εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθάνονται, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ὅπως μηκέτι καθ' ἡμῶν ἐχθραίνοιεν. Καὶ γὰρ ὁ ἰατρὸς τοῦτο σκοπεῖ, ὅπως ἀπαλλάξειε τοῦ νοσήματος τὸν κάμνοντα, οὐκ εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως τὴν ἀῤῥωστίαν ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο. Καὶ σὺ τοίνυν ἰατρὸς εἶ τοῦ λελυπηκότος· ἓν ζήτει μόνον, ὅπως αὐτοῦ τὴν ἀῤῥωστίαν ἀνέλῃς. [a]Ὃ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἐποίησε, πενίαν ἀντὶ πλούτου, ἐρημίαν ἀντὶ πατρίδος, πόνους καὶ κινδύνους ἀντὶ τρυφῆς καὶ ἀδείας, φυγὴν διηνεκῆ ἀντὶ τῆς οἴκοι μονῆς ἑλόμενος, ἵνα ἐκεῖνον ἀπαλλάξῃ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀπεχθείας καὶ ἔχθρας. Ἀλλ' οὐδὲν B
οὐδὲ οὕτως ἐκέρδανεν ὁ Σαοὺλ, ἀλλ' ἐδίωκε καὶ πανταχοῦ περιήει ζητῶν τὸν ἠδικηκότα μὲν οὐδὲν, ἀδικηθέντα δὲ τὰ ἔσχατα, καὶ μυρία αὐτὸν ἀντὶ τούτων ποιήσαντα ἀγαθά· καὶ οὐκ εἰδὼς, εἰς αὐτὰ λοιδόν

[a] Reg. unus ὁ μακάριος οὗτος ἐποίησε, πενίαν Alius οὕτως.

τοῦ Δαυὶδ ἐμπίπτει τὰ δίκτυα. Ἦν γὰρ ἐκεῖ σπήλαιον, φησὶ, καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι. Καὶ Δαυὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐσωτέρῳ ἐκάθηντο. Καὶ εἶπον οἱ ἄνδρες Δαυὶδ πρὸς αὐτόν· ἰδοὺ ἡ ἡμέρα, καθὼς εἶπε Κύριος· δίδωμι τὸν ἐχθρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ ποιήσεις αὐτῷ τὰ ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου. Καὶ ἀνέστη Δαυὶδ, καὶ ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος Σαοὺλ λαθραίως. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάταξε τὸν Δαυὶδ ἡ καρδία αὐτοῦ, ὅτι ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος, καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ· μηδαμῶς μοι παρὰ Κυρίου ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ κυρίῳ μου, τῷ χριστῷ Κυρίου, ἐπενεγκεῖν τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτόν, ὅτι χριστὸς Κυρίου ἐστίν. Εἶδες τὰ δίκτυα τεταμένα, καὶ τὸ θήραμα ἐναπειλημμένον, καὶ τὸν κυνηγέτην ἑστῶτα, καὶ πάντας ἐγκελευομένους βαπτίσαι τὸ ξίφος εἰς τὸ τοῦ πολεμίου στῆθος; Θέα μοι λοιπὸν τὴν φιλοσοφίαν, θέα τὴν πάλην, τὴν νίκην, τὸν στέφανον. Καὶ γὰρ στάδιον ἦν τὸ σπήλαιον ἐκεῖνο, καὶ πάλη θαυμαστή τις ἐγίνετο καὶ παράδοξος. Ἐπάλαιε μὲν γὰρ ὁ Δαυὶδ, ἐπύκτευε δὲ ὁ θυμὸς, καὶ ἔπαθλον ὁ Σαοὺλ ἔκειτο, καὶ ἀγωνοθέτης ἦν ὁ Θεός· μᾶλλον δὲ οὐ πρὸς ἑαυτὸν μόνον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτοῦ ἦν αὐτῷ ὁ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς παρόντας στρατιώτας. Εἰ γὰρ καὶ φιλοσοφεῖν ἤθελε καὶ φείδεσθαι τοῦ λελυπηκότος, εἰκὸς ἦν καὶ δεδοικέναι αὐτὸν ἐκείνους, μήποτε καὶ συγκόψωσιν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἅτε λυμεῶνα καὶ προδότην αὐτὸν ὄντα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, καὶ τὸν κοινὸν ἐχθρὸν αὐτῶν διασώζοντα. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ταῦτα κατὰ διάνοιαν ἕκαστον αὐτῶν δυσχεραίνοντα λέγειν· πλανᾶται καὶ φυγάδες ἐγενόμεθα ἡμεῖς, καὶ οἰκίας καὶ πατρίδος καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξεπέσομεν, καὶ τῶν δυσχερῶν σοι πάντων ἐκοινωνήσαμεν· καὶ σὺ τῶν κακῶν τούτων τὸν αἴτιον εἰς χεῖρας λαβὼν, ἀφεῖναι διανοῇ, ἵνα μηδέποτε τῶν κακῶν τούτων ἡμεῖς [b] ἀναπνεύσωμεν, καὶ σπουδάζων τὸν ἐχθρὸν διασῶσαι, προδίδως τοὺς φίλους; Καὶ ποῦ ταῦτα δίκαια; Εἰ γὰρ τῆς ἑαυτοῦ καταφρονεῖς σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φεῖσαι ψυχῆς. Οὐ λυπεῖ σε τὰ παρελθόντα; οὐδὲ μέμνησαι τῶν κακῶν ὧν ἔπαθες παρ' αὐτοῦ; Διὰ τὰ μέλλοντα ἄνελε, ἵνα μὴ μείζονα καὶ χαλεπώτερα ὑποστῶμεν κακά. Ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῖς δήμασιν ἔλεγον, ἀλλ' quærens eum, qui non solum nihil læserat, sed cum esset læsus, maxima et innumerabilia pro injuriis bona rependerat. At Saül imprudens post incidit in retia Davidis. *Erat* enim, inquit, *ibi spelunca, et ingressus est Saül ut exoneraret alvum. David autem cum comitibus suis in interiore speluncæ parte sedebat. Dixeruntque viri David ad illum : Ecce dies de quo dixit Dominus : Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciesque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et surrexit David, sustulitque laciniam chlamydis Saülis clanculum. Et post hæc percussit Davidem cor ipsius, quod abstulisset laciniam chlamydis, dixitque David ad viros suos : Avertat a me Dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, christo Domini, mittamque manum meam in illum, quoniam christus Domini est.* Vidisti tensa retia, vidisti prædam captam, vidisti venatorem erectum, vidisti omnes adhortantes, ut ensem in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem, specta luctam, victoriam, coronam. Nam spelunca illa campus erat, atque lucta quædam mirabilis dictuque incredibilis facta est. Luctatus est David, pugilem egit iracundia, Saül positus erat certaminis materia, agonothetes erat Deus : quin potius, non ipsi modo adversus seipsum, propriamque cupiditatem erat prælium, sed et adversus milites qui aderant. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat, consentaneum erat ut et illos metueret, ne forte ipsum trucidarent in spelunca, tamquam qui illorum salutem prodidisset, ac publicum ipsorum hostem servasset. Probabile enim est illorum unumquemque dolore percitum hæc intra sē dicturos fuisse : Errones exsulesque sumus, domo, patria cæterisque omnibus excussi, omniumque difficultatum tuarum consortes sumus : et tu cum, qui horum malorum est auctor, in manus tuas traditum, cogitas dimittere, ne nobis umquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis hostem servare studes? An hæc justa sunt? Nam si tuam ipsius salutem negligis, nostræ certe vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neque memor es malorum quæ ab illo perpessus es? Certe ob ea quæ futura sunt, tolle hostem, ne majora et acerbiora perpetiamur mala. Hæc ut verbis non sint pro-

1. Reg. 24. 4—7.

[a] Reg. ἀναλεύσωμεν.

loquuti, tamen animo secum volvebant cum ista, tum istis etiam alia majora.

5. Verum nihil horum justus ille apud se perpendebat, unum illud spectans, quomodo posset redimiri tolerantiæ corona, ac novam quamdam admirabilemque philosophiam exercere. Neque enim perinde mirum erat, si cum esset solus et absque comitibus, pepercisset illi a quo fuerat læsus, atque nunc est, quod hoc idem aliis præsentibus fecit: nam militum illorum præsentia geminum erat philosophiæ obstaculum. Nobis ipsis frequenter evenit, ut cum statuerimus vindictam remittere, et commissa condonare; post ubi viderimus aliquos nos irritantes et concitantes, mutemus sententiam, et illorum dictis obtemperemus. Verum hoc non accidit huic beato, sed etiam post illorum consilium et exhortationem perseveravit in animi proposito. At ne hoc quidem tantum est admiratione dignum, quod nec aliorum admonitu dimotus est a proposito, quodque non est illos veritus, sed quod perfecit, ut et illi eamdem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus imperet: sed multo majus est et aliis persuadere posse, ut et ipsi mentem eamdem habeant: aliis, inquam, qui nec modesti sunt homines, neque temperantes, sed milites, qui multis difficultatibus jam in desperationem erant adducti, a quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari non modo totam malorum solutionem in hostis nece sitam esse; nec modo malorum solutionem, verum etiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat, quominus illo trucidato protinus regnum transiret ad Davidem. Attamen cum tot essent res quæ milites irritabant, tantum valuit ille generosus, ut his omnibus fuerit superior, suaderetque ut hosti parcerent. Operæ pretium vero est, etiam ipsorum militum audire consilium, quia consilii calliditas firmum et solidum justi animum ostendit. Non enim ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam concupivit, qui nos immedicabilibus vallavit difficultatibus: sed ubi perspexerunt hæc omnia negligere Davidem, nec magnam habere rationem in se commissorum, allegant illi divinum auctorem, *Deus*, aiunt, *illum tradidit*, quo videlicet judicium a Deo profectum reveritus, promtius iret ad homicidium. Numquid, inquiunt, tuam ipsius vicem ulciscēris? Deo servis ac ministras, illius sententiam comprobas. Sed quo magis hæc dicebant, tanto

ὅμως κατὰ διάνοιαν ἐλογίζοντο καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα ἕτερα.

Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ὑπελογίζετο, ἀλλ' εἰς ἓν ἔβλεπε μόνον, ὅπως τὸν τῆς ἀνεξικακίας ἀναδήσασθαι δυνηθῇ στέφανον, καὶ φιλοσοφῆσαι φιλοσοφίαν τινὰ καινοτέραν καὶ παράδοξον. Οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω θαυμαστὸν, εἰ μόνος ὢν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐφείσατο τοῦ λελυπηκότος, ὡς νῦν παράδοξόν ἐστιν, ὅτι παρόντων ἑτέρων αὐτῷ τοῦτο ἐποίησεν. Ἡ γὰρ τῶν στρατιωτῶν ἐκείνων παρουσία διπλοῦν ἐγίνετο τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ κώλυμα. Πολλάκις γοῦν αὐτοὶ κρίναντες ὀργὴν ἀφεῖναι, καὶ συγχωρῆσαι τὰ πεπλημμεληµένα τινὶ, ἐπειδὰν ἴδωμέν τινας παροξύνοντας καὶ διεγείροντας, τὴν ἡμετέραν καταλύομεν κρίσιν, τοῖς ἐκείνων παραπειθόμενοι λόγοις. Ἀλλ' ὁ μακάριος ἐκεῖνος τοῦτο οὐκ ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν καὶ τὴν συμβουλὴν ἔμενε τὴν οἰκείαν διατηρῶν ψῆφον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὔτε ταῖς παρ' ἑτέρων παρετράπη συμβουλαῖς, οὐδ' ὅτι αὐτοὺς οὐκ ἔδεισεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκείνους τὰ αὐτὰ αὐτῷ φιλοσοφεῖν παρεσκεύασε. Μέγα μὲν γὰρ τὸ καὶ αὐτόν τινα τῶν οἰκείων περιγενέσθαι παθῶν· πολὺ δὲ μεῖζον τὸ καὶ ἑτέρους δυνηθῆναι πεῖσαι, τὴν αὐτὴν αὐτῷ κτήσασθαι γνώμην· καὶ ἑτέρους, οὐκ ἐπιεικεῖς ἀνθρώπους καὶ μετρίους, ἀλλὰ στρατιώτας καὶ πολεμεῖν μεμαθηκότας, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπεγνωκότας πόνοις, καὶ μικρὸν ἀναπνεῦσαι ἐπιθυμοῦντας, καὶ εἰδότας ὅτι τῶν κακῶν ἡ λύσις πᾶσα ἐν τῇ τοῦ πολεμίου σφαγῇ τότε ἔκειτο· οὐ μόνον δὲ λύσις κακῶν, ἀλλὰ καὶ μυρίων κτῆσις ἀγαθῶν· οὐδὲν γὰρ ἐκώλυεν, ἐκείνου σφαγέντος, ἐπὶ τοῦτον εὐθέως διαβῆναι τὴν βασιλείαν. Ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων τῶν παροξυνόντων τοὺς στρατιώτας, ἴσχυσεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος πάντων περιγενέσθαι τούτων, καὶ πεῖσαι φείσασθαι τοῦ πολεμίου. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῆς ἀκοῦσαι τῶν στρατιωτῶν τῆς συμβουλῆς· ἡ γὰρ κακουργία τῆς παραινέσεως τὸ στερρὸν καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς τοῦ δικαίου δείκνυσι γνώμης. Οὐδὲ γὰρ εἶπον· ἰδοὺ ὁ μυρία σε διαθεὶς κακὰ, ὁ τῆς σφαγῆς ἐπιθυμήσας τῆς σῆς, ὁ περιβαλὼν ἡμᾶς τοῖς ἀνηκέστοις δεινοῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ συνεῖδον ὅτι πάντων τούτων ὑπερεώρα, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἡμαρτημένων οὐ πολὺν ἐποιεῖτο τὸν λόγον, ἄνωθεν αὐτῷ τὴν ψῆφον φέρουσιν, Ὁ Θεὸς αὐτὸν παρέδωκε, λέγοντες, ἵνα τὴν ἐκεῖθεν αἰδεσθεὶς κρίσιν ἑτοιμότερον ἔπὶ τὴν σφαγὴν ἔλθῃ. Μὴ γὰρ σαυτὸν ἐκδικεῖς; φησί. Τῷ Θεῷ διακονῇ καὶ ὑπηρετεῖς, καὶ τὴν ἐκείνου ψῆφον κυροῖς. Ἀλλ' ὅσῳ ταῦτα ἔλεγον, τοσούτῳ μᾶλλον ἐφείδετο. Ἤδει γὰρ τοῦτο, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν αὐτῷ παρέδωκεν, ἵνα πλείονος εὐδοκιμήσεως αὐτῷ παράσχῃ πρόφασιν. Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν ἴδῃς τὸν ἐχθρὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐμπεσόντα τὰς σὰς, μὴ νόμιζε τιμωρίας, ἀλλὰ σωτηρίας εἶναι καιρὸν

ἐχεῖνον. Διὰ τοῦτο τότε μάλιστα φείδεσθαι δεῖ τῶν ἐχθρῶν, ὅταν αὐτῶν γενώμεθα κύριοι. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τί μέγα καὶ θαυμαστὸν γενόμενον κύριον φείσασθαι; Πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι βασιλεῖς πολλάκις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐλθόντες, τοὺς πάλαι λελυπηκότας λαβόντες, ἀνάξιον αὐτῶν εἶναι ἐνόμισαν ἐν ἀρχῆς ὄγκῳ τοσούτῳ δίκην ἀπαιτῆσαι τῶν πεπλημμεληκότων, καὶ ἡ τῆς ἐξουσίας περιουσία καταλλαγῆς ὑπόθεσις γέγονεν. Ἀλλ' ἐνταῦθά οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀνελθὼν ὁ Δαυὶδ, οὐδὲ τὴν βασιλείαν ἀπολαβών, καὶ τὸν Σαοὺλ ὑπὸ χεῖρας ἔχων, οὕτως ἐφείσατο, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τὸν θυμὸν ἐξέλυσεν· ἀλλ' εἰδὼς ὅτι διασωθεὶς τοῖς αὐτοῖς ἐπιθήσεται πάλιν, καὶ εἰς μείζονας ἐμβαλεῖ τοὺς κινδύνους, οὐδὲ οὕτως ἀπέκτεινε. Μὴ δὴ τοῦτον ἔχειν παραβάλωμεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀσφαλὲς τὸ ἐνέχυρον ἔχοντες τῆς μετὰ ταῦτα ἀδείας, εἰκότως φείδονται· οὗτος δὲ μέλλων τὸν ἐχθρὸν καθ' ἑαυτοῦ ἀφιέναι, καὶ πολέμιον ἑαυτῷ σώζειν, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἠφάνισε, καὶ ταῦτα πολλὰ ἔχων τὰ πρὸς τὴν σφαγὴν αὐτὸν ταύτην ὠθοῦντα. Καὶ γὰρ ἡ ἐρημία τῶν βοηθούντων τῷ Σαοὺλ, καὶ ἡ παραίνεσις τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἡ μνήμη τῶν παρελθόντων, καὶ ὁ φόβος τῶν μελλόντων, καὶ τὸ μηδὲ σφαγῆς κρίνεσθαι λοιπὸν ἀποκτείναντα τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ μετὰ τὸν φόνον τοῦτον δύνασθαι [a]τὸν νόμον ὑπερβαίνειν, καὶ πολλὰ ἕτερα πλείονα τούτων ἐβιάζετο καὶ ἠνάγκαζεν ὠθῆσαι τὸ ξίφος εἰς ἐχεῖνον. Ἀλλ' οὐδενὶ τούτων εἶξεν, ἀλλ' ἔμενεν ὥσπερ τις ἀδάμας, ἀκίνητον τὸν τῆς φιλοσοφίας διατηρῶν νόμον. Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃς ὅτι οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς ἦν, ἀλλ' ἀναισθησία τὸ γινόμενον ἦν, οὐχὶ φιλοσοφία, ὅρα πῶς ἀγριωθεὶς ἐκαρτέρησεν. Ὅτι γὰρ αὐτῷ διανέστη τὰ κύματα τῆς ὀργῆς, καὶ πολλὴ τῶν λογισμῶν ἐκινήθη ἡ ζάλη, καὶ τὸν χειμῶνα ἐχαλίνου τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπιέζετο, ἐκ τῶν γενομένων ἐστὶν ἰδεῖν. Ἀνέστη γὰρ, φησὶ, καὶ ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος Σαοὺλ λαθραίως. Εἶδες πόσος ἠγέρθη τῆς ὀργῆς ὁ χειμών; Ἀλλ' οὐ [b]προῆλθε περαιτέρω, οὐδὲ εἰργάσατο τὸ ναυάγιον· ὁ γὰρ κυβερνήτης ταχέως αἰσθόμενος, ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, γαλήνην ἀντὶ χειμῶνος

magis hic pepercit hosti. Intelligebat enim, Deum ideo tradidisse eum, ut sibi majores occasiones probandæ virtutis suppeditaret. Proinde tu quoque, si quando hostis tuus inciderit in manus tuas, cave putes esse datam ulciscendi, sed servandi hostis occasionem. Eoque tum maxime parcendum est inimicis, cum illi forte venerunt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis : Et quid magnum, aut quid mirum parcere ei quem habes in tua potestate? Complures enim et alii reges ad principatum evecti, sese indignum judicarunt in tanto regni fastigio ab iis pœnas exigere, a quibus olim fuerant offensi : ipsa potentiæ sublimitas causam attulit reconciliationis. Verum in hoc negotio tale nihil possis dicere. Neque enim David ad principatum evectus, neque regnum adeptus, ac Saülem in manibus habens, ita demum illi pepercit, ne quis causari possit regni magnitudine sublatam fuisse iram : sed cum sciret fore, ut ille servatus rursus ad eadem rediret, et ipse in graviora pericula conjiceretur, ne ideo quidem occidit. Ne utique hunc cum illis conferamus. Siquidem illi quoniam habent certum tutumque pignus futuræ deinceps securitatis, merito parcunt; hic vero cum sciret se hostem in suam ipsius perniciem dimittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idque cum haberet multa ad eam cædem impellentia. Etenim solitudo regis auxilio nudati, exhortatio militum, præteritorum memoria, futurorum metus; ad hæc quod si interfecisset inimicum, non posset damnari cædis, quodque post cædem peractam [a] legem ipsam mansuetudine superare videretur, hæc et alia plura urgebant compellebantque gladio illum confodere. At horum nulli cessit, sed adamantis invicti more perstitit, intemeratam philosophiæ legem servans. Cæterum ne dicas illum nihil eorum sensisse affectuum, quos sensisse par erat, sed id quod accidit non fuisse philosophiam, sed stuporem : considera quam vehementer exasperatus sibi temperarit. Siquidem iracundiæ fluctus in animo illius intumuisse, multamque cogitationum procellam concitatam fuisse, sed eam tempestatem refrenasse timore Dei, animosque repressisse, ex iis quæ facta sunt perspicere licet. *Surrexit*, inquit, *et tulit oram chlamy-*

Cur Deus hostes nobis tradat.

[a] Legem ipsam mansuetudine superasset David, etiamsi Saülem occidisset, quia lex præcipiebat dentem pro dente, oculum pro oculo, et ut consequens erat vitam pro vita dari; ita ut si Saülem interfecisset, minus etiam quam lex permittebat fecisset David semel occidendo eum, qui sæpe vitam ipsi eripere conatus fuerat.

[b] [Scripsimus προῆλθε cum Savilio. Morel. προσῆλθε. Montf. errore typothetarum προϊῆλθε.]

dis Saülis clanculum. Vides quanta iræ tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neque fecit naufragium, eo quod gubernatrix illico sentiens periculum, videlicet pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. *Percussit* enim, inquit, *Davidem cor ipsius*, ac velut equum subsilientem ac ferocientem, revocavit iram.

ἐποίησεν. Ἐπάταξε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ καθάπερ σκιρτῶντα καὶ μαινόμενον ἵππον, τὸν θυμὸν ἀνεχαίτισε.

6. Hujusmodi sunt sanctorum animæ : priusquam concidant, resurgunt, priusquam ad peccatum perveniant, refrenantur, eo quod sobriæ sint, semperque vigilent. Et tamen quantum 757 erat intervallum inter corpus et vestem? Attamen ille seipsum cohibuit, ne progrederetur ulterius : insuperque ob hoc ipsum graviter se-
1. *Reg.* 24. 6. ipsum condemnavit. *Percussit* enim, inquit, *illum cor ipsius, quod abstulisset extremum chlamydis, dixitque ad viros : Nequaquam hoc mihi sit a Domino*. Quid est illud, *Nequaquam hoc sit mihi a Domino*? Propitius, inquit, sit mihi, si hoc voluissem : ne concedat umquam ut hoc faciam Deus, neque permittat me ad tantum devenire scelus. Quoniam videbat hanc philosophiam superare pene naturam humanam, cælestique opus habere auxilio, seque pene ad cædem processisse, precatur, ut Dominus sibi conservet manum impollutam. Quid hoc animo possit esse mitius? An hunc dicemus hominem, qui in natura humana vitam præstiterit angelicam? Verum id non passuræ sunt divinæ leges. Quis enim, obsecro, facile a Deo ejusmodi rem petat? Quid dixi, hujusmodi? Quis sustineret, non precari adversus eum qui molestus fuisset? Nam plerique mortales eo feritatis abrepti sunt, ut cum sint adeo imbecilles, ut non queant eum a quo lacessiti sunt ullo malo afficere, Deum ad ultionem invocent, ut sibi det facultatem nocendi iis, qui sibi mala intulere. Hic vero illis omnibus velut ex diametro contraria precando, rogat ne permittat ut manus
Ibidem. injiciat, loquens hunc in modum : *Ne mihi hoc accidat a Domino, ut injiciam manum meam in illum* : perinde quasi de filio et de prole, ita de hoste loquitur. Neque pepercit tantum, verum et excusationem pro eo parat. Vide vero quam prudenter quamque sapienter. Siquidem cum vitam Saülis perscrutans, nihil invenisset boni, ut dicere posset, Non sum ab illo læsus, nec ullo affectus incommodo (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant,

τώρθωσε πολέμους εἰπεῖν εἶχεν οὐκ ἐλάττους ἐκείνου. Καὶ ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ἐπιχειρήσαντος ἀνελεῖν, καὶ τὸ δόρυ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀφέντος, οὐκ ἐμνησικάκησε, καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα μέλλων ἀποδιδόναι τὸν μισθὸν τῆς προτέρας μάχης, ἕδνα ἀπήτησεν, οὐ χρυσίον καὶ ἀργύριον, ἀλλὰ σφαγὴν καὶ πανωλεθρίαν· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἀνένευσε. Ταῦτα γὰρ πάντα, καὶ πολλῷ πλείονα τούτων καὶ μείζονα εἶχεν εἰπεῖν· ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν. Οὐ γὰρ ὀνειδίσαι αὐτῷ τὰς εὐεργεσίας ἐβούλετο, ἀλλὰ πεῖσαι μόνον, ὅτι τῶν φιλούντων αὐτὸν καὶ κηδομένων ἐστὶν, οὐχὶ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ πολεμούντων. Διὰ τοῦτο πάντα ἐκεῖνα ἀφεὶς, τὸ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ συμβὰν μόνον εἰς λόγον ἀπολογίας παρήγαγεν. Οὕτως ἦν ἄτυφος καὶ κενοδοξίας καθαρὸς ἁπάσης, καὶ πρὸς ἓν ἔβλεπε μόνον, τὴν τοῦ Θεοῦ ψῆφον. Εἶτά φησι· Κρίναι Κύριος ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Τοῦτο εἶπε τὸ ῥῆμα, οὐχὶ κολασθῆναι βουλόμενος τὸν ἄνδρα, οὐδὲ τιμωρίαν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ φοβῆσαι τῇ μνήμῃ τῆς μελλούσης κρίσεως· καὶ οὐ φοβῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογήσασθαι. Μάλιστα μὲν γὰρ, φησὶν, ἔχω καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἀποδείξεις· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, αὐτὸν καλῶ τὸν Θεὸν μάρτυρα, τὸν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ἑκάστου διανοίας εἰδότα, καὶ τὸ συνειδὸς ἐρευνῆσαι δυνάμενον.

barbarorum illorum insultus depuli, rempublicam vacillantem constabilivi: ac per me tu quidem regnum ac vitam, cæteri vero omnes præter vitam, civitatem ac domos, liberos et uxores tenent. Ac post illud rursus tropæum, et alia bella quæ fortiter ac feliciter gesserat, hoc non inferiora, potuit commemorare. Ad hæc quod cum semel atque iterum, imo sæpius tentasset ipsum e medio tollere, lanceamque in caput illius torsisset: non tamen meminit malorum; item quod E post illa gesta, cum Saül deberet prioris pugnæ reddere præmia, poposcerit dotem, non aurum, non argentum, sed cædem et internecionem: ac ne id quidem abnuerit David. Nec ista tantum, sed his etiam multo tum plura tum majora dicere potuit: verum nihil horum dixit, neque ei erat animus illi exprobrare beneficia, sed tantum persuadere se esse unum ex eorum numero, qui ipsum et amarent ac colerent, non qui rebellionem aut insidias molirentur. Ideo prætermissis illis omnibus, tantum quod eo acciderat die, in 767 defensionem adduxit. Usque adeo purus erat, et A ab omni inani gloria immunis, nec alio respexit, quam ad unius Dei voluntatem. Deinde ait: *Judicet Dominus inter me et te.* Hoc verbum dixit non quod cuperet puniri Saülem, aut de illo pœnas sumi, sed ut illi formidinem injiceret ex futuri judicii commemoratione: neque ut timorem incuteret tantum, verum ut seipsum a criminis suspicione purgaret. Præcipuam quidem, inquit, probationem ex ipsis habeo factis: quod si non credis, ipsum Deum invoco testem, qui cujusque mentis arcana novit, et scrutari potest conscientias.

Unius Dei voluntatem spectat David.

1. *Reg.* 17 13.

Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἂν ἐτόλμησε καλέσαι τὸν ἀπαραλόγιστον δικαστὴν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὴν δίκην εἰσαγαγεῖν, εἰ μὴ σφόδρα ἦν πεπεικὼς ἑαυτὸν, ὅτι πάσης ἐπιβουλῆς ἦν καθαρός. Καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογήσασθαι βουληθεὶς, κἀκεῖνον σωφρονίσαι θέλων, τῆς δίκης ἐκείνης ἀνέμνησεν, ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ ἤδη γεγενημένα δηλῶσαι· οὐκ ἔλαττον δὲ ἐκείνων καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συμβάντα τοῦτο πιστώσασθαι δύναται. Καὶ γὰρ πάλιν αὐτὸν εἰς χεῖρας λαβὼν, μετὰ τὴν σωτηρίαν ταύτην ἐπιθέμενον αὐτῷ καὶ ἀνελεῖν βουλόμενον, καὶ δυνάμενος αὐτὸν μετὰ τοῦ στρατοπέδου κατακόψαι παντὸς, [a] ἀφῆκεν, οὐδὲν, ὧν εἰκὸς ἦν παθεῖν, πεπονθότα. Διὸ καὶ συνιδὼν ὡς ἀνήκεστα νοσεῖ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἔχθρας οὐδαμοῦ λήξει ποτὲ, ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἐκείνου, καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἔζη,

5. Hæc autem loquutus est, declarans se nequaquam ausurum fuisse appellare Judicem illum, cui non potest imponi, et in sese condemnationem accersere, nisi certissimum haberet, se ab omni insidiarum crimine purum esse. Et quod B ea quæ dicimus non conjecturæ, sed quod simul et sese purgare cupiens, et illum ad sobrietatem revocare, illius judicii fecit mentionem, illa quæ jam gesta fuerunt sufficienter ostendunt: non minus autem his et illa, quæ postea acciderunt, hujus rei fidem facere possunt. Nam cum rursus Saül incidisset in manus ipsius, post datam salutem insequens illum, et occidere volens, cumque posset hostem cum universo exercitu concidere, dimisit illum integrum et incolumem. Ideoque cum sciret morbum regis immedicabilem

[a] Regii ἀφῆκέν τε ὑγιῆ καὶ σῶον, καὶ συνιδών.

esse, neque illum unquam hostilem in se animum positurum, submovit sese ab oculis illius, et apud barbaros vitam agebat, serviens, honore privatus, pudore suffusus, labore ac miseria sibi ipsi parans ad victum necessaria. Atqui non hoc tantum est quod miremur, sed illud quoque, quod posteaquam audierat regem in acie cecidisse, discidit vestem, et cinere se conspersit, et eo luctu luxit, quo quis lugeret amisso primogenito germanoque filio; subinde nomen illius inclamans una cum filii nomine, compositis etiam encomiis, ac voces acerbi doloris testes emittens, impransus mansit usque ad vesperam, exsecrans et ipsa loca quæ Saülis sanguinem exceperant.

Luctus Davidis ob mortem Saülis.

2. Reg. 1. 21. *Montes*, inquit, *Gelboë, ne cadat super vos neque ros, neque pluvia: montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium.* Quod sæpe patres faciunt, ut domum etiam aversentur, et limen dolenter aspiciant, per quod extulere filium, hoc et hic fecit, eos montes devovens, qui cædem illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam locum propter mortuos illic prostratos. Ne igitur irrigemini posthac cælestibus pluviis, quia male semel irrigati estis amicorum meorum sanguine, eaque nomina subinde repetebat, ita loquens: *Saül et Jonathas, amabiles ac speciosi, in vita sua non fuerant disjuncti, nec morte sua separati sunt.* Quoniam enim absentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum complexus est, suum dolorem hisce modis quatenus licuit leniens et calamitatis magnitudinem mitigans. Quia enim a multis malum putabatur insanabile, ambos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in consolationis argumentum. Nam quod ait, *In vita sua non fuerant disjuncti, nec in morte sunt separati*, verba erant nihil aliud agentis, quam ut hoc cedat in solatium doloris. Jam enim, inquit, non potest dici, quod filius orphanum esse se lugeat, neque quod pater orbitatem suam deploret: verum quod nullis, inquit, obtigit, illis contigit: videlicet uno eodemque die vivis erepti sunt, neutro alteri superstite. Existimabat enim vitam sibi injucundam fore, si alter ab altero fuisset divulsus. Commovemini nunc, lacrymamini nunc, et animo perturbamini; usque ad lacrymarum effusionem mutati sunt oculi vestri? Nunc mihi quisque recordetur inimici qui læsit, dolore etiamnum in animo æstuante, atque hunc et vivum servet, et vita defunctum deploret, haud

2. Reg. 1. 24.

Lacrymas movet Chrysostomus.

δουλεύων, ἠτιμωμένος, αἰσχυνόμενος, ἐκ πόνου καὶ ταλαιπωρίας τὴν ἀναγκαίαν ἑαυτῷ πορίζων τροφήν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστόν, ἀλλ' ὅτι καὶ πεσόντα ἀκούσας ἐπὶ τῆς παρατάξεως, διέῤῥηξέ τε τὸν χιτωνίσκον, καὶ σποδὸν κατεπάσατο, καὶ θρῆνον ἐθρήνησεν, ὃν ἄν τις θρηνήσειε, παῖδα μονογενῆ καὶ γνήσιον ἀποβαλών, συνεχῶς αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἀνακαλῶν μετὰ τοῦ παιδίου, καὶ ἐγκώμια συντιθεὶς, καὶ πικρὰν ἀφιεὶς φωνὴν, καὶ μέχρις ἑσπέρας ἄσιτος μένων, καὶ αὐτὰ τὰ χωρία καταρώμενος τὰ δεξάμενα τὸ αἷμα τοῦ Σαούλ· Ὄρη γάρ, φησὶ, τὰ Γελβουὲ, μὴ πέσοι ἐφ' ὑμᾶς, μήτε δρόσος, μήτε ὑετός· ὄρη θανάτου, ὅτι ἐκεῖ ἐῤῥίφθη σκέπη δυνατῶν. Ὅπερ πατέρες ποιοῦσι πολλάκις, καὶ τὴν οἰκίαν ἀποστρέφονται, καὶ τὸν στενωπὸν ἀηδῶς ὁρῶσι, δι' οὗ τὸν υἱὸν προέπεμψαν, τοῦτο καὶ οὗτος ἐποίησε, καὶ κατηρᾶτο τοῖς ὄρεσι τοῖς τὴν σφαγὴν δεξαμένοις. Μισῶ καὶ τὸν τόπον αὐτὸν διὰ τοὺς ἐκεῖ πεσόντας νεκρούς, φησί. Μηκέτι τοίνυν [b] βραχῆτε τοῖς ἄνωθεν ὑετοῖς· ἐῤῥάχητε γὰρ ἅπαξ κακῶς τῷ τῶν φίλων μου αἵματι· καὶ συνεχῶς δὲ αὐτῶν περιστρέφει τὰ ὀνόματα, οὕτως λέγων· Σαοὺλ καὶ Ἰωνάθαν, οἱ ἠγαπημένοι καὶ ὡραῖοι, οὐ κεχωρισμένοι ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν οὐ διεχωρίσθησαν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ σώματα μὴ παρόντα περιπτύξασθαι οὐκ εἶχε, περιπλέκεται αὐτῶν ταῖς προσηγορίαις, τὴν οἰκείαν ὀδύνην, ὡς οἷόν τε, τούτοις καταπραΰνων, καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς παραμυθούμενος μέγεθος. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοῖς ἐδόκει τὸ πεσεῖν ἀμφοτέρους ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἀνήκεστον εἶναι κακὸν, αὐτὸ δὴ τοῦτο εἰς ὑπόθεσιν παραμυθίας ἔλαβε. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, Ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐ κεχωρισμένοι, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν οὐκ ἐχωρίσθησαν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τοῦτο κατασκευάζοντος ἦν. Οὐ γάρ ἐστι, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι ὀρφανίαν ὁ παῖς ἐθρήνησεν, οὐδὲ ἀπαιδίαν ὁ πατὴρ ὠδύρατο, ἀλλ', ὃ μηδενὶ συνέβη, συνέβη, φησὶν, ἐκείνοις· ὁμοῦ γὰρ καὶ κατὰ μίαν ἡμέραν τῆς ζωῆς ἀπερῤῥάγησαν, καὶ οὐ καταλειφθεὶς θάτερος. Ἦ γὰρ ἂν ἀβίωτον ἑαυτῷ εἶναι τὸν βίον ἐνόμισε τῇ διαστάσει θατέρου. Διεθερμάνθητε νῦν, ἐδακρύσατε, συνεχύθητε τὸν λογισμόν, καὶ πρὸς ἄφεσιν δακρύων εὐτρεπεῖς ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ γεγένηνται; Νῦν ἕκαστος ἀναμιμνησκέσθω μοι τοῦ ἐχθροῦ καὶ τοῦ λελυπηκότος, ἔτι ζεούσης τῷ πένθει τῆς διανοίας, καὶ τοῦτον καὶ ζῶντα φυλαττέτω, καὶ ἀπελθόντα πενθείτω, μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλ' ἀπὸ διανοίας καὶ ψυχῆς γνησίας· κἂν δέῃ τι παθεῖν, ὥστε μὴ λυπῆσαι τὸν ἠδικηκότα, πάντα ποιείτω καὶ πασχέτω, παρὰ τοῦ Θεοῦ μεγάλας ἀναμένων τὰς ἀμοιβάς. Ἰδοὺ γοῦν οὗτος καὶ τὴν βασιλείαν ἔλαβε, καὶ τὴν χεῖρα οὐκ ἐμόλυνεν, ἀλλὰ καθαρὰν ἔχων τὴν δεξιὰν, οὕτω τὸν στέφανον ἀνεδήσατο,

[b] Regii βραχείητε.

καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνέβη, τῆς ἁλουργίδος καὶ τοῦ διαδήματος λαμπροτέραν ἔχων εὐφημίας ὑπόθεσιν, τὸ φείσασθαι τοῦ πολεμίου, τὸ θρηνῆσαι πεσόντα. Διὰ τοῦτό οὐχὶ ζῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσας μνημονεύεται. Ὥστε εἰ βούλει καὶ σὺ καὶ ἐνταῦθα διηνεκοῦς δόξης τυχεῖν, ἄνθρωπε, κἀκεῖ τῶν ἀκινήτων ἀπολαῦσαι καλῶν, μίμησαι τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίου, ζήλωσον τὴν φιλοσοφίαν, ἐπίδειξαι διὰ τῶν ἔργων τὴν ἀνεξικακίαν ταύτην, ἵνα τοὺς αὐτοὺς ὑπομείνας αὐτῷ πόνους, καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιωθῇς ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

quidem ad ostentationem, sed ex animo, veroque corde : etiamsi quid perferendum sit incommodi, C ne quid offendat eum qui læsit, omnia tum faciat, tum patiatur, magna a Deo exspectans præmia. En hic etiam regnum adeptus est, nec tamen inquinavit cæde manus, sed dextram habens puram, sic corona redimitus est, sic ad solium ascendit, purpura ac diademate magnificentius encomium gestans, videlicet quod hosti pepercisset, quod eumdem exstinctum luxisset. Idcirco non vivus modo, sed et mortuus hominum memoria celebratur. Quapropter si cupis et hic perpetuam consequi gloriam, et illic solidis perfrui bonis, hujus justi virtutem imitare, hujus æmulare philosophiam, ostende factis ipsis hanc injuriarum tolerantiam, ut eosdem labores sustinens, eadem bona consequaris : quæ utinam contingat nobis omnibus adipisci, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Γ.

Ὅτι ἐπισφαλὲς τὸ εἰς θέατρα ἀναβαίνειν, καὶ ὅτι μοιχοὺς ἀπηρτισμένους ποιεῖ, καὶ ὅτι ἀθυμίας αἴτιον καὶ πολέμου τοῦτο· καὶ ὅτι πᾶν ἀνεξικακίας εἶδος ὑπερεβάλετο ὁ Δαυὶδ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Σαούλ· καὶ ὅτι τὸ φέρειν ἁρπαγὴν πρᾴως τοῦ δοῦναι ἐλεημοσύνην ἴσον.

HOMILIA III.

Quod periculosum sit adire spectacula, et D *ea res adulteros perfectos faciat, et hinc tristitia contentioque nascatur : tum quod omne tolerantiæ genus David in iis, quæ fecit erga Saülem, superarit : postremo quod rapinam æquo animo ferre, non minor virtus sit, quam largiri eleemosynam.*

* Πολλοὺς οἶμαι τῶν πρώην καταλιπόντων ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὰ θέατρα τῆς παρανομίας αὐτομολησάντων παρεῖναι τήμερον. Καὶ ἐβουλόμην εἰδέναι τούτους σαφῶς, ὥστε αὐτοὺς τῶν ἱερῶν [a] ἐκβαλεῖν προθύρων, οὐχ ἵνα μένωσιν ἔξω διηνεκῶς, ἀλλ' ἵνα διορθωθέντες ἐπανέλθωσι πάλιν· ἐπεὶ καὶ πατέρες παῖδας σφαλλομένους τῆς οἰκίας ἐκβάλλουσι πολλάκις, καὶ τῆς τραπέζης [b] ἀπείργουσιν, οὐχ ἵνα διὰ παντὸς τούτων ἐκπέσωσιν, ἀλλ' ἵνα βελτίους τῇ νουθεσίᾳ ταύτῃ γενόμενοι, μετὰ τῆς προσηκούσης δόξης εἰς τὸν πατρῷον ἐπανέλθωσι κλῆρον. Τοῦτο δὴ καὶ ποιμένες ποιοῦσι, τὰ ψώρας ἐμπεπλησμένα πρόβατα τῶν ὑγιαινόντων ἀπείργουσιν, ἵνα *τὴν μοχθηρὰν ἀποθέμενα τὴν ἀῤῥωστίαν, μετ' ἀσφαλείας πρὸς τὰ ὑγιαίνοντα ἐπα-

1. Equidem arbitror multos ex iis, qui nuper E nos deseruerant, et ad iniquitatis spectacula discesserant, hodie præsentes esse. Optarim autem istos qui sint palam nosse, ut eos a sacris vestibulis arceam, non ut perpetuo foris maneant, sed ut correcti denuo redeant : quandoquidem et patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, et a mensa submovent, non ut semper illinc exsulent, sed ut hac correptione redditi me- 769 liores, cum debita laude et honore in paternam A redeant sortem. Idem sane faciunt et pastores, dum oves scabie oppletas a sanis segregant, ut misero morbo levatæ, denuo tuto ad sanas revertantur, ne ægrotæ gregem universum suo illo

* [Proœmium isthoc; i. e. capita duo priora hujus orationis, ad verbum descripsit auctor homiliæ spuriæ, quam infra leges, Tom. 6, p. 557 sqq.]

[a] Alius Reg. ἐξεῶσαι προθύρων.

[b] Regii duo εἴργουσιν, hic et infra.

* [Verba τὴν μοχθηράν Savil. in marg. tantum e var. lect. affert, desuntque in Morel.]

morbo impleant. Ideo cupiebamus istos nosse; sed quamvis eos corporis oculis dignoscere non valeamus, verbum tamen eos prorsus agnoscet, correptaque illorum conscientia, facile persuadebit, ut sua sponte volentesque exeant, docens illum solum esse intus, qui mentem hac exercitatione dignam habeat: veluti contra, qui corrupte vivens sacræ hujus congregationis particeps est, etiamsi corpore hic adstiterit, rejectus est, verinsque submotus, quam ii qui foras exclusi sunt, quibus nondum licet sacræ mensæ participes esse. Siquidem illi secundum divinas leges expulsi forisque manentes, hactenus in spe bona sunt: nam si modo velint corrigere delicta sua, ob quæ per Ecclesiam sunt ejecti, poterunt denuo cum pura conscientia reverti. At qui seipsos contaminaverunt, et admoniti ne prius introeant, donec maculam e sceleribus contractam repurgarint, deinde impudenter se gerunt, vulnus et ulcus animi reddunt acerbius ac majus. Neque enim tam grave est delinquere, quam post delictum impudenter se gerere, nec parere sacerdotibus talia jubentibus. Et quid hi, inquiunt, adeo magni sceleris commiserunt, ut ab istis sacris cancellis arcendi sint? Imo quod delictum hoc gravius quæris istorum, qui cum seipsos plane adulterio contaminarint, impudenter ac rabidorum more canum, ad sacram hanc mensam irruunt? Quod si velis adulterii modum cognoscere, non mea verba tibi referam, sed illius qui de tota hominis vita judicaturus est: *Qui enim viderit*, inquit, *mulierem ad concupiscendam illam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Quod si mulier forte in foro obvia, et neglectius culta sæpe curiosius intuentem cepit ipso vultus aspectu; isti qui non simpliciter, neque fortuito, sed studio, et tanto studio, ut Ecclesiam quoque contemnant, et hac causa pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem in facies abjectarum feminarum illarum defixos habent oculos, qua fronte poterunt dicere, se eas non vidisse ad concupiscendum? ubi verba quoque accedunt fracta lascivaque, ubi cantiones meretriciæ, ubi vox vehementer ad voluptatem composita, ubi stibio picti oculi, ubi coloribus tinctæ genæ, ubi vestis curiosius concinnata, ubi totius corporis habitus fuco plenus est, aliaque multa lenocinia ad fallendos inescandosque intuentes instructa; ubi socordia spectantium, multaque confusio, hinc

Pœnitentes Ecclesiæ septis exclusi.

Matth. 5. 28.

νέλθῃ πάλιν, καὶ μὴ νοσοῦντα τὴν ἀγέλην ἅπασαν ἐμπλήσῃ τῆς ἀῤῥωστίας ἐκείνης. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐβουλόμεθα τούτους εἰδέναι· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοὺς διακρῖναι δυνάμεθα, ὁ λόγος αὐτοὺς ἐπιγνώσεται πάντως, καὶ τοῦ συνειδότος αὐτῶν ἐπιλαβόμενος πείσει ῥᾳδίως ἑκόντας αὐτοὺς ἐξελθεῖν, διδάσκων ὅτι ἐκεῖνος ἔνδον ἐστὶ μόνος, [a] ὁ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς ἀξίαν ἔχων τὴν γνώμην· ὡς ὁ μετὰ πολιτείας διεφθαρμένης τοῦ ἱεροῦ τούτου μετέχων συλλόγου, κἂν τὸ σῶμα ἐνταῦθα εἰσάγῃ, ἐκβέβληται, καὶ τῶν ἀποκεκλεισμένων ἔξω καὶ μηδέπω δυναμένων τῆς ἱερᾶς μετασχεῖν τραπέζης μᾶλλον ἀπελήλαται. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οἱ κατὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους ἐκβληθέντες, καὶ μένοντες ἔξω, τέως χρηστὰς ἔχουσι τὰς ἐλπίδας· κἂν γὰρ ἐθέλωσι διορθώσασθαι [b] τὰ παραπτώματα, δι' ἃ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέπεσον, δυνήσονται μετὰ καθαροῦ συνειδότος πάλιν ἐπανελθεῖν. Οἱ δὲ μολύναντες ἑαυτοὺς, καὶ κελευσθέντες μὴ πρότερον ἐπιβῆναι, ἕως ἂν ἀπεκαθάρωνται τὴν κηλῖδα τὴν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων, εἶτα ἀναισχυντοῦντες, χαλεπώτερον τὸ τραῦμα ἐργάζονται, καὶ μεῖζον τὸ ἕλκος. Οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἁμαρτάνειν ἐστὶ χαλεπὸν, ὡς ἡ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀναισχυντία, καὶ τὸ μὴ πείθεσθαι τοῖς ἱερεῦσι τὰ τοιαῦτα κελεύουσι. Καὶ τί τοσοῦτον ἡμάρτηται τούτοις, φησὶν, ὥστε αὐτοὺς ἐκβαλεῖν τῶν ἱερῶν τούτων περιβόλων; Καὶ ποίαν ἑτέραν ταύτης ζητεῖς μείζονα ἁμαρτίαν, ὅταν μοιχοὺς ἑαυτοὺς ἀπηρτισμένους ποιήσαντες, ἀναιδῶς, καθάπερ κύνες λυττῶντες, ἐπιπηδῶσι τῇ ἱερᾷ ταύτῃ τραπέζῃ; Καὶ εἰ βούλει μαθεῖν καὶ τὸν τρόπον τῆς μοιχείας, οὐκ ἐμὸν ἐρῶ σοι λόγον, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ μέλλοντος ἡμῶν δικάζειν τὴν ζωὴν ἅπασαν· Ὁ γὰρ ἐμβλέψας, φησὶ, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἡ ἀπὸ ταὐτομάτου κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐντυχοῦσα γυνὴ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐσταλμένη τὸν περιέργως ἰδόντα εἶλε πολλάκις τῇ τῆς ὄψεως θεωρίᾳ· οἱ μὴ ἁπλῶς μηδὲ ἀπὸ ταὐτομάτου, ἀλλ' ἀπὸ σπουδῆς, τοσαύτης, ὡς καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὑπεριδεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάντες ἐκεῖ, καὶ διημερεύσαντες, καὶ ταῖς ὄψεσι τῶν ἠτιμωμένων γυναικῶν ἐκείνων προσηλωμένοι, πῶς δυνήσονται λέγειν, ὅτι οὐ πρὸς ἐπιθυμίαν εἶδον; ὅπου καὶ ῥήματα διακεκλασμένα, καὶ ᾄσματα πορνικὰ, καὶ φωνὴ πολλὴν ἡδονὴν ἔχουσα, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ ἐπιτρίμματα παρειᾶς, καὶ στολὴ περιεργότερον συγκειμένη, καὶ σχῆμα γοητείας· γέμον πολλῆς, καὶ ἕτεραι πολλαὶ μαγγανεῖαι πρὸς ἁπάτην καὶ δέλεαρ τῶν ὁρώντων κατεσκευασμέναι, καὶ ῥᾳθυμία ψυχῆς τῶν θεωμένων, καὶ πολλὴ ἡ διάχυσις, καὶ ἡ παρὰ τοῦ τόπου πρὸς

[a] Regii iidem ὁ τῆς .. ἀξίαν ἔχων. Morel παρέχων. Infra Regii duo ἐνταῦθα εἱστήκει, ἐκβέβληται.

[b] Regii duo τὰ ἁμαρτήματα.

ἀσέλγειαν παράκλησις, καὶ ἡ τῶν φθασάντων, καὶ ἡ 770 A
τῶν μετὰ ταῦτα ἀκουσμάτων· ἡ διὰ τῶν συρίγγων,
ἡ διὰ τῶν αὐλῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μελῳ-
δία καταγοητεύουσα, καὶ τὸ στερρὸν τῆς διανοίας κα-
ταμαλάττουσα, καὶ ταῖς τῶν πορνῶν ἐπιβουλαῖς προ-
ευτρεπίζουσα τὰς τῶν καθημένων ψυχάς, καὶ εὐαλώ-
τους [a] ποιοῦσα. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα, ὅπου ψαλμοί, καὶ
εὐχαί, καὶ θείων λογίων ἀκρόασις, καὶ Θεοῦ φόβος,
καὶ εὐλάβεια πολλή, πολλάκις, ὥσπερ τις λῃστὴς
κακοῦργος, λαθοῦσα ἐπεισῆλθεν ἡ ἐπιθυμία· πῶς οἱ
ἐν θεάτρῳ καθήμενοι, καὶ μηδὲν μήτε ὁρῶντες, μήτ'
ἀκούοντες ὑγιές, ἀλλὰ πολλῆς γέμοντες αἰσχρότητος,
πολλῆς τῆς βλακείας, καὶ διὰ πάντων πολιορκούμενοι, B
καὶ δι' ὤτων, καὶ δι' ὀφθαλμῶν, δύναιντ' ἂν ἀνώτεροι
γενέσθαι τῆς πονηρᾶς ἐκείνης ἐπιθυμίας; Μὴ δυνάμε-
νοι δὲ, πῶς δυνήσονται τῶν τῆς μοιχείας ἐγκλημάτων
ἀπηλλάχθαι ποτέ; Οἱ δὲ τῶν τῆς μοιχείας ἐγκλημά-
των οὐκ ἀπηλλαγμένοι, πῶς δυνήσονται χωρὶς μετα-
νοίας τῶν ἁγίων τούτων ἐπιβῆναι προθύρων, καὶ τοῦ
καλοῦ τούτου μετασχεῖν συλλόγου;

ipse locus ad lasciviam invitans, tum ab iis acroamatibus quæ præcesserunt, tum ab iis quæ consequuta sunt? Accedunt irritamenta per fistulas ac tibias, aliaque ejus generis modulatio, in fraudem illiciens, mentisque robur emolliens, ac meretricum insidiis et delectatione præparans illic desidentium animos, efficiensque ut facilius capiantur. Etenim si hic, ubi psalmi, ubi preces, ubi divinorum eloquiorum enarratio, ubi Dei metus, multaque pietas, frequenter, ceu latro quispiam versutus, clam obrepit concupiscentia: quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani audiunt videntque, sed multa diffluunt turpitudine, multa nequitia, qui undique obsidionem patiuntur, per aures, per oculos, possint malam superare concupiscentiam? Rursum si non possunt, quomodo poterunt umquam ab adulterii crimine absolvi? Tum qui non liberi sunt ab adulterii crimine, quomodo poterunt absque pœnitentia ad hæc sacra vestibula accedere, hujusque præclari conventus esse participes?

Adulteri a templo arcebantur.

Διὸ δὴ παραινῶ καὶ δέομαι, πρότερον ἐξομολογήσει καὶ μετανοίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀποσμηξα-
μένους τὴν ἐκ τῆς ἐκεῖ θεωρίας ἁμαρτίαν, οὕτω τῶν C
θείων ἀκροᾶσθαι λογίων. Οὐ γὰρ τὸ τυχὸν ἡμῖν πε-
πλημμέληται· καὶ τοῦτο καὶ ἐκ παραδειγμάτων ἔδοι
τις ἂν σαφῶς. Εἰ γάρ τις οἰκέτης εἰς κιβώτιον, ἔνθα
τὰ δεσποτικὰ ἱμάτια ἐναπέκειτο πολυτελῆ καὶ διά-
χρυσα, ἱμάτιον δουλικὸν ῥύπου γέμον καὶ πολλῶν
τῶν φθειρῶν ἐναπέθετο, ἆρα ἂν πράως ἤνεγκας τὴν
ὕβριν, εἰπέ μοι; Τί δὲ, εἴ τις εἰς ἀγγεῖον χρυσοῦν
μύρα διηνεκῶς ἔχειν εἰωθὸς, κόπρον καὶ βόρβορον ἐνέ-
χεεν, οὐκ ἂν καὶ πληγὰς ἐπέθηκας τῷ πλημμελή-
σαντι τοῦτο; Εἶτα κιβωτίων μὲν καὶ σκευῶν καὶ ἱμα-
τίων καὶ μύρων τοσαύτην ποιησόμεθα τὴν πρόνοιαν, D
τὴν δὲ ψυχὴν τὴν ἡμετέραν πάντων τούτων εὐτελε-
στέραν εἶναι νομιοῦμεν; καὶ ἔνθα τὸ μύρον τὸ πνευ-
ματικὸν [b] εἰσεχύθη, διαβολικὰς πομπὰς ἐπεμβαλοῦ-
μεν, καὶ ἀκούσματα σατανικὰ, καὶ ᾄσματα πορνείας
γέμοντα; Καὶ πῶς ταῦτα ὁ Θεὸς οἴσει, εἰπέ μοι;
Καίτοι οὐ τοσοῦτον τὸ μέσον μύρου καὶ βορβόρου, καὶ
ἱματίων δεσποτικῶν καὶ δουλικῶν, ὅσον τὸ μέσον τῆς
πνευματικῆς χάριτος καὶ ταύτης τῆς πονηρᾶς ἐνερ-
γείας. Οὐ δέδοικας, ἄνθρωπε, τοῖς αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς
καὶ τὴν κλίνην τὴν ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας βλέπων, ἔνθα E
τὰ μυσαρὰ τελεῖται τῆς μοιχείας δράματα, καὶ τὴν
τράπεζαν ταύτην τὴν ἱερὰν, ἔνθα τὰ φρικτὰ τελεῖται
μυστήρια; ταῖς αὐταῖς ἀκοαῖς πόρνης ἀκούων αἰσχρο-
λογούσης, καὶ προφήτου καὶ ἀποστόλου σὲ μυσταγω-

2. Quapropter equidem hortor rogoque, ut prius confessione ac pœnitentia aliisque remediis omnibus sese a peccato ex theatricis spectaculis contracto perpurgent, atque ita divinos audiant sermones. Neque enim mediocriter a nobis delinquitur; id quod ab exemplis cuivis perspicue videre licet. Nam si famulus in arculam, ubi herilia vestimenta pretiosa aureaque recondita sunt, servilem tunicam sordibus ac multis pediculis refertam imponat, age dic mihi, num eam contumeliam æquo animo feras? Quid autem si quis in vasculum aureum, in quo semper unguenta servari consueverint, stercus ac cœnum infundat, annon ei plagas infligeres qui scelus hoc commisisset? Ergone scriniorum ac vasorum, vestium et unguentorum tanta cura sollicitabimur, animam vero nostram omnibus istis viliorem esse putabimus? atque ubi Spiritus infusum est unguentum, eo diabolicas pompas immittemus? eo fabulas satanæ, eo cantilenas meretriciæ turpitudinis plenas? Dic mihi, quo animo ista feret Deus? Atqui non tantum est discrimen inter unguentum et cœnum, inter vestes heriles et serviles, quantum est inter Spiritus gratiam et istam perversam actionem. Non metuis, o homo, dum quibus oculis illic lectum qui est in orchestra spectas, ubi detestandæ adulterii fabulæ peraguntur, iisdem hanc sacram mensam intueris,

Turpitudo theatralium

[a] Iidem ποιοῦσα δι' αὐτῶν διαστῆσαι τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ ὅπου. Unus habet διαναστῆσαι.

[b] Regii iidem ἐξεχύθη.

spectaculorum. ubi tremenda peraguntur mysteria? dum iisdem auribus audis et scortum obscœne loquens, et prophetam apostolumque te ad arcana Scripturæ introducentem? dum eodem corde letalia sumis venena, et hanc hostiam sanctam ac tremendam? Annon hæc sunt vitæ subversio, conjugiorum corruptelæ, bella pugnæque et rixæ in domibus? Cum enim spectaculis illis dissolutior ac mollior lasciviorque, omnisque pudicitiæ hostis factus, domum redieris, uxoris aspectus minus erit jucundus, qualiscumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illa concupiscentia, quam in theatris hausisti, ab illo alieno spectaculo, quod te dementavit, captus, castam ac modestam uxorem et totius vitæ consortem despicis, contumelia afficis, innumerisque probris operis, non quod quidquam habeas quod in illa culpes, sed quod erubescas confiteri morbum, quod pudeat vulnus ostendere, quo in spectaculis sauciatus redisti domum, alias nectis causationes, iniquas inimicitiæ quærens occasiones, omnia quæ domi sunt fastidiens, et ad scelestam illam et impuram inhians concupiscentiam, a qua vulnus accepisti: dumque sonitum vocis geris in animo manentem, itemque aspectus, motus, omniaque illa meretriciæ libidinis simulacra, nihil eorum quæ domi sunt cum voluptate intueris. Et quid loquor de uxore aut familia, quando ipsam etiam ecclesiam postea minus libenter visurus es, et cum tædio auditurus sermonem de pudicitia deque modestia? Neque enim jam ea quæ dicuntur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione, teque paulatim in desperationem adducent: tandem et abrumpes teipsum a disciplina ad publicam omnium utilitatem adhibita. Quapropter rogo vos omnes, ut et ipsi pravas in spectaculis commorationes vitetis, et alios ab his deductos retrahatis. Quidquid enim illic geritur, non est oblectatio, sed pernicies, sed pœna, sed supplicium. Quid prodest illa temporaria voluptas, dum hinc perpetuus nascitur dolor, dumque nocte pariter ac die a concupiscentia stimulatus, omnibus molestus es et invisus? Excute igitur teipsum, reputans qualis fias ab ecclesia rediens, rursus qualis a spectaculis, atque hos dies cum illis conferas: id si feceris, nihil opus erit nostro sermone. Satis enim fuerit, hunc diem cum illo comparasse, ad ostendendum et quam magna sit hinc utilitas, et quanta sit illinc noxa. Hæc nunc ad vestram caritatem dicenda putavi, nec

γοῦντος; τῇ αὐτῇ καρδίᾳ τὰ δηλητήρια δεχόμενος φάρμακα, καὶ τὴν θυσίαν τὴν φρικτὴν καὶ ἁγίαν; Οὐκ ἐντεῦθεν ἀνατροπαὶ βίων, καὶ διαφθοραὶ γάμων, καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ταῖς οἰκίαις; Ὅταν γὰρ 771 ὑπὸ τῆς ἐκεῖ θεωρίας *διαχυθῇς, καὶ χαυνότερος γε- A νόμενος καὶ ἀσελγέστερος καὶ σωφροσύνης ἁπάσης ἐχθρὸς, ἐπανελθὼν ἴδῃς τὴν γυναῖκα τὴν ἰδίαν, ἀηδέστερον ὄψει πάντως, οἵα ἂν ᾖ. Ὑπὸ γὰρ τῆς ἐν τοῖς θεάτροις ἐμπρησθεὶς ἐπιθυμίας, καὶ ὑπὸ τῆς ξένης ἐκείνης θεωρίας ἁλοὺς τῆς γεγοητευμένης, τὴν σώφρονα καὶ κοσμίαν καὶ τοῦ βίου παντὸς κοινωνὸν ἀτιμάζεις, ὑβρίζεις, μυρίοις περιβάλλεις ὀνείδεσιν, οὐδὲν ἔχων ὅλως ἐγκαλέσαι, ἀλλ' αἰσχυνόμενος τὸ πάθος εἰπεῖν, καὶ τὸ τραῦμα δεῖξαι, ὅπερ ἐκεῖθεν λαβὼν ἐπανῆλθες, ἑτέρας πλέκεις προφάσεις, ἀφορμὰς ζητῶν ἀπεχθείας ἀλόγους, καὶ τῶν μὲν οἴκοι πάντων B ὑπερορῶν, πρὸς δὲ τὴν μιαρὰν καὶ ἀκάθαρτον κεχηνὼς ἐκείνην ἐπιθυμίαν, παρ' ἧς τὸ τραῦμα ἐδέξω· καὶ τὴν ἠχὴν τῆς φωνῆς ἔχων ἐγκαθιημένην τῇ ψυχῇ ἔναυλον, καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ βλέμμα καὶ τὰ κινήματα, καὶ πάντα τῆς πορνείας τὰ εἴδωλα, οὐδὲν μεθ' ἡδονῆς ὁρᾷς τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας. Καὶ τί λέγω τὴν γυναῖκα καὶ τὴν οἰκίαν; Καὶ τὴν ἐκκλησίαν γὰρ αὐτὴν ἀηδέστερον ὄψει, καὶ ῥημάτων [a] ἀπεχθῶς ἀκούσῃ τῶν περὶ σωφροσύνης, τῶν περὶ σεμνότητος. Οὐκέτι γὰρ ἔσται σοι διδασκαλία, ἀλλὰ κατηγορία τὰ λεγόμενα, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν κατὰ μικρὸν ὑποσυρεὶς, τέλεον C ἑαυτὸν ἀποῤῥήξεις τῆς κοινωφελοῦς ταύτης διδασκαλίας. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς, αὐτούς τε φεύγειν τὰς πονηρὰς ἐν τοῖς θεάτροις διατριβὰς, καὶ τοὺς ἐσχολακότας τούτοις ἐκεῖθεν ἀφέλκειν. Οὐ γάρ ἐστι ψυχαγωγία, ἀλλ' ὄλεθρος, καὶ τιμωρία, καὶ κόλασις τὰ ἐκεῖ γινόμενα ἅπαντα. Τί γὰρ ὄφελος τῆς προσκαίρου ταύτης ἡδονῆς, ὅταν διηνεκὴς ἐντεῦθεν ἡ ὀδύνη τίκτηται, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ κεντούμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, πᾶσιν ᾖς δυσχερὴς καὶ δυσάρεστος; Ἐξέτασον γοῦν σαυτὸν, τίς μὲν γίνῃ ἀπὸ ἐκκλησίας ἀναχωρῶν, τίς δὲ ἀπὸ θεάτρων, καὶ D ἑκατέρας παράβαλε τὰς ἡμέρας, καὶ οὐδὲν δεήσῃ τῶν ἡμετέρων λόγων. Ἀρκέσει γὰρ ἑκατέρας ἡ σύγκρισις τῆς ἡμέρας δεῖξαι τὸ μέγεθος καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν βλάβης. Ταῦτα καὶ ἤδη πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἶπον, καὶ οὐδέποτε παύσομαι λέγων. Τούς τε γὰρ νοσοῦντας τὰ τοιαῦτα νοσήματα παραμυθησόμεθα, τούς τε ὑγιαίνοντας ἀσφαλεστέρους ποιήσομεν· ἑκατέροις γὰρ ὁ περὶ τούτων χρήσιμος λόγος· τοῖς μὲν, ἵνα ἀποστῶσι, τοῖς δὲ, ἵνα μὴ ἐμπέσωσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ χρὴ E καὶ τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῦτο συμμέτρως ποιεῖν, μέχρι τούτου ταύτην στήσαντες τὴν παραίνεσιν, τὰ

* [Savil. in marg. e var. lect. διαλυθεὶς.]

[a] Reg. unus ἐπιχθῶς.

ὑπολειφθέντα ἐκ τῆς προτέρας ὑποθέσεως ὑμῖν [b] ἀποδώσομεν, ἐπὶ τὸν Δαυὶδ ἐπανελθόντες πάλιν. Καὶ γὰρ τοῖς ζωγράφοις ἔθος, ἐπειδὰν μέλλωσιν ἐμφερῆ τινα ἐργάζεσθαι εἰκόνα, καὶ μίαν καὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας τοὺς γράφεσθαι μέλλοντας παρακαθίζουσιν αὐτοῖς, ἵνα τῇ συνεχείᾳ τῆς θεωρίας ἀδιάπτωτον τῆς μορφῆς [c] διασώσωνται τὴν ἀκρίβειαν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμῖν ζωγραφῆσαι πρόκειται νῦν, οὐχὶ τύπον μορφῆς σωματικῆς, ἀλλὰ ψυχῆς κάλλος καὶ νοητὴν εὐμορφίαν, καὶ σήμερον ὑμῖν παρακαθῆσθαι βουλόμεθα τὸν Δαυὶδ, ἵνα πρὸς αὐτὸν πάντες ὁρῶντες, εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστος ψυχὰς ἀπομάξησθε τὴν εὐμορφίαν τοῦ δικαίου, καὶ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον, καὶ τὸ μεγαλόψυχον, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν αὐτοῦ ἀρετήν. Εἰ γὰρ σώματος εἰκόνες φέρουσί τινα παραμυθίαν τοῖς ὁρῶσι, πολλῷ μᾶλλον αἱ τῆς ψυχῆς εἰκόνες. Κἀκείνας μὲν οὐ δυνατὸν πανταχοῦ ὁρᾶν, ἀλλ' ἀνάγκη διηνεκῶς ἐφ' ἑνὸς ἵδρυσθαι τόπου· ταύτην δὲ ὅπουπερ ἂν θέλῃς περιαγαγεῖν, οὐδὲν τὸ κωλύον. Ἐναποθέμενος γὰρ αὐτὴν τοῖς τῆς διανοίας ταμιείοις, ὅπουπερ ἂν ᾖς, συνεχῶς εἰς αὐτὴν [a] ὁρᾶν δυνήσῃ, καὶ πολλὴν παρ' αὐτῆς καρποῦσθαι τὴν ὠφέλειαν. Καὶ καθάπερ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσοῦντες, σπογγιὰς καὶ ἱματίων ῥάκη κυανιζόντων κατέχοντες, καὶ συνεχῶς εἰς αὐτὰ βλέποντες, καρποῦνταί τινα τοῦ νοσήματος παραμυθίαν ἀπὸ τοῦ χρώματος ἐκείνου· οὕτω καὶ σὺ, ἂν τὴν εἰκόνα τοῦ Δαυὶδ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχῃς τῶν ἑαυτοῦ, καὶ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἀτενίζῃς, κἂν μυριάκις θυμὸς ἐνοχλῇ καὶ συγχέῃ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας, ὁρῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀρετῆς, ὁλόκληρον δέξῃ τὴν ὑγίειαν, καὶ καθαρὰν τὴν φιλοσοφίαν.

umquam dicere cessabo. Sic etenim et eos qui huic morbo obnoxii sunt, admonebimus, et qui sani sunt, confirmabimus: utrisque enim fuerit utilis hæc oratio: alteris quidem ut desistant, alteris vero ne incidant. Cæterum quoniam oportet increpationem esse moderatam, hic admonitioni finem imponemus, et quæ de superiore argumento persolvemus, redeuntes ad Davidem. Siquidem hic pictoribus mos est, quoties imaginem aliquam ad vivum expressam absolvere cupiunt, unum, duos, vel tres dies assident iis quos depingunt, ut assidua contemplatione citra errorem exacteque formatam exprimant similitudinem. Quia igitur et nobis propositum est non corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spiritualem decorem vobis hodie depingere, ipsum Davidem volumus adesse vobis, ut omnes in eum intuentes in animum referatis expressam justi pulchritudinem, suavitatem, magnanimitatem, in summa virtutem ejus omnem. Etenim si corporis imagines nonnullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem non licet ubivis intueri, sed eodem in loco consistas oportet: hanc vero nihil vetat, quominus quocumque velis tecum circumferas. Nam posteaquam eam in animi penetralibus reposuisti, ubicumque locorum fueris, poteris sæpe contemplari, plurimumque ex ea utilitatis capere. Et sicut qui laborant oculis, si spongias ac vestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi levamen: similiter et tu, si Davidis imaginem præ oculis habeas, et in hanc assidue defigas oculos, etiamsi millies obtundat ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respicions, perfectam consequeris sanitatem, puramque animi philosophiam.

Hactenus admonitio de fuga spectaculorum.

Μὴ γάρ μοι λεγέτω τις, ὅτι μιαρὸν ἐχθρὸν ἔχω, πονηρὸν, διεφθαρμένον, ἀδιόρθωτον. Οἷον ἂν εἴπῃς, οὐκ ἔστι τοῦ Σαοὺλ χείρων, ὃς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ πολλάκις διασωθεὶς ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ, αὐτὸς μυρία ἐπιβουλεύσας, εἶτα ἀντὶ τούτων εὐεργετηθεὶς, ἔμενε τὴν ἑαυτοῦ πονηρίαν διατηρῶν. Τί γὰρ ἔχεις εἰπεῖν; Ὅτι γῆν ἀπετέμετο, καὶ ἐν ἀγροῖς ἠδίκησε, καὶ οἰκίας ὅρια ὑπερέβη, καὶ ἀνδράποδα ἥρπασε, καὶ ὕβρισε, καὶ ἐπλεονέκτησε, καὶ εἰς πενίαν ἤγαγεν; Ἀλλ' οὔπω

3. Ne quis igitur mihi dicat: Inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quidquid dixeris, non est tamen Saüle deterior, qui semel et iterum, imo sæpius servatus a Davide, cum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseveravit in sua malitia. Quid igitur habes quod incuses inimicum? Quod terræ partem ademit, quod in agris fecit injuriam, Nullus inimicus Saüle deterior.

[b] Reg. unus et Colb. ἀποδώσωμεν ἐπὶ τὸν πατέρα ἡμῶν σώσωνται. Ἀβραὰμ ἐπανελθόντες.

[a] Regii duo ἀφορᾶν.

[c] Regii et Colb. διασώσωσι, melius quam Morel. δια-

quod domus limites transgressus est, quod mancipia tua rapuit, quod vim attulit, quod tua præter jus occupavit, quod ad paupertatem redegit? At nondum eripuit vitam, quod molitus est Saül: quod si et vitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non bis aut ter, aut sæpius, sicut fecit Saül: quod si etiam semel, si bis, si ter, si sæpius hoc tentavit, at non tot affectus abs te beneficiis, at non cum semel atque iterum incidisset in manus tuas, et servatus esset: et si hoc quoque factum est, sic etiam rursus superat ipse David. Non enim paria sunt sub vetere lege degentem, et nunc post evangelii gratiam talia condonare gratis. Non audierat David parabolam de decem millibus talentorum atque de centum denariis; non audierat precationem dicentem, *Remittite hominibus debita ipsorum, sicut et Pater vester cælestis;* non viderat Christum crucifixum, non effusum pretiosum sanguinem, nec audierat innumerabiles sermones circa hanc philosophiam; non talis sacrificii, neque sanguinis dominici particeps fuerat, sed legibus imperfectioribus educatus, neque tale quidquam exigentibus, tamen ad evangelicæ philosophiæ fastigium pervenit. At tu frequenter iratus, injuriarum memoriam retines: hic vero cum de futuris metueret, certo sciens, si hostem servaret, se et civitate exsulaturum, et vitam calamitosam acturum, non destitit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem contra se hostem fovens. Quis commemorare valeat tolerantiam hac majorem? Porro ut non tantum ex præteritis, verum ex his quoque quæ nunc fiunt discas fieri posse, ut cum quovis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sævius? Et tamen hunc cicurem mansuetumque reddunt homines, arte naturam superantes: fitque quavis ove mitior fera omnium immanissima et superbissima, adeo ut per forum ambulet, neminem territans. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus veniam, si cum feras bestias cicuremus, negaverimus homines umquam posse placari benevolosque erga nos reddi? Atqui bestiæ quidem præter naturam est esse mansuetam, homini vero præter naturam est feritas. Ergo cum in illis naturam vincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causemur animi propositum non posse corrigi? Quod si adhuc contendis, illud dixerim, quamvis insanabili morbo ægrotet

Marc. 11. 25.

τὴν ψυχὴν ἀφείλετο, ὅπερ οὗτος ἐσπούδαζεν· εἰ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἐσπούδασεν ἀφελέσθαι, ἀλλ' ἅπαξ τοῦτ' ἐτόλμησεν ἴσως, οὐχὶ δὶς καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις [b] καθάπερ οὗτος· εἰ δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις, ἀλλ' οὐ τοσαῦτα εὐεργετηθεὶς, ἀλλ' οὐκ ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον, καὶ διασωθείς· εἰ δὲ καὶ τοῦτο, καὶ οὕτω πλεονεκτεῖ πάλιν ὁ Δαυίδ. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ὄντα τοιαῦτα φιλοσοφεῖν, καὶ νῦν μετὰ τὴν χάριν τοιαύτας χαρίζεσθαι δωρεάς. Οὐκ ἦν ὁ Δαυὶδ ἀκούσας τὴν παραβολὴν τῶν μυρίων ταλάντων καὶ τῶν ἑκατὸν δηναρίων· οὐκ ἦν ὁ Δαυίδ ἀκούσας τῆς εὐχῆς τῆς λεγούσης, Ἄφετε τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὀφλήματα αὐτῶν, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· οὐκ ἦν ἰδὼν τὸν Χριστὸν σταυρωθέντα, οὐχ αἷμα τὸ τίμιον ἐκχυθὲν, οὐδὲ τοὺς μυρίους περὶ φιλοσοφίας ἀκούσας λόγους· οὐκ ἀπέλαυσε θυσίας τοσαύτης, οὐδ' αἵματος μετέσχε δεσποτικοῦ, ἀλλ' ἀτελεστέροις ἐντρεφόμενος νόμοις καὶ οὐδὲν ἀπαιτοῦσι τοιοῦτον, πρὸς αὐτὴν τὴν κορυφὴν τῆς ἐν τῇ χάριτι ἔφθασε φιλοσοφίας. Καὶ σὺ μὲν πολλάκις ὑπὲρ τῶν παρελθόντων ὀργιζόμενος μνησικακεῖς· οὗτος δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων δεδοικὼς, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅτι ἀοίκητος αὐτῷ ἔσται ἡ πόλις, καὶ ἀβίωτος ὁ βίος σώσαντι τὸν ἐχθρὸν, οὐκ ἀφίστατο τῆς ἐκείνου κηδεμονίας, ἀλλὰ πάντ' ἔπραττε, καθ' ἑαυτοῦ τὸν πολέμιον τρέφων. Τίς ἂν σχοίη ταύτης μείζονα ἀνεξικακίαν εἰπεῖν; Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τῶν νῦν γινομένων μάθῃς, ὅτι δυνατὸν, ἂν ἐθέλωμεν, πάντα ἄνθρωπον πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθῶς ἔχοντα καταλάξαι, τί λέοντος ἀγριώτερον; Ἀλλ' ὅμως τοῦτον ἡμεροῦσιν ἄνθρωποι, καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν βιάζεται, καὶ γίνεται πρόβατον παντὸς ἐπιεικέστερος ὁ πάντων θηρίων ἀγριώτερος καὶ βασιλικώτερος, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζει μηδένα δεδιττόμενος. Τίν' οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν, τίνα συγγνώμην, θηρία μὲν ἡμεροῦντες, ἀνθρώπους δὲ λέγοντες μὴ δύνασθαι καταπραΰνειν ποτὲ, μηδὲ ποιεῖν πρὸς ἡμᾶς ἔχειν ἡδέως; Καίτοι γε τῷ θηρίῳ μὲν παρὰ φύσιν τὸ ἥμερον· τῷ ἀνθρώπῳ δὲ παρὰ φύσιν τὸ ἄγριον. Ὅταν οὖν τῆς φύσεως περιγινώμεθα, τίν' ἔξομεν ἀπολογίαν, προαίρεσιν λέγοντες μὴ δύνασθαι διορθοῦν; Εἰ δ' ἔτι φιλονεικεῖς, ἐκεῖν' ἂν εἴποιμι, ὅτι κἂν ἀνίατα νοσῇ, ὅσος σοι μείζων ὁ πόνος, τοσοῦτός σοι καὶ ὁ μισθὸς παραμένοντι, καὶ θεραπεύοντι τὸν νοσοῦντα ἀνίατα. Ἓν τοίνυν σκοπῶμεν μόνον, οὐχ ὅπως μηδὲν πάθωμεν παρὰ τῶν ἐχθρῶν κακὸν, ἀλλ' ὅπως μηδὲν αὐτοὺς ἡμεῖς ἐργασώμεθα κακόν· καὶ οὐδὲν πεισόμεθα δεινὸν, κἂν μυρία πάσχωμεν δεινά· ὥσπερ οὖν οὐδ' ὁ Δαυὶδ ἐλαυνόμενος, φυγαδευόμενος, μέχρι τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιβουλευόμενος, ἔπαθέ τι δεινὸν, ἀλλ' ἐκείνου

[b] Hic et infra quædam deerant in Editis, quæ ex Regio codice supplentur, et lecta fuerant ab Interprete.

λαμπρότερος ἦν καὶ σεμνότερος καὶ ποθεινότερος ἅπασιν, οὐκ ἀνθρώποις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ. Τί γὰρ ἠδικήθη ὁ ἅγιος ἐκεῖνος τότε τοσαῦτα παθὼν παρὰ τοῦ Σαούλ; Οὐχὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας ᾄδεται, καὶ λαμπρὸς μὲν ἐν γῇ, λαμπρότερος δὲ ἐν οὐρανῷ; οὐχὶ τὰ ἀπόῤῥητα αὐτὸν ἀγαθὰ μένει, καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία; Τί δ' ὠφέλησεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνος καὶ ἄθλιος τοσαῦτα ἐπιβουλεύσας; Οὐχὶ καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσε, καὶ ἐλεεινὸν ὑπέστη τὸν θάνατον μετὰ τοῦ παιδὸς, καὶ παρὰ πάντων κατηγορεῖται, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, τὰς ἀθανάτους νῦν ἐκδέχεται τιμωρίας; Ὅλως δὲ τί ποτέ ἐστιν, ὅπερ ἐγκαλῶν τῷ ἐχθρῷ οὐ βούλει καταλλαγῆναι; Χρήματά σε ἀφείλετο; Ἀλλ' ἂν ἐνέγκῃς γενναίως τὴν ἁρπαγὴν, τοσοῦτον λήψῃ μισθὸν, ὅσον ἂν εἰ ταῖς τῶν πενήτων αὐτὰ χερσὶν ἐναπέθηκας. Καὶ γὰρ ὁ πένησι δεδωκὼς, καὶ ὁ τῷ πλεονεκτήσαντι μήτε ἐπιβουλεύων, μήτε κατηρώμενος, διὰ τὸν Θεὸν ταῦτα ἀμφότεροι ποιοῦσιν. Ὅταν οὖν ἡ ὑπόθεσις τῆς δαπάνης ᾖ μία, εὔδηλον ὅτι καὶ στέφανος εἷς. Ἀλλ' εἰς ψυχὴν ἐπεβούλευσε, καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρησε; Μαρτύριόν σοι τὸ πρᾶγμα λογίζεται, ἂν τὸν ἐπίβουλον, καὶ μέχρι τοσούτου τὴν ἔχθραν ἐξαγαγόντα, ἐν τοῖς εὐεργέταις ἀριθμῇς, καὶ διατελῇς εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὸν Θεὸν ἵλεω γενέσθαι παρακαλῶν.

Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι διεκώλυσεν ὁ Θεὸς σφαγῆναι τὸν Δαυὶδ, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν στέφανον μαρτυρίου ἀνεδήσατο ἀπὸ τῆς τοῦ Σαοὺλ ἐπιβουλῆς. Ὁ γὰρ διὰ τὸν Θεὸν τὸν πολέμιον σώζων, τὸν ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις τὸ δόρυ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀκοντίσαντα, καὶ γενόμενος κύριος ἀνελεῖν, εἶτα φεισάμενος, καὶ ταῦτ' εἰδὼς, ὅτι μετὰ τὴν φειδὼ ταύτην πάλιν ἐπιθήσεται, εὔδηλον ὅτι μυριάκις ἐσφάγη τῇ προθέσει· μυριάκις δὲ σφαγεὶς διὰ τὸν Θεὸν, πολλοὺς ἔχει μαρτυρίου στεφάνους, καὶ ὅπερ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι Καθ' ἑκάστην ἡμέραν [a] ἀποθνήσκω διὰ τὸν Θεὸν, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔπασχε διὰ τὸν Θεόν. Δυνάμενος γὰρ ἀνελεῖν τὸν ἐπιβουλεύοντα, διὰ τὸν Θεὸν οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλ' εἴ-

homo, quo plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Unum igitur illud spectemus, non ne quid mali patiamur ab inimicis, sed ne quid illis mali faciamus: ita nihil patiemur mali, etiamsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec David, dum ejicitur, dum in exsilium agitur, dum usque ad vitæ discrimen insidiis appetitur, quidquam acerbi passus est: quin potius hoste suo factus est illustrior honorabiliorque, cæterisque omnibus amabilior, idque non hominibus tantum, sed ipsi etiam Deo. Quid enim detrimenti cepit sanctus ille, cum tam multa perpeteretur a Saüle? Annon in hodiernum usque diem canitur illustris in terra, illustrior in cælo? annon illum inenarrabilia manent bona et cælorum regnum? Rursus quid commodi cepit infelix ille ac miser, tot insidias molitus? Nonne regno excussus est? nonne miseranda morte periit una cum filio, atque ab omnibus vituperatur, et quod his gravius est, æterna luit supplicia? Postremo quid tandem est quod incusas, quamobrem non vis cum illo redire in gratiam? Pecunias eripuit? Sed si fortiter perfers rapinam, tantumdem accipies mercedis, ac si eas in manus pauperum reposuisses. Siquidem et qui dedit egenis, et qui ei qui aliena usurpavit, neque parat insidias, neque male precatur, ambo propter Deum id faciunt. Proinde cum impendii causa eadem, perspicuum est unam eamdemque fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, et conatus est occidere? Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, et ad tantam provectum inimicitiam, inter benemeritos numeraris, non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, ut illi fiat propitius.

Nihil nocuit Davidi odium Saulis.

1. Reg. ult.

Cur patientiæ meritum æquetur eleemosynæ.

4. Ne igitur illud reputemus, quod Deus vetuerit ne Davidem occideret Saül: sed illud considera, eum ex insidiis Saülis tripla quadruplaque martyrii corona redimitum fuisse. Etenim qui propter Deum servavit hostem, eum qui semel, bis, imo frequenter lanceam in caput illius vibrarat, cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit ipsi, cum sciret postea fore, ut denuo ab illo impeteretur: perspicuum est eum millies interfectum esse animi proposito; millies autem interfectus propter Deum, plurimas tulit martyrii coronas: qui quemadmodum et Paulus ait, *Quotidie morior propter Deum*, idipsum et ille propter Deum passus est. Cum enim pos-

Rom. 8. 26.

[a] Ex uno Regio sic restituta series fuit.

set hostem sibi insidiantem e medio tollere, propter Deum noluit, et maluit quotidie periclitari, quam justa cæde a tot mortibus liberari. Quod si usque ad ipsius vitæ periculum insidiantem ulcisci atque odisse fas non est, multo minus licet eum qui vulgariter læsit, ulcisci. Plerisque ab inimicis affici conviciis, aut in suspicionem adduci, videtur omnibus mortibus intolerabilius. Age igitur et istud expendamus. *Aliquis tibi maledixit, adulterum ac scortatorem appellavit? Hoc si vere dicit, corrige: sin falso, irride; si tibi ipse conscius es eorum quæ objiciuntur, resipisce; si non est, despice: imo potius non solum non deride ac neglige, verumetiam gaude atque exsulta secundum Domini sermonem, qui nos jubet ita facere. Cum, inquit, exprobraverint vobis, et dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes, gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Ac rursum, *Gaudete et exsultate, cum ejecerint nomen vestrum tamquam malum mentientes.* Cæterum ubi conviciator quidem vera dixerit, tu vero modeste pertuleris ea verba, non regerens contumeliam, neque convicia referens, sed amare ingemueris damnans tua delicta, haud minorem feres mercedem, quam ille prior: idque vobis e Scripturis approbare conabor, uti pernoscatis non tantum utilitatis afferre amicos dum laudant et ad gratiam loquuntur, quantum utilitatis adferunt inimici vituperando, etiamsi vera dixerint, sic tamen ut nos accusationibus illorum ad id, ad quod oportet, uti velimus. Nam amici frequenter ad gratiam adulantur; contra hostes delicta proferunt in medium. Quoniam cum nos nostra peccata non videamus ob amorem nostri nobis insitum, illi, quia propter odium ea melius quam nos perspiciunt, exprobrando nos ad correctionis necessitatem impellunt: ut illorum inimicitia nobis cedat ad maximam utilitatem, non ideo tantum quod per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed quod ea deponimus quoque. Nam si inimicus exprobraverit tibi crimen, cujus tibi conscius es, tu vero audiens non convicieris illi vicissim, sed cum amaro gemitu Deum implores, protinus omnem culpam deposuisti. Rogo quid hoc esse poterit felicius? quid ad criminum abolitionem facilius? Sed ne videamur nos verbis humanis excitare, e divinis Scripturis super hac re proferemus testimonium, ne quid præterea dubites. Pharisæus

Affici contumeliis an sit intolerabile.

Matth. 5. 11. 12.

Luc. 6. 22. 23.

Utiliores amicis inimici. *Plutarch. Lib. de utilitate capienda ex inimicis.*

775 A

λετο κινδυνεύειν καθ' ἑκάστην ἡμέραν μᾶλλον, ἢ δικαίαν ἐργασάμενος σφαγὴν ἀπὸ τοσούτων ἀπαλλαγῆναι θανάτων. Εἰ δὲ τὸν μέχρι τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύοντα ἀμύνασθαι καὶ μισεῖν οὐ χρὴ, πολλῷ μᾶλλον εἰς ὁτιοῦν ἄλλο ἀδικοῦντα. Πολλοῖς δοκεῖ τὸ κακῶς ἀκούειν, καὶ εἰς ὑπόληψιν παραβλάπτεσθαι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, πάντων θανάτων ἀφορητότερον εἶναι. Φέρε οὖν καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσωμεν. Εἶπέ σέ τις κακῶς, καὶ μοιχὸν καὶ πόρνον ἐκάλεσε; Ταῦτα εἰ μὲν ἀληθῆ λέγῃ, διόρθωσαι· εἰ δὲ ψευδῆ, καταγέλασον· εἰ σύνοιδας σαυτῷ τὰ εἰρημένα, σωφρόνησον· εἰ δὲ μὴ σύνοιδας, καταφρόνησον· μᾶλλον δὲ μὴ καταγελάσῃς, μηδὲ καταφρονήσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ χαῖρε, καὶ σκίρτα κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, τὸν κελεύοντα οὕτω ποιεῖν. Ὅταν γὰρ ὀνειδίσωσι, φησὶν, ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν, Χαίρετε καὶ σκιρτᾶτε, ὅταν [b] ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν ψευδόμενοι. Ὅτι δὲ κἂν ἀληθεύων εἴπῃ, σὺ δὲ μετ' ἐπιεικείας ἐνέγκῃς τὰ ῥήματα, καὶ μὴ ἀνθυβρίσῃς, μηδὲ λοιδορήσῃς, ἀλλὰ στενάξῃς. πικρὸν, καὶ καταγνῶς τῶν πεπλημμελημένων, οὐκ ἐλάττονα τοῦ προτέρου καρπώσῃ μισθόν· καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν Γραφῶν ὑμῖν παραστῆσαι πειράσομαι, ἵνα μάθητε ὅτι ὅσα οὐκ ὠφελοῦσι φίλοι ἐπαινοῦντες καὶ χαριζόμενοι, τοσαῦτα ὠφελοῦσιν ἐχθροὶ κακῶς λέγοντες, κἂν ἀληθεύωσι, μόνον ἂν εἰς δέον ἡμεῖς ταῖς κατηγορίαις χρήσασθαι βουληθῶμεν. Οἱ μὲν γὰρ φίλοι πολλάκις καὶ πρὸς χάριν κολακεύουσιν· οἱ δ' ἐχθροὶ τὰ ἁμαρτήματα εἰς μέσον ἄγουσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἡμεῖς τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα οὐχ ὁρῶμεν, ὑπὸ τῆς ἔχθρας ἐκεῖνοι πολλάκις ἡμῶν ἀκριβέστερον θεασάμενοι, καὶ ὀνειδίσαντες εἰς ἀνάγκην ἡμᾶς ἐνέβαλον διορθώσεως, καὶ γέγονεν ἡμῖν ἡ ἔχθρα μεγίστης ὠφελείας ὑπόθεσις, οὐ μόνον ὅτι μιμνησκόμενοι παρ' ἐκείνων νοοῦμεν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ καὶ ἀποτιθέμεθα. Ἂν γὰρ ὀνειδίσῃ σε ὁ ἐχθρὸς ἁμάρτημα, ὃ σὺ σαυτῷ σύνοιδας, σὺ δ' ἀκούσας ἐκεῖνον μὲν μὴ ὑβρίσῃς, στενάξῃς δὲ πικρὸν, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλέκῃς, εὐθέως ἀπέθου τὴν ἁμαρτίαν ἅπασαν. Ἆρα τί τούτου γένοιτ' ἂν μακαριώτερον; τί δ' εὐκολώτερον πρὸς ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγήν; Ἀλλ' ἵνα μὴ νομίσῃς ἡμᾶς ἁπλῶς σε

B ψυχαγωγεῖν, ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν τὴν ὑπὲρ τούτων παρέξομαι μαρτυρίαν, ἵνα μηδὲν ἀμφιβάλῃς λοιπόν. Φαρισαῖός τις ἦν, καὶ τελώνης· ὁ μὲν εἰς ἐσχάτην κακίαν ἐληλακὼς, ὁ δὲ δικαιοσύνης ἐπιμελόμενος ἄκρας· καὶ γὰρ τὰ ὄντα προήκατο, καὶ νηστεύων διετέλει, καὶ πλεονεξίας ἦν καθαρός· ἐκεῖνος δ' ἐν ἁρπαγαῖς καὶ

[b] Reg. unus ἐκβάλωσεν ὑμῶν πονηρὸν ὄνομα ψευδόμενοι.

βίαις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλωσεν. Ἀνῆλθον ἀμφότεροι προσεύξασθαι εἰς τὸ ἱερόν. Εἶτα ἐκεῖνος στὰς ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, πλεονέκται, οὐδ' ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Ὁ δὲ τελώνης πόρρωθεν ἑστὼς, οὐκ ἀνθύβρισεν, οὐκ ἀντελοιδόρησεν, οὐκ εἶπε ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν ῥήματα· σὺ δὲ τολμᾷς τοῦ ἐμοῦ μεμνῆσθαι βίου, ἐπιλαθέσθαι δὲ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων; Οὐ γάρ εἰμί σοὶ βελτίων; Εἰπὼ τά σοι πεπλημμελημένα, καὶ ποιήσω μηδέποτέ σε τῶν ἱερῶν τούτων ἐπιβῆναι προθύρων. Οὐδὲν τούτων εἶπε τῶν ψυχρῶν ῥημάτων, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀλλήλους πλύνοντες λέγομεν· ἀλλὰ πικρῶς στενάξας καὶ πατάξας τὸ στῆθος, τοσοῦτον εἶπε μόνον, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ κατῆλθε δεδικαιωμένος. Εἶδες τάχος; Κατεδέξατο ὄνειδος, καὶ ἀπενίψατο ὄνειδος· ἐπέγνω τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἀπέθετο τὰ ἁμαρτήματα· καὶ ἡ κατηγορία τῆς ἁμαρτίας γέγονεν ἀναίρεσις τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὁ ἐχθρὸς ἄκων εὐεργέτης καθίστατο. Πόσα γὰρ ἔδει καμεῖν τὸν τελώνην νηστεύοντα, χαμευνοῦντα, ἀγρυπνοῦντα, τὰ ὄντα τοῖς δεομένοις παρέχοντα, ἐν σποδῷ καὶ σάκκῳ καθήμενον ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ, ὥστε δυνηθῆναι τὰ ἁμαρτήματα ἀποθέσθαι ἐκεῖνα; Καὶ νῦν οὐδὲν τούτων ποιήσας, διὰ ψιλοῦ ῥήματος πᾶσαν ἀπέθετο τὴν κακίαν· καὶ τὰ ὀνείδη καὶ αἱ λοιδορίαι τῶν δόξαντος αὐτὸν ὑβρίζειν στέφανον αὐτῷ δικαιοσύνης ἐκόμισαν, χωρὶς ἱδρώτων, καὶ πόνων, καὶ χρόνου μακροῦ. Ὁρᾷς ὅτι κἂν ἀληθῆ τις λέγῃ περὶ ἡμῶν, κἂν τοιαῦτα ἅπερ ἡμεῖς ἑαυτοῖς σύνισμεν, ἡμεῖς δὲ τὸν λέγοντα μὴ ὑβρίσωμεν, ἀλλὰ στενάξωμεν πικρὸν, καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων παρακαλέσωμεν, πάντα δυνησόμεθα ἀποθέσθαι τὰ πλημμελήματα; Οὕτω γοῦν καὶ οὗτος ἐδικαιώθη· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀνθύβρισεν ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐστέναξεν ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, κατῆλθε δεδικαιωμένος μᾶλλον οὗτος, ἢ ἐκεῖνος.

Ὁρᾷς ὅσον ἔχει κέρδος ἡ τῶν ἐχθρῶν ὕβρις, ἐὰν φιλοσόφως αὐτὴν φέρωμεν; Ὅταν γοῦν καὶ ψευδόμενοι καὶ ἀληθεύοντες ἡμᾶς ὠφελῶσι, τίνος ἕνεκεν ἀλγοῦμεν; τίνος ἕνεκεν δακνόμεθα; Ἂν μὴ σὺ σαυτὸν παραβλάψῃς, ἄνθρωπε, οὔτε φίλος, οὔτ' ἐχθρὸς, οὔτ' αὐτὸς σε ὁ διάβολος παραβλάψαι δυνήσεται. Ὅταν γὰρ οἱ ὑβρίζοντες, οἱ δημεύοντες, οἱ μέχρι τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύοντες ὠφελῶσιν ἡμᾶς, καὶ οἱ μὲν μαρτυρίου στέφανον ἡμῖν πλέκωσι, καθάπερ ἀπεδείκνυμεν τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλωσεν. Ἀνῆλθον ἀμφότεροι προσεύξασθαι εἰς τὸ ἱερόν. Εἶτα ἐκεῖνος στὰς ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, πλεονέκται, οὐδ' ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Ὁ δὲ τελώνης πόρρωθεν ἑστὼς, οὐκ ἀνθύβρισεν, οὐκ ἀντελοιδόρησεν, οὐκ εἶπε ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν ῥήματα· σὺ δὲ τολμᾷς τοῦ ἐμοῦ μεμνῆσθαι βίου, ἐπιλαθέσθαι δὲ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων; Οὐ γάρ εἰμί σοὶ βελτίων; Εἰπὼ τά σοι πεπλημμελημένα, καὶ ποιήσω μηδέποτέ σε τῶν ἱερῶν τούτων ἐπιβῆναι προθύρων. Οὐδὲν τούτων εἶπε τῶν ψυχρῶν ῥημάτων, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀλλήλους πλύνοντες λέγομεν· ἀλλὰ πικρῶς στενάξας καὶ πατάξας τὸ στῆθος, τοσοῦτον εἶπε μόνον, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ κατῆλθε δεδικαιωμένος. Εἶδες τάχος; Κατεδέξατο ὄνειδος, καὶ ἀπενίψατο ὄνειδος· ἐπέγνω τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἀπέθετο τὰ ἁμαρτήματα· καὶ ἡ κατηγορία τῆς ἁμαρτίας γέγονεν ἀναίρεσις τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὁ ἐχθρὸς ἄκων εὐεργέτης καθίστατο. Πόσα γὰρ ἔδει καμεῖν τὸν τελώνην νηστεύοντα, χαμευνοῦντα, ἀγρυπνοῦντα, τὰ ὄντα τοῖς δεομένοις παρέχοντα, ἐν σποδῷ καὶ σάκκῳ καθήμενον ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ, ὥστε δυνηθῆναι τὰ ἁμαρτήματα ἀποθέσθαι ἐκεῖνα; Καὶ νῦν οὐδὲν τούτων ποιήσας, διὰ ψιλοῦ ῥήματος πᾶσαν ἀπέθετο τὴν κακίαν· καὶ τὰ ὀνείδη καὶ αἱ λοιδορίαι τῶν δόξαντος αὐτὸν ὑβρίζειν στέφανον αὐτῷ δικαιοσύνης ἐκόμισαν, χωρὶς ἱδρώτων, καὶ πόνων, καὶ χρόνου μακροῦ. Ὁρᾷς ὅτι κἂν ἀληθῆ τις λέγῃ περὶ ἡμῶν, κἂν τοιαῦτα ἅπερ ἡμεῖς ἑαυτοῖς σύνισμεν, ἡμεῖς δὲ τὸν λέγοντα μὴ ὑβρίσωμεν, ἀλλὰ στενάξωμεν πικρὸν, καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων παρακαλέσωμεν, πάντα δυνησόμεθα ἀποθέσθαι τὰ πλημμελήματα; Οὕτω γοῦν καὶ οὗτος ἐδικαιώθη· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀνθύβρισεν ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐστέναξεν ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, κατῆλθε δεδικαιωμένος μᾶλλον οὗτος, ἢ ἐκεῖνος.

Ὁρᾷς ὅσον ἔχει κέρδος ἡ τῶν ἐχθρῶν ὕβρις, ἐὰν φιλοσόφως αὐτὴν φέρωμεν; Ὅταν γοῦν καὶ ψευδόμενοι καὶ ἀληθεύοντες ἡμᾶς ὠφελῶσι, τίνος ἕνεκεν 776 ἀλγοῦμεν; τίνος ἕνεκεν δακνόμεθα; Ἂν μὴ σὺ σαυτὸν A παραβλάψῃς, ἄνθρωπε, οὔτε φίλος, οὔτ' ἐχθρὸς, οὔτ' αὐτὸς σε ὁ διάβολος παραβλάψαι δυνήσεται. Ὅταν γὰρ οἱ ὑβρίζοντες, οἱ δημεύοντες, οἱ μέχρι τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύοντες ὠφελῶσιν ἡμᾶς, καὶ οἱ μὲν μαρτυρίου στέφανον ἡμῖν πλέκωσι, καθάπερ ἀπεδείκνυμεν

et publicanus erant, quorum hic quidem ad summam progressus erat malitiam, alter summam exercebat justitiam, ut qui facultates suas erogaret, assidueque jejunaret, purus a rapinis : contra alter in rapinis ac violentiis vitæ tempus omne consumserat. Ambo ascenderunt in templum orandi gratia. Ille stans dicebat : *Gratias* Luc. 18. 11. *ago tibi, Domine, quoniam non sum sicut* 12. *cæteri homines, rapaces, avari, neque velut hic publicanus.* At publicanus procul stans non regessit contumeliam, neque vicissim dixit convicium, non protulit ista vulgaria verba : Tune audes meæ vitæ mentionem facere meaque facta reprehendere? Annon sum te melior? Referam tua peccata, faxoque ne umquam in hæc sacra conscendas atria. Nihil, inquam, istiusmodi frigidorum verborum loquutus est publicanus, quibus utimur quotidie nos mutuo conviciis aspergentes; sed amare suspirans pectusque percutiens, hoc tantum dixit, *Propitius esto* Ibid. v. 13. *mihi peccatori*, et descendit justificatus. Vides celeritatem? Accepit probrum, et abluit probrum; agnovit peccata, et deposuit peccata : et criminum accusatio facta est illi criminum remissio, et hostis insciens factus est beneficus. Quot labores erant publicano subeundi, jejunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impartiendo, longo tempore in sacco et cinere sedendo, ut illa tam multa peccata posset deponere? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem : ac probra conviciaque Pharisæi, qui videbatur illum contumelia afficere, illi pepererunt justitiæ coronam, idque sine sudoribus, sine laboribus, et absque longi temporis mora. Videsne nos, etiamsi quis vera de nobis prædicet, quorum nos ipsi nobis conscii simus, ista vero prædicantem non vicissim impetierimus maledictis, sed amare ingemiscentes, Deum pro delictis nostris imploraverimus, omnia peccata deponere posse? Hoc pacto et hic justificatus est : quoniam enim Pharisæum non ultus est conviciis, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit justificatus præ illo.

Accusatio sui fit remissio criminis.

5. Vides quantum afferat utilitatis inimicorum exprobratio, si modo eam philosophico pertulerimus animo? Quod si et mentientes et vera loquentes nobis prosunt, quamobrem dolemus? quam ob causam urimur? Ni teipsum læseris, o homo, neque amicus, neque inimicus, ne ipse quidem diabolus poterit te lædere. Etenim cum et ii qui nos contumeliis afficiunt, qui traducunt, qui usque ad ipsius vitæ discrimen insidiantur,

utilitatem afferant, et alii martyrij coronam nobis plectant, ut ostendimus, alii rursus dum peccata nobis exprobrant, nos justos reddant, quemadmodum accidit in publicano, cur in illos efferimur et excandescimus? Ne dixerimus itaque: Ille me atrociter irritavit, ille me perpulit, ut dicerem inhonesta verba : nos ubique talium causa sumus. Nam si velimus philosophari, ne dæmon quidem poterit nos ad iram concitare : idque liquet tum ex aliis compluribus, tum ex hac ipsa quæ nunc in manibus est historia de Davide, quam operæ pretium fuerit et hodie in medium afferre, si prius caritatem vestram admonuerimus, ubinam nuper terminaverimus concionem. Ubi igitur eam terminavimus? In excusatione Davidis. Proinde necesse est, ut hodie vobis Saülis verba referamus, quo videamus quid hic ad justissimam illius excusationem responderit. Neque enim e verbis tantum quæ David loquutus est, verumetiam e Saülis oratione, Davidis virtutem perspiciemus : nam si Saül aliquid placide mansueteque responderit, hujus causam Davidi imputabimus, qui immutarit hominem, quique erudierit, et ad sobrietatem composuerit illius animum. Quid igitur ait Saül? Posteaquam audierat David loquentem, *Ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea*, aliaque cuncta quæ in excusationem attulit : *Vox*, inquit, *ista tua, fili David?* Quanta subito facta est mutatio! Qui numquam sustinuerat illum vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Davide felicius, qui ex homicida fecit patrem, e lupo ovem, qui fornacem iracundiæ multo implevit rore, qui tempestatem vertit in tranquillitatem, quique tumorem omnem ira exæstuantis animi restinxit? Verba quippe Davidis ingressa in animum istius efferati, totam hanc perfecerunt immutationem, quod e Saülis verbis deprehendas licet. Neque enim dixit, Sermones tui isti, fili David? sed, *Vox tua ista, fili David?* adeo mox ad ipsam vocem incaluit. Et quemadmodum pater ex longo intervallo audita filii reverentis voce, non ad conspectum modo illius, verumetiam ad ipsam vocem excitatur : sic et Saül, simul ut verba Davidis in animum ingressa sunt, abjecit inimicitiam, sanctum agnovit, positoque affectu, recepit affectum. Siquidem posita ira, rece-

Ne dæmon quidem nos ad iram concitare potest.

1. *Reg.* 24. 13.

Ibid. v. 17.

ξαμεν, οἱ δὲ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ὑποσύρωσι, καὶ δικαίους ἡμᾶς ἐργάζωνται, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τελώνου γέγονε, τίνος ἕνεκεν ἐκθηριούμεθα πρὸς αὐτούς; Μὴ τοίνυν λέγωμεν· ὁ δεῖνά με παρώξυνε, καὶ ὁ δεῖνά με προήγαγεν εἰπεῖν ῥήματα αἰσχρά· ἡμεῖς αἴτιοι πανταχοῦ τούτων. Ἂν γὰρ θέλωμεν φιλοσοφεῖν, οὐδὲ δαίμων ἡμᾶς δυνήσεται κινῆσαι πρὸς ὀργήν· καὶ τοῦτο δῆλον καὶ ἐξ ἄλλων μὲν πολλῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς προκειμένης ἡμῖν ἱστορίας τῆς περὶ τοῦ Δαυὶδ, ἣν ἄξιον καὶ σήμερον παραγαγεῖν εἰς μέσον, πρότερον ἀναμνήσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ποῦ τὸν λόγον κατελύσαμεν πρῴην. Ποῦ τοίνυν αὐτὸν κατελύσαμεν; Εἰς τὴν ἀπολογίαν τὴν τοῦ Δαυίδ. Οὐκοῦν ἀνάγκη σήμερον τὰ τοῦ Σαοὺλ ῥήματα εἰπεῖν, καὶ ἰδεῖν τί πρὸς τὴν δικαιολογίαν ἐκείνου ἀπεκρίνατο οὗτος. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀφ' ὧν ὁ Δαυὶδ ἐφθέγξατο ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ὁ Σαοὺλ λέγει, τὴν ἀρετὴν εἰσόμεθα τοῦ Δαυίδ· ἂν γὰρ φανῇ τι πρᾶον καὶ ἥμερον οὗτος φθεγγόμενος, τὴν αἰτίαν τούτων ἐκείνῳ λογιούμεθα τῷ μεταβαλόντι τὸν ἄνθρωπον, τῷ παιδεύσαντι καὶ ῥυθμίσαντι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Τί οὖν φησιν ὁ Σαούλ; Ἀκούσας τοῦ Δαυὶδ εἰπόντος, Ἰδοὺ τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος ἐν τῇ χειρί μου, καὶ τἆλλα πάνθ' ἃ μετὰ τούτων ἀπελογήσατο, Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυίδ; Ὢ πόση γέγονεν ἀθρόον ἡ μεταβολή; Ὁ γὰρ μηδ' ἀπὸ ψιλοῦ τοῦ ὀνόματος ἀνεχόμενος αὐτὸν καλέσαι ποτὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν αὐτοῦ μισῶν τὴν προσηγορίαν, καὶ εἰς συγγένειαν αὐτὸν ἤγαγε, τέκνον αὐτὸν προσειπών. Τί τοῦ Δαυὶδ μακαριώτερον, ὃς τὸν ἀνδροφόνον πατέρα ἐποίησε, καὶ τὸν λύκον πρόβατον, καὶ τὴν κάμινον τῆς ὀργῆς δρόσου πολλῆς ἐνέπλησε, καὶ τὰ κύματα εἰς γαλήνην μετέβαλε, καὶ τὴν φλεγμονὴν τοῦ θυμοῦ κατέσβεσεν ἅπασαν; Τὰ γὰρ ῥήματα ἐκεῖνα τοῦ Δαυὶδ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσελθόντα τοῦ τεθηριωμένου τούτου, πᾶσαν ταύτην εἰργάσατο τὴν μεταβολήν, ἣν ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων ἐστὶν ἰδεῖν. Οὔτε γὰρ εἶπεν, [a]οἱ λόγοι σοι οὗτοι, τέκνον Δαυίδ; ἀλλὰ τί; Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυίδ; καὶ πρὸς αὐτὸν γὰρ τὸν φθόγγον διεθερμαίνετο λοιπόν. Καὶ καθάπερ πατὴρ χρονίας ἀκούσας φωνῆς παιδὸς ἐπανελθόντος ποθὲν, οὐχὶ πρὸς τὴν ὄψιν μόνην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν φωνὴν αὐτὴν διεγείρεται· οὕτω καὶ ὁ Σαοὺλ, ἐπειδὴ τὰ ῥήματα τοῦ Δαυὶδ εἰσελθόντα τὴν ἔχθραν ἐξέβαλεν, ἐπέγνω λοιπὸν τὸν ἅγιον, καὶ πάθος ἀποθέμενος, πάθος ἐδέξατο. Ἐκβαλὼν γὰρ θυμὸν, ἐδέξατο εὐθυμίαν τε καὶ συμπάθειαν. Καὶ καθάπερ νυκτὸς μὲν παρούσης οὐδὲ παρόντα πολλάκις ἐπιγινώσκομεν φίλον, ἡμέρας δὲ γενομένης, καὶ πόρρωθεν ὁρῶντες αὐτὸν γνωρίζομεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἔχθρας συμβαίνειν εἴωθεν. Ἕως μὲν ἂν ὦμεν ἀηδῶς

[a] Reg. unus *οἱ λόγοι σου οὗτοι.*

πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, καὶ φωνῆς ἑτέρως ἀκούομεν, καὶ ὄψιν μετὰ διεφθαρμένης βλέπομεν γνώμης· ἐπειδὰν δ' ἀποθώμεθα τὴν ὀργήν, ἡ πρὸ τούτου πολεμία καὶ ἐχθρὰ φωνὴ, προσηνὴς καὶ ἡδίστη ἡμῖν φαίνεται, καὶ ἡ πολεμία ὄψις καὶ ἀηδὴς, ποθεινὴ καὶ ἐπίχαρις.

pit tranquillitatem et commiserationem. Et sicut quamdiu nox adest, sæpe ne præsentem quidem amicum agnoscimus, at mox ut exortus est dies, etiam eminus conspectum agnoscimus : itidem et in inimicitia solet usuvenire. Donec inter nos malevolum gerimus animum, vox audita nobis aliter sonat, et ipsam faciem corrupta mente adspicimus : at ubi posuerimus iram, et vox quæ prius erat invisa atque hostilis, placida nobis ac jucundissima videtur, et aspectus ipse prius inimicus et injucundus, tum fit amabilis et jucundus.

Τοῦτο γίνεται καὶ ἐπὶ τοῦ χειμῶνος. Οὐκ ἀφίησι τοῦ οὐρανοῦ τὸ κάλλος ἡ τῶν νεφῶν φαίνεσθαι συνδρομή· ἀλλὰ κἂν μυριάκις ὀξυδερκὲς ἔχωμεν τὸ ὄμμα, οὐκ ἰσχύομεν ἀντιλαβέσθαι τῆς ἄνω φαιδρότητος. Ἐπειδὰν δ' ἡ τῆς ἀκτῖνος θερμότης ἐνδιατρίψασα καὶ διαρρήξασα τὸ νέφος, δείξῃ τὸν ἥλιον, δείκνυσι καὶ τὴν τοῦ οὐρανοῦ πάλιν εὔπρέπειαν. Οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ὀργιζομένων γίνεται· καὶ καθάπερ νέφος πεπυκνωμένον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ πρὸ τῶν ἀκοῶν ἑστῶσα ἡ ἔχθρα, ἑτέρας καὶ τὰς φωνὰς καὶ τὰς ὄψεις ποιεῖ φαίνεσθαι. Ἐπειδὰν δὲ φιλοσοφήσας τις τὴν ἔχθραν ἀπόθηται καὶ διαρρήξῃ τῆς λύπης τὸ νέφος, τότε ἀδεκάστῳ λογισμῷ καὶ ὄψεται πάντα, καὶ ἀκούσεται· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Σαοὺλ οὗτος ἔπαθεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ νέφος διερράγη τῆς ἔχθρας, ἐπέγνω τοῦ Δαυὶδ τὴν φωνὴν, καί φησιν, Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυίδ; Ποία Αὕτη; Ἡ τὸν Γολιὰθ κατενεγκοῦσα, καὶ τὴν πόλιν ἐξαρπάσασα τῶν κινδύνων, καὶ περὶ δουλείας καὶ περὶ θανάτου κινδυνεύοντας ἅπαντας καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανάγουσα πάλιν, ἡ τὴν ἐκείνου καταστέλλουσα μανίαν, πολλὰ καὶ μεγάλα αὐτὸν ἐργασαμένη καλά. Αὕτη γὰρ ἡ φωνὴ τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον κατήνεγκε· πρὸ γὰρ τοῦ λίθου, ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις αὐτὸν ἐχειρώσατο. Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸν λίθον ἔρριψεν, ἀλλὰ πρότερον εἰπών, Σὺ ἔρχῃ πρός με ἐν τοῖς θεοῖς σου· ἐγὼ δὲ ἔρχομαι πρὸς σὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Σαβαὼθ, ὃν ὠνείδισας σήμερον, οὕτως ἀφῆκε. Καὶ αὕτη τὸν λίθον ἐχειραγώγησεν ἡ φωνὴ, αὕτη τὴν ἀγωνίαν ἐνέβαλε τῷ βαρβάρῳ, αὕτη τὸ θράσος ἐξέκοψε τοῦ πολεμίου. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ θυμὸν καταστέλλει φωνὴ δικαίου, καὶ πολεμίους καθαιρεῖ, ὅπου γε καὶ δαίμονας ἀπελαύνει; Ἐφθέγγοντο γοῦν μόνοι οἱ ἀπόστολοι, καὶ πᾶσαι ἐδραπέτευον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις. Ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων καὶ τὰ στοιχεῖα πολλάκις ἔστησε, καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν μετέβαλεν. Εἶπε γοῦν ὁ Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ μόνον, Στήτω ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ ἔστη· οὕτω καὶ ὁ Μωϋσῆς θάλατταν ἐπέδησε, καὶ ἀνῆκεν· οὕτως οἱ παῖδες οἱ τρεῖς τὴν ἐνέργειαν τοῦ πυρὸς ἔσβεσαν διὰ τῶν ὕμνων ἐκείνων καὶ διὰ τῆς φωνῆς. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὴν

6. Idem accidit in tempestate. Non patitur nubium concursus nobis conspicuam esse cæli pulchritudinem; sed quamvis habeamus oculos perspicacissimos nequaquam pertingere possumus ad illam supernam jucunditatem. At ubi jam radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus solem ostendit, rursus et cæli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira ferventibus, dum simultas velut densa nubes ante oculos et aures stat, facit ut voces aspectusque videantur aliter quam sunt. Verum simul atque aliquis *philosophatus* posuerit odium, nubemque disruperit ægritudinis, tunc demum incorrupta mente et videbit, et audiet omnia : quod et huic evenit Saüli, qui simul atque nubem malevolentiæ disrupit, agnoscens vocem Davidis, ait : *Vox tua ista, fili David?* Quænam *Ista?* Quæ Goliath dejecit, quæ civitatem periculis eripuit, quæ cunctos in servitutis ac mortis periculo constitutos, in securitatem et libertatem restituit, quæ Saülis furorem sedaverat, quæ multa magnaque beneficia in eum contulerat. Siquidem hæc barbarum illum prostravit, eo quod priusquam mitteret lapidem, eum precationis robore fuerat aggressus. Neque enim vulgari more projecit lapidem, sed prius hæc loquutus, *Tu venis ad me in diis tuis, ego autem venio ad te in nomine Domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie,* emisit lapidem. Hæc vox lapidem veluti manu duxit in Goliath, hæc pavorem incussit barbaro, hæc hostis confidentiam fregit. Et quid miraris, si vox justi et furorem mitigat, et hostes dejicit, cum impios quoque spiritus expellat? Loquebantur tantum apostoli, et fugiebant omnes adversariæ potestates. Vox sanctorum frequenter et elementa vicit, et potestates illorum immutavit. Loquutus est tantum Jesus Nave, *Stet sol et luna,* et stetit; sic et Moses mare ingressus est, et cessit : sic tres illi pueri ignis vim exstinxerunt, hymnis illis suis ac voce. Iti-

Vox Davidis postravit alienigenam.

1. Reg. 17. 45.

Jos. 10. 12. Exod. 14. 21. Dan. 3.

dem et Saül ad eamdem vocem incaluit, dicens : *Vox tua ista, fili David?* Quid igitur David? *Servus tuus, domine mi rex.* Posthac certamen oritur, et contentio uter alterum majore prosequatur honore. Saül quidem ad cognationem adscivit : David autem dominum eum appellat. Quod autem dicit, tale est : Unum, inquit, illud quæro, salutem tuam ac virtutis profectum. Filium me appellasti, mihi vero *satis est*, si me pro famulo habeas, tantum ut iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere mali, neu me putes hostem aut insidiatorem. Implevit illam legem apostolicam, quæ jubet, ut nos ipsos vincentes honore invicem præveniamus, non secundum plurimorum morem, qui pejus affecti sunt, quam ipsæ pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent, existimantes sese contumelia affici, et a dignitate dejici, si quem vel affatu simplici compellent. Quid ista dementia possit esse magis ridiculum? quid hac arrogantia fastuque fœdius? Tunc enim, tunc, inquam, a dignitate dejectus es, o homo, tunc injuria, tunc contumelia affectus es, quoties exspectas, ut proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu et inani gloria magis ridiculum? Nam si prior alloquaris, et Deus ipse collaudabit, quod est omnium maximum, et homines insuper comprobabunt, tuque illius appellationis mercedem totam accipies. Quod si exspectaveris, ut prior honoratus, tum demique proximum honores, nihil jam magni feceris. Nam is unde honoris cœpit initium, idem relati abs te honoris totam mercedem accepturus est. Proinde ne exspectemus, ut alii priores nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, semperque a nobis oriatur salutationis initium : neque putemus hoc officium esse contemnendum et vulgare, si libenter et amanter salutemus. Nam hoc prætermissum multas amicitias disrupit, multas peperit simultates : quemadmodum e diverso idem studiose exhibitum, veteres et diuturnas inimicitias dissolvit, et amicitias priores confirmavit. Noli igitur, carissime, his in rebus studium negligere; sed si fieri potest, obvios qualescumque fuerint, tum in salutando, tum in cæteris omnibus priores deliniamus. Quod si quis te prævenerit, majorem repende honorem. Nam et hoc admonuit Paulus, ita loquens : *Alii alios vobis ipsis superiores existimate.* Ita fecit David, qui et

Rom. 12. 10.

Nihil inani gloria turpius ei, qui honore præveniri vult.

Philipp. 2. 3.

τὴν φωνὴν διαθερμανθεὶς ὁ Σαοὺλ ἔλεγεν· Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυίδ; Τί γοῦν ὁ Δαυὶδ; Δοῦλός σου, κύριέ μου βασιλεῦ. Ἀμιλλα λοιπὸν καὶ φιλονεικία γίνεται, τίς τὸν πλησίον μειζόνως τιμήσει. Ἐκεῖνος εἰς συγγένειαν ἤγαγεν, οὗτος δεσπότην αὐτὸν ὠνόμασεν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐν ζητῶ μόνον, φησὶ, σωτηρίαν τὴν σὴν, καὶ τὴν ἐπίδοσιν τῆς ἀρετῆς. Τέκνον με ἐκάλεσας, ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ καὶ στέργω, ἐὰν δοῦλόν με ἔχῃς, μόνον μετὰ τοῦ ἀποθέσθαι τὴν ὀργὴν, μόνον μετὰ τοῦ μηδὲν ὑποπτεύειν περὶ ἐμοῦ πονηρὸν, καὶ μὴ νομίζειν ἐπίβουλον εἶναι καὶ πολέμιον. Τὸν γὰρ ἀποστολικὸν ἐκεῖνον ἐπλήρου νόμον, τὸν κελεύοντα τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγεῖσθαι, ὑπερέχοντας ἑαυτῶν· οὐ καθάπερ πολλοὶ, βοσκημάτων διακείμενοι χεῖρον, οὐδὲ προσειπεῖν τὸν πλησίον ἀνέχονται πρότεροι, νομίζοντες ὑβρίζεσθαι καὶ ἐλαττοῦσθαι, εἰ ψιλῆς τινι μεταδοῖεν προσρήσεως. Τί ταύτης τῆς ἀνοίας γένοιτ' ἂν καταγελαστότερον; τί τοῦ τύφου τούτου καὶ τῆς ἀπονοίας αἰσχρότερον; Τότε γὰρ, τότε [a] ἠλαττόνησας, ὦ ἄνθρωπε, τότε ὑβρίσθης, τότε ἠτιμάσθης, ὅταν ἀναμείνῃς τὸν πλησίον πρότερόν σε προσειπεῖν. Τί γὰρ ἀπονοίας χεῖρον; τί δὲ τύφου καὶ κενοδοξίας καταγελαστότερον; Ἂν μὲν γὰρ πρότερος προσείπῃς, καὶ ὁ Θεὸς ἐπαινέσεται, ὁ πάντων μεῖζον, καὶ ἄνθρωποι δὲ ἀποδέξονται, καὶ τῆς ἐκείνου προσρήσεως σὺ τὸν μισθὸν ἅπαντα λήψῃ· ἂν δ' ἀνάμείνῃς πρότερον τιμηθεὶς οὕτω τιμῆσαι, οὐδὲν μέγα εἰργάσω λοιπόν. Ὁ γὰρ τῆς εἰς σὲ κατάρξας τιμῆς, αὐτὸς καὶ τῆς παρὰ σοῦ γενομένης εἰς αὐτὸν θεραπείας τὸν μισθὸν ἅπαντα λήψεται. Μὴ ἀναμένωμεν τοίνυν τιμᾶσθαι παρ' ἑτέρων πρότεροι· ἀλλ' ἐπιτρέχωμεν ταῖς εἰς τὸν πλησίον τιμαῖς, καὶ τῆς προσρήσεως ἀεὶ κατάρχωμεν, καὶ μὴ νομίζωμεν ψιλὸν εἶναι καὶ εὐτελὲς τὸ κατόρθωμα τοῦτο, τὸ γενέσθαι εὐπροσήγορον καὶ φιλοπροσήγορον. Πολλὰς γοῦν φιλίας ἐλλειφθὲν τοῦτο διέκοψε, πολλὰς ἔχθρας εἰργάσατο· ὥσπερ οὖν μετὰ σπουδῆς πληρούμενον χρονίους πολέμους κατέλυσε, καὶ τὰς οὔσας φιλίας ἀπέσφιγξε. Μὴ τοίνυν ἀμελῆς, ἀγαπητὲ, τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἀλλ' εἰ μὲν οἷόν τε, τοὺς ἁπάντων ὄντας, οἷοί τινες ἂν ὦσι, καὶ ἐν ταῖς προσρήσεσι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρότεροι θεραπεύωμεν. Ἂν δέ σε ἕτερος φθάσῃ, μείζονα ἐπίδειξαι τὴν τιμὴν πάλιν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο παρήνεκεν ὁ Παῦλος, οὕτως [b] εἰπών· Ἀλλήλους ἡγεῖσθε ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Οὕτως ὁ Δαυὶδ ἐποίησε, καὶ πρότερος ἐτίμησε, καὶ τιμηθεὶς πάλιν μειζόνως ἀντετίμησεν, εἰπών· Δοῦλός σου, κύριέ μου βασιλεῦ. Καὶ ὅρα ὅσον εἰργάσατο κέρδος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τοῦθ' ὁ Δαυὶδ, οὐκ ἤνεγκεν ἀδακρυτὶ λοιπὸν ταύτην ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν ὁ Σαούλ· ἀλλ' ὠλόλυξε πικρὸν, τὴν ὑγίειαν τὴν

[a] Reg. unus ἠλάττωσαι.

[b] Εἰπών· τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγεῖσθε. Sic unus.

ἐν πῇ ψυχῇ, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἣν ὁ Δαυὶδ ἐνέθηκε, διὰ τῶν δακρύων δηλῶν.

prior honorem detulit, et honoratus majorem honorem reposuit, dicens: *Servus tuus, domine mi rex*. Vide vero, quantum fecerit lucri David hæc loquutus. Non jam sustinuit Saül hanc vocem audire sine lacrymis, sed ploravit amare, animi sanitatem ac philosophiam, quam David inseverat, lacrymis declarans.

Τί γένοιτ' ἂν τοῦ προφήτου μακαριώτερον, ὃς ἐν E βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ οὕτω τὸν ἐχθρὸν μετερρύθμισε, καὶ ψυχὴν αἵματος καὶ σφαγῆς διψῶσαν λαβὼν εἰς θρήνους ἐνέβαλεν ἀθρόον καὶ ὀλολυγμούς; Οὐχ οὕτω θαυμάζω τὸν Μωσέα, ὅτι ἀπὸ πέτρας ἀκροτόμου πηγὰς ἐξήγαγεν ὑδάτων, ὡς θαυμάζω τὸν Δαυὶδ, ὅτι ἐξ ὀφθαλμῶν λιθίνων πηγὰς ἐξήγαγε δακρύων. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὴν φύσιν ἐνίκησεν, οὗτος δὲ τῆς προαιρέσεως 779 περιεγένετο· ἐκεῖνος ἐπάταξε τῇ ῥάβδῳ τὸν λίθον, A οὗτος ἔκρουσε τῷ λόγῳ τὴν καρδίαν, οὐχ ἵνα λυπήσῃ, ἀλλ' ἵνα καθαρὰν ἐργάσηται καὶ προσηνῆ· ὅπερ οὖν καὶ ἐποίησε, μείζονα τῆς προτέρας εὐεργεσίας ἐπιδειξάμενος. Ἐπαίνου μὲν ἄξιον καὶ μεγίστου θαύματος καὶ τὸ μὴ βαπτίσαι τὸ ξίφος, μηδὲ ἀποτεμεῖν τὴν πολεμίαν ἐκ εἴνην κεφαλήν· πολλῷ δὲ πλειόνων ἂν εἴη στεφάνων τὸ καὶ αὐτὴν αὐτοῦ μεταβαλεῖν τὴν προαίρεσιν, καὶ βελτίω ποιῆσαι, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτὸν [a] ἐπιείκειαν μεταβαλεῖν. Αὕτη μείζων ἐκείνης ἡ εὐεργεσία. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ζωὴν χαρίσασθαι, καὶ εἰς φιλοσοφίαν ἐναγαγεῖν· οὐκ ἔστιν ἴσον B ἀπαλλάξαι θυμοῦ πνέοντος φόνον ἄδικον, ἐξελέσθαι σφαγῆς, καὶ ἐξελέσθαι παραπληξίας ἐπὶ τοσοῦτον ὀδευούσης κακόν. Τοὺς μὲν γὰρ δορυφόρους κωλύσας αὐτὸν ἀνελεῖν, κατὰ τὸν παρόντα βίον ὠφελεῖ· τὴν δὲ πονηρίαν τῆς ψυχῆς ἐκβαλὼν διὰ τῆς τῶν ῥημάτων ἐπιεικείας, τὴν μέλλουσαν αὐτῷ ζωὴν ἐχαρίσατο καὶ τὰ ἀκίνητα ἀγαθά, τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον. Ὅταν οὖν αὐτὸν ἐπαινέσῃς διὰ τὴν οἰκείαν πραότητα, μειζόνως αὐτὸν θαύμασον διὰ τὴν τοῦ Σαοὺλ μεταβολήν. Τοῦ γὰρ τῶν οἰκείων κρατῆσαι παθῶν, πολὺ πλέον ἐστὶ τὸ καὶ τῆς ἑτέρων περιγενέσθαι μανίας, καὶ φλεγμαίνουσαν κα- C ταστεῖλαι καρδίαν, καὶ τοσαύτην γαλήνην ἀπὸ τοσαύτης ἐργάσασθαι ζάλης, καὶ ὀφθαλμοὺς φόνον βλέποντας δακρύων ἐμπλῆσαι θερμῶν. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμει καὶ θαύματος. Καὶ γὰρ εἰ μὲν τῶν ἐπιεικῶν καὶ μετρίων ἀνθρώπων ἦν ὁ Σαοὺλ, οὐ μέγα ἦν σφόδρα ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρετήν· τὸ δ' ἐκτεθηριωμένον καὶ πρὸς ἐσχάτην κακίαν ἐξοκείλαντα, καὶ πρὸς σφαγὴν ἐπειγόμενον, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ παρασκευάσαι πᾶσαν τὴν πικρίαν σβέσαι ἐκείνην, τίνα οὐκ ἂν ἀποκρύψειε τῶν πώποτε ἐπὶ διδασκαλίᾳ φιλοσοφίας βεβοημένων; Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν λάβῃς τὸν ἐχθρὸν, μὴ τοῦτο σκόπει, ὅπως D

7. Quid esse possit hoc propheta beatius, qui brevi temporis momento sic hostem a furore ad sobrietatem composuit, et animum nactus sanguinis ac cædis sitientem, repente ad lamenta et ejulatus compulit? Non perinde miror Mosem quod e saxo prærupto fontes elicuit aquarum, *Exod.* 17. ut admiror Davidem, quod ex oculis lapideis [6]. fontes eduxerit lacrymarum. Etenim ille quidem vicit naturam, at hic vicit animi propositum: ille virga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, non ut contristaret, sed ut purum mansuetumque redderet; quod etiam perfecit majore beneficio regem afficiens quam antea fecerat. Est quidem illud laude summaque admiratione dignum, quod ensem non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit: sed longe majore corona dignum erat, quod ipsum inimici propositum immutavit, eumque reddidit meliorem, eumque ad suam ipse convertit humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neque enim paria sunt, condonare culpam, et ad animi philosophiam adducere; non sunt paria, liberare ab ira cædem injustam spirante, eximere a cæde, et eximere a furore ad tantum properante nefas. Dum enim satellites suos David cohibuit, ne Saülem occiderent, præsenti quidem vitæ profuit: at cum mitibus verbis malitiam ex animo depellit, futuram illi vitam æternaque largitus est bona, quantum quidem erat in ipso. Quoties igitur Davidem laudas ob ipsius mansuetudinem, magis illum lauda, quod Saülem immutarit. Siquidem multo minus est propriis temperare cupiditatibus, quam alienum vincere furorem, quam cor ira intumescens compescere, eque tanta tempestate tantam facere tranquillitatem, quam oculos homicidium præ se ferentes calidis implere lacrymis. Atque hoc est stuporis ac miraculi plenum. Etenim si Saül fuisset homo moderatus et æquus, non admodum magni erat negotii ad solitam eum revocare virtutem: at efferatum et ad extremam provectum malitiam, jamque ad cædem properantem brevi temporis momento sic afficere, ut omnem illam

[a] Ἐπιείκειαν μεταγαγεῖν Reg. unus.

amaritudinem exstinguat, quem non obscuret omnium, qui umquam super philosophiæ doctrina clarum promeruere nomen? Et tu igitur, si quando hostis inciderit in manus tuas, ne illud specta, quomodo illum ulciscaris, innumerisque conviciis conspersum emittas, sed quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas: neque prius desistas omnia tum facere, tum dicere, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius. Quod ipsum quidam declaravit, dicens: *Sermo mollis confringet ossa.* Atqui quid osse durius? Et tamen si quis æque durus sit et rigidus ac præfractus, tamen illum facile vicerit, qui mansuete tractet. Ac rursus, *Responsio submissa avertit iras.* Unde liquet ut hostis irritetur, aut reconcilietur, magis in tua potestate esse, quam illius. Non enim in iis qui ira commoti sunt, sed in nobis situm est ut vel exstinguatur illorum ira, vel ad majus irritetur incendium. Et hoc item qui priora dixit, simplici declaravit exemplo. Sicut enim, inquit, si insuffles in scintillam ignis, excitas incendium: contra, si inspuas, exstinguis, et utrumque tibi in manu est (quoniam *Utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur*): sic et in inimicitia in proximum, si inflatos ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones: sin mites ac moderatos admoveas sermones, priusquam exardescat, iram omnem exstinxeris. Ne dixeris igitur: Hæc passus sum, aut hæc audivi, cum hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram veluti scintillam, vel exstinguere vel accendere, furoremque vel excitare, vel contra sedare, in te situm est. Cum videris inimicum, vel si in mentem veniat quam multa tum audieris, tum perpessus sis molesta, fac omnium horum obliviscaris; etiamsi recorderis, tamen fac ea diabolo imputes. Collige vero si quid umquam humaniter vel dixit vel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris, ocius dissolves inimicitiam. Quod si est animus illum incusare, cumque illo expostulare: fac prius abjicias animi motum, iramque exstinguas, ac tum cum illo expostula, tum argue, et facile poteris vincere. Siquidem ira commoti nihil sani poterimus umquam vel dicere, vel audire: sed a perturbatione liberi, nec ipsi verbum asperius umquam emittemus, nec aliis acerbe loquentibus, eodem

Nihil humanitate potentius. *Prov.* 25. 15. *Eccli.* 28. 21. *Prov.* 15. 1.

Eccli. 28. 11.

Iram sedare in nostra est potestate.

αὐτὸν ἀμυνόμενος καὶ μυρίαις πλύναις ταῖς λοιδορίαις ἐκπέμψῃς, ἀλλ' ὅπως θεραπεύσῃς, ὅπως ἐπαναγάγῃς πρὸς ἐπιείκειαν· καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς πάντα καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ἕως ἂν περιγένῃ τῇ πραότητι τῆς ὠμότητος τῆς ἐκείνου. Οὐδὲν γὰρ ἐπιεικείας δυνατώτερον. Καὶ τοῦτ' αὐτὸ δηλῶν τις ἔλεγεν, ὅτι Λόγος ἁπαλὸς [b] συγκλάσει ὀστᾶ. Καίτοι τί ὀστέου σκληρότερον; Ἀλλ' ὅμως κἂν οὕτω σκληρός τις ᾖ καὶ ἀκαμπής, περιέσται ῥᾳδίως ὁ μετ' ἐπιεικείας αὐτῷ χρώμενος. Καὶ πάλιν· Ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα ἀποστρέφει ὀργάς. Ὅθεν δῆλον ὅτι τοῦ κινηθῆναι τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοῦ καταλλαγῆναι, σὺ κυριώτερος ἐκείνου. Ἐν γὰρ ἡμῖν, οὐκ ἐν τοῖς ὀργιζομένοις κεῖται καὶ τὸ σβεσθῆναι, καὶ τὸ πρὸς μείζονα ἐξενεχθῆναι φλόγα τὸν θυμὸν τὸν ἐκείνων. Καὶ τοῦτ' αὐτὸ πάλιν ὁ τὰ πρότερα εἰπὼν ἐδήλωσε [c] διὰ ψιλοῦ παραδείγματος. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, εἰς σπινθῆρα πυρὸς ἂν μὲν φυσήσῃς, ἐξάψεις τὴν φλόγα, ἂν δὲ πτύσῃς, κατέσβεσας· καὶ ἀμφοτέρων σὺ κύριος (Ἀμφότερα γὰρ, φησὶν, ἐκ τοῦ στόματός σου [a] πορεύεται)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἔχθρας τοῦ πλησίον· ἂν μὲν πεφυσημένους καὶ ἀπονενοημένους προσενέγκῃς λόγους, ἀνάπτεις ἐκείνου τὸ πῦρ, ἐκκαίεις τοὺς ἄνθρακας· ἂν δὲ προσηνεῖς καὶ περιεσταλμένους, πρὶν τὴν πυρὰν ἁρθῆναι, κατέσβεσας τὴν ὀργὴν ἅπασαν. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι τὰ καὶ τὰ ἔπαθον, τὰ καὶ τὰ ἤκουσα· πάντων γὰρ τούτων σὺ κύριος. Οὕτω γὰρ ὥσπερ σπινθῆρα καὶ σβέσαι καὶ ἀνάψαι, καὶ θυμὸν ἐκκαῦσαι καὶ καταστεῖλαι πάλιν ἐν σοί. Ὅταν ἴδῃς ἐχθρὸν, ἢ καὶ εἰς νοῦν λάβῃς, ὅσα μὲν ἤκουσας καὶ ἔπαθες λυπηρὰ, πάντ' ἐπιλανθάνου ταῦτα· εἰ δὲ καὶ ἀναμνησθείης, τῷ διαβόλῳ ταῦτα λογίζου. Σύλλεγε δὲ, εἴ τί σοι χρηστὸν εἶπε πώποτε, καὶ ἐποίησε. Κἂν τῇ τούτων ἐνδιατριβῇς μνήμῃ, ταχέως καταλύσεις τὴν ἔχθραν. Κἂν μέλλῃς ἐγκαλεῖν καὶ διαλέγεσθαι, πρότερον τὸ πάθος ἐκβαλὼν καὶ τὸν θυμὸν σβέσας, οὕτως εὐθόνας ἀπαίτει, οὕτως ἔλεγχε, καὶ δυνήσῃ περιγενέσθαι ῥᾳδίως. Θυμούμενοι γὰρ οὔτ' εἰπεῖν, οὔτ' ἀκοῦσαί ποτε δυνησόμεθά τι ὑγιές· ἀπαλλαγέντες δὲ τοῦ πάθους, οὔτ' αὐτοὶ ῥῆμά ποτ' ἐξοίσομεν τραχὺ, οὔθ' ἑτέρων λεγόντων οὕτως ἀκουσόμεθα. Οὐ γὰρ ἡ τῶν λεγομένων φύσις, ὡς ἡ τῆς ἔχθρας πρόληψις ἡμᾶς ἀγριοῦν εἴωθε. Πολλάκις γοῦν παρὰ φίλων τὰς αὐτὰς ἀκούσαντες λοιδορίας παιζόντων, ἢ καὶ χαριεντιζομένων, ἢ καὶ παρὰ παιδίων μικρῶν, οὐ μόνον οὐδὲν ἐπάθομεν ἀηδὲς, οὐδ' ἐξηγριώθημεν, ἀλλὰ καὶ ἐγελάσαμεν καὶ διεχύθημεν· οὐ γὰρ μετὰ διεφθαρμένης ἠκούσαμεν γνώμης, οὐδὲ μετὰ ψυχῆς θυμῷ προκατειλημμένης. Ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν, ἂν σβέσῃς

[b] Reg. unus *συντρίβει ὀστᾶ.*

[c] Ita Regii duo melius quam Editi qui habent διὰ ψαφιλοῦς.

[a] Reg *ἐκπορεύεται.*

ν θυμὸν, ἂν τὴν ἔχθραν ἐκβάλῃς, οὐδέν σε τῶν ἐγομένων λυπῆσαι δυνήσεται.

modo audiemus. Neque enim ipsa perinde natura eorum quæ dicuntur, atque animus odio occupatus nos exasperare solet. Frequenter enim fit, ut cum eadem convicia audimus ab amicis jocantibus facetiisve ludentibus, aut a pueris parvulis, non solum nullam sentiamus molestiam, neque exasperemur, sed rideamus etiam, atque exhilaremur, eo quod illa non audiamus animi affectu corrupto, neque mente ira præoccupata. Itidem in inimicis, si exstinxeris iram, si odium ejeceris, nihil verborum quæ dicuntur te poterit offendere.

Καὶ τί λέγω, τῶν λεγομένων; Οὐδὲν τῶν γινομέ- D νων, ὥσπερ οὐδὲ τὸν μακάριον τοῦτον· ἀλλ' ὁρῶν τὸν πολέμιον κατὰ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας ὁπλιζόμενον, καὶ πάντα διὰ τοῦτο κινοῦντα, οὐ μόνον οὐκ ἠγρίανεν, ἀλλὰ καὶ εἰς πλείονα ἦλθε συμπάθειαν· ὅσῳ μείζονα ἐπεβούλευε, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν ἐδάκρυεν. Ἤδει γὰρ, ἤδει σαφῶς, ὅτι οὐχ ὁπάσχων κακῶς, ἀλλ' ὁ ποιῶν, οὗτός ἐστι δακρύων ἄξιος καὶ θρήνων, ἑαυτὸν καταβλάπτων. Διὰ τοῦτο καὶ μακρὰν πρὸς αὐτὸν συνέθηκεν ἀπολογίαν, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως καὶ E αὐτὸν ἀπολογήσασθαι παρεσκεύασε μετὰ δακρύων καὶ θρήνων. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνώμωξε καὶ πικρὰν ἀφῆκε φωνὴν, καὶ μέγα ἀνωλόλυξεν, ἄκουσον τί φησι. Δίκαιος σὺ ὑπὲρ ἐμὲ, ὅτι σὺ μὲν ἀνταπέδωκάς μοι ἀγαθὰ, ἐγὼ δ' ἀνταπέδωκά σοι κακά. Ὁρᾷς πῶς καὶ τῆς οἰκείας κακίας καταγινώσκει, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀνυμνεῖ τοῦ δικαίου, καὶ μηδενὸς ἀναγκάζοντος ἀπολογεῖται; Οὕτω καὶ σὺ ποίησον. Ἐπειδὰν λάβῃς τὸν ἐχθρὸν, μὴ κατηγορήσῃς, 781 ἀλλ' ἀπολόγησαι, ἵνα παρασκευάσῃς ἐκεῖνον ἑαυτοῦ A κατηγορῆσαι. Ἂν μὲν γὰρ ἡμεῖς κατηγορῶμεν, τραχύνεται· ἂν δ' ἀπολογησώμεθα, ἐντρεπόμενος ἡμῶν τὴν ἐπιείκειαν, αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορήσει λοιπόν. Καὶ οὕτως ὅ τε ἔλεγχος ἀνύποπτος γίνεται, ἐκεῖνός τε τῆς πονηρίας ἀπαλλάττεται πάσης. Ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα συνέβη· καὶ κατηγορεῖ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ὁ ἀδικήσας, τοῦ ἠδικημένου σιγῶντός. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, εἰργάσω εἰς ἐμὲ ἀγαθὰ, ἀλλ', Ἀνταπέδωκάς μοι ἀγαθά· τουτέστιν, ἀντὶ τῆς ἐπιβουλῆς, ἀντὶ τῆς σφαγῆς, ἀντὶ τῶν μυρίων κακῶν ἐκείνων εὐεργεσίαις ἡμᾶς ἡμείψω μεγάλαις. Ἐγὼ δ' οὐδ' οὕτως ἐγενόμην βελτίων, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς εὐεργεσίας ἐκείνας B ἐπέμεινα τῇ πονηρίᾳ· καὶ οὐδ' οὕτω μετεβάλου, ἀλλὰ διέμεινας τὸν σαυτοῦ διατηρῶν τρόπον, καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐπιβουλεύοντας εὐεργετῶν. Πόσων οὐκ ἂν εἴη στεφάνων ἄξιος καθ' ἕκαστον τῶν ῥημάτων τούτων ὁ Δαυίδ; Εἰ γὰρ καὶ τὸ στόμα αὐτὰ ἐφθέγγετο τοῦ Σαοὺλ, ἀλλ' ἡ σοφία καὶ ἡ τέχνη τοῦ Δαυὶδ εἰς τὴν ἐκείνου κατεφύτευσεν αὐτὰ ψυχήν. Καὶ ἀπήγγειλάς μοι σήμερον, φησὶν, ἃ ἐποίησάς μοι ἀγαθὰ, ὡς ἀπέκλεισέ με Κύριος σήμερον εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ οὐκ ἀπέκτεινάς

8. Quid autem loquor de verbis? Ne facta quidem offenderint, quemadmodum nec beatum hunc quidquam horum offendit: sed cum videret inimicum adversus ipsius incolumitatem armatum, hujusque gratia nihil intentatum relinquentem, non solum non est exasperatus, verum magis illius indoluit malis: quo vehementius insidiabatur ille, hoc impensius eum deflevit. Noverat enim, noverat, inquam, certo, non E eum qui patitur injuriam, sed qui facit, lacrymis ac lamentis esse dignum, ut qui lædat seipsum. Ideo longa apud illum excusatione est usus, nec prius destitit, quam et hostem commoveret ad excusationem cum lacrymis ac lamentis. Posteaquam enim ploravit vocemque amaram emisit, posteaquam clare ejulavit, quid dicat audi. *Justior tu me es, quoniam tu mihi retribuisti bona, ego vero retribui tibi mala.* Vides ut A suam ipsius damnat malitiam, ac justi virtutem prædicat, nulloque cogente ipsum purgat? Idem tu facito. Cum hostis offenderit in manus tuas, noli accusare illum, sed ipsum purga, ut illum perpellas ad sui ipsius condemnationem. Nam si nos accusemus, exasperatur: sin nos excusaverimus, ille reveritus nostram humanitatem, mox seipsum condemnabit. Hoc pacto simul et redargutio fit carens suspicione, et ille omnem exuit malitiam. Quod et hic evenit: cum tacet is qui affectus erat injuria, is qui fecerat multa cum vehementia seipsum accusat. Neque B enim simpliciter dixit, Fecisti mihi bona, sed, *Retribuisti mihi bona:* hoc est, Pro insidiis, pro cæde, pro malis illis innumeris magna mihi rependisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua benefacta perseveravi in malitia: tu vero ne sic quidem es immutatus, sed constanter tuum obtinuisti morem, nos iterum tibi insidiantes beneficiis prosequens. In hisce singulis verbis, quot coronis dignus apparuit David? Quamquam enim os Saülis

Dignior lacrymis, qui facit injuriam.

1. *Reg.* 24. 18.

ista sonabat, sapientia tamen et ars Davidis ea in animum illius inseverat. *Renuntiasti,* inquit, *mihi hodié quæ mihi feceris bona, cum me Dominus hodie concluserit in manus tuas, nec occideris me.* En rursus de altera ejus virtute perhibuit testimonium, videlicet, quod benemeritus non tacuerit, neque dissimularit, sed accedens narraverit: non quidem ad ostentationem, sed ipsis factis illum docere cupiens, se de numero eorum esse, qui regi bene cuperent, ejusque commodis prospicerent, non eorum qui tenderent insidias. Tum enim fas est propria commemorare beneficia, cum insignis hinc speratur utilitas. Nam quoties nulla data occasione jactat quis ac prædicat sua in alium beneficia, nihilo melior est exprobrante; cæterum quoties id facit, ut male affectum et pravam de ipso opinionem habentem flectat in diversum, is et curator est et benefícus: quod sane fecit David, non a Saüle gloriam captans, sed iram in illo radicatam evellere studens. Atque ideo Saül collaudavit eum, quod et benemeritus esset, et merita commemorasset. Dein cum Saül referre gratiam cupiens, non inveniret ullam parem, ipsum Deum illi pro se constituit debitorem, ita loquens: *Si inveniet aliquis inimicum suum in angustia, et dimittet illum in via bona, et Dominus reddet illi bona, quemadmodum fecisti tu mihi hodie.* Quid enim poterat Saül reponere dignum meritis, etiamsi regnum dedisset cum omnibus oppidis? Neque enim oppida modo et regnum, verum et vitam ipsam donarat illi David: hic vero non habebat alteram vitam, quam rependeret: eoque illum relegat ad Deum, et ab illo dandis præmiis honorat: et hunc laudans, et universos erudiens, tum majora nobis apud Deum præmia reposita esse, cum pro innumeris beneficiis in hostem collatis diversa recipimus. Post hæc ait: *Ecce agnosco, quod regnans regnabis, quódque regnum Israël constituetur in manu tua. Et nunc jura mihi per Dominum, quod non aboliturus sis semen meum post me, nec extingues nomen meum de domo patris mei.* Sed dic, obsecro, unde istud scis? Penes te sunt exercitus, penes te sunt pecuniæ, arma, civitates, equi, milites, breviter universa vis apparatus regii: hic contra desertus ac nudus, nec civitatem, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Davidis moribus. Neque enim nudus et inermis ac desertus me armatum, tantaque circumvalla-

1. *Reg.* 24. 19.

Ibid. v. 20.

Tum maxime certa nos manent apud Deum præmia, cum ab hominibus negantur.

Ibid. v. 21. 22.

με. Καὶ ἑτέραν αὐτῷ μαρτυρεῖ πάλιν ἀρετὴν, ὅτι εὐεργετήσας οὐκ ἐσίγησεν, οὐδ' ὑπερεῖδεν, ἀλλ' ἐλθὼν εἶπεν, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν διδάξαι, ὅτι τῶν κηδομένων ἐστὶ καὶ προνοούντων, οὐ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ πονηρευομένων. Τὸ γὰρ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας λέγειν ἔστιν, ὅπου τὸ κέρδος ἔχει μέγιστον. Ὅταν γὰρ μηδεμιᾶς ὑποθέσεως οὔσης προσφέρῃ τις αὐτὰς καὶ ἀνακηρύττῃ, τῶν ὀνειδιζόντων οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται· ὅταν δὲ βουλόμενος πεῖσαι τὸν διεφθαρμένον, καὶ πονηρὰν περὶ αὐτοῦ πρόληψιν ἔχοντα τοῦτο ποιῇ, κηδεμών ἐστι καὶ εὐεργέτης· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Δαυὶδ ἐποίησεν, οὐ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης ἐρῶν, ἀλλὰ τὸν ἐῤῥιζωμένον ἐν αὐτῷ θυμὸν ἀνασπάσαι βουλόμενος. Καὶ διὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸν ἐπήνεσεν, ὅτι καὶ εὐεργέτησε, καὶ τὴν εὐεργεσίαν εἶπεν. Εἶτα ζητῶν ἀμοιβὴν, καὶ οὐδεμίαν ἔχων τῶν γεγενημένων ἴσην εὑρεῖν, τὸν Θεὸν αὐτὸν αὐτῷ δίδωσιν ὀφειλέτην, οὕτως λέγων· Ὅτι εἰ εὕροι τις τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἐν θλίψει, καὶ ἐκπέμψει αὐτὸν ἐν ὁδῷ ἀγαθῇ, καὶ Κύριος ἀνταποδῷ αὐτῷ ἀγαθὰ, καθὼς πεποίηκας σὺ σήμερον. Τί γὰρ καὶ εἶχεν ἄξιον ἀποδοῦναι τῶν εὐεργεσιῶν, εἰ καὶ τὴν βασιλείαν ἔδωκε, καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας; Οὐ γὰρ πόλεις ἁπλῶς καὶ βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐχαρίσατο ὁ Δαυίδ· οὗτος δὲ ψυχὴν ἀντιδοῦναι ἑτέραν οὐκ εἶχε. Διὰ τοῦτο αὐτὸν τῷ Θεῷ παραπέμπει, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν γεραίρει ἀμοιβαῖς, τοῦτόν τ' ἐπαινῶν, καὶ παιδεύων ἅπαντας, ὅτι τότε μείζους ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ κείσονται αἱ ἀντιδόσεις, ὅταν μυρία τοὺς ἐχθροὺς ἀγαθὰ ποιήσαντες, τὰ ἐναντία ἀπολάβωμεν. Εἶτά φησιν, ὅτι Ἰδοὺ ἐγὼ γινώσκω, ὅτι βασιλεύων βασιλεύσεις, καὶ στήσεται ἡ βασιλεία Ἰσραὴλ ἐν χειρί σου. Καὶ νῦν ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα μὴ ἐξολοθρεύσῃς τὸ σπέρμα μου ὀπίσω μου, καὶ μὴ ἀφανίσῃς τὸ ὄνομά μου ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Καὶ πόθεν γινώσκεις, εἰπέ μοι, τοῦτο; Παρὰ σοὶ τὰ στρατόπεδα, παρὰ σοὶ τὰ χρήματα, τὰ ὅπλα, αἱ πόλεις, οἱ ἵπποι, οἱ στρατιῶται, ἅπασα τῆς βασιλικῆς παρασκευῆς ἡ δύναμις· οὗτος δὲ ἔρημος καὶ γυμνὸς, ἄπολις καὶ ἀνέστιος, ἄοικος. Πόθεν οὖν ταῦτα λέγεις, εἰπέ μοι; Ἀπ' αὐτοῦ μὲν οὖν τοῦ τρόπου. Οὐ γὰρ ἂν ὁ γυμνὸς καὶ ὅπλος καὶ ἔρημος ἐμοῦ τοῦ καθωπλισμένου καὶ τοσαύτην περιβεβλημένου δύναμιν περιεγένετο, εἰ μὴ τὸν Θεὸν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ· ὁ δὲ τὸν Θεὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, πάντων ἐστὶν ἰσχυρότερος. Εἶδες οἷα φιλοσοφεῖ μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Σαούλ; εἶδες πῶς

782 A B C D E

δυνατὸν ἅπασαν ἀποπτύσαι πονηρίαν καὶ μεταβαλέσθαι, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἐπανελθεῖν;

Μὴ τοίνυν καταῤῥαθυμῶμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Κἂν γὰρ πρὸς αὐτὰ κατενεχθῶμεν τῆς κακίας τὰ βάραθρα, δυνατὸν ἑαυτοὺς ἀνακτήσασθαι πάλιν, καὶ γενέσθαι βελτίους, καὶ πᾶσαν ἀποθέσθαι κακίαν. Εἶτα τί φησιν; Ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα μὴ ἐξολοθρεύσῃς τὸ σπέρμα μου ὀπίσω μου, καὶ μὴ ἀφανίσῃς τὸ ὄνομά μου ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Δέησιν ὁ βασιλεὺς τῷ ἰδιώτῃ προσάγει, καὶ ἱκετηρίαν C τίθησιν ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν ἑαυτοῦ παρακαλῶν τὸν φυγάδα. Καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Δαυὶδ ἀρετῆς τεκμήριον, τὸ περὶ τῶν τοιούτων θαῤῥῆσαι τὸν ἐχθρόν. Εἰ δ' ὅρκον ἀπαιτεῖ, οὐκ ἀπιστῶν τῷ τρόπῳ τοῦ Δαυὶδ, ἀλλ' ἐννοῶν ὅσα εἰς αὐτὸν εἰργάσατο κακά. Ὄμοσόν μοι, μὴ ἀφανίσαι τὸ σπέρμα μου ὀπίσω μου. Ἐπίτροπον τὸν πολέμιον καταλιμπάνει τῶν ἑαυτοῦ παίδων, καὶ ταῖς ἐκείνου χερσὶν ἐντίθησι τὰ ἔκγονα, μονονουχὶ τῆς δεξιᾶς αὐτῶν λαβόμενος διὰ τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ τὸν Θεὸν μεσίτην εἰσάγων. Τί οὖν ὁ Δαυίδ; Ἆρα κἂν μικρὸν D εἰρωνεύσατο πρὸς ταῦτα; Οὐδαμῶς· ἀλλ' εὐθέως ἐπένευσε, καὶ τὴν χάριν ἔδωκε· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Σαοὺλ, οὐ μόνον οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλὰ καὶ πλέον, ὧν ὡμολόγησε, τότε παρέσχε. Τὸν γὰρ ἔκγονον τὸν τούτου, χωλὸν ὄντα καὶ πεπηρωμένον τὸ σκέλος, εἰς τὴν οἰκίαν εἰσήγαγε τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὁμοτράπεζον ἐποίησε, καὶ τῆς μεγίστης ἠξίωσε τιμῆς· καὶ οὐκ ἠρυθρία, οὐδ' ἐνεκαλύπτετο, οὐδὲ τὴν τράπεζαν ἐνόμιζε καταισχυνθῆναι τὴν βασιλικὴν τῇ πηρώσει τοῦ παιδός· ἀλλ' ἐνεκαλλωπίζετο καὶ ἐνηβρύνετο μᾶλλον. E Καὶ γὰρ ἕκαστος τῶν συνδειπνούντων αὐτῷ, μεγάλην φιλοσοφίας διδασκαλίαν λαμβάνων ἀπῄει. Ὁρῶν γὰρ τὸν ἔκγονον τοῦ Σαοὺλ, τοῦ τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένου τὸν Δαυὶδ, τοσαύτης ἀπολαύοντα παρ' αὐτῷ τιμῆς, εἰ καὶ πάντων θηρίων ἀγριώτερος ἦν, αἰσχυνόμενος καὶ ἐρυθριῶν πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐχθροὺς ἐσπένδετο. Καίτοι εἰ καὶ ἑτέρωθεν αὐτῷ τροφὴν ἐπέταξε, καὶ σιτηρέσιον ὥρισε τεταγμένον πολὺ, μέγα ἦν· τὸ δὲ καὶ εἰς αὐτὴν αὐτὸν ἀγαγεῖν τὴν τράπεζαν ὑπερβολὴν ἔχει φιλοσοφίας. Ἴστε γὰρ δήπου, ὡς οὐ σφόδρα εὔπορον ἐχθρῶν παῖδας φιλεῖν. Τί λέγω φι- 783 λεῖν; Μὴ μισεῖν μὲν οὖν, μηδ' ἐλαύνειν. Πολλοὶ γοῦν A καὶ τελευτησάντων τῶν ἐχθρῶν εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνων τὴν πρὸς ἐκείνους ἀφῆκαν ὀργήν. Ἀλλ' οὐχ ὁ γενναῖος οὗτος, ἀλλὰ καὶ ζῶντα τὸν πολέμιον διετήρησε, καὶ ἀπελθόντος ἐκείνου, τὴν περὶ ἐκείνου εὔνοιαν εἰς τοὺς παῖδας ἐνεδείξατο. Τί τῆς τραπέζης τῆς

tum potentia superasset, nisi Deum haberet adjutorem; porro qui Deum habet faventem, omnibus est potentior. Vides ad quantam philosophiam Saül post insidias deductus sit? vides qui fieri possit, ut inimicus omnem exspuat malitiam, immutatusque ad meliora sese recipiat?

9. Ne velimus itaque de nostra salute despondere animum. Quandoquidem etiamsi ad ipsa malitiæ barathra fuerimus deducti, fieri potest ut nos ipsos inde revocemus, et omnem deponamus malitiam. Deinceps quid ait? *Jura mihi per Deum, quod non abolebis semen meum post me, nec obliterabis nomen meum de domo patris mihi.* Rex privatum rogat: qui diademate cinctus est, supplicem agit, pro filiis suis obsecrat exsulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Davidis, quod hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam quod jusjurandum exigit, non eo facit, quod diffidat Davidis moribus, sed quod reputet quot malis illum affecisset. *Jura mihi, te non aboliturum semen meum post me.* Hostem filiis suis relinquit tutorem, suamque prolem in illius deponit manus, dum his verbis filiorum ac Davidis manus apprehendens, Deum sequestrem inducit. Quid igitur David? Num vel leviter dissimulatione et ironia ad hæc usus est? Nequaquam: sed protinus annuit, quodque petebatur concessit: ac mortuo Saüle, non modo non occidit illius posteros, sed tum plura præstitit quam erat pollicitus. Siquidem filium ejus, cum esset claudus ac debilis cruribus, in suam ipsius domum induxit, suæque mensæ fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lautiorem fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibant magnam philosophiæ doctrinam consequuti. Cum enim viderent Saülis filium, illius qui tanta mala patrarat adversus Davidem, tanto in honore haberi apud ipsum, etiamsi feris omnibus fuissent immitiores, pudore tamen ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiam. Quamquam si etiam ipse aliunde illi cibum dari jussisset, certumque victus modum ordinasset, valde magnum erat: sed illum ad suam ipsius mensam recipere, eximiæ est philosophiæ. Scitis profecto, non esse facile hostium filios diligere. Quid dixi diligere? Non odisse, non persequi, magnum est. Itaque multi defunctis inimicis, in illorum liberos iram, quam in eos habebant, effuderunt. At non ita generosus ac magnanimus iste, sed et viventem inimicum observavit, et illo

Hostem Saul filiis tutorem reliquit.

2. *Reg.* 9.

In filios hostis bene-

volus Da- vid.

defuncto, benevolentiam quam erga illum gesserat filiis exhibuit. Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filii hostis, hostis, inquam, occidere conati? quid illo convivio spiritualius, in quo tam multæ abundabant benedictiones? Angeli potius quam hominis convocantis erat. Siquidem inimici filios amplecti et amare, et illius filium, qui toties ipsum tentasset e medio tollere, atque id moliens excessisset e vita, id facit ut in illum chorum referatur. Hoc tu quoque facito, carissime, et viventium et mortuorum filios fovens: viventium quidem, ut hoc modo parentes illorum tibi concilies: defunctorum vero filios curans, ut a Deo multum tibi pares favorem, plurimisque coronis decoreris, utque innumera ab omnibus vota precesque consequaris, non ab iis tantum qui tuis beneficiis adjuti sunt, verum etiam ab iis qui viderunt. Hoc pro te stabit in illo die, magnique tibi futuri sunt patroni in judicii tempore, hostes tuo beneficio adjuti: multa peccata expiabis, et reposces mercedem. Etiamsi innumera commiseris peccata, si proferas illam precationem, quæ dicit: *Remittite inimicis vestris, et Pater vester remittet vobis peccata vestra:* multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris atque hic interim bona cum spe vives, habiturus omnes amanter erga te affectos. Cum enim viderint te inimicos et inimicorum filios sic diligere, qui fieri poterit, ut non affectent tibi amici tuique studiosi fieri, et omnia tua causa tum facere tum pati? Porro cum tantum apud Deum tibi pares favorem, cum cunctos habeas omnia bona tibi comprecantes, quam sensurus es molestiam, aut quis te vitam vivat feliciorem? Hæc in hac vita non tantum laudemus, verum etiam hinc egressi servemus, ac obambulantes inimicos perscrutandi gratia, eos nobis reconciliemus, et ex inimicis sinceros reddamus amicos. Quod si etiam excusatione fuerit opus, veniaque ab ipsis petenda fuerit, ne recusemus, etiam si ipsi fuerimus injuria affecti. Hoc pacto copiosior nobis erit merces, hoc pacto major fiducia, hoc pacto cælorum regnum haud dubie consequemur, gratia et bonitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria, imperium, honor nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 6. 14

ἐκείνου ἁγιώτερον, ἢν ἐχθροῦ παῖδες ἐκύκλουν, καὶ ἐχθροῦ σφαγέως; τί τῆς εὐωχίας ἐκείνης πνευματικώτερον, ἐν ᾗ τοσαῦται ἔβρυον εὐλογίαι; Ἀγγέλου μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπου συγκροτοῦντος ἦν. Τὸ γὰρ ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν τοὺς παῖδας τοῦ μυριάκις αὐτὸν ἀνελεῖν ἐπιχειρήσαντος, καὶ οὕτω τὴν ζωὴν καταλύσαντος, εἰς ἐκεῖνον αὐτὸν τελεῖν ποιεῖ τὸν χορόν. Τοῦτο καὶ σὺ ποίησον, ἀγαπητέ, καὶ ζώντων καὶ τελευτώντων τῶν ἐχθρῶν τοὺς παῖδας θεραπεύων· ζώντων μὲν, ἵνα τῷ τρόπῳ τούτῳ καταλλάξῃς αὐτῶν τοὺς πατέρας· ἀπελθόντων δὲ τοὺς παῖδας θεραπεύων, ἵνα παρὰ τοῦ Θεοῦ πολλὴν ἐπισπάσῃ τὴν εὔνοιαν, καὶ μυρίους ἀναδήσῃ στεφάνους, καὶ μυρίας δέξῃ παρὰ πάντων εὐχὰς, οὐχὶ τῶν εὖ πασχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν δρώντων. Τοῦτό σοι κατ' ἐκείνην προστήσεται τὴν ἡμέραν, καὶ μεγάλοι συνήγοροί σου οἱ εὐεργετηθέντες ἐχθροὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ἔσονται, καὶ πολλὰ διαλύσῃ τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ ἀπαιτήσεις τὸν μισθόν. Κἂν μυρία πεπλημμεληκὼς ᾖς, τὴν εὐχὴν ἐκείνην προτεινόμενος τὴν λέγουσαν, Ἄφετε τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν, μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τὴν ἄφεσιν λήψῃ τῶν ἡμαρτημένων ἁπάντων, καὶ ἐνταῦθα δὲ μετὰ χρηστῆς βιώσῃ τῆς ἐλπίδος, καὶ πάντας ἕξεις εὐνοϊκῶς πρὸς σὲ διακειμένους. Οἱ γὰρ ὁρῶντες ὅτι τοὺς ἐχθροὺς καὶ τοὺς ἐκείνων παῖδας οὕτω φιλεῖς, πῶς οὐχ αἱρήσονται φίλοι γενέσθαι καὶ ἐπιτήδειοι, καὶ πάνθ' ὑπὲρ σοῦ καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν; Ὅταν οὖν τοσαύτης μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς εὐνοίας ἀπολαύῃς, οὕτω δὲ πάντας ἔχῃς ταγαθά σοι συνευχομένους ἅπαντα, τίνος αἰσθήσῃ λυπηροῦ, τίνων δ' οὐ βιώσεις μακαριώτερον βίον; Ταῦτα μὴ ἐνταῦθα θαυμάζωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξελθόντες φυλάττωμεν, καὶ περιελθόντες, καὶ διερευνησάμενοι τοὺς ἐχθροὺς ἕκαστος τοὺς ἑαυτοῦ, καταλλάξωμεν ἡμῖν ἑαυτοῖς, καὶ φίλους ποιήσωμεν γνησίους. Κἂν ἀπολογήσασθαι δέῃ, καὶ συγγνώμην αἰτῆσαι παρ' ἐκείνων, μὴ παραιτώμεθα, κἂν αὐτοὶ ὦμεν ἠδικημένοι. Οὕτω μείζων ἡμῖν ὁ μισθὸς, οὕτω πλείων ἡ παῤῥησία, οὕτω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτευξόμεθα πάντες, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

FINIS.

SELECTA

EX NOTIS HENRICI SAVILII

ET JOANNIS BOISII

IN QUARTUM TOMUM

OPERUM SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI.

HIS NOTULAS ADJICIMUS ALIO CHARACTERE, ASTERISCO PRÆVIO.

SELECTA EX NOTIS HENRICI SAVILII IN HOMILIAS IN GENESIM.

Pag. 7. A. 12. εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν, *Statum et solemnem diem;* sic hom. 11, n. 2, τὴν κυρίαν ἡμέραν interpretatur, τὸν λιμένα τῆς ἁγίας ἑορτῆς. **Vide notam nostram*[b] *p. 7, ubi male ponitur hom. II. pro homil. 11.*

P. 17. D. 7. μίαν ἐμφαίνων ὠνόμασεν, *Unum diem significanter dixit*, Interpres. Boisius pro ἐμφαίνων legendum putat ἡμέραν.

P. 18. A. 7. τοῖς ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν κινουμένοις sc. προβλήμασι, ζητήμασιν, ἀπορήμασιν, *Argumentis deductis ex humanis rationibus.* Sic alibi utitur τῷ κινῆσαι, hom. 9 : τῶν τότε κινηθέντων ἡμῖν, i. e. *Argumentorum quibus usi sumus.*

P. 20. B. 1. τουτέστιν δδοί, glossema alicujus scioli ad verbum μεθοδεία. **Id certe non puto glossema esse, sed explicationem ipsius Chrysostomi.*

P. 22. A. 6. In pluribus Mss. est ἀνενεγκεῖν δυνηθῶ, ex quo Andreas Dounæus fecit ἀνενεγκεῖν δυνηθῶσι, quod ἀνενεγκεῖν non usurpetur fere nisi neutraliter, ut hac eadem homilia supra. Sed nos Constantinopolitanum optimum sequuti expunximus δυνηθῶ, atque ita erit ἀνενεγκεῖν activum quod exemplis non caret. Vide infra hom. 43.

P. 25. E. 7. τὰ παριστάμενα, *Quidquid in mentem subito temere venerit*, eadem significatione, qua ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν. Sic infra hom. 5, eodem sensu, quo τὰ ἐπιόντα λέγειν, *Quidquid in buccam venerit;* et homil. 13.

P. 26. B. 7. προστάγματα. Doctissimus Casaubonus legit πράγματα, et quidem hæ duæ voces in Mss. sæpe permutantur. **Πράγματα hic optime quadraret, sed omnes Mss. προστάγματα habent, et hac voce non læditur series.* C. 11. οὐκ ἂν παρέλειπε μὴ... διδάξαι, vel pleonasmus est τοῦ μή..., vel Atticismus.

P. 29. D. 5. μέχρι τῆς ἑσπέρας. Sic enim Quadragesimam hodieque, ut opinor, observant Græci. Vide hom. 8, et alibi non raro.

P. 30. A. 8. διακείμεθα. Rectius, et ex grammaticæ ratione, διακεώμεθα, uti monuit A. Dounæus. Sed hic sive lapsus, sive usus adeo frequens in κεῖμαι et compositis in hoc præsertim auctore, ut non librarii tantum culpa esse videatur.

P. 40. D. 2. ὑφ' ἓν, i. e. ἅμα, ὁμοῦ, ἀθρόως.

P. 47. D. 2. Lege cum Boisio καὶ καθάπερ ἱμάτιον ποικίλον. **Atqui locus ut est, optime habet.*

P. 62. A. 6. ταῦτα τὰ εἰρημένα. Vel ταῦτα abundare, vel ταῦτα εἴρηται legendum recte et ex usu linguæ notat A. Dounæus. **Locus, ni fallor, sine hac emendatione sanus est.*

P. 65. B. 11. ἐπιθολῶσαι. Boisius mavult ἐπιθολωθῆναι.

P. 77. E. 8. Post ἐποίησε recte addit unus Cod. καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν, πάντων etc.

P. 82. D. 6. πρός. Nostri et Reg. unus et alter Codex ἄκρως, alter Regius εὐκράτως, tertius, ut nos posuimus.

P. 88. D. 9. Assentior doctissimo Casaubono, ἄνευ ἀνάγκης glossema esse oppositum verbo ἁπλῶς; et E. linea 2. ita legit et distinguit, ἐκπομπεύειν, εἰ καί τινες ἐξ ἡμῶν εὑρεθεῖεν ἀγαθόν τι ἐργασάμενοι. ἐν ᾧ etc. Recte ut opinor. **Ego certe quantumvis opinionem Casauboni magni faciam, puto locum bene habere.*

P. 156. D. 2. γενῶν. A. Dounæus mavult γεννημάτων, et linea 4. pro ἐργάσιας, εὐεργεσίας: ingeniose utrumque. Codex unus progenῶν habet γηγενῶν.

P. 217. A. 10. οἱ πείνης προηγησαμένης. Deesse videtur aliquid ad fulciendum articulum οἱ, ἐσθίοντες, aut tale aliquid, quod respondeat τῷ ἐκκαιόμενοι sequenti. Regii tamen Codices ita habent.

P. 337. E. 16. ὥστε πολλὰ κατ' αὐτὸν γενέσθαι. Regii et nostri consentiunt. Interpres Latinus, *Ut multa*

posthac inciderent, per quæ Lot eruditetur. Mihi locus non videtur mendo carere, quod tamen eluere non possum, nisi pro κατ' αὐτόν legatur κατὰ ταὐτό, sed ἐπέχω. * *Probe notatur; sed quid si legatur* κατ' αὐτό *et referatur ad* μυστήριον? *Ut ut est, secundum hanc ex conjectura propositam lectionem Latina concinnavimus.*

P. 367. A. 7. Fortasse legendum τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ Μελχισεδέκ.

P. 555. C. 2. τὰ τῶν θηρίων. Vel legendum αὐτοὶ δὲ τῶν θηρίων φὼτὸν χεῖρον διέθηκαν, vel τὰ τῶν θηρίων αὐτὸν, καὶ χεῖρον διέθηκαν, recte monuit A. Dounæus. * *At mihi emendationes hujusmodi non placent. Libentius credam Chrysostomum multa ex tempore dicentem, non omnimodam συντάξεως habere rationem.*

P. 599. A. 8. κατέχεεν αὐτοῦ ἔλεος. Ὁμηρικὸν, inquit A. Dounæus, θεσπεσίην δὲ χάριν κατέχευεν Ἀθήνη, de Ulysse Odysseæ A, ut opinor. Ex hoc multisque aliis intelligimus, inquit A. D., quam eruditi fuerint Septuaginta Interpretes.

P. 636. C. 10. τῆς ἔξω γενέσεως: *Exterioris generationis.* Quid hoc rei est? Fortasse, inquit Andreas Dounæus, τῆς ἐξ ἀρχῆς γεν. Latinus Interpres videtur non legisse τὸ ἔξω: certe non vertit: omnes tamen libri nostri et Regii habent. Quid si legamus τῆς ἐξῆς γενέσεως? * *Mallem utrumque et ἔξω et ἐξῆς abesse.*

SELECTA EX NOTIS JOANNIS BOISII

In Homlias in Genesin.

Non solum notas tuas, quod unum tamen a me postulavisti, legi et excussi, quantaque potui cura ac diligentia cum contextu Chrysostomi comparavi, sed etiam ἐξ ἐπιμέτρου adjeci multa de meo, et, ut theologi loquuntur, supererogavi, non tamen ita ut supererogando me meritum quidquam esse putem, præter fistulam Ciceronis pastoritiam, qua idcirco dignus fortasse censear, quod sim ausus vesti quasi purpureæ supplementa ista crassiore filo contexta assuere. Emendationes enim omnes, quas affero, meæ sunt conjecturæ, et fortasse multis in locis parum probabiles nec satis scite confictæ. Sed ut non omnes dignas existimo, quæ eruditorum calculis approbentur; ita nonnullas, tametsi paucissimæ eæ sint, meliore sidere natas credo, quas ne emunctissimæ quidem naris critici sint prorsus aspernaturi. Potuissem, fateor, compendium laboris facere, et minore multo negotio (sicut in proximis ad te literis facturum me dixi) ea tantum loca expendere, quæ a te et A. Dounæo notata essent: sed cum multa præterea loca inter legendum occurrerent, quæ plurimum mihi molestiæ exhiberent, et (ut sciolorum mos est) mendosa crederem omnia, quæ non intelligerem: in homilis saltem in Genesin videndum putavi, an post tuam et Andreæ Dounæi messem spicæ aliquæ superessent quæ a me aut alio quopiam non sine fructu legerentur. Quoties itaque inter legendum hæsi vi, quoties ordo verborum non fuit mihi satis obvius, toties incessit suspicio latentis mendi, toties expedivi calamum, ut emendatorem agerem, quod non adeo mihi feliciter quidem cessit, quin multis in locis pro emendatore παραδιορθώτης fuerim, idque me ipso Aristarcho ac judice, sicut ex crebris lituris, quibus animadversiones meæ paginatim, ut sic loquar, maculatæ sunt, deprehendere licet. Quod si meipso judice toties peccavi, quanto plura sunt quæ reprehendantur ab aliis tanto ad judicandum aptioribus, quanto minus iis rebus quæ judicium corrumpunt obnoxiis? In notis tuis nihil displicet præter brevitatem et paucitatem. Cæterum cum cogito et sumptuum, quos fecisti, immensitatem, et non ferendos labores, quos per aliquot annos, qua exemplaria Chrysostomi conquirens, qua legens et relegens, qua emendans, qua invicem comparans sustinuisti, absolvo te ab omni culpa, imo miror potius quod reliquis laboribus (qui alium quemvis non invicti plane animi oppressissent) hunc etiam et notas tuas scribendi et alienas corrigendi addere voluisti. Andr. Dounæi notæ in Homm. in Genesin integræ ad me non pervenerunt. Nam in chartis quas accepi desiderantur omnes ab hom. 5 ad hom. 48, exceptis duntaxat fragmentis quibusdam. Quod ad reliquas homilias attinet, non exspectabis ut simili ea diligentia examinem, qua has in Genesin. Neque enim vires, neque otium patientur. Haud bene namque convenit pastorali meæ curæ (cujus onus totum solus sustineo) cum criticis istis curis. Quocirca aut in totum abdicare eas oportet, aut ita parce admittere, ut mihi alia ex necessitate agenti non sint impedimento.

HOMILIA I.

Pag. 2. E. 2. τὰς παστάδας. Chrysost. Hom. 49 in Matth. p. 316 (*Edit. Savil.*): τί οὖν ἐστιν αὐτῆς τὸ τέλος; Ὁ οὐρανὸς, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά· ἡ ὄψις ἡ ἀπόῤῥητος ἐκείνη· αἱ πνευματικαὶ παστάδες· αἱ φωτὸραι λαμπάδες· ἡ μετὰ τοῦ νυμφίου διαγωγή etc. Maccab. 1. 28: πᾶς νυμφίος ἀνέλαβε θρῆνον, καὶ καθημένη ἐν παστῷ ἐγένετο ἐν πένθει.

P. 3. C. 8. Ellipsis τοῦ ἤ, ante ὅταν, duriuscula mihi videtur, nec facile defendenda exemplo aliquo, quod ipsum item ab omni mendi suspicione immune sit. Quod autem A. Dounæo videbatur de hoc loco, idem et mihi de loco illo Hom. 2 in Matth. p. 13. l. 20. (*Edit. Savil.*), sicut notæ meæ testantur.

P. 4. A. 5. φαγῇ, an φάγῃ scribatur, parum refert. Si tu aut ego scriberemus aliquid Græce, φάγῃ potius quam φαγῇ diceremus. Sed si Septuaginta Interpretes habent φαγῇ, ut certe habent, et libri omnes in ea lectione consentiunt, per me obtineat illa licet.

HOMILIA II.

P. 8. A. 1. Lego: πότε δυνησόμεθα ταῦτα παραθεῖναι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ; Ὅτε etc.

P. 8. B. 6. καὶ σώφρονα ἐλευθέραν. Sic supra p. 2. D. 10: καὶ καθάπερ οἱ σώφρονά τινα καὶ κοσμίαν ἐλευθέραν. Ita enim malo, quam cum *καὶ* ante ἐλευθέραν, quia ἐλευθέρα ex eorum adjectivorum est genere, quæ substantivorum nonnumquam formam induunt.

P. 8. C. 4. Fort. ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων. E. 7. Melius fluëret oratio, mea sententia, si hæ duæ voces, ἀλλ' ἐπειδή, tollerentur, et deinde legeretur: Ἐξ ἀρχῆς γὰρ πλάσας, etc.

P. 9. B. 4. ἢ τὰ κατ' αὐτὸν μέλλοντα συμβήσεσθαι τὸν καιρόν : sc. τῆς προφητείας. I. e. *Illo ipso tempore, quo prophetatur*, vel statim post. Adrianus, Isagoge in S. Scripturam, prophetiarum 3 genera facit, pro triplici temporis discrimine. Quemadmodum enim tria tempora sunt, præteritum, præsens, futurum : sic etiam tres prophetiæ, de præteritis nimirum, præsentibus, et futuris. De præteritis, ut Mosis prophetia, περὶ τοῦ παντὸς συστάσεως. Nam, ut inquit auctor Synopsis prophetiarum, οὐ τὸ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν μόνον, ἢ προλέγειν, προφήτην ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ τῶν προγεγονότων τὴν γνῶσιν ἐκ Θεοῦ τις λαβὼν, προφήτης λέγεται. De præsentibus, quibus etiam annumerentur paulo post futura, ut Elizæi ad Gehazi, 4. Reg. 5. 26. De futuris, ut reliquorum fere prophetarum omnium.

P. 10. D. 11. Fort. τοῦ γαλακτοτροφεῖσθαι. Ibid. E. 2. Deleatur subdistinctio post διδάσκαλοι [quod fecimus], et nihil erit, quantum ego quidem video, difficultatis. Duo sunt διδάσκαλοι : primi et secundi. Primi accipiunt pueros a parentibus : secundi a primis. Primi tradunt elementa : secundi fundamentis jactis a primis perfectiora alia ædificant. Primis similis fuit Moses : secundis Joannes et Paulus.

P. 11. C. 6. Inter τὶς et εἰδὲ desiderari videtur τοιοῦτόν τι.

HOMILIA III.

P. 14. C. 7. Lego : ἀλλ' αὔξεται τὰ τῆς ἐπιῤῥοῆς, καὶ ἐπιδώσει τὰ νόμματα.

P. 15. A. 5 τοῖς ἀκολούθως εἰρημένοις : sc. τῷ Μωϋσεῖ, sive παρὰ τοῦ Μωϋσέως. Non multum diverse infra E. 5. οὐ προσέχοντες τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν εἰρημένων.

P. 17. C. 9. τοῖς ἀγνωμονεῖν βουλομένοις. Puto cum M. D. μὴ deesse ante βουλομένοις, ut sensus sit : Perpetuas vicissitudines dierum ac noctium satis superque docere quod credendum sit Scripturis, modo non sit aliquis adeo præfractus et pervicax, ut doceri et persuaderi recuset. Ἀγνωμονεῖν enim dicuntur, qui plane præfracti sunt, nec ulla se ratione vinci patiuntur, sed quasi clausis oculis tenebras ipsi sibi faciunt ; de quibus pulchre Theodoretus περὶ προνοίας 6, sub initium : ἀλλὰ τοὺς ἀγνώμονας οὔτε οὐρανοὶ πείθουσι διηγούμενοι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἥλιος ἐκπορευόμενος etc. Βουλομένοις, i. e. προαιρουμένοις. Regitur autem ab ἱκανὸν, ut non sit opus dativum accusativo permutare. Τῷ ἀγνωμονεῖν βουλομένῳ opponitur ὁ εὐγνώμονα ψυχὴν ἔχων, p. 27. C. 7. Ibid. 11. ἐναγαγεῖν : sub. αὐτοὺς, scilicet τοὺς μὴ βουλομένους. D. 7. μίαν ἐμφαίνων ὠνόμασεν. Participium ἐμφαίνων negligentia librariorum irrepsisse mihi videtur in locum substantivi ἡμέραν. Scribo itaque μίαν ἡμέραν ὠνόμασεν. E. 4. οὐ γὰρ ἠπόρει etc. Hinc colligo beatum Chrysostomum adeo diligenter versatum fuisse in libro Sapientiæ, ut ipsa etiam verba ejus in promptu et quasi in numerato haberet. Sic enim legimus Sap. 11. 44 : οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ, καὶ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης.

P. 22. A. 6. ἀνενεγκεῖν. De activo hujus verbi usu tecum jam plane sentio. Scripseram quædam in alteram partem, sed ejusmodi, ut eorum postea me pœniteret. Igitur delevi ea, ut vides. Nam nunc scio apud Chrysostomum multa loca occurrere, in quibus hoc verbum nisi active omnino non possit accipi. Inter alia vide infra homil. 43, post medium.

HOMILIA IV.

P. 23. B. 6. Pro τῷ πλάτει quid si τῷ βάθει? Eodemque modo aliis locis, nimirum hom. 6 ; vide infra hom. 15. Sed tam constans est hæc lectio, totiesque occurrit, ut nihil mutare ausim. D. 7. etc. ὥσπερ οὖν ὁ ἀδάμαντα παίων etc. Idem Hom. 42 in Matth. : καὶ ὁ ἀδάμαντα παίων ἑαυτῷ ἐπηρεάζει, καὶ ὁ πρὸς κέντρα λακτίζων ἑαυτὸν αἱμάττει, καὶ ὁ πῦρ πατῶν ἑαυτὸν κατακαίει. Chrysost. Hom. 24 in Matth. : καὶ γὰρ ὁ τὸν ἀδάμαντα πλήττων, αὐτός ἐστιν ὁ πληττόμενος, καὶ ὁ τὰ κέντρα λακτίζων, αὐτός ἐστιν ὁ κεντούμενος, καὶ τὰ χλεπὰ δεχόμενος τραύματα.

P. 24. A. 3. ἄπεισι γὰρ μεθ' ἡμῶν : *Abeunt enim nobiscum*, sc. migrantibus ex hac vita. Ib. l. 4. ἐκεῖ, i. e. in patria cælesti.

P. 25. C. 10. Inter ἡ γῆ et ὑπὸ τοῦ σκότους deesse videtur δηλονότι.

P. 26. C. 10. πληθυντικῶς, vel potius δυϊκῶς. Theodoretus tamen Quæst. 11 in Genesin : πληθυντικῶς, inquit, ἡ θεία Γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει λέγουσα· Οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν· ἐπειδὴ τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶττα οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὸ ὕδωρ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάσαι. Εὕροι δ' ἄν τις τοιαῦτα πολλὰ καὶ παρὰ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Ἀθήναν γάρ τὴν πόλιν οὐδεὶς ἑνικῶς ὀνομάζει, ἀλλ' Ἀθήνας πληθυντικῶς, etc.

P. 28. A. 4. Deleo καὶ ante διαπορήσας.

P. 29. E. 2. καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Sic Græca Biblia.

P. 31. A. 5. τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, verba sunt Pauli, Rom. 12. 10. Ib. ὑπερέχοντας ἑαυτῶν τοὺς πέλας ἡγεῖσθαι, verba item sunt Pauli, Philipp. 2. 3., nisi quod Paulus pro τοὺς πέλας habeat ἀλλήλους. Remittendus est igitur lector ad locum utrumque. * *Hæc lectionem Savilii respiciunt.* B. 3. ἔπειτα δὲ ἄγχειν τὸν λογισμὸν, subintellig. παιδεύσωμεν ἑαυτούς, ut supra dicitur.

HOMILIA V.

P. 32. C. 5. ἀνάλωτος : i. e. ἀναφαίρετος.

P. 35. D. 5. Delendum puto καὶ ante ἡ γῆ.

P. 39. C. 10. φιλοτιμίας : i. e. τιμῆς, δωρεᾶς, δόξης.

HOMILIA VI.

P. 39. D. 4. μικρὸν πνεύσαντος τοῦ διαβόλου. Sic paulo inferius pag. sequentis C. lin. 8. οὔτε ποταμοὶ προσέρρηξαν, ἀλλ' ἁπλῶς αὔρα τις μικρὰ διαβολικὴ ἔπνευσε, καὶ πάντας ὑμᾶς ἀνερρίπισε.

P. 40. D. 12. Mihi non displiceret, si post ἐρεῖμενοι interrogandi nota poneretur: *Num enim ideo dicendi laborem suscipimus, ut aures vestras simpliciter oblectemus, aut laudis apud vos nescio cujus adipiscendæ desiderio?* * *Interrogandi notam posuimus.*

P. 42. C. 9. Nescio an desideretur aliquid post διαμαρτύρασθαι. Sed potius arbitror non desiderari. Nam quid velit per διαμαρτύρασθαι, significatur his verbis infra, D. 1. μαθέτωσαν τοίνυν ἅπαντες etc.

P. 45. D. 11. Legendum suspicor ὃ καὶ καθολικῶς

καὶ περὶ τῶν μεγάλων φωστήρων εἴρηται, hoc est, *Et generatim* de omnibus stellis, *et* speciatim *de duobus magnis luminaribus*. De duobus enim luminaribus magnis dicitur peculiariter : εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός : de stellis autem omnibus in genere : ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός.

P. 46. A. 12. Lego τῶν ἡμερῶν, τὸν ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, [vel ποιεῖ, κατασκευάζει, ἐργάζεται,] καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸν κύκλον etc. Infra ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς, καὶ ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ κύκλος.

P. 47. A. 5. τῷ πλάτει. Fort. τῷ βάθει. Vide supra p. 23. B. 6. D. 2. Lego ἄνθεσι καλλωπιζομένην, καὶ καθάπερ etc. *Herbarum flores undique, tamquam vestem Phrygianam, aut polymitam, super eam expansos.* E. 3. Malim δοξάσομεν δὲ αὐτὸν οὐ διὰ τοῦτου μόνον, ἀλλά etc. Ordo : ἐὰν δὲ μὴ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπέσωμεν, ἀλλὰ ἐὰν [vel sine ἐὰν], πολλὰ χαίρειν εἰπόντες τ. δ. ἀ., τ. μ. π., κ. τ. π. σπ., κ. τ. σ. ἐ. τ. ᾳ. ε. ἐ. δοξάσομεν αὐτὸν οὐ διὰ τοῦτον μόνον, etc. Διὰ τοῦτον, i. e. διὰ τοῦ ἀναπέμπειν δοξολόγίαν.

HOMILIA VII.

P. 48. D. 9. Scribendum videtur οἱ μὲν ἰατροὶ, quia sequitur πατέρες δέ, non autem οἱ δέ. E. 7. Malim ποιησόμεθα, et θεπαπεύσομεν. * *Sic etiam posuimus.*

P. 50. B. 3. Pro ὑμῶν τὰς ὄψεις malim αὐτῶν τὰς ὄψεις. Quæ lucent enim, non seipsa, sed alia καταυγάζειν dicuntur : vel καταυγάζοντα ὑμῶν τὰς ὄψεις : i. e. *Cum viderint opera vestra lucere, et splendore suo, ut vos ipsi spectabiles sitis, efficere.* Hæc scripseram, nondum lecta mihi A. Dounæi annotatione.

P. 57. A. 2. Pro καὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας rectius fortasse ἀλλὰ τῆς etc. Ibid. 4. φιλανθρωπίας : i. e. *misericordiæ.*

HOMILIA VIII.

P. 59. E. 2. Legendum conjicio : ἀλλὰ τούτῳ τῷ προσχήματι.

P. 60. D. 3. Eodem jure quo supra p. 56. D. 6, et sequentibus aliquot verba ὁριστικὰ in ὑποτακτικὰ mutata fuere, etiam hic βούλονται et βλάπτονται in βούλωνται et βλάπτωνται mutanda sunt. * *Sic legimus.* E. 8. Deesse puto τούτων post ῥημάτων. Eadem præterea linea pro Τὸ γὰρ εἰπεῖν lego Τῷ γὰρ εἰπεῖν.

P. 61. A. 11. διὰ τῆς ἐπαγωγῆς : i. e. διὰ τῶν ἐπαγομένων. Ib. 12. κατὰ ποῖον λογισμόν : i. e. *Quo sensu.*

HOMILIA IX.

P. 65. A. 5. Deesse videtur αὐτά post παραχθῆναι. C. 12. Vel pro πότε lego πῶς, vel duplicem ἐρώτησιν facio, unam post ποιῆσαι, alteram post κακά. Deinde cum doctiss. præceptore meo sentio verbum aliquod post κακά desiderari, nimirum κατέχει, aut ἐπιπολάζει, aut εἰσκωμάζει, aut tale aliquod.

p. 66. B. 12. τῶν τότε κινηθέντων. Similis est usus verbi κινοῦμαι, supra hom. 4. Τῶν τότε κινηθέντων : i. e. τῶν τότε λεχθέντων, εἰρημένων, et κινουμένοις : i. e. λεγομένοις, προβαλλομένοις.

P. 67. A. 10. Suspecta est mihi dictio παχύτητος : pro qua tamen nescio quid reponam, ni forte καινότητος : cogitet vero lector, an non παχύτης hic pro pluralitate, ut sic dicam, possit accipi. Non enim locum mihi hic habere videtur συγκατάθασις illa ῥημάτων, de qua toties fit mentio postea. C. 5. Suspicor aliquid deesse post ἡ πρόνοια, veluti ἀβλαβεῖς ἡμᾶς διατηρεῖ, aut tale quid. D. 4. ἀλογώτεροι καὶ κτηνώδεις, i. e. εὐπειθέστεροι, καὶ εὐμεταχείριστοι : rectu faciliores et cicures, ut jumenta illa, quibus quotidie utimur. Sic enim accipienda sunt vocabula ista, ut constet oppositio inter ἀλογώτεροι, et θηριωδέστεροι. D. 6. Pro τῷ λογισμῷ, malim τῷ λόγῳ, sc. τῷ ὀρθῷ λόγῳ. E. 6. Lego : καὶ πόσης οὐκ ἂν εἴη τοῦτο κατηγνώσεως ἄξιον;

P. 68. A. 8. Pro δυνατόν rectius, ut mihi videtur, δύνασαι.

P. 71. B. 2. ἐναύλους ἔχειν, *In memoria recentes habere.* Homil. 61 in Matth. p. 391, de servo illo crudeli, qui conservum suum in carcerem conjecit : Ἐξελθὼν γὰρ αὐτὸς, οὐδὲ μετὰ χρόνου πολὺν, ἀλλ' εὐθέως, ἔναυλον ἔχων τὴν εὐεργεσίαν, εἰς κακίαν ἀπέχρήσατο τῇ δωρεᾷ : i. e. *Cum adhuc recens esset beneficii a domino accepti memoria.*

HOMILIA X.

P. 72. D. 9. Pro οὐδὲ χρεία ἡμῖν ἦν rectius fortasse οὐδὲ χρεία ἡμῖν ἐστιν. Ἐστὶ enim melius respondet verbis præcedentibus. E. 10. Lego : ἐν ταύτῃ μᾶλλον. Sic p. 74. C. 9. ἐν τῇ τῶν π. ε. π. τ. σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι.

P. 73. E. 3. Deesse videtur particula δέ post τάχα. * *V. notam ibi.*

P. 74. A. 1. Quid si sic, particula una transposita : ἀλλὰ καὶ ἐγκαλύπτεσθαι καθάπερ οἱ προσκεκρουκότες, καὶ οὕτως ε. τ.? *Ibid.* legatur : καὶ καθάπερ οἱ προσκεκρουκότες τῷ Θεῷ : ut hoc non addatur, necessario certe debet intelligi ; αἰσχυνόμεθα enim et ἐγκαλυπτόμεθα quando in conspectum hominum venire non audemus : ἑαυτοὺς autem ταλανίζομεν, quando Deum nobis iratum sentimus. Tanto plus est ergo ταλανίζειν ἑαυτόν, quam αἰσχύνεσθαι et ἐγκαλύπτεσθαι, quanto magis est formidandum, Deum quam homines offendere : Deo quam hominibus displicere.

P. 75. C. 1. τὴν τιμὴν ἐπιδεικνύμενος τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος διαπλάττεσθαι. Supra p. 67. A. 10 : ἐνέφηνε τὴν τιμὴν, εἰς τὸν μέλλοντα δημιουργεῖσθαι.

P. 76. B. 3. Conjicio legendum : καὶ ἵνα μηδεμίαν καταλίπῃ ἀπολογίας πρόφασιν τοῖς ἀναισχύντως μάχεσθαι βουλομένοις etc. : τὸ ἀναίσχυντον enim πρόφασιν radit aures meas. Ibid. 13. Deesse arbitror τοῦτο post δὲ καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο.

p. 77. C. 12. Verba omnia inter Δεσπότης et εἰπών notis parentheticis includenda puto, quo nimirum participiorum concursu et ἐπαλληλία aures minus offendantur. Aliter. Multo commodior esset lectio, si hic conciperetur : προλαβὼν ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης παρα μυθεῖται αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, καὶ δείκνυσιν ὡς καὶ αὐτὸς καὶ τὰ ἄλογα πάντα πολλὴν ἕξει τὴν ἀρθονίαν, τῆς γῆς τῷ προστάγματι σοῦ Δεσπότου πρὸς τὴν διατροφὴν τούτων ὑπηρετουμένης. Εἰπὼν γὰρ, Ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, εὐθέως, etc.

P. 78. A. 4. Fort. τὰ πάντα.

D. 8. Lege ψηφίζηται καὶ λέγῃ, quia præcedit ὅταν. Vide supra p. 60. D. 2.

E. 7. Verisimile est τι, aut τινά, deesse post ψηφιζομένους.

P. 80. B. 3. Legendumne sit ἅπασαν, an ἁπάσης, ignoro; hoc est, spatio hebdomadæ totius, unum diem consecrare, an hebdomadæ spatio, sive circuitu unum totum diem consecrare.

E. 8. οἱ ἀπολειφθέντες : i. e. *Absentes.*

P. 81. A. 4. διαθιβάσαντες : i. e. διαπορθμεύσαντες, ut supra aliquoties loquutus est.

B. 10. Nescio an desit ἀεί ante ἐν χάριτος μέρει. Cæterum ne semper beneficii loco hæc a vobis-docendi sint.

D. 10. Deesse videtur λέγω ante μετὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀπ.

HOMILIA XI.

P. 82. D. 7. Fort. ἵνα τοῦτο μάθητε.

E. 8. διανηπαύει. Exigere videatur τὸ ἑαυτῆς sequens et τὸ ἀνιεῖσα ut hac linea post διανηπαύει addatur ἡ νύξ.

P. 83 A. 4. παρασκευάζει : sc. ἡ νυκτερινὴ ἀνάπαυσις, vel ὁ Θεός.

A 9. Pro ἀποστάντος legendum procul dubio ἀποστάντος. Ἀποστάντος τοῦ θέρους, i. e. *Abscedente æstate*, sive, *Ubi æstas jam abscessit.* Non enim æstati venienti occurrit autumnus, sed discedenti succedit, hocque divina providentia ideo fit, ne subita migratione ab intensissimis æstatis caloribus ad intensissima hyemis frigora corpora humana damnum aliquod patiantur. De hac ipsa re pulcherrime, ut omnia, Theodoretus de Providentia lib. I : οὐ διχῇ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἐμέρισεν ὁ ποιητὴς, οὔτε θέρος ἡμῖν ἁπλῶς δέδωκε καὶ χειμῶνα, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀμέσως ἐπὶ τὰ ἄκρα μεταβαίνομεν, ἀλλὰ τὸ ἔαρ καὶ τὸ μετόπωρον μέσην λαχόντα τὴν κρᾶσιν, τοῦ κρυμοῦ καὶ τοῦ φλογμοῦ μέσα γίγνεται, καὶ τὸν ἀκρως ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν χειμῶνα οὐ τὸ ἄκρως ξηρὸν καὶ θερμὸν διαδέχεται θέρος, ἀλλὰ τὸ ἔαρ etc. Huc faciunt quæ sequuntur : διὰ τοῦτο ἐγγυμνάζεσθαι παρασκευάζει [sc. ὁ Θεὸς] πρὸ μὲν τοῦ χειμῶνος τῷ μετοπώρῳ, πρὸ δὲ τοῦ θέρους τῷ ἔαρι. Sunt enim ver et autumnus quasi μικρὰ μυστήρια æstatis et hyemis.

C. 1. Fort. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

P. 83. E. 10. ἔξεστιν ὑμῖν συνετοῖς οὖσι etc. Sic Terentius : *Dictum sapienti sat est.*

P. 84 A. 8. Delendum videtur κατά ante τὸ αὐτό.

C. 10. Pro posteriore οὕτως quid si πλούσιοι?

P. 85. A. 8. Nihil muto : sed tamen primo aspectu putaret quis pro ἐπιτεινομένην, ἐπιτείνοντα legendum. * *Nos legimus* ἐκτεινομένην.

P. 86. A. 7. Minus impedita esset oratio, si hæc tollerentur : ἵνα παρασκευάζῃ αὐτοῦ τὸν λογισμόν. E. 8. Fort. ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος. Nam τοσοῦτος et τηλικοῦτος parum aut nihil videntur differre.

P. 87. C. 11. Pro ἐπιμένειν malim ὑπομένειν. Præterea paulo ante pro κἂν scribendum videtur ἐὰν, vel ἂν. Sic enim priora cum posterioribus melius cohærebunt. D. 2. Fort. καὶ οὐκ ἀνεχόμενος. Ordo etiam verborum sic corrigendus videtur : ἀλλὰ δυσχεραίνων μετὰ τὸ ἐπιθεῖναι [αὐτὸ] τὸν λατρὸν καὶ οὐκ ἀνεχόμενος τῆς ἀλγηδόνος, πολλάκις ἀποῤῥίπτῃ τοῦτο. Est enim mutuus respectus inter μυριάκις ἐπιτιθέναι et πολλάκις ἀποῤῥίπτειν.

P. 88. A. 9. Deleo εἰς. C. 5. Deleo παρά ante τοῦ μακαρίου.

P. 90. B. 1. Nemo ex eruditioribus tibi succenseret si ἄγον in ἄγειν mutasses, tametsi refragantibus exemplaribus omnibus. * *Savilium alloquitur. Nos legimus* ἐναγαγεῖν. *Vide notam ibi.*

HOMILIA XII.

P. 91. B. 11. καὶ τὴν ἡδονὴν τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἡμῖν ἀκρωτηριάζοντας. Intelligit eos, ni fallor, qui festum Paschatis cum Judæis 14 luna celebrabant, non autem cum reliquis Christianis, die Dominica, sive die Resurrectionis Christi. Vide Euseb. Eccl. hist. l. 5, cap. 26, etc. E. 5. Fort. τῶν εἰς δύναμιν τὴν ἡμετέραν ἡκόντων.

P. 93. B. 2. ὑπηρετουμένη : i. e. ὑπηρετοῦσα, ut sæpe alibi.

P. 94. D. 2. ὅτι οὐκ ἦν ἐνέργεια πυρὸς τὸ ὁρώμενον : i. e. *Et ne quis existimaret id quod videbatur non fuisse verum ignem urendique potentia præditum* : hoc est, speciem et, ut vulgo loquuntur, apparentiam potius ignis, quam ignem fuisse. Per τὸ ὁρώμενον intelligo id quod ignis specie se oculis astantium ingerebat : quod verum fuisse ignem affirmat hic Chrysostomus.

Pag. 95. B. 8. τὴν οὐσίαν : i. e. τὴν φύσιν.

P. 97. C. 7. Lego, sensu ipso suadente : ἐκεῖνος ὁ πλασθεὶς ἀπὸ τοῦ χοὸς, δεξάμενος διὰ τὸ ἐμφύσημα τὴν πνοὴν τῆς ζωῆς etc., vel δεξάμενος τὸ ἐμφύσημα καὶ διὰ τοῦ ἐμφυσήματος τὴν πνοὴν τ. ζ. D. 10. Lego ὅπερ αὐτῷ γέγονεν εἰς ψυχὴν ζῶσαν (καὶ ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν). Non enim dicit Scriptura τὸ ἐμφύσημα γεγονέναι εἰς πνοήν, sed spiritum insufflatum γεγονέναι εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ego igitur utrobique lego εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Et priore quidem loco hæc accipio, ut prolata a Chrysostomo, posteriore, ut citata e Mose.

P. 98. B. 9. μετὰ τό. Neutra lectio displicet, neque A. Dounæi (qui putabat legendum μετὰ τοῦ), neque ista. Magis tamen ista placet, quia Græci Patres, et in his Chrysostomus, de animo, tamquam de re per se subsistente, solent loqui, et ita quidem, ac si homo esset ἡ ψυχή, corpus autem non homo, sed hominis; unde illud : ἄνθρωπός ἐστιν οὐ τοῦτο τὸ ὁρώμενον, et Basil. : πρόσεχε σεαυτῷ, τουτέστι, μήτε τοῖς σοῖς, μήτε τοῖς περὶ σὲ, ἀλλὰ σεαυτῷ μόνῳ πρόσεχε. Ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐσμεν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς· ἡμέτερον δὲ, τὸ σῶμα· περὶ ἡμᾶς δὲ χρήματα etc. Vide infra aliquot in locis. Ab hac procul dubio opinione (quæ Platonicam philosophiam redolet) manavit hæc locutio, μετὰ τὸ συμπεπλέχθαι. Animus per se est vegetus et agilis : sed ubi cum corpore se commiscuit, multum amittit de agilitate sua, ni acriter se intendat. C. 3. διὰ τὸν πολὺν τῆς ἀρετῆς αὐχμόν : i. e. *Propterea quod hominum virtute præditorum magna est penuria : quod pauci sunt boni : quod magna bonorum est raritas ;* αὐχμός hic est σπάνις. Infra homil. 24 : διὰ ταῦτα ἀλγῶ καὶ ὀδυνῶμαι, ὁρῶν τῆς μὲν ἀρετῆς τοσαύτην ἐν ἡμῖν τὴν σπάνιν. Fieri potest, ut fallar, sed falli certe me non puto. Vide infra pag. 211. E. 8. ἐν τοσούτῳ ἀρετῆς αὐχμῷ : i. e. *In tanta virtutis penuria.*

HOMILIA XIII.

P. 99. B. 9. δαπανῶσι : i. e. ἐσθίουσι. Judith. 11. 12. καὶ πάντα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ

μὴ φαγεῖν διέγνωσαν δαπανῆσαι. 2. Machab. 11. 31 : χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ἑαυτῶν δαπανήμασι καὶ νόμοις, καθὰ τὸ πρότερον. Τοῖς δαπανήμασι : i. e. ταῖς τροφαῖς. Hesych. δαπάνη, τροφή. Observatum hoc idem est et eruditissimo Casaubono nostro (noster enim jam est non usu solum, sed nexu, et, ut spero, semper erit) Comment. in Theophrasti Charact. cap. περὶ ἀκαιρίας. Vide infra pag. 456. D. 2. C. 6. ἐπεὶ καὶ γηπόνος. Sic supra initio homiliæ 9 : οἱ φιλόπονοι τῶν γηπόνων etc.

P. 100. B. 7. Legendum conjicio : ὁ μακάριος Μωϋσῆς διάφορον τὸν τρόπον τῆς δημιουργίας λέγων, ὅτι Εἶπεν etc. Valde confirmant hanc lectionem quæ sequuntur. Pace doctiss. præceptoris mei (*Dounæi, qui putabat legendum ὥστε πλέον*) dixerim affirmativam hic lectionem ferri nullo modo posse. Ratio nostra, fateor, non videt quomodo ex terra et pulvere fiat caro : at hoc non obstat quo minus secundum naturam id fiat. Nam si nihil esset secundum naturam, nisi quod ratio comprehendit, perexiguis sane finibus τὰ κατὰ φύσιν circumscriberentur. Quam multa enim sunt arcana naturæ, rationi prorsus ἀνέφικτα? Basil. Epistola quadam ad Eunomium docet plurima esse in minutuli animalculi formicæ natura, ad quæ ratio humana nullo modo possit aspirare : εἰ δὲ, inquit, τοῦ βραχυτάτου μύρμηκος οὔπω περιέλαβες τῇ γνώσει τὴν φύσιν, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι; Chrysost. supra, hoc est hom. 12, non negat carnem secundum naturam fieri e terra (Deus enim est autor naturæ, sive potius *natura naturans*, ut loquuntur, et ille hominis carni hanc naturam dedit, ut e terra ortum suum et originem haberet. Hanc ob causam a Chrysostomo sæpissime vocatur Deus τῆς φύσεως δημιουργός, et τῆς φύσεως Δεσπότης, et τῆς φύσεως Κύριος καὶ δημιουργός. Vide illustrissimum locum infra pag. 405), sed monet ne admirabilia Dei opera ad rationis καὶ τῶν οἰκείων λογισμῶν trutinam expendamus. Ratio enim respuet hoc tamquam incredibile, et dicet, non σῶμα, sed πλίνθον, aut ὄστρακον e terra debere fieri. Quod autem ad hunc locum attinet, ne nomen τῆς φύσεως cuiquam scrupulum injiciat, audiat quæ sequuntur. Isocrates Dionysio : οὐκ ἤμειψας μετὰ τῆς τύχης τὴν φύσιν. Ἔτι τὸν θύλακον ἔχεις δερμάτινον· θνητὴν γὰρ ἔχεις ἐκ προοιμίου τὴν οὐσίαν. Theodoret. Eccl. hist. lib. 5, cap. 18 : χρὴ μέντοι εἰδέναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ ταύτης θνητόν τε καὶ διαῤῥέον, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν, ἐξ οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀποῤῥέομεν, καὶ μὴ τῷ ἄνθει τῆς ἀλουργίδος ἀποδυνκολούμενον ἀγνοεῖν τοῦ καλυπτομένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. ὁμοφυῶν ἄρχεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὲν δὴ καὶ ὁμοδούλων. Chrysost. ipse Hom. 9. in Joh. : βασιλεὺς μὲν ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ διηρτισμένος ἡμῖν πηλοῦ τοὺς ὁμοδούλους, καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ κοινωνοῦντας φύσεως, οὐκ ἀξιοῖ etc. Item hac ipsa hom. pag. sequent. linea 2, et 3 : καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν χοῦν τὸν ἀπὸ τῆς γῆς τῷ οἰκείῳ προστάγματι εἰς σώματος φύσιν μετέστησεν. Vide infra homil. 17, in fine. Sententia ergo Chrysostomi hoc loco hæc est : Mosem tam accurate descripsisse, quemadmodum homo fictus et formatus esset e terra, ne eristas ille tolleret, et naturæ suæ ac originis oblitus, magnificentius quam par esset de se sentiret. Consentiunt hæc plane cum iis quæ dixit homil. 12 : τέως οὐ μικρὰ ἡμῖν ἐντεῦθεν τέκταται, ἐὰν νήφειν βουλώμεθα, ταπεινοφροσύνης διδασκαλία. Pluribus hæc disputavi, propter summam præceptoris mei autoritatem et singulare in hoc doctrinæ genere judicium, a quo propterea sine validissimis rationibus non fuit æquum ut dissentirem.

P. 101. B. 7. καὶ στόμα περιτιθέναι τῷ Θεῷ, ut illi nimirum faciunt, qui dicunt animam e Dei essa substantia. Vide Theodoreti Quæst. 23 in Genes. Aliter ex conjectura, et collatione Chrysostomi cum Theodoreto : εἰ γὰρ μέλλοιμεν, vel μέλλοιεν, διὰ τὸ λέγειν τὴν Γραφήν, Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ φύσκειν εἶναι τὰς ψυχάς, ἀνάγκη καὶ στόμα περιτιθέναι τῷ Θεῷ, ἀνάγκη δὲ καὶ χεῖρας etc.

P. 103. A. 11. καὶ πολλὰ ἕτερα τῶν εἰρημένων etc. Ordo : οὐ παρητήσαντό τινες εἰπεῖν, μὴ ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι τὸν παράδεισον, παρεγγυῶντες καὶ πολλὰ ἕτερα τῶν εἰρημένων, μὴ, ὡς γέγραπται, φρονεῖν, *Præeipientes et alia multa ex iis quæ dicta sunt, non, ut scriptum est,* sive literaliter, ut loquuntur, *intelligere.* Φρονεῖν : i. e. νοεῖν, ἐκλαμβάνειν.

HOMILIA XIV.

P. 106. E. 6. οὐκ ἐπειδὴ τοσοῦτόν ἐστι μόνον γλυκύτερα. Vel deleo τοσοῦτον, vel pro γλυκύτερα lego γλυκέα. Sic enim melius conveniet cum τοσοῦτον, ut paulo supra τοσοῦτον ἐπιθυμητά. Sed potest esse comparativum pro positivo. Igitur nihil muto. * *Nos aliam lectionem sequimur.*

P. 107. C. 5. Pro ἐπιθυμίαν nescio an legendum sit εὐθυμίαν, et pro σφοδροτέραν, ἀσφαλεστέραν.

P. 110. C. 8. ἐνδιαιτώμενος τῇ τοῦ παραδείσου διαγωγῇ. Malim τῇ τοῦ παραδείσου ἡδονῇ, aut tale quid. Nam ἐνδιαιτᾶσθαι διαγωγῇ durum mihi videtur.

P. 113. A. 11. ὑπόμνησιν ἔχωμεν καὶ τῆς τιμῆς. Conjunctio καί, quæ hic distributioni inservit, præcedere debet verbum, ut mea est opinio, non sequi, idque hoc modo : οὕτως [vel καὶ οὕτως] αὐτὰς ἐκύρωσεν ὁ Θεὸς, ἵνα καὶ διηνεκῆ ὑπόμνησιν ἔχωμεν τῆς τιμῆς etc., καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως αὐτῷ τὴν αἰτίαν ἐπιγράφωμεν. Duas ob causas rata esse voluit Deus nomina ab Adamo cæteris animalibus imposita, i. e. ut perpetuo admoneremur de honore, quem initio habuit Adamus, et deinde, ut adempti honoris causam illi ascriberemus. Transpositio particulæ καὶ hanc distributionem, ac proinde loci istius sententiam plane corrumpit. B. 8. ἐπιθεῖναι. Nihil mutandum censeo. Ὁ νοῦς, qui potuit congruas appellationes uniquique animalium imponere, et sine confusione ordinis nec mansuetorum animalium nomina feris indere, nec ferarum cicuribus, sed omnibus ea, quæ apta essent et congruerent illis, quomodo non omni sapientia et intelligentia repletus fuerat? Posterius ἐπιθεῖναι, ut et ἀπαρέμφατα sequentia, ἀφορίσαι et δοῦναι, cohærent omnia cum ὁ δυνηθείς, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Apertius aliquando sic : Qui potuit feris indere appellationes, quæ mansuetis animalibus non congruerent : et mansuetis rursus, quæ non convenirent feris, etc.

HOMILIA XV.

P. 115. A. 3. Fort. ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων οὐκ ἔνι ἰδεῖν, *Videre non licet.*

P. 117. C. 6. ἀπεχθῶς ἔχῃ διακεῖσθαι. Nihil muto, nec mutandum censeo. Notanda autem phrasis, ἔχω διακεῖσθαι, pro μέλλω διακεῖσθαι, non Chrysostomo solum, sed aliis tam Græcis quam Latinis frequentata.

Chrysost. noster Hom. 10 in Matth. pag. novæ Editionis Savil. 64, lin. 4 : καὶ μὴ μόνον αὐτὸν λέγειν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ διατρίβειν ἔμελλε καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος τρόπον, ὃν διδάξαι παραγινόμενος εἶχε. Εἶχε διδάξαι : i. e. ἔμελλε. Luc. 12. v. 50 : βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι : i. e. *baptizandus sum baptismate*, futurum est, ut baptizer : habeo baptizari, ut recte vetus Interpres. Sic, 4. Esdræ 4. 45. *Habet venire*, poni videtur, ἀντὶ τοῦ, μέλλει ἔρχεσθαι : ἐλεύσεται. Et in Symbolo Athanasii Latinus Interpres, ἀναστήσονται reddit, *Resurgere habent*. Lactantius, elegantiss. scriptor, hoc loquendi genere delectatus fuisse videtur. Sæpe enim utitur. Institut. lib. 4, cap. 12 : *Ecce, inquit, in nubibus cœli, ut Filius hominis veniens. Non dixit, ut filius Dei, sed Filius hominis, ut ostenderet, quod carne indui haberet in terra*, etc. i. e. ἔμελλε σαρκωθῆναι, carne induendus esset. Idem, ejusdem lib. cap. 30 : *Ante omnia scire nos convenit, et ipsum et legatos ejus prædixisse, quod plurimæ sectæ et hæreses haberent exsistere, quæ concordiam sancti corporis rumperent. Haberent exsistere* : i. e. exorituræ essent. Idem, ejusdem cap. 20 : *Id autem quod per Christum dari haberet, consummatum fore. Dari haberet* : i. e. dandum esset. Ad eumdem modum hic Chrysostomus : ἵνα μὴ ἀπεχθῶς ἔχῃ διακεῖσθαι : i. e. ἵνα μὴ μέλλῃ ἀπεχθῶς διακεῖσθαι, ne futurum esset ut infenso esset animo : τὸ διακεῖσθαι enim ita conjungitur cum adverbio ἀπεχθῶς, ut a verbo ἔχῃ futuri temporis vel potentialis modi accipiat significationem. Non est ergo ἔχῃ cum ἀπεχθῶς, sed cum διακεῖσθαι connectendum, ἔχῃ διακεῖσθαι. Si Græca lingua sivisset, usus fuisset Chrysost. aoristo subjunctivo verbi διάκειμαι, quemadmodum dixit ἐργάσηται et μισήσῃ : sed quia hoc non potuit, coactus est periphrasin quærere.

P. 118. C. 9. Τὸ εὑρεῖν, ante οὐ καταλαμβάνομεν, redundare videtur, nisi οὐ καταλαμβάνομεν pro ἀδυνατοῦμεν sumi possit.

HOMILIA XVI.

P. 128. A. 4. ἐκπέσῃ καὶ τῶν ἤδη παρασχεθέντων. Vere hic locum habet Græcum prov. ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσε. Sed antequam pergam monendus est aliquid lector de serie et ἀκολουθίᾳ orationis, ab illo, ἰδοῦσα γὰρ, φησί, pag. præcedenti, D. l. 9., usque ad καὶ ἔλαθε etc., hujus p. A. 4. Ut ergo omnia bene inter se cohæreant, sic lego : ἰδοῦσα γὰρ, φησὶν, ὅτι κ. τ. ξ. εἰς β. κ. ὅτι τ. ὁ. ἀ. ἰ. κ. ὡ. τ. κ., τουτέστι, λογισαμένη πρὸς ἑαυτὴν ἴσως, et ita deinceps, usque ad εἶδες παρασχεθέντων, a quo loco ad finem parenthesin facio, nisi quis malit παρενθετικῶς legere etiam quæ præcedunt omnia, incipiendo a λογισαμένη, quod certe valde mihi placet. Dixerat Chrysost. Evam misera experientia didicisse, quam exitiosum esset consilium illud quod dederat ipsi diabolus. Hoc ut ostendat, profert verba Mosis, tam illa quæ describunt consensum Evæ, quam illa quæ complectuntur actum ipsum comedendi, et pœnam mox sequentem. Sed quis non videt posteriora verba Mosis, de actu et pœna, ad institutum Chrysostomi maxime pertinere, ita ut iis omissis, rationalis particula γάρ post ἰδοῦσα, plane otiosa futura sit? Ego itaque, ut connexio ista verborum melius appareret, commodissimum putavi, ut post κατανοῆσαι ὅηλονότι insereretur. Quæ sequuntur enim continuo, nihil aliud sunt, quam verborum Mosis paraphrasis quædam. Præterea totum illum quasi Isthmum, qui verba Mosis dirimit, notis parenthetici, ne interrumperetur reliquæ orationis series, distinguendum monui, atque sic nihil erit, ut mihi quidem videtur, quod quemquam remoretur aut offendat. Uno verbo, finge, deletis omnibus quæ inter Mosis verba interjiciuntur, sic continua nec interrupta serie scriptum fuisse : ἰδοῦσα γὰρ, φησὶν, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἁρεστὸν ἰδεῖν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ καρποῦ etc. B. 7. Vel delendum puto καὶ ante τοσούτην, vel participium ἀπατηθεῖσα mutandum in verbum ἠπατήθης. Porro B. 4. grammaticus aliquis expectaret ut pro ἐτόλμησας, τολμῆσαι scriberetur, quia præcedit ὡς μὴ ἀρκεσθῆναι. Similis est prorsus orationis forma infra hom. 18. Sed in scriptis magnorum virorum non sunt omnia nimis rigide ad grammaticos canones exigenda.

HOMILIA XVII.

P. 134. E. 7. Lego : σφοδρὸν τοῦτον κατήγορον, τὸ συνειδὸς, ἐπικείμενον, καὶ μαστίζοντα ἡμῶν καὶ καταξαίνοντα τὴν καρδίαν etc. (al. καὶ μαστίζοντα ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ κ. τ. κ.) Potest etiam τὸ συνειδὸς omitti sine ullo sententiæ detrimento : vitiosam autem esse lectionem vulgarem, vel hinc clarissime appareat, quod τὸ συνειδὸς μαστίζει, non μαστίζεται, ni forte cui libeat τὸ συνειδὸς bifariam hic accipere, nimirum tum active, tum passive : active, pro tortore ; passive, pro eo quod torquetur et cruciatur. Sed cum in omnibus aliis præterea locis active sumatur, non puto hoc loco passive accipiendum. Juvenalis :

> ..... *Cur tamen hos tu*
> *Evasisse putes, quos diri conscia facti*
> *Mens habet attonitos, et surdo verbere cædit,*
> *Occultum quatiente animo tortore flagellum ?*

Al. σφοδρὸν τοῦτον κατήγορον, τὸ συνειδὸς λέγω ἐπικείμενον etc. Conferatur hæc linea cum p. seq. A. B. et res erit liquida τὸ συνειδὸς hic aut expungendum, tamquam indè transumtum, aut saltem active accipiendum.

P. 138. D. 7. ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα etc. De sensu hujus loci nequo mihi satisfacere, nisi addatur aliquid quo ostendatur verba hæc non revera ἐλεεινὰ fuisse, i. e. *miseratione digna*, sed tantum δοκήσει, et opinione. Nam, ut sequitur infra, videbantur quidem ἀπολογίαν τινὰ ἔχειν, sed revera indigna erant quæ veniam aliquam et favorem obtinerent. Ego igitur sic lego : ἐλεεινὰ, ὡς δοκεῖ, τὰ ῥήματα, etc. : vide infra hom. 19. Sensus tamen hic potest esse : stolide respondisse Adamum, atque ita stolide, ut propter stultitiam miserandus videretur.

HOMILIA XVIII.

P. 150. B. 6. Fort. οἷον τε καὶ ἡλίκων, nisi sic dicatur, ὅσων τε καὶ ἡλίκων Græce, quemadmodum Latine *quot et quantis*.

P. 151. A. 10. Pro ἐστίᾳ λαμπρᾷ malim ἐσθῆτι λαμπρᾷ. Loquitur enim de ornamentis puerorum, inter quæ

ædes ipsæ locum non habent. Porro sequitur mox τῆς ἐσθῆτος γυμνώσας.

P. 154. B. 10. Post τὸν ἄρτον σου addenda puto quæ continenter sequuntur in contextu Mosis : ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης. Nam nisi hæc addantur, merito requirat lector quid sit ἐν τῇ ἀποράσει, quod cum verbis ἐξ ἧς ἐλήφθη congruat (nam horum causa locum illum citari certissimum est), et deinde, cur proxime dicatur : τὸ αὐτὸ τοίνυν καὶ νῦν λέγει. C. 5. ὑπόθεσις. Alia fortasse vox huic loco melius convenerit, ut σημεῖον, τεκμήριον, etc., sed nihil statuo. Al. φιλανθρωπίας ἦν, vel φιλανθρωπίας αὐτοῦ ἦν, deleta voce ὑπόθεσις. *Puto retinendum* ὑπόθεσις, *verbum et Chrysostomo familiarissimum et* πολυσημότατον. *H. Savilius.*

P. 157. B. 11. τῶν εὐπαθεστέρων. Basil. πρὸς τοὺς νέους, κεφ. ιθ'. p. 230: καὶ τοῦ Πυθαγόρου μεμνῆσθαι, ὃς τῶν συνόντων τινὰ καταμαθὼν γυμνασίοις τε καὶ σιτίοις ἑαυτὸν εὖ μάλα κατασαρκοῦντα, οὗτος, ἔφη, οὐ παύσῃ χαλεπώτερον σεαυτῷ κατασκευάζων τὸ δεσμωτήριον ; Διὸ δὴ καὶ Πλάτωνά φασι τὴν ἐκ σώματος βλάβην προϊδόμενον, τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς τὴν Ἀκαδημίαν καταλαβεῖν ἐξεπίτηδες, ἵνα τὴν ἄγαν εὐπάθειαν τοῦ σώματος, οἷον ἀμπέλου τὴν εἰς τὰ περιττὰ φορὰν, περικόπτοι... Εὐπάθεια igitur est εὐεξία, et τῶν εὐπαθεστέρων, τῶν μᾶλλον εὐεκτούντων. Sic Hesych. εὐπαθοῦντες, εὐῤῥωστοῦντες. Psal. 91 : καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται. Ad quem locum Græca Scholia (sicut annotatur in Bibliis Rom.) εὐπαθεῖν, τουτέστι σφριγᾷν καὶ ἀκμάζειν. Basil. Hom. εἰς τὸ, πρόσεχε σεαυτῷ, p. 139 : σώματος μὲν γὰρ εὐπαθοῦντος, καὶ πολυσαρκίᾳ βαρυνομένου. D. 1. Legendum conjicio : ἀλλ' ὅρα μοι, ἀγαπητέ · ὁ οἴκοθεν ἔχων ἀφορμὰς etc. : vox enim οἴκοθεν apprime convenit cum iis quæ sequuntur : οὔτε γὰρ ἐκεῖνός τινα ἔσχε τὸν διδάσκοντα, οὔτε οὗτος etc. Al. ἀλλ' ὅρα μοι, ἀγαπητὲ, ὁ τοσαῦτα εὐεργετηθεὶς, καὶ ἐντεῦθεν ἔχων ἀφορμὰς etc.

HOMILIA XX.

P. 178. C. 3. Deleo καὶ ante καθ' ἑκάστην. Hortatur enim ut quotidie scrutentur seipsos, videantque quid ex hac, quid ex illa concione lucri reportarint. Quare, sive in quem finem? Ὥστε καρποῦσθαί τι πλέον ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων : *Ut hoc modo ex iis, quæ dicat, plus fructus et utilitatis percipiant.* Ex auditoribus enim ii proficiunt maxime, qui quantum profecerint, a seipsis accurate exigunt. Ordo itaque est : Βούλομαι ἐκεῖνο τὴν ὑμετέραν ἀγάπην παρακαλέσαι, διερευνᾶσθαι καθ' ἑκ. ἡμέραν ἑαυτούς etc. ὥστε καρποῦσθαι etc. Potest etiam hic locus sic ordinari, etiamsi καὶ retineatur. Igitur nihil muto. Καὶ διερευνᾶσθαι, καὶ μὴ μόνον δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐναποτίθεσθαι : Volo vestram charitatem, ut majorem ex dictis nostris fructum capiatis, et quotidie vos ipsos scrutari, sive explorare, etc., et non solum, etc.

HOMILIA XXI.

P. 182. B. 7. Fort. ἀρχὴν νέαν τινὰ, ἢ, δευτέραν τινὰ, et lin. 11. οὕτως ἄρχεται πάλιν. Cæterum si minus ista placent, sage non scripta fuisse. C. 4. Nescio an pro ὡς legendum sit οἷς. Nam οἷς melius respondet τοῖς αὐτοῖς, quam ὡς, et fallere potuit librarium ὡς proxime sequens.

P. 184. A. 9. Legendum conjicio : οὐδὲν τοιοῦτον ἐπεσημήνατο, ἀλλ' ἄνωθεν προμηνύων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμὴν, τοῦτο παρεσιώπησε · καὶ εἰκότως.

P. 185. A. 7. Fort. ταχείας ἀξιοῦται τῆς παραμυθίας, καὶ παραμυθίας ἀξιουμένη πλείονα τ. ε. ἐ. etc. Videtur enim aliquid deesse. Et tamen non diffiteor me in hoc et similibus locis operæ meæ sine culpa potuisse parcere.

P. 187. C. 10. πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν. Theodor. Quæst. 45 in Genesin, de translatione item Enochi : οὐ δεῖ ζητεῖν τὰ σεσιγημένα · στέργειν δὲ προσήκει τὰ γεγραμμένα. E. 7. καὶ ἔζησε Λάμεχ ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. In hac numeratione dissentit Chrysost. et ab Hebraïco contextu, et a Græcis Bibliis Romæ excusis. Hebraïcus enim contextus addit duos annos ad centum et octoginta : Græca vero *Biblia, octo.*

HOMILIA XXII.

P. 196. B. 11. Fort. οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν (πῶς γὰρ οἷόν τε ἀσώματον οὐσίαν ἰδεῖν ;) ἀλλὰ μετασχηματισθεῖσαν τὴν ἐνέργειαν, μικροῦ δεῖν etc. Μετασχηματισθεῖσαν τὴν ἐνέργειαν vocat (aut saltem vocare mihi videtur) actum angeli in visibili specie apparentis. Si hæc vera sunt, ut certe vera esse credo, valde laborat hic locus ab interpunctione.

P. 197. C. 9. Malo conjungere ταῖς ἡνίαις cum καταστέλλειν, quam cum ἐνδούς. Al. τὰς ἡνίας ἐνδούς, ex conjectura. Sicut auriga, qui non novit habenis equos ferocientes compescere, cedendo, et equos currum trahentes et seipsum perdit ac præcipitat. Ἐνδούς : sc. τοῖς ἀτάκτοις σκιρτήμασι τῶν ἵππων : *furori et ferociæ equorum*, non autem ταῖς ἡνίαις, *habenis*. Sic in ἀποδόσει : ταῖς ἀτάκτοις ἐπιθυμίαις ἐνδοῦσα : ἄτακτοι enim ἐπιθυμίαι sunt, ut ἄτακτα σκιρτήματα, et ἡ προαίρεσις, αἱ ἡνίαι.

HOMILIA XXIII.

P. 205. C. 11. Legendum suspicor : καὶ καίπερ πελάγιος σαλεύων : i. e. *Et quamvis marinis jactatus fluctibus tamquam in portu sedens, sic virtutis clavum gubernans*, etc.

P. 207. B. 8. Multo plenior esset lectio, si sic conciperetur : διδάσκει ἡμᾶς καὶ τῆς ἀρετῆς τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸν ἐν τοσούτῳ πλήθει δυνηθέντα τὴν ἀρετὴν ἀκέραιον διασῶσαι θαυμάζει. Addo θαυμάζει, quia quæ proxime sequuntur, talem lectionem præsupponunt et ab ea veluti pendent. Alioquin addi posset ἀνακηρύττει, aut verbum aliquod non dissimile. C. 3. Lego : ἡ θεία γραφὴ φησι· Νῶε δὲ εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Θαυμαστὸν γὰρ ὅτι μεταξὺ ὧν τοσούτων τῶν διὰ τὴν κακίαν μελλόντων τῆς ἀγανακτήσεως (vel κινδύνου) πειρᾶσθαι, οὗτος μόνος διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ κλυδωνίου ἐκτὸς εἶναι ἠξιώθη. Νῶε δὲ εὗρε etc.

P. 210. E. 14. ὅλοι τῆς σαρκός etc. Sic Horat. Satyr. 9. lib. 1 : *totus in illis.* Heliod. lib. 1 : μὴ γίνου τῆς ὀργῆς ὅλος, et lib. 2 : οὕτως ἄρα ὅλος τῶν φροντισμάτων ἦν.

P. 212. D. 2. Levi immutatione lectionem sine dubio vitiosam, sic emendo : διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ἰδὼν τὰ ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθέντα : sc. *quæ prius creaverat.* Hominem enim tunc non vidit, utpote nondum creatum.

HOMILIA XXIV.

P. 218. A. 10. Pro ἐνίκων legendum arbitror ἐριλονείκουν ὑπερβάλλεσθαι, *certabant superare*. Sic enim superius loquutus est, et falsum est ἴσους νενικηκέναι τοὺς προφθηκότας, quia, ut contincnter sequitur, *οἱ γέροντες τῶν νέων οὐκ ἔλαττον ἐμάνησαν*.

P. 219. E. 3. Delendum puto particulam ὅτι. Non enim bene sonat : ἐδίδαξεν, ὅτι ὠνόμασε : rectius igitur multo ἐπεὶ οὖν ἐδίδαξε etc., καὶ ὠνόμασε etc., sine ὅτι. Hæc etsi compendiose propono, nihil tamen deleo, præterquam ὅτι.

P. 221. C. 7. Pro καταπτῆξαι legendum conjicio κατεπεῖξαι. D. 9. malim κατάστησης. E. 4. Valde probabili conjectura lectionem *hujus lineæ* sic emendo : τὸ μέγιθος· καταφθείρω, φησὶ, πᾶσαν σάρκα. Hanc emendationem *sensus ipse flagitat*, et verba quæ proxima lin. *sequuntur*. Paulo post videtur deesse οἱ λογικοὶ, inter προσδοκίαν et προδεδώκασι, vel post προδεδώκασι.

P. 224. D. 11. μετὰ δὲ ταύτης καὶ ὁ λογισμὸς ὑπηγόρευσεν. Ægre mihi persuaserit quispiam locum hunc non esse mutilum, et mendosum. Ratio enim non dictat asinum esse immundum, et vaccam mundam, cum iisdem plane et verbea et asinus alimentis utantur, sed contrarium potius suadet. Unde est ergo, inquit Chrysost., quod alia munda videantur, alia immunda? Ex arcano quodam instinctu naturæ, quo fit ut alia aversemur, delectemur aliis. Hanc esse puto mentem Chrysostomi, tametsi sententiam ejus et opinionem non probo. Quid ergo si sic legamus : οὐχὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Γραφῇ, πάντα γὰρ καθαρὰ ἡ Γραφὴ ἐδίδαξε, μετὰ δὲ ταύτης etc. Pro hac lectione faciunt hæc quæ sequuntur : ἀφ' ἑαυτῆς κινουμένη, et οὐκ ὄντα, ἀλλὰ νομιζόμενα, et ea quæ dicuntur de diversorum locorum diverso usu, et postremo quæstio quæ proponitur de asini immunditie.

P. 225. D. 5. εἰ τὴν αἰτίαν μάθοιτε. Eamdem septenarii numeri rationem reddit Theodoretus Quæst. 50 in Genesin : τὰς μὲν τρεῖς συζυγίας [φυλαχθῆναι προσέταξεν] εἰς τὴν αὔξησιν τοῦ γένους· τὸ δὲ ἓν τὸ περιττὸν εἰς θυσίαν.

P. 226. A. 5. Pro καταστοιχειουμένων, fort. καταστοχαζομένων : i. e. *conjecturis suis depravantium Scripturam*.

P. 227. E. 6. Verba sic disponenda censeo : ἔχουσι, καὶ μὴ βουλομένοις μήτε τῷ ὀφθαλμῷ ἀποτειχίζειν τὴν ἐπιβλαβῆ θέαν, μήτε καθαρὰν τὴν γλῶτταν διατηρεῖν ἀπὸ ὅρκων, καὶ μὴ ἀνεχομένοις μήτε ὀργὴν ἀρεῖναι τῷ πλησίον, tum addo : μήτε ὅταν ἀδικηθῶσι γενναίως φέρειν, τοῦ Δεσπότου καὶ Θεοῦ ἡμῶν etc. Nisi enim aliquid addatur, et verba etiam aliter digerantur, non erit, ut membra orationis apte inter se cohæreant, sed aliud proponetur, aliud probabitur, et mandatum Christi de ferendis patienter injuriis adversus illos adducetur, qui oculos a mulieribus formosis lascivius spectandis non cohibent. At quam hæc ἀπροσδιόνυσα?

P. 228. D. 6. τὰ πρόσκαιρα τῶν μελλόντων. Vel pro πρόσκαιρα, παρόντα legendum censeo, vel pro μελλόντων, μενόντων.

P. 229. C. 12. Lego : ἡμέρας, ἐννοείτω τὴν γέενναν, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν ἐκπηδῶντος πυρὸς τήν τε φοβερότητα καὶ τὴν καυστικὴν δύναμιν, ἀναλογιζέσθω τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ οἷαν ἀπαιτεῖ etc. Vides, ut mihi religio nulla sit, addere, detrahere, mutare quadrata rotundis, dummodo sensus commodus et consentaneus efficiatur. Non quivis sic auderet : ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει.

HOMILIA XXV.

P. 231. A. 1. ἀλλ' ἐπειδὴ etc. Longum hyperbatum. Pendet enim oratio ab hoc usque loco ad hæc verba : διὰ τοῦτό φησι· Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν χ., vel saltem ad διὸ καὶ ὁ Δεσπότης. *Ibid.* videtur esse hiatus inter Γραφὴ et ἤδη, quem sic pro tempore explere conor : ἐπὶ πόσον χρόνον διήρκεσεν αὐτοῖς παραινῶν. Tum progredior, ἤδη εἰποῦσα, ὅτι Νῶε ἦν ἐτῶν πεντακοσίων, deleta particula δέ. Neque enim est in contextu Mosis, nec aliquid hic habet quod agat. Aliter et ut brevius, minoreque cum mutatione, ita opinor rectius : τὰ ἔτη αὐτοῦ, hic addo duntaxat τὰ et αὐτοῦ, et pro ἤδη non magno negotio scribo ἔτη. Nam necesse omnino mihi videtur, ut accusativus aliquis, aut loco accusativi aliquid, verbum ἐδίδαξε sequatur.

P. 234. A. 7. πῶς διαφόρως μεθοδεύει : i. e. *quam vario artificio tractet, quam vario artificio aggrediatur*. Sic infra ἀκόπει πῶς καὶ τούτων τὴν νόσον ἐμεθόδευσε, *vide quali artificio et horum morbum aggressus sit, tractarit*. Verbum μεθοδεύω apud Chrysost. aliquot habet usus observatione dignos, veluti hoc loco et sæpe infra.

P. 242. D. 7. Suspecta mihi est dictio στεφανοῦται, pro qua substituendum censuerim κατορθοῦται, hoc modo : ἀλλ' εἰ καὶ ἡ γνώμη νικῶσα τὴν φύσιν, διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου ἀγάπην [marginalem enim lectionem præfero] τοῦτο κατορθοῦται, οὐδέν etc. Sic supra p. 87. A. 6. καὶ ὅπερ ἡ φύσις οὐκ ἐδέχετο, ἐνὶ γὰρ θανάτῳ πάντες ὑποκείμεθα. τοῦτο ἡ φιλοτεχία τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ κατώρθου.

HOMILIA XXVI.

P. 243. D. 6. Pro κολάζῃ legendum suspicor εὐεργετῇ, aut non dissimilis significationis verbum aliquod. Non enim ejusdem, sed diversæ atque adeo contrariæ notionis verba hic ponenda declarant καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα, quæ proxima linea sequuntur.

P. 245. B. 11. τῶν πρωτείων. Fort. τῶν πρώτων. Hoc enim melius convenit cum ἐξαιρέτων.

P. 246. E. 10. Deleo μή ante τῇ ἀσθενείᾳ : *Et eorum quæ dicuntur crassitiem nostræ naturæ imbecillitati imputemus*. Sic supra aliquoties. Infra hom. 27 : τῇ σαυτοῦ ἀσθενείᾳ τῶν ῥημάτων συγκατάβασιν λογισάμενος.

P. 248. D. 10. Deleo τὴν οἰκείαν ante ἐπέσχε. Procul dubio enim redundat. E. 8. ἡ τῶν ὑδάτων φύσις. Lego ἡ τῶν ὑδάτων ῥύσις : i. e. *fora*.

P. 249. D. 1. παρ' αὐτοῦ ἰδεῖν. LXX, ὀπίσω αὐτοῦ ἰδεῖν.

P. 251. E. 9. Pro διηγούμενοι quid si διηγησάμενοι, quia loquitur de tempore præterito?

P. 252. B. 11. Deesse videtur κατά ante τὴν πρώτην.

P. 253. E. 4. τὰ καθ' ἡμᾶς παραχωροῦντες. Legendum conjicio τὰ καθ' ἡμᾶς ἔχειν (vel τυγχάνειν) συγχωροῦντες, i. e. ἐῶντες, ἀφιέντες, vel est παραχωροῦντες pro συγχωροῦντες. Utcumque vero sit, desidero verbum ante vel post participium. *Sic igitur*, inquit, *res omnes nostras prout acciderint se habere sinentes, nos in hoc unum omni studio incumbamus, ut Deo assidue pro omnibus agamus gratias*.

HOMILIA XXVII.

P. 256. A. 4. Deesse videtur aliquid ante vel post ἐναγαγεῖν, nimirum εἰς ταύτης ζῆλον, aut tale quid. B. 1. ἵνα συντεμὼν εἴπω. Theodoretus de Providentia lib. 10 : ἐπειδὴ δὲ εἰς τούτους ἐξέδημεν τοὺς λόγους, φέρε καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως μικρὰ διεξέλθωμεν, ὃ κεφάλαιόν ἐστι μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονίας. Οὐδὲ γὰρ οὕτως etc. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου, cap. 42 : Χριστιανοὺς δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα διδάσκει πρόνοιαν εἶναι· μάλιστα δὲ τὸ θειότατον καὶ δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ἀπιστότατον ἔργον τῆς προνοίας, ἡ δι' ἡμᾶς ἐνσωμάτωσις τοῦ Θεοῦ. Ibidem : καθάπερ γὰρ τῆς θαλάττης τὰ κύματα etc. Vide infra hom. 37. Sic Virg. de generibus vitium, Georg. lib. 2 :

Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus : neque enim numero comprendere refert :
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ :
Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionii veniant ad littora fluctus.

Similitudinem autem istam in παρενθέσεως formam redigendam arbitror.

P. 258. C. 6. καὶ θεοὺς ἑαυτοῖς ἐπιφημίζειν : i. e. *Et deos vibi asciscere.* Theophylact. in Joh. 8, pag. 468 : καὶ ἐὰν ἐγκλευθερώσω, τότε τῇ ἀληθεῖ ἐλευθερίᾳ τιμηθήσεσθε, ὡς νῦν γε ψευδῆ ἐλευθερίαν ἑαυτοῖς ἐπιφημίζετε : *vobis assumitis, tribuitis.* Paulo post καὶ ὅτι subaudiendum ἵνα μάθῃς. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι. Sic infra subauditur οὕτω : οὐχ οὕτω τοῖς παρ' ἡμῶν. Sed quivis hæc facile supplere potest. Igitur nihil muto nec hic, nec illic.

P. 259. B. 10. Pro ὀσφρανθῆναι scribendum fortasse γενεθῆναι.

P. 263. A. 5. Probabile est βαρὺ καί ante γεῶδες πλεονάζειν. B. 7. Fort. scribendum δωρησάμενος pro δωρούμενος, quia præteriti significatio melius huic loco quadrat. C. 6. ἀποπληροῦντα. Mihi videtur esse prolepsis implicita, qualem fere reperio apud Athenagoram initio Legationis suæ pro Christianis : ἡ ὑμετέρα, μεγάλοι βασιλέων, οἰκουμένη, ἄλλος ἄλλοις ἔθεσι χρῶνται καὶ νόμοις. Sic Jeremiæ c. 5. v. 8 : ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζον.

P. 264. A. 3. οὐδὲ γὰρ ὀλίγος etc. Mendosam esse hanc lectionem et sensus ipse evincit, et verba hæc quæ sequuntur, B. 14 : ἐν ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ταύταις. Non dubito igitur quin tali aliquo modo legere oporteat : οὐδὲ γὰρ ὅτι ὀλίγος ἐστὶν ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ὁ ὑπολειπόμενος, διὰ τοῦτο ἀδύνατον τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι, εἰ βουληθείημεν μικρὸν ἀκνῆψαι. Non nisi paucos jejunii dies fuisse reliquos, luce meridiana clarius est, et totus orationis contextus hoc confirmat. Necesse est ergo Chrysostomum aliquid dixisse ejusmodi, quod auditores metuentes, ne non satis haberent ad abluenda peccata temporis, erigeret, et a metu inani illo revocaret.

P. 268. C. 8. καὶ ὅσῳπερ ἂν ἐπιδειξώμεθα. Rectius fortasse sic : καὶ ὅσηνπερ ἂν ἐπιδειξώμεθα σπουδὴν τοῦτο ποιοῦντες : i. e. ἐννοοῦντες· vel sic : καὶ ὅσηνπερ ἂν ἐ. σπ. τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ ἐννοοῦντες, οὐδὲ ἐπὶ τὸ πολλοστὸν φθάσαι etc. Hoc enim vult Chrysost : Tantam esse multitudinem Dei erga nos beneficiorum, ut nulla quantumvis accurata cogitatione, vel ad millesimam eorum partem pervenire valeamus. Tum beneficiorum partitionem facit, in τὰ ἤδη παρασχεθέντα· καὶ τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς ἡμᾶς γινόμενα, καὶ τὰ τεταμιευμένα ἡμῖν, sed hac lege, εἰ βουληθείημεν etc.

HOMILIA XXVIII.

P. 272. A. 6. διαιωνίζον. Hic majore confidentia utor, et dico plane pro διαιωνίζον legendum συνδιαιωνίζον. Alioquin enim dativus συστήσει erit sine rectore. Nam διά, quod sciam, non regit dativum.

P. 273. D. 1. Pro ἐνάγειν legendum fort. ἐναγωνίους ποιεῖν.

P. 274. C. 4. ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν τῶν πραγμάτων ἔχουσι κρίσιν. Chrysost. una ex Homiliis in Lazarum : τούτῳ διεστήκαμεν τῶν ἀπίστων, τῷ κρίσεις ἑτέρας περὶ τῶν πραγμάτων ἔχειν.

P. 277. B. 8. οὓς πατριάρχας ἐπιγράφεσθε, quos patriarcharum titulo insignitis : quos patriarchas nominatis. Infra hom. 38 : ἀλλ' ἄχιος καὶ δεσπότην ὀφείλει ἐπιγράφεσθαι τὴν Σάραν.

HOMILIA XXIX.

P. 282. B. 4. καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς εὗρε τὴν οἰνοποσίαν. Lego καὶ ὅτι οὐκ ἐξ ἀκρασίας, ὤκουε, etc. Vitio librarii dupliciter peccatum est. Primum, ἀκρασίας mutatum in ἁπλῶς, et deinde addita quædam e lin. 9. Hæc est mea conjectura : et sine conjecturis, quem tandem exitum e Mæandris istiusmodi reperiemus? Aliter (nam semel conjecisse non est satis) : καὶ ὅτι οὐκ ἀκρατὴς ἐπετήδευσε τὴν οἰνοποσίαν, ἄκουε etc. Cum ἐπετήδευσε posset etiam conjungi ἁπλῶς. * *Lege notam nostram ibi.*

P. 285. E. 9. ἑνὸς μόνου γίνονται. Laertius Thalete : μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας : i. e. περὶ τὴν φυσικὴν θεωρίαν κατεγίνετο. Nullo enim modo assentior eruditiss. viro H. Stephano, qui pro ἐγένετο, ἐγίνετο scribendum ibi monet. Cæterum, ut supra alicubi in simili loco monui, deesse hic videtur τούτου : ἑνὸς μόνου γίνονται τούτου.

P. 287. B. 4. ἀληθῶς γὰρ ἡ μέθη αὐθαίρετός ἐστι δαίμων. Basil. Φατὰ μεθυόντων pag. 194 : ὁ δαιμονῶν, ἐλεεινός· ὁ δὲ μεθύων τὰ αὐτὰ πάσχων, οὐδὲ τοῦ ἐλεεῖσθαι ἄξιος, αὐθαιρέτῳ δαίμονι προσπαλαίων.

P. 288. B. 12. ὅσον τὸ ἑαυτῷ ἦκον. Malim ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, sine ἦκον, vel τὸ ἐφ' ἑαυτὸν ἦκον, sine ὅσον. Infra hom. 47 : πῶς τὸ ἦκον εἰς αὐτὸν ἱερεὺς τοῦ παιδὸς ἐγένετο. Hom. 64, in fine : περὶ τοὺς ἀνελόντας αὐτὸν, τό γε εἰς αὐτοὺς ἦκον.

P. 291. A. 12. Malo διὰ τοὺς ἀνθρώπους, vel διὰ τῶν ἀνθρώπων τινάς, quia postea sequitur δι' οὓς αὐτὸς εὐλογεῖται, et paulo post δι' ἡμᾶς. Nota præterea εὐχαριστεῖται et εὐλογεῖται cum ὅταν.

P. 292. D. 6. ἕτερον δουλείας ἐφεῦρε τρόπον. Dubium est utrum dicat Chrysost. servitutis quoddam genus esse regnare, an sub regno esse. Magis tamen puto de subditis hæc intelligenda, quam de rege ipso, tametsi ab Antigono rege non inscite olim dictum fuerit, teste Ælian, τὴν βασιλείαν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν.

HOMILIA XXX.

P. 293. D. 5. Pro ἰστίων nescio an scribendum potius sit ὁλκάδων, quia continuo sequitur καὶ τῶν φορτίων εἰς ὕψος ἐγκειμένων : ἐγκειμένων, sc. τῇ ὁλκάδι, sive ταῖς ὁλκάσι. Haud tamen alteram lectionem prorsus rejicio, quia, ut docet Eustathius in Iliad. A, Froben. Edit. pag. 98, lin. 6 : εἰς μὲν τὸν λιμένα πλησίστιοι καταβαίνουσιν οἱ πλέοντες, εἰς δὲ τὸν ὅρμον ἐρετμοῖς καθιστῶσι τὴν νῆα : πλησίστιοι, i. e. πεπληρωμένων τῶν ἱστίων. Receptam igitur lectionem hic retineo. Cæterum pro ἐγκειμένων quid si συγκειμένων, i. e. νενημένων, σωρευομένων, legatur? Hæc scribo tentandi tantum explorandique causa, non autem quod conjecturis hisce magnopere confidam, aut dignas easputem, quibus quis immoretur.

P. 295. A. 6. Lego παραθῶμεν, καὶ ἐκ τῶν ῥηθέντων παρὰ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ἐστιάσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, αὐτὰ τὰ πρόσφατον ἀνεγνωσμένα etc. Non recte enim dicitur ἀναγνωσθέντων παρὰ Μωϋσέως : et ex collatione similium locorum, in præcedentibus homiliis magis patebit, non frustra hæc a me annotata.

P. 296. E. 10. Primum suspecta est mihi dictio βάλλεσθαι, quæ potius convenit ταῖς βλασφημίαις et κατηγορίαις, et deinde post μετὰ τὴν τῆς ζωῆς μετάστασιν probabile est aliquid deesse, veluti hæc : παῤῥησίαν ἔχειν : pro βάλλεσθαι quid si ἐπαίρεσθαι?

P. 299. A. 10. Sensu suadente sic lego : εἰ βραχύ τι ὁμοιοίας τοιαύτης ἀπολαύοντες, vel εἰ ἐπ' ὀλίγον χρόνον ὁμοῦ. etc.

P. 309. D. 4. Lego γράφων Ἐφεσίοις ἔλεγε· Προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι. Μὴ γλώσσῃ μόνον, φησίν, ἀλλὰ καὶ μετ' ἀγρυπνίας διηνεκοῦς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ etc. Nam qui μετὰ ἀγρυπνίας διηνεκοῦς precatur, non potest dici lingua solum precari.

HOMILIA XXXI.

P. 304. D. 2. καὶ τὸν Ναχὼρ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Hæc non habentur apud LXX Interpretes, ut nec in contextu Hebræo.

P. 309. C. 10. Malim πρὸς τὸ τοῦ ἐπιτάττοντος μέγεθος ἀπιδών. Nam fides non rem mandatam, sed auctorem mandati respicit. Præterea rei mandatæ magnitudo plus valere potuerat ad deterrendum eum, quam incitandum. Al. ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ ἐπιτάττοντος μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ τῶν etc. Puto enim τὸ μᾶλλον e priore linea, ubi otiosum est, huc transferendum.

P. 310. A. 7. τίς με περιστελεῖ ; i. e. *Quis funus meum curabit?* Tobit. 12. 13 : ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρόν, *ut mortuum componeres, funusque ejus curares.* Hoc enim est περιστέλλειν Græce, ut Latine apud Horat. *componere.*

P. 314. E. 10. προβαλλόμεθα. Aliquid dicit, qui προβαλλόμεθα vult, propter ἐπιδειξόμεθα, quod præcedit : sed plus, qui προβαλλόμεθα, propter ἐφέλκεται et ἐπιδεικνύμεθα, quæ in eadem mox periodo sequuntur. Plena enim distinctio inter αἰτίας et καὶ delenda est, ejusque loco ponenda subdistinctio.

P. 315. A. 5. καὶ τὰ μηδέποτε τέλος λαβεῖν δυνάμενα etc. Non nego Chrysostomum labi potuisse, in extemporali præsertim sermone, qualem hunc magna ex parte fuisse puto : sed magis credo, et si fallor, honeste fallor, non Chrysostomi lapsum hunc fuisse, sed potius librariorum, qui aliquid omiserint, aut mutarint. Omitti potuit post δυνάμενα aliquid, quod Latino verbo *postponere* respondeat : nimirum ὕστερα τίθεσθαι, aut tale quid. Rursus fieri potuit ut incuria librariorum pro τῶν δυναμένων, τὰ δυνάμενα, et pro τὰ ῥιπτάμενα, τῶν ἀριπταμένων scriberetur. Utcumque vero sit, scimus quid voluerit Chrysost. dicere, atque hoc non moroso lectori est satis.

HOMILIA XXXII.

P. 318. C. 2. καταχθῆναι : i. e. καταλῦσαι. Sed mendo hic locus vacare non videtur. Quocirca sic legendum censuerim, οὐδὲ ὅπου καταχθείη, vel καταχθῇ, ἔχοντα, vel οὐδὲ καταγώγιον, ὅπου καταχθῆναι δυνηθείη, ἔχοντα.

P. 321. C. 5. τὴν φύσιν ἐλεγχομένην. Perquam eleganter ἡ φύσις ἐλέγχεσθαι dicitur, quando vincitur et succumbit, nec suo more progredi sinitur. Non absimilem usum habet verbum ἐλέγχομαι, in his loquutionibus, quas subjiciam : Sap. 1. 5 : ἄγιον γὰρ Πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, καὶ ἐλεγχθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας : i. e. *et superveniente iniquitate, quasi victa abibit,* vel *discedet, non morabitur diutius.* Sic accipiendum esse hoc loco, patet e verbis præcedentibus. Chrysost. Hom. 1 ad populum Antiochenum : καὶ τὴν φιλοσοφίαν τῆς ψυχῆς οὐκ ἤλεγξεν ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία : i. e. *non vicit, non fugavit.* Idem Hom. 51 in Matth. : τοιοῦτον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· πολλάκις τὰ μεγάλα κατορθοῦσα, ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ἐλέγχεται : i. e. *vincitur.* Item Hom. 59 in Matth. : κἂν πόλεμος καταλάβῃ, κἂν λιμὸς, κἂν ἕτερον ὁτιοῦν, πάντα ἐλέγχεται τὰ τῆς εὐγενείας φυσήματα : ἐλήλεγκται, i. e. οἴχεται. Sumtum videtur ex eo, quod οἱ ἐλεγχθέντες, postquam victi et convicti sunt, discedere solent et subducere se e conspectu τῶν ἐλεγξάντων. Infra hom. 40 : ἵνα μὴ ἐλέγχηται ἡμῶν ἡ ἀσθένεια, *ne vincatur.* Chrysost. in Psal. μα', *Edit. Savil.* pag. 609, lin. 25. et 26 : ἀλλ' οὔτε τὸ μῆκος, οὔτε ἡ δυσκολία τὴν ὑμετέραν ἤλεγξε προθυμίαν.

P. 324. B. 3. ἔργον με ποιήσῃς : i. e. πάρεργον, παρακάλωμα, ut sæpe loquitur Theodorus Prodromus Tetrastichis suis. Tetrasticho in Nadab et Abiud : θείου πυρὸς πάρεργον, εἰπέ μοι, βλέπων : i. e. *Dic mihi, videns illos ab igne cœlesti absumtos.* Idem tetrasticho εἰς Ἰαήλ : ὦ γάλα πικρὸν, ᾧ μεθυσθεὶς Σισάρα τὴν Ἰαὴλ πάρεργον οἰκτρὸν εὑρέθη : i. e. *a Jaël miserandum in modum occisus fuit.* Item tetrasticho εἰς Ὀφνεὶ καὶ Φινεές : τοὶ μιαροὶ πατρὸς ἱερωτάτου, Ὀφνεὶ πονηρὲ, Φινεὲς κακεργάτα, ἀνθ' ὧν συλᾶτε τῶν θυσιῶν τὰ κρέα, ἔργον μιᾶς γένησθε πικρᾶς ἡμέρας, i. e. *una acerba dies vos ambos interemit,* sive *confecit.* Observa autem hic τὸ ἔργον eodem modo accipi, quo πάρεργον prius.

HOMILIA XXXIII.

P. 332. A. 3. Hoc loco res ipsa clamat nonnulla desiderari, tam ante ὅπερ, quam ante πρὸς τὴν ὑποδοχήν. Igitur totum locum sic interpolandum censeo, ad ὑποδεχομένοις, ad τοῦτο γάρ : ὑποδεχομένοις. Ὥστε μήτε ἡμᾶς ὀκνηροὺς εἶναι προσήκει πρὸς τὴν ἀπόδοσιν, ὅπερ καὶ παρήνεσεν ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων, Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν· δεικνὺς ἐπὶ τῆς ἀγάπης, ὅτι τοῦτο τὸ χρέος μὲν καταβάλλεσθαι λέγεται, μηδέποτε δὲ παύε-

τα· μήτε ὑμᾶς ἀμελεῖν δεῖ, ἀλλ' ἔρχεσθαι πρὸς τὴν ὑποδοχὴν παρασκευαζομένους. Τοῦτο *γὰρ* etc. Hac conjectura si nihil aliud consecutus sum, at me ipsum saltem e loco satis molesto extricavi.

P. 334. E. 7. Post διαπληκτίζεσθαι addendum est aliquid, quod non minus cum sequentibus, quam cum præcedentibus conveniat. Igitur quod interpres addidit, mihi non satisfacit, quia etsi sic consulitur priori parti sententiæ, tamen posterior ejus pars nihilo inde emendatior aut plenior efficitur. Quod si sic legamus, uti jam ego præibo, nulla erit lacuna, nulla ἀνακολουθία, sed priora cum posterioribus optime cohærebunt. Sic igitur : διαπληκτίζεσθαι, διὰ τοὺς αὐτοῖς διαφέροντας, οὐ μόνον λέγει· Ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, ἀλλὰ καί, Ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων μου, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων σου. ἡ γὰρ ἐκείνων, φησί, φιλονεικία etc. : v. 10. et 11. generatim proposuerat verba Abrahami ad Lotum : μὴ ἔστω μάχη etc. Cum autem duobus illa membris constent, quorum prius est de dominis ipsis, secundum de famulis : seorsim deinceps, ut mos ejus est, utrumque membrum exsequitur : primum v. 12. et secundum, quia desideratur (desiderari autem ipsa consecutio orationis ostendit), ego adjeci.

HOMILIA XXXIV.

P. 341. B. 12. Ὕπουλον ἕλκος sic sanare conor : *καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόθου καὶ ζεούσης τῆς προθυμίας πρόσεισι : accedet; τὰ τῆς αἰτήσεως φιλοτιμεῖται* etc. : i. e. *largius et uberius concedit.* Nemo enim mihi umquam persuadebit hæc verba, *τὰ τῆς αἰτήσεως φιλοτιμεῖται*, ad precantem referenda esse. Quid sit *τὰ τῆς αἰτήσεως φιλοτιμεῖσθαι*, Chrysost. ipse paulo post explicat, nimirum : *μετὰ πολλῆς τῆς ἀφιλιλείας δωρεῖσθαι.* Hoc modo sibi constat Chrysost. nec eamdem loquendi formulam ad diversos, imo contrarios usus transferre cogitur. C. 2. Καὶ *πρὸ τῆς αἰτήσεως ἀνακηρύττει*, hoc est, *Non solum dat largiter quæ petimus, sed etiam antequam petimus, laudat atque prædicat.* Hoc ita esse liquet ex exemplo quod sequitur : *πρότερον ἀνακηρύξας, τότε ἐφιλατιμήσατο.* D. 1. Lego καὶ εἰδὼς ὅτι ὁ *τῷ ἐλάττονι τῶν πρωτείων παραχωρήσας, μειζόνων ἐπιτεύξεται.* Vel ὁ *τῶν πρωτείων τῷ ἐλάττονι* etc.

P. 344. C. 5. Pro παραγίνεται non dubito quin legendum sit πάρεστίνεται. Sic D. 1 : ἐνόει δέ *μοι ἐκ τῆς παρατάσεως τοῦ ἐν μέσῳ χρόνου.*

P. 345. E. 2. Verba sic digerenda et emendanda censeo : ᾠκοδόμησε τῷ Κυρίῳ, καὶ *καθ' ἕκαστον τόπον ἔνθα κατεσκήνου, εὑρήσεις αὐτὸν τούτου πρὸ πάντων ἐπιμελούμενον, καὶ θυσιαστήριον οἰκοδομοῦντα, καὶ τὰς εὐχὰς ἀναφέροντα, καὶ ἀποστολικὸν νόμον πληροῦντα, τὸν κελεύοντα, ἐν παντὶ τόπῳ εὔχεσθαι, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας.* Ἐπειδὴ *γὰρ τὴν σκηνὴν ἐπήξατο ἐν τῷ ὄρει κατ' ἀνατολὰς* Βεθήλ, *εὐθέως κἀκεῖ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε τῷ Κυρίῳ.* Καὶ *πάλιν, ἐπειδὴ ὤρθη αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ ἐπηγγείλατο δώσειν τὴν γῆν τῷ σπέρματι αὐτοῦ, εὐθέως ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἐπαγγελίας τὰς εὐχαριστίας ἀνέφερε τῷ Δεσπότῃ.* Εἶδες *εὐχάριστον γνώμην*; εἶδες *ψυχὴν ἐπτερωμένην* etc. Luxata verba esse nemo, opinor, negabit, et nonnihil præterea hic desiderari. Ego igitur sensum et seriem historiæ secutus, tentavi utrique malo remedium adhibere, dedique, quoad potui, operam, ut et transposita in sedes suas restituerentur, et revocarentur amissa. Cur hoc aut illud fecerim, non opus est ut sigillatim rationem reddam. Apud æquum enim et prudentem lectorem res ipsa me facile defendet, nec difficile est, cur alia addita sint, alia aliter collocata, perspicere.

HOMILIA XXXV.

P. 354. C. 8. Inter μεταξὺ et ὁμόνοιαν deesse videtur αὐτῶν.

D. 6. Ἵνα *ἡμᾶς ἀναμνήσῃ.* etc. Hiatum sic expleo, *περάτῃ. Τῷ περάτῃ, φησὶν, ἵνα ἡμᾶς ἀναμνήσῃ, ὅτι ἀπὸ τῆς Χαλδαίας ἐπανῆλθεν.* Ἐπειδὴ *γάρ* etc. Al. *ὅτι ἀπὸ τῆς Χαλδαίας ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην ἦλθεν* etc.

P. 359. E. 2. Lego *τοσούτων τῶν ἐπαγγελιῶν τὸ μέγεθος παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδέξατο.* Præterea lin. 1. pro δι' ἧς legendum fort. διὰ *ταύτης.* Tum ab εἴσεσθε ad δωρεῶν parenthesin facio.

HOMILIA XXXVI.

P. 363. A. 9. Post ἀνέστησεν requiritur aliquid quod sequentia cum antecedentibus connectat, veluti hoc : *καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ.*

HOMILIA XXXVII.

P. 373. C. 2. *τὴν ἐπιβουλήν.* Sæpius *τὴν αἴσθησιν* cum verbo ἀποτειχίσωμεν conjungunt. Paulo post pro ἀνόνητα ἐπιχειρήσει malim ἀνήνυτα, vel ἀνηνύτοις. Nam *τὸ ἐπιχειρεῖν* neutrum casum dedignatur.

P. 374. D. 4. Post *ἐσόμενον* addenda puto Moysis hæc : *ὅτι κληρονομήσω, φησὶν, αὐτήν.* Tum lego *εἰ καὶ προλαβών, φησίν* etc., deleta particula ὅτι. Paulo post pro οὐ νῦν lego καὶ νῦν οὐκ etc.

P. 375. D. 3. Legendum proculdubio : *τῶν ἀσωμάτων τι ἰδεῖν οὐχ οἷόντε τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, διὰ τῶν αἰσθητῶν τούτων τὴν οἰκείαν* etc.

E. 1. Pro σέ necessario legendum est σοί.

P. 378. C. 5. Recte, ut mihi videtur, *ἐκ τῶν περὶ τῶν ἐκγόνων προειρημένων.* Deinde sequenti linea pro ὥστε lego ὅτι, ut sensus sit : Deum omnia Abrahamo tam accurate patefecisse, ne fides ejus ulla ex parte labasceret, sed ex iis, quæ de ipso (lin. enim 3. lego περὶ αὐτοῦ, pro πρὸς αὐτόν) dicta fuere, confideret, omnino eventura quæ spectarent ad posteros, et ex iis rursus, quæ de posteris fuere prædicta, firmiter crederet impletum iri necessario quæ ad seipsum pertinerent.

HOMILIA XXXVIII.

P. 386. B. 3. Ut priora cum posterioribus cohæreant, sic lego : *οὐχ ὡς τὸ θαῦμα ἐδείκνυτο μέγα, οὕτως ἡ τοῦ δικαίου* etc.

P. 390. C. 1. Ego credo Chrysost. dixisse *φειδομένως προσφερέσθωσαν* : φειδομένως *προσφέρεσθαί τινι* est, *clementer et indulgenter cum aliquo agere, clementem et facilem se alicui præbere;* verisimile autem est festinantem librarium e truncatis duabus dictionibus unam effecisse. Porro pro *τοσαύτην* legendum puto τοιαύτην, et pro *καθεστάναι* (vel, ut alii scribunt, *καθεστᾶναι*) quid si *καθιστάναι?* Non ignoro tamen, *καθεστάναι*, *ἀντὶ τοῦ ὑπάρχειν*, non male huic loco convenire: sed quia Chrysost. paulo infra dicit Abrahamum hoc

unice curasse, ὥστε τὴν λύπην ἐκποδὼν ποιῆσαι, præferendum puto verbum activæ significationis.

P. 392. C. 2. Legendum puto : ἐντεῦθεν μανθάνομεν, sicut legitur infra, pag. seq. B. 5. C. *f.* Hiatum esse suspicor, quem sic pro tempore expleo : διάγουσα, μετὰ τὴν τοσαύτην εὐημερίαν καὶ τὸ εἰς τὸ αὐτῇ τῇ δεσποίνῃ πρέπον ἀξίωμα ἀνενεχθῆναι, ἐταπεινώθη λοιπὸν καὶ διὰ τοῦτο. Nisi hæc aut similia addantur, merito requirat lector, quid sit hic, quod quæ sit afflictionum utilitas doceat et declaret. Al. διάγουσα ἐπαιδεύθη λοιπὸν μετὰ τ. τ. ὠ. καὶ τὸ εἰς τὸ αὐτῇ τῇ δ. π. ἀ. ἀ. μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ συστέλλεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι ; καὶ διὰ τοῦτο etc. Al. διάγουσα, καὶ μετὰ τ. τ. ὠ. τ. εἰς τ. α. τ. δ. π. ἀ. ἀνενεχθῆναι, ἐταπεινώθη, διὰ τοῦτο etc. Hanc lectionem reliquis antepono.

HOMILIA XXXIX.

P. 402. D. 1. Recte, pro τοῦ γάλακτος, τῷ γάλακτι : nisi legendum potius sit ἐχόμενοι, pro τρεφόμενοι Nam ἐχόμενοι melius respondet participiis præcedentibus, παρακαθήμενοι, et προσηλωμένοι.

P. 403. B. 6. Deesse videtur καὶ γάρ, inter παρατήρησιν et διά. Ἵνα στήσῃ etc. *ut finem statueret legis observationi.*

HOMILIA XL.

P. 406. C. 10. δεξάμενος. Deesse videtur ἔσῃ : δεξάμενος ἔσῃ, vel ἔσῃ δεξάμενος, i. e. δέξῃ, per periphrasin satis usitatam. Καὶ μετὰ τοῦτου etc., *Et insuper etiam, accipies id, quod Israëlis causa a me es precatus :* vel, *accipies etiam consolationem de rebus Israëlis.*

P. 407. E. 5. μηδὲ τῇ ἀσιτίᾳ etc. Lectio procudubio mendosa, quæ tamen nullo negotio corrigi potest, si primum hæc verba μηδὲ τῇ ἀσιτίᾳ ἀεὶ κατατείνων deleantur, et deinde addatur ἵνα μὴ ante ἀσθενέστερον, et postremo his verbis ἵνα μὴ ἀσθενέστερον ἐργάσηται locus detur post τῇ ἀσιτίᾳ : οὔτε ἀεὶ κατατείνει τῇ ἀσιτίᾳ, ἵνα μὴ ἀσθενέστερον ἐργάσηται, οὔτε ἀεὶ etc. Mox παρατάττεται pulchre, ut mihi videtur, transfertur hoc verbum a militia ad medicinam. Nam ut dux aliquis aut imperator bellum gerit cum hostibus, ita et medicus cum morbis ; et ut imperator non semper eodem modo aciem instruit, sed nunc hoc, nunc illo, prout maxime expedire videtur : ita et medicus nunc his medendi rationibus utitur, nunc illis, nec semper unam eamdemque pugnandi contra morbum rationem observat. Vide Chrysost in Psalm. 6, pag. 549, lin. 39, 40 *et* 41, *Edit. Savil.* Paulopost γυμνασίας ἕνεκεν. Sic Simplicius in Epictetum dicit, res adversas aut καμνόντων esse ἰατρείας, aut ὑγιαινόντων γυμνασίας.

P. 408. D. 1. Pro ἐναρίενται legendum fortasse ἐναπομένειν ἀρίενται. Vide pag. præcedent.

E. 4. εἰς τί τοῦτο etc. Sirach. cap. 39. v. 22 : οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, τί τοῦτο ἔστιν ; εἰς τί τοῦτο ; etc.

HOMILIA XLI.

P. 411. B. 10. ἐπιστρέφουσι. Suspecta est mihi hæc vox, pro qua quid si legatur ἐπιπλήττουσι, aut tale quid ? Sensus autem postulat ut virgarum et plagarum fiat mentio. Nam et paulo post dicit eamdem rem repetens : πολλάκις τὸς πληγὸς ἐπανατείνεται τοῖς παισίν. Igitur tametsi licentius et a recepta lectione longius abeundo id fecero, tamen non male mihi mentem Chrysostomi expressurus videor, si pro ἐπιστρέφουσι, ῥάβδοις κολάζουσι substituero. *Huic emendationi non assentior : est enim* ἐπιστρέφουσιν *hoc loco*, animadvertunt, castigant, *et sic sæpe utitur Chrysostomus. H. S.* * *Vera lectio est* ἀποστρέφονται, *quam maxima pars Manuscriptorum habent.*

HOMILIA XLII.

P. 424. E. 6. Deesse videtur ἐννοῆσαι post ἐκείνης ἡμέρας. Sic linea proxime sequente desidero πρός post ἀλλά. Præterea, aut valde fallor, aut p. seq. B. 6. post ἀκολουθίαν inseri debent hæc omnia e contextu Mosaico : ἐξαναστάντες δὲ, φησὶν, ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας. Ἀβραὰμ δὲ συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν συμπροπέμπων αὐτούς· ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου, ἃ ἐγὼ ποιῶ. Tum addo : ὅρα Δεσπότου φιλανθρωπίαν, ὅση συγκαταβάσει κέχρηται, ὁμοῦ καὶ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν δεικνὺς, καὶ ἐκκαλύψαι βουλόμενος τὴν ἀρετὴν τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ. Μετὰ γὰρ τὴν δ. φ. ἐ. οὐ τ. π. ἡ. π. τ. ε. κ. ἀ. τ. π. τὸ δαψιλὲς τῆς γνώμης δεξάμενος, παραχρῆμα τ. φ. τ. ἀ. ἐχαρίσατο καὶ μαθὼν τίς τε εἴη ὁ π. κ. π. ἡ. τ. δ. μ. ἐ. ἐ. τ. Σ. κ. ὁ. ἡ. ὁ. π. συμπροπέμπων, φησὶν, αὐτούς. Ἄνδρας δὲ τοὺς ἀγγέλους φησίν, etc. Si hoc modo legamus, nulla erit ἀνακολουθία, nulla sententiarum confusio, sed aliud ex alio apte et legitime consequetur. Primum enim proponuntur verba Mosis tamquam materia subjecta : deinde suo more observari jubet Chrysost. quanta sit Dei φιλανθρωπία : postea his verbis μετὰ γάρ etc., ostendit, Abrahami φιλοξενίαν causam fuisse cur Deo tam benigne et propitio uteretur. Quod nisi ordinem hunc sequamur, et ὅρα, p. 425. C. 2. frustra adhibebitur, et particula γάρ, B. 6. erit otiosa, et participium δεξάμενος, B. 8. non habebit substantivum, nisi extrinsecus petitum, quicum cohæreat.

P. 425. E. 6. Post παραδραμεῖν desidero hæc : ὅτι λέγει, τοῦ παιδός μου· vel ὅτι λέγει, Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου.

P. 427. E. 6. Lego τὸ πλῆθος, οὐχὶ δὲ τοὺς γραμματέας etc. Nam γραμματεῖς et Φαρισαῖοι erant in summo honore, et judicum nonnumquam locum tenebant : Chrysost. autem hæc affert, ut doceat præceptum de non temere judicando, non solum ad magistratus ac judices, sed etiam ad privatos quoscunque pertinere, quales fuerunt quos tum Christus alloquebatur.

HOMILIA XLIII.

P. 435. A. 8. Deesse videtur participium βαίνων ante καὶ αὐτός. Præterea inserendam puto particulam γάρ inter καὶ et κατ' ἔχνος, et plenam distinctionem ponendam post ἀνήγαγε.

P. 439. E. 5. ᾐδοῦντο. Nescio an recte et ex usu Græcæ linguæ dicatur αἰδεῖσθαι τόλμαν. Igitur cogitari velim, an non ᾐδοῦντο et ᾐσχύνοντο sedes invicem permutare debeant, ita ut priore loco ponatur ᾐσχύνοντο, posteriore ᾐδοῦντό, nimirum post τὸν δίκαιον, E. 7.

HOMILIA XLIV.

P. 447. C. 6. Inter φιλανθρωπίας et δοκηούμενοι deesse puto τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, aut tale aliquid : vel τῷ

Πνεύματι. Dicit enim paulo inferius, τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος, δι' ἡμῶν ὑμῖν περηθέντα λόγια.

P. 454. B. 6. ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου, καθάπερ etc. Hæc et similia arguunt Chrysostomum in homiliis suis multa ex tempore fudisse, quæ si quis corrigere velit, operam sumet inanem et inutilem, et de Chrysostomo pessime merebitur. Quis enim non malit nativam ejus faciem intueri, quam fucis et pigmentis quantumvis speciosis oblitam?

HOMILIA XLV.

P. 458. C. 5. Sensu flagitante sic lego: ὅρα πῶς ὑπὸ δύο τυραννικωτάτων παθῶν ἐπολιορκεῖτο ἡ τοῦ δικαίου ψυχή, τοῦ φόβου τῆς προδοσίας τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ φόβου τοῦ θανάτου. ἀλλὰ καίτοι σφόδρα χαλεπὸν ὄντα τὸν πρότερον φόβον, τὸν τῆς προδοσίας τῆς γυναικὸς, ἐξωθεῖτο ὁ τοῦ θανάτου φόβος.

P. 460. D. 6. μετὰ τοῦ δικαίου: i. e. δικαίως. Isocrates: μηδεὶς ὑμῶν ὀρρωδείτω, μετὰ τοῦ δικαίου ποιεύμενος τοὺς κινδύνους.

P. 464. D. 6. ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόσχεσις: ὑπόσχεσις hic videtur sumi pro *re promissi*, ut loquuntur, sive pro *impletione* promissi. Alioqui non video, quemadmodum non sit hic ταυτολογία Chrysostomo indigna. Atque idem dico de simili loco supra.

HOMILIA XLVI.

P. 470. E. 8. καὶ τὰς βώλους. Sic καταχρηστικῶς vocare videtur *lapides*, *quia nascuntur e terra*, et quia nihil aliud quodammodo sunt, quam glebæ quædam et terræ portiunculæ impenetrabili duritie præditæ. Aristoph. Vespis: ὦ μοιδεῖλαιος, πόθεν ποτ' ἐμπέπτωκέ μοι τὸ βώλιον; Ad quem locum scholiastes: τὸ βώλιον, ἡ βῶλος, ὑποκοριστικῶς· ἐν ὅσῳ δὲ ἕλκει, ἐκ τῆς στέγης ἔπεσε κατ' αὐτοῦ μικρὸς λίθος. Si igitur βώλιον est μικρὸς λίθος, certe et βῶλος erit λίθος.

P. 471. E. 9. ὁ φθόνος ἐκείνην πρότερον διαφθείρει τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν ψυχήν. Præclare cum hoc Chrysostomi concinit vetus ille versiculus: ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἐοῖς βελέεσσι δαμάζει.

HOMILIA XLVIII.

P. 480. C. 11. τὸν νεκρόν, pro τὴν νεκράν, Attice opinor. Attici enim, ut ab Eustathio, Corintho et aliis annotatum est, masculina pro fœminiis aliquoties usurpant.

P. 490. E. 6. κηλίδων πληρῶσαι συγχωρεῖς etc. vel pro πληρῶσαι, πληρωθῆναι legendum puto, vel accusativum aliquem adjiciendum post συγχωρεῖς, veluti μιαροὺς ἀνθρώπους: vel τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς: ut infra loquitur, homil. 56, aut tale quid.

HOMILIA L.

P. 498. A. 6. καὶ τὴν ἔκπτωσιν. Desideratur fort. ὑπομένομεν, aut tale aliquod verbum. Nam ægre quis mihi persuaserit repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ μετά, cum alio casu. Potius dicerem, pro τὴν ἔκπτωσιν, τοῦ ἐκπεσεῖν substituendum. B. 2. Assentior præceptori meo (A. Bounæo) legenti χρήματα pro χρημάτων: sed tamen ne sic quidem arbitror menda omnia sublata. Quocirca deleo præterea εἴη, tamquam transumptum e priore parte versus, et pro καὶ lego ἐταρρονήσῃ τῶν πενήτων.

HOMILIA LI.

P. 502. E. 13. τοῦ πατριάρχου etc. Planior esset syntaxis, si sic legeretur, ὁ πατριάρχης καίπερ διὰ τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν ἧττόν πως σχέσιν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἔχων, ἀκούσας παρ' ἐμοῦ etc.

HOMILIA LII.

P. 510. A. 12. Sic lego: ᾠκειώσατο τὸν πατριάρχην τῷ καταξιῶσαι Θεὸν ἑαυτὸν καλεῖν λέγουσα (καὶ γὰρ ὁ τῆς οἰκουμένης Δεσπότης καὶ δημιουργὸς ἑνὸς ἀνθρώπου φάσκει εἶναι Θεὸς, οὐ συγκλείων μέχρι τοῦ πατριάρχου τὴν οἰκείαν δεσποτείαν, ἀλλὰ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν εὐσπλαγχνίαν δεικνὺς) νῦν οὕτω, φησὶν, αὐτόν etc.; vel καὶ οὕτω, φησὶν etc.; vel οὕτω φησὶ, sine καὶ, aut νῦν.

HOMILIA LIII.

P. 517. A. 10. Τί τοῦτο ὅτι. Hic pro ὅτι legendum puto ὅ τι, quia Græca Biblia habent, τί τοῦτο ὃ etc.

P. 518. C. 13. Fort. ὡς αὐτῇ τῶν πραγμάτων τῇ πείρᾳ αἴσθησιν αὐτῆς λαβεῖν, vel ὡς αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῇ πείρᾳ αἴσθησιν λαβεῖν.

HOMILIA LIV.

P. 522. E. 6. Legendum conjicio: τὴν δὲ γαστέρα πέρα τοῦ δέοντος βαρύνομεν, μονονουχὶ αὐτὴν διαρρηγνύντες, καὶ πολλὴν διὰ ταύτης τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ σώματι τὴν λύμην κατασκευάζοντες; τοῦτο μὲν γὰρ διὰ τῆς ἀσπρίτιδος καὶ τῆς πολλῆς ἀδηφαγίας ἄχρηστον ἡμῖν παρασκευάζομεν, μυρία τραγήματα κατασκευάζοντες· τὴν δὲ ψυχὴν etc. Deesse verbum post γαστέρα perspicuum est: pro μόνην reponendum μονονουχὶ αὐτὴν plusquam est verisimile: post τοῦτο μέν, E. 9., ut addatur γάρ, ipsa orationis consecutio requirit: ante ἡμῖν desiderari ἄχρηστον sensus evincit: et postremo pro his verbis, μυρία πράγματα κατασκευάζειν (nisi hæc verba videntur potius delenda tamquam aliunde huc delata) legendum esse μυρία τραγήματα κατασκευάζοντες, et locum illis deberi, post παρασκευάζομεν, est certe admodum probabile.

P. 525. D. 11. Suspecta est mihi librorum lectio, nec, ut opinor, injuria. Quid si ergo sic interpoletur: καὶ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον ἰσχύσειν τι πλέον, καὶ οὕτω παραμυθήσασθαι τὸ πάθος, ὡς καὶ τὴν etc., vel: ἰσχῦσαί τι πλέον, καὶ οὕτω παραμυθήσασθαι τὸ πάθος etc.? Sed futura magis placent, etiamsi non ignorem aorista pro futuris interdum sumi, et præterea additio particularum οὕτω et ὡς ita videtur necessaria, ut sine illis non bene conventurum sit verbis neutris λωφῆσαι et γενέσθαι, cum verbo activæ significationis παραμυθήσασθαι: λωφῆσαι i. q. παῦσασθαι.

P. 528. A. 4. Lego καὶ ἐν τοῖς νῦν αὐτῷ μάλιστα προκειμένοις: vel plenius καὶ ἐν τοῖς νῦν αὐτῷ μάλιστα προκειμένοις κινδύνοις: *Ne desperet de futuris, et in præsentibus periculis se præsidio illi fore profitetur.* Hanc lectionem confirmant sequentia et Latinus interpres.

HOMILIA LV.

P. 531. A. 8. θαρσήσας πάλιν. Hoc vult, ni fallor, *Chrysostomus*: Jacobum non solum in tristiore fortuna fuisse constantem ac patientem, sed etiam in lætiore humilem ac moderatum. Nec in metu, inquit, nec in spe nimius fuit ac immodicus. Ante acceptas a Deo promissiones non fuit metu nimium dejectus; post acceptas a Deo promissiones non fuit spe et audacia nimium elatus, sed in utraque fortuna exemplum fuit tum patientiæ, tum moderationis. Ut hæc sententia melius elucescat, non erit, opinor, abs re, si post φιλοσοφίας αὐτοῦ subaudiatur ἐν τοῖς δεινοῖς, sive ἐν τοῖς κινδύνοις, et deinde etiam σωφροσύνης; inter διδασκαλίαν et παρεῖχεν.

HOMILIA LVI.

P. 541. A. 12. ἡ συνήθεια. Fort. ἡ συνθήκη. Matrimonium enim consensu contrahitur, ut docent Jurisconsulti.

HOMILIA LVII.

P. 553. A. 14. Addendum videtur post Ῥαχὴλ, καὶ Λείαν. Græca enim Biblia habent καὶ ἀποκριθεῖσαι Ῥαχὴλ καὶ Λεία. * *Vide notam nostram ibi.*

P. 554. D. 11. αἱ γὰρ παρὰ τῶν ἀπίστων etc. Chrysost. Hom. 91 in Matth.: ἡ ἀλήθεια παρὰ τῶν ἐναντίων ἀνακηρυττομένη διαλάμπει. Basil. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, pag. 233: αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν. *Lactant. de vera sapientia cap. 12: Satis firmum testimonium est ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur inimicis.*

P. 555. B. 2. περιστατούμενος. Ex tribus illis lectionibus, quas Regii Codd. habent, ego tertiam præfero, nimirum, περιστοιχιζόμενος. Atque sic legendum videtur supra, hom. 32, sicut præceptoris mei annotationes in illum locum monent.

HOMILIA LVIII.

P. 568. A. 1. ὁ δὲ καρτερεῖν αἰτεῖ. Quia καρτερεῖν huic loco, ut mihi videtur, non belle admodum convenit: vide an non legendum sit potius κατὰ μικρὸν ὁδοιπορεῖν. * Καρτερεῖν *abest a nostra Edit.*

HOMILIA LIX.

P. 570. C. 11. πρὸς τὴν διανομὴν τῶν παίδων. Si, pro παίδων, παισὶ legimus, regi debebit dativus ab ἀρκέσαι, non a διανομήν, atque ita futurum est ut διανομὴ hic accipiatur de distributione a filiis, non inter filios facienda, contra mentem, credo, autoris. Quocirca legere malim πρὸς τὴν διανομὴν τῶν παίδων: i. e. *qui ponent filiis suis, si inter illos distribuerentur, satis esse.* Est sermo compendiosus.

D. 11. Fort. οὗτος μὲν κἂν παῖδα προβαλλόμενος διατελῇ (vel διηνεκῶς προβαλλόμενος), ταῦτα ἀφοσιοῦται εἰκῇ καὶ μάτην: *Atque hic quidem, etiamsi puerum numquam non in ore habeat, frustra et nequicquam tralatitiis hisce excusationibus utitur*: sive, *frustra et nequicquam hæc criminis utcumque a se depellendi causa dicit.*

HOMILIA LX.

P. 577. E. ult. Suspecta est mihi dictio συντείνοντες, pro qua quid si legamus ὄντες, deleta particula εἰς ante πλῆθος? Arbitror præterea vocabula nonnulla intercidisse, ut plena et integra lectio sit: ἐκεῖνοι δὲ καὶ πλῆθος πολὺ ὄντες, καὶ εἰς τὸ καταδιῶξαι ὀπίσω αὐτῶν ἑαυτοὺς συντείνοντες καὶ etc., *et omni contentione id agentes, ut ipsos persequerentur.* Triplici de causa formidabiles erant: *et quod ingens eorum esset numerus, et quod toto impetu festinarent ad bellum, et quod essent unanimes.* Ex tribus hisce si unum aliquod dematur, minor erit formidinis causa. Nam nec multitudo metuenda, si sit languida et iners, nec paucorum aut inter se dissentientium fervor egregii aliquid præstare potest.

HOMILIA LXI.

P. 584. B. 1. Proculdubio deest commodum aliquod participium post ἅτε δὴ, tam hic, quam infra D. 7. Quemadmodum igitur supra τῷ ἅτε δὴ subjungitur participium ὤν, sic hic etiam idem, aut tale aliquod subjungendum censeo, veluti sic: ἅτε δὴ κομιδῇ νέος τὴν ἡλικίαν ὤν, καθάπερ etc. Similiter D. 7. ἅτε δ' ἀφελὴς τὸν τρόπον ὤν. Possunt, non nego, aptiora participia excogitari, sed mihi exemplum præbuisse satis est. Porro plenior esset oratio, si τῷ προσφέρεται, B. 2 αὐτοῖς præfigeretur.

P. 586. B. 8. Ni fallor, est hic lacuna sic fortasse ~~explenda: ἀδελφικὴν σχέσιν εἰς νοῦν καὶ διάνοιαν ἀναλα~~βόντας τὴν φύσιν αὐτὴν αἰδεῖσθαι, καὶ οἰκείαν etc.

HOMILIA LXII.

P. 592. C. 1. Pro κατ' αὐτὸν ego puto legendum αὐτῷ, deleta particula κατά.

P. 598. E. 9. Lego ἠγωνίσατο, καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀνδρείαν ἀπήγετο εἰς τὸ δεσμωτήριον· καὶ σιγῇ πάντα ὑπέμεινε, διὰ τοῦτο καὶ μεγάλων ἀπολαύει τῶν ἀμοιβῶν. Ἴστε γὰρ ὅπως, etc.

HOMILIA LXIII.

P. 605. A. 12. Deesse videtur αὐτοῦ post ὀνειράτων.

P. 606. A. 5. Pro ἑρμηνεύει legendum videtur ἑρμηνεύεται.

P. 607. B. 9. Haud scio an desit χωρεῖν, aut tale quid, post πράγματα.

HOMILIA LXIV.

P. 609. A. 8. ἵνα τῇ ὄψει παραβάλλωσιν ἅπαντα. Nondum assequor quid hæc verba sibi velint, nisi hic forte sit sensus: *Hæc ideo evenisse, ut oculati essent testes dignitatis Josephi, et ipso aspectu quam vera essent quæ somniis olim portendebantur, deprehenderent.* Sed vereor ut verba talem interpretationem admittant. Fac vero scriptum fuisse καταμάθωσι, pro παραβάλλωσι, et tunc expedita erunt omnia. Nihil si-

milius quam β et μ in nonnullis manu exaratis exemplaribus et præpositiones in-α, κατά, μετά, παρά facillime inter se permutari, ita ut alia pro alia sæpenumero accipiatur, notius est quam ut probari debeat. Jam, ut error errorem trahit, postquam peccatum est in priore et majore parte dictionis, nulla religio fuit deinceps, pro θ, λ scribere, atque sic, pro καταμάθωσιν, παραβάλλωσιν nobis prodiit. Habes debilem apologiam pro debili conjectura.

P. 613. A. 3. Pro μέχρι γὰρ ὅτε legendum puto μέχρι γὰρ ὅτου, id est μέχρις οὗ.

P. 619. E. 2. Deesse videtur νῦν inter αὐτόν et κατεξανίστασθαι. Ὁ νοῦς : Si præsente *Josepho*, non potuit Ruben sibi temperare, *quin* fratres suos increparet, multo magis *nunc*, absente Josepho, verisimile erat eum iram non cohibiturum. Videndum præterea an non καὶ delendum sit ante ἐπιστάς, et ponendum ante ἔλεγον.

HOMILIA LXV.

P. 627. A. 7. Desiderari puto ἄν, vel ἐάν, ante ἀνθρώπῳ. Quod nisi tale aliquid addatur, legere malim lin. sequente θεασάμενοι, quam θεασοίμεθα : τὸ εἰ enim, ut sensus ipse docet, cum σπουδάζομεν, non cum θεασοίμεθα, conjungendum est. Sed plane mihi persuadeo particulam ἄν prima syllaba in ἀνθρώπῳ per incuriam librarii absorptam fuisse. Si, inquit, quos videmus magnatibus caros, omni officiorum genere complectimur, sperantes nos hoc modo a magnatibus ipsis gratiam inituros : multo certe magis Deus officia servis suis exhibita non negliget, *sed abunde compensabit*. Si sequimur priorem lectionem, comparationis membrum posterius plane excludetur, nec habebit πολλῷ μᾶλλον B. lin. 3. quo referatur. Ut igitur clausula sequente πολλῷ μᾶλλον B. 3. refertur ad εἰ A. 6., sic, hac clausula, necesse est ut πολλῷ μᾶλλον B. 2. ad εἰ A. 6. respectum et relationem habeat.

HOMILIA LXVI.

P. 634. A. 11. περιπείρουσι. Περιπείρουσι non videtur mutandum in aliud verbum : potius addendum puto aliquid ad supplendum defectum hoc modo, εἰς προφανῆ κίνδυνον ἑαυτοὺς ἐμβάλλουσι καὶ περιπείρουσιν ὀδύναις πολλαῖς, τὸν φορτὸν etc. Est enim aliquid omissum et ante et post περιπείρουσι. Ante περιπείρουσι desideratur verbum aliquod idoneum, quod cum præcedentibus apte conveniat, nimirum ἐμβάλλουσι, ut supra εἰς προῦπτον ἑαυτὰ κίνδυνον ἐμβάλλει : et deinde copulativa particula, quæ duo verba conjungat ; post περιπείρουσι desideratur aliquid quod transitum verbi excipiat, nimirum ὀδύναις πολλαῖς ex 1. Tim. 6. v. 10 : καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

HOMILIA LXVII.

P. 639. A. 1. Deesse videtur αὐτοῦ post φαιδρόν. Sic linea sequente addendum videtur διὰ τοῦ ante λευκοὶ οἱ ὀδόντες. Nihil tamen addo, quia quæ desunt, facile, ut in oratione compendiosa, suppleri possunt.

NOTÆ SAVILII

Ad Sermones in Genesim.

Pag. 645. Hanc orationem descriptam ex Ms. Regio Lutetiæ emendavimus ex optimæ notæ Augustano. Habita est Antiochiæ, præsente, ut apparet ad finem, episcopo Flaviano. Habent autem hæ octo orationes in principium Geneseos multa tam ῥήματα, quam νοήματα communia cum Homiliis ejusdem patris in Genesin. Ac ne longe abeamus, pleraque quæ in hac *prima oratione* continentur, iisdem fere verbis perscripta reperiuntur *in secunda* Homilia in Genesin. Tertia hujus Tomi oratio *convenit* cum nona in Genesin : et sic ferme in cæteris. *Exstat Latine* hæc oratio Tom. 1, col. 439, Edit. Paris. 1588 : *reperitur* autem hæc oratio Græce una cum quinque *sequentibus*, eo ordine, quo nos hic digessimus, in Codice Ms. Cæsareo, num. 26.

E. 7. προεδρίοις. Magis ex usu πρεσβείαις. * *Omnia exemplaria* προεδρίοις *habent.*

P. 651. B. 3. Hanc orationem et tres sequentes melioris notæ et γνησίας omnes, damus ex Bibliotheca Augustana descriptas et ex Cæsarea accurate emendatas.

P. 655. 1. Hæc oratio, quod supra diximus, eadem fere tam sensu quam verbis cum 9 in Genesim.

P. 670. C. 5. Codicem excusum Lutetiæ a Morellio castigavimus ex Ms. in Bibliotheca Bavarica : exstat *etiam* hæc oratio in Bibliotheca Cæsarea numero 26. Idem argumentum *tractatur Homil. 16 in Genesin*, et similis huic ac plane germanæ conclusionis alibi in hoc nostro videor meminisse. Γνησίαν esse non dubito : sed utrum ita ab ipso auctore scripta, an *ex pluribus* hæc inde particulis in unum corpus *ab aliquo studioso* coagmentata fuerit, id vero est, quod summam difficultatem parit in discernendis hujus auctoris germanis operibus.

P. 674. A. 1. Descripta est ex Regia Bibliotheca Lutetiæ. Non est, opinor, opus id denuo monere, quod sæpenumero antea fecimus, multa hic esse quæ iisdem prope verbis reperiuntur in Homiliis in Genesin.* *Cæteræ omnes Savilii notulæ loca quædam Editionis Anglicanæ respiciunt, quæ vel jam in Editione Parisina restituta fuerant, vel a nobis ad fidem Mss. emendata sunt.*

P. 683. C. 4. Hanc orationem ex Bibliotheca Cæsarea descriptam emendavimus ex Bibliotheca Regia Lutetiæ.

P. 687. A. Hanc orationem, γνησίαν omnino, et a Catalogo agnitam Augustano, num. 54, excusam ante annos 80 Basileæ, castigavimus ex Cod. Ms. in Bibliotheca Bavarica.

P. 688. C. 3. διαμαρτύρομαι. Alii διαμαρτυροῦμαι in futuro. Rom. Editio τῶν Ο'. διαμαρτύρωμαι.

NOTÆ SAVILII

Ad Sermones in Annam

P. 699. A. Homiliam hanc, nec Græce quod sciam, nec

Latine adhuc vulgatam, agnoscit Catalogus Augustanus num. 5. Eam nos exhibemus ex Ms. in Biblioth. Collegii novi Oxonii, emendatam et variis lectionibus illustratam ex Codice Ms. ab eruditiss. Ducæo nostris librariis liberaliter communicato ante aliquot annos Lutetiæ. Titulus est in Ducæi Codice : περὶ τῆς Ἄννης λόγος α' καὶ περὶ νηστείας καὶ προνοίας. Nos eum retinuimus, quem in Ms. Oxoniensi reperimus, haud ignari quanta licentia ludunt librarii in orationum titulis. Habita est Antiochiæ, cum in hanc orationem, *patris*, id est, ut opinor, Flaviani mentionem faciat, ubi etiam reliquas in Annam dictas proclive est credere.

P. 710. A. 3. τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πάθος ἐκείναις ἐνοχλεῖ ταῖς ἡλικίαις. Manifesta aliquid deest : qui enim σωφροσύνη dici poterit πάθος, aut ἐκείναις ἡλικίαις ἐνοχλεῖν? Hanc lacunam peringeniose explet doctissimus Halesius ex consimili loco in oratione proxime sequente ad hunc modum, σεμνότητος. Καὶ πάσης μὲν κακίας ἀπάγωμεν τοὺς νέους, μάλιστα δὲ ἀσελγείας. Τοῦτο γάρ etc. *Crediderim potius ἀποσώπησιν esse, et postquam σωφροσύνην memoravit Chrysostomus, ipsum statim de vitio illi opposito agere.*

P. 711. B. 3. Hanc etiam homiliam agnoscit Catalogus Augustanus numero 6. Vertit Erasmus ex Codice mutilato in medio. Nos eam damus ex optimo Ms. in Collegio novo Oxonii, castigatam ex alio Ms. Gabrielis archiep. Philadelphiæ, qui Venetiis jam vivit, eamque nobis liberalissimo animo communicavit, quamvis fine truncatam.

P. 721. C. 6. Hanc etiam orationem agnoscit Catalogus Augustanus num. 7. Vertit Erasmus. Vide Tom. 1, col. 484 Editionis Parisiensis 1588. Eam damus ex Ms. in Biblioth. Collegii novi Oxon. neque aliud nobis præterea suppetebat exemplar. Exstat tamen aliud in Biblioth. Vaticana, mensa 8, cod. 26, uti olim erant dispositi libri.

P. 729. D. 8. Apparet ex verbis Chrysostomi tum in hac oratione, tum in proxime sequenti, aliam prius ab ipso habitam orationem in prima Cantici verba, Κατευθυνθήτω ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, quam nusquam reperio. Codex etiam Vaticanus, cujus supra meminimus, et Catalogus Augustanus non plures agnoscunt in Annam, quam quinque, easdem plane cum nostris, et eodem ordine dispositas. Florilegus hanc quintam memorat, et nos hanc quintam memoravimus, quod a nostro Joanne constaret aliam ante hanc esse habitam, ut dixi in prima verba Cantici. Porro hanc orationem ut et sequentem agnoscit Catalogus Augustanus 8 et 9. Hujus unicum nobis obtigit exemplar ex Biblioth. Collegii novi Oxon.

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homilias in Davidem et Saülem.

P. 748. A. 1. Hanc orationem ab Erasmo cum cæteris ejusdem argumenti latine versam reperire non sumus quiti (*sic*) Græce in hisce Europæ partibus. Descripta est autem ex Ms. Peræ Constantinopoli a Samuele Sladio τῇ μακαρίτῃ, et emendata ex alio Ms. Χαλκῇ νήσῳ τῆς Χαλκηδόνος invento. Reperitur in Catalogo Augustano num. 11.

P. 759. C. 6. Descripta est hæc secunda oratio in David et Saül ex Ms. Gabrielis Archiepiscopi Philadelphiæ Venetiis, bono cum primis et emendato, quo solo nixi sumus. Versa ab Erasmo exstat tom. 1, col. 508 Edit. Paris. 1588. Hanc orationem et sequentem agnoscit Catalogus Augustanus num. 12 et 13. Post excusam hanc orationem accessit aliud apographum a Samuele Sladio descriptum Peræ Constantinopoli.

P. 760. D. 3. πολλοὶ τῶν ἐχθρῶν. Quid si πολλοὶ τοὺς ἐχθροὺς? Interpres Erasmus neutrum videtur agnoscere.

P. 768. C. 13. Hanc orationem damus ex unico Ms. ex Biblioth. Collegi novi Oxon. quem tamen ita accurate scriptum ostendimus, ut alio vix opus esse videatur exemplari, rara certe librariorum felicitate.

NOTA JOANNIS BOISII

ad Sermones in Genesim.

Pag. 645. C. 9. Ἀπὸ λιμένος εἰς λιμένα παραπέμποντες τῶν ὑμετέρων ἀκοῶν τὴν ἡμερότητα. Basil. Homil. εἰς τὸ, Πρόσεχε σεαυτῷ : Ἐπειδάν ποτε λάβηται φωνῆς σημαντικῆς ἡ ἔννοια ἡμῶν, ὥσπερ πορθμείῳ τινὶ τῷ λόγῳ ἐποχουμένη, διαπερῶσα τὸν ἀέρα, ἐκ τοῦ φθεγγομένου μεταβαίνει πρὸς τὸν ἀκούοντα· κἂν μὲν εὔρῃ γαλήνην βαθεῖαν καὶ ἡσυχίαν, ὥσπερ λιμέσιν εὐδίοις καὶ ἀχειμάστοις ταῖς ἀκοαῖς τῶν μανθανόντων λόγος ἐγκαθορμίζεται. Ἐὰν δὲ οἷον ζάλη τις τραχεῖα ὁ παρὰ τῶν ἀκουόντων θόρυβος ἀντιπνεύσῃ, ἐν μέσῳ τῷ ἀέρι διαλυθεὶς ἐνανάγησε. Vide ergo annon hic legendum sit : ἀπὸ λιμένος εἰς λιμένα παραπέμποντες, ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου στόματος εἰς τῶν ὑμετέρων etc. Nam ut navis a portu in portum fertur, sic oratio ab ore loquentis ad aures auditorum. *Cæteræ et quidem pauculæ Joannis Boisii notæ vel leves admodum sunt, vel loca jam restaurata respiciunt.*

FINIS NOTARUM.

EDITIONIS VENETÆ

OBSERVATA DUO IN VERSIONEM LATINAM.

Pag. 390. B. 1. *Nulla mihi ejus rei cura vel ratio.* Iis verbis Latinus Interpres quemdam servare modum voluisse videtur in Abrahami ad Saram cultus officiique pleno sermone. Nam in Græco Chrysostomi justus ille ancillam Agar apertiore contemptu deprimens inducitur, ut uxorem placet; ait quippe : *Nullus mihi (ancillæ) hujus cura est : οὐδείς μοι ταύτης λόγος.*

P. 470. B. 11. *Numquid verbum est?* Phrasis obscurior, nisi ejus sensus ex serie orationis eruatur. Vulgata habet, *Numquid non verbum est?* quasi diceret David : Verbum tantum protuli : quid amplius hoc est, quam nuda animi et sensus mei significatio? Annon licet quod sentio eloqui? sed reddi posset Ebræus הלוא דבר הוא sic : *Annon causa est?* In explanatione hujus loci videtur tamen Chrysostomus inhærere sensui Vulgatæ.

Reliquis jam sumus usi.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 January, 2016